Exemplaire de Laurent Jarfort

5 800 €

Virtus labore venit.

OPERVM GALENI TOMVS SEPTIMVS QVI EXTRA ORDINEM CLASSIVM SVNT LIBROS COMPLECTENS: QVORVM COGNITIO POST adeptam reliquorum exercitationem arti colophonem & ueluti manum superaddit extremam.

Laurentius Joubert.



BASILEAE M. D. XLII.

Laurens Joubert.

Or ensuit labeur.

LIBRI EXTRA ORDINEM CLASSIVM.

CL. GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS LIBRI SEPTEM.

QVOS A NICOLAO LEONICENO TRANSLATOS Iul. Martianus Rota nuper è compluribus græcis codicibus illuſtrauit.

LIBER PRIMVS.

ITA BREVIS, ars longa, occaſio præceps: experimētum periculoſum, iudicium difficile. Nec ſolū ſeipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora.

Hanc orationem, ſiue unus ſit aphoriſmus, ſiue plures, eſſe procœmium totius operis, pro confeſſo habetur apud omnes fere eius expoſitores. Quid uero ſibi Hippocrates uolens, tali utendum procœmio cēſuerit, non parū ſententiæ ambigunt. Forte uero idipſum inueniemus, ſi ſingulas orationis partes prius diligēter cōſiderauerimus. Quòd quidem igitur uitam dixerit, breuem artis comparatione, oīmibus libri expoſitoribus eſt manifeſtū. Artem uero ipſam hac ratione arbitror lōgam exiſtimare, quoniam omnium fere operationum particularium occaſionem habeat momētaneam, & ob id difficulter cōprehenſibilē, ut nemo eam poſſit agnoſcere, niſi qui diu in hac fuerit exercitatus. At cum duo ſint inſtrumēta ad artes inueniendas neceſſaria, experimētum, & ex ratione iudicium, illud quidē periculoſum eſt, hoc autem haudquaquam facile exiſtit, immo ſi quid aliud maximam habet difficultatē. Eſt igitur occaſio præceps, quia materia circa quā uerſatur ars, continuè fluit. Corpus ſiquidem noſtrum ualde mutationibus obnoxium eſt, neq; à cauſis externis tantum, ſed ab internis etiam faciliter alteratur. Experimentum uero periculoſum eſt, propter materiæ dignitatem, non propter trāſmutationis facilitatem: hæc enim in momentanea occaſione continetur. Iudiciū uero ſi quis (ut ego aſſero) pro ratione accipiat, liquet ipſam eſſe difficillimam, cum ad hoc uſq; ęui ambigua permanſerit. Si uero (ut nonnulli qui ſe ab experientia Empiricos nominant, opinantur) per iudicium intelligat eorum quæ ex experientia eueniunt, dijudicationem: ſic quoq; non eſt obſcura eius rectitudinis difficultas. Sed autorē libri eſſe Dogmaticum in tota oſtēdetur cōmentatione. Prima itaq; procœmij particula ad hūc uſq; locum terminatur. Secundam autem ſcribit, non pronuncianti ſimilis, ſed cōſulenti: Nec ſolū ſeipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ęgrum, & aſſidentes, et exteriora. Quorum uerborum uis talis exiſtit, ſi debes exquirere, & examinare ueritatem eorum quę in hoc libro ſcribuntur, non modo teipſum medicum oportet omnia quæ conuenit, agere, ſed & ægrum, & miniſtros: atq; inſuper exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaq; B pars orationis hoc unum caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua quæ ſequuntur, artem eſſe longam demonſtrant. Poſt hanc ſecunda pars, quoddam ueluti conſilium, ſiue pactum affert illis qui librum lecturi ſunt, ac dijudicaturi. Sed quidnā ſibi uult ſtatim in libri principio hoc ſcribens, breuem eſſe uitam, ſi ad artis magnitudinem conferatur? Nam hoc ipſum indagare, ab initio propoſueramus. Sunt itaq; nōnulli qui uolunt id egiſſe Hippocratem, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercendam. Nonnulli contrà, dehortandi cauſa. Quidam ad hunc finem, ut experiretur atque diſcerneret eos qui gnauiter, & eos qui ſecus, artem eſſent exercitaturi. Alij uolūt ipſum cauſam attuliſſe ob quam oportuit ſcribere C cōmentationes. Alij adijciunt, aphoriſticas. Quidam hoc ſermone putant ipſum cauſas aſſignaſſe, propter quas hæc ars ſit cōiecturalis. Alij ex quot cauſis contingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur, ut à poſtremis primum incipiam, mihi omnino uidentur nihil conſonum dicere. Quam enim præ ſe ferret ſapiētiam, aut quid Hippocratis ſententiā dignum, ſtatim circa initia operis docere uel ꝙ ars quædam coniecturalis ſit medicina, uel quòd eius fruſtramur fine, ſiue hoc fiat ex nobiſipſis, ſiue ex magnitudine artis? Sed & uerba illa: Nec ſolum oportet præſtare ſeipſum opportuna facientē, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora, contrarium omnino demonſtrant. Hæc enim omnia illi magis ſcribere conuenit, qui profiteatur omnia quæ in D libro continentur, eſſe uera, quàm qui fateatur ob plurimas cauſas non ſortiri finem. Neque enim dixiſſet, Oportet autem: ſed poſt illa uerba, Vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile: hæc alia ſubiūxiſſet, Et medicus ipſe etiam delinquit, et ægri, & eorum miniſtri. Sed neq; illi qui aiūt uoluiſſe ipſum auertere lectores à ſtudio medicinæ, cum dicat uitā eſſe breuem, artem uero longam: uidentur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret dementia, ſimul ſcribere cōmentationes, quæ poſteritati utile quidpiam tradant, ſimul ab initio ſtatim nō ſolum à legēdo ea quæ ſcripſeris, dehortari: ſed etiam ab arte uniuerſa, cuius doctrinam profitearis, abalienare. Qui uero aiūt uoluiſſe ipſum homines ad artem ini-

tem impensiori studio capessendam excitare (neq; enim aliter potest tota tempore breui, cum sit longa, perdisci) ij etsi aliquid ueri dicunt, non tamen mihi uidentur uel uiri sententia dignũ, uel ijs quæ hoc in libro scribunt, congruens satis procœmium ostendere: sicuti neq; quicunq; arbitrantur hoc genus sermonis fuisse ab Hippocrate usurpatũ, tentandi gratia illos qui ad artem accedunt. Verum enim est, quod etiã à Platone dicitur, hac maxime uia periculum fieri illorũ animi, qui quãuis artem sunt pcepturi, si magnã atq; difficilẽ esse eius perceptionem ostendamus. Atqui hoc neq; per librũ aliquem, sed per mutuos sermones agitur, neque mihi congruens uidetur præsenti commentationi: siquidem procœmium oportet ijs quę sunt in libro scribenda, cohærere. Nisi forte quis sentiat, omnium librorum primos legendos esse aphorismos, atque ideo Hippocratem in procœmio commentationis cõmunem fecisse uniuersæ arti sermonem: uolentem per hunc ostendere, non posse unumquemq; suo arbitrio artem discere medicinalem, longa cum sit, sed illos tantũ quibus suppetat tempus ad discendum, & natura sint ad hoc aptiores. Quòd si probabile prorsus appareat, hanc totius artis communem esse pręfationem: neque illi sunt reprehendendi, qui aiunt Hippocratẽ causam assignasse, ob quam commentationes scribere oporteat. Fecit autem & in libro qui de Officio medici inscribitur, omnium lectionum commune procemium, quemadmodum in eiusdem libri expositione fuit à nobis ostensum. Illorum itaq; sententia, qui uel doctrinæ modi, uel certe commẽtationum utilitatis causam uolunt in procœmio assignari, mihi præferenda uidetur. Nam & forma doctrinæ aphoristica, quę omnes rei proprietates breuissimis uerbis circumscribit, est illis utilissima, qui uolunt breui tempore longam artem docere: et conscribere commẽtationes ob id, quod uita sit breuis, si ad artis magnitudinem conferatur, summam habet pre omnibus alijs rationem. Nemo enim nostrum satis esse potest ad artem simul & cõstituendam & absoluendam: sed satis superq; uideri debet, si quæ multorum annorum spatio priores inuenerint, posteri accipientes, atq; his addẽtes aliquid, illam aliquando compleant atque perficiãt. Vel enim propter istorum alterum, uel propter utrunq;, mihi uidet tali esse usus procœmio, ac si ita scripsisset: Quoniam artis magnitudo uitã excedit hominis, adeo ut ab homine quantumuis diligenti ac laborioso non possit & inchoari, & ad finem usque perduci: propterea operæpreciũ est, quæ quisq; cognouit, ea mandare literis, & tradere posteritati commentationes, quæ rerum docendarum naturã omnem diligẽter, breuiter, & dilucide interpretent. Quòd uero ars longa sit, uerba hæc quæ subsequuntur, ostendunt: Occasio præceps, experimentum uero periculosum, iudicium difficile. Quasi ita dixerit: Vita breuis, ars longa: quoniam & occasio præceps, & experimentum periculosum, & iudicium difficile. Propter hoc enim & ars longa, quoniam occasio agendorum in ipsa est admodũ præceps, hoc est, angustissima, & fere momentanea. Præterea cum sint duo instrumenta per quę remedia inueniuntur, ratio & experientia: hæc quidem est periculosa, ratio uero difficilis, hoc est, non facilis cognitu. Vera autem esse quæ dicuntur, non est difficile paucis ostendere. Occasio enim præceps est, propter materiæ fluxum: dico autem corpus, quod cõtinue fluit, & momento tẽporis transmutatur. Experimẽtum autem periculosum est & ipsum, materiæ ratione. Neq; enim lateres, lutum, ligna, lapides, tegulæ, coria, artis medicinalis, ut aliarum, materia sunt, in quibus experiri & exercitari multis modis impune licet illi, qui se circa materiam exerceat, & artis theoremata meditetur: id quod in lignis carpẽtarij, in corijs coriarij faciunt. Ligna siquidem & coriũ male tractantem corrumpere, nullum periculum est: at in corpore humano illa experiri quæ non sunt experientia comprobata, non est citra periculum, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam uero & iudicium, (est autem ratio ipsa iudicium, quoniam per eam quæ sunt facienda, iudicantur) difficile est, nec inuentu facile, de uero autẽ iudicio loquor, atq; hoc sectarum multitudo in arte medicinali ostendunt. Neque enim si ueritas esset inuentu facilis, tot ac tanti uiri qui illam perquisierunt, unquã in tam repugnantes sententias deuenissent. Empiricis uero non uidetur ratio dici iudiciũ, sed quæ per experientiam inuenta fuere, auxiliorum dijudicatio. Nam, ut uerum fateamur, & hæc difficilis est, nec exploratu facilis: quando multis remedijs ægrotanti adhibitis, aliquod unum illorum in causa fuisse dijudicat, ut ęger uel melius se habeat, uel deterius: quem si forte contigerit, primo dormisse, deinde unctum fuisse, postea emplastrũ adhibuisse, deinde clysterem, uel spontaneam uentris deiectionẽ habuisse, deinde tales cibos assumpsisse, & post hæc omnia sensisse iuuamentum uel detrimentum: non facile dictu est, quidnam eorum quæ circa ipsum facta sunt, aut iuuerit, aut nocuerit. His igitur ex causis omnibus iudicium est difficile. Sed iam sermonem totum uno capite colligamus. Ars quidem est longa, si eam unius hominis uita metiamur. Expedit autem relinquere posteris commentationes, præsertim compendiosas, atque aphoristicas. Nam talis doctrinæ modus, & ad primam disciplinam, & ad illa quæ quis didicit retinenda, quæque oblitus postea fuerit in memoriam reuocanda, utilissimus est. Consonant autem his & uerba sequẽtia. Nam tanquam procœmium fecerit & ipsi commentario, & his quæ in eo scribenda fuerunt, conuenienter subintulit: Nec solum oportet præstare seipsum opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora. Si quis (inquit) aliquando dijudicaturus est, quæ in hoc libro scribuntur, quantũ habeant ueritatis: nõ solum seipsum præstare debet opportuna facientem, & nihil quod ægro possit conducere, prætermittentem: sed & ipse æger parere medico debet, & in

Plato.
Id est imitatus Arist. initio lib. de anima. ubi difficultatem illius scientiæ monstrauit.
Forma doctrinæ aphoristicæ.
nemo arti constituendæ et absoluendæ
& artes.

& in nullo propriæ indulgere uoluptati: ministri A etiam idonei assideãt, oportet, & exteriora omnia adsint apparata. Nam propter illa plerunq; uel præcognitionē, uel curationem, uel utraq; interrumpi contingit. Exteriora autē sunt habitationes idoneæ, uel turbarum plenæ, uel turba uacantes, præterea quæ nunciantur & aguntur, quæq; iram, aut tristitiam, aut aliquem alium affectũ ægrotanti infligunt, adhæc illa quæ noctu somnũ abrumpunt, quæ propè infinita sunt. Si igitur (inquit) hęc omnia bene & recte se habuerint: nihil eorum quæ in hoc libro scribuntur, falsum esse inuenietur.

II In perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis, si talia purgētur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt. sin minus, contrà. Sic & uasorũ inanitio si talis fiat, qualis fieri debet, confert, & bene tolerant: sin minus, contrà. Inspicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos in quibus conueniat, aut non.

Non de quantitate eorum quæ euacuantur, sermo ipsi est: (ut nonnulli sunt arbitrati) sed de qualitate tantum, ut manifestant duo uerba, qualia & qualis. Nã in ijs quæ sponte fiunt euacuationbus, ita dixit: Si qualia oportet purgari, purgētur: confert, & leuiter ferunt. In alijs uero quæ à medico: Si qualis fieri debet, ita fiat. Atq; potuisset dicere, Si quãtum purgari oportet, purget. & rursus, Si tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idem ostenditur & ex uerbo purgari. Neq; ẽm simpliciter dixit, Si qualia oportet euacuari: sed, Si qualia oportet purgari. Est autem purgatio, humorum qui sua qualitate molestant, euacuatio. In his itaq; multi delinquunt expositores, qui neq; uerba, neq; hominis mentem recte percipiunt. Adhuc autē magis peccant, cum uasorum inanitionem alij pro inedia accipiunt, alij pro uenæ sectione. Hippocrates siquidem omnem euacuationem solet ab euentu nominare uasorum inanitionem, quoniam in omnibus euacuationibus cõtingit uasa inaniri. Sermo quippe nunc ipsi est de qualitate eorum quæ euacuantur. Sicuti autem semper adhortatur, ut quæ recte à natura fiunt, medicus imitetur: sic & nunc idem agit, à spontinis euacuationibus suã exorsus ora- D tionem, in qbus si qualia oportet purgari, purgentur, (hoc est ea quæ corpus infestant) confert, & leuiter ferunt. Quòd si aliorũ fiat euacuatio, & non eorum quę corpora nostra molestant, contrarium euenit: neq; enim confert, & grauiter ferunt ægrotantes. Eodem pariter modo, si medicus moliatur aliquam facere euacuationē, eorum esto quæ corpora nostra molestant, quemadmodum & in alijs locis humorem noxium pręcipit euacuari, neq; alterum illi in euacuatione pręferri. Si igitur pituita superabundet, hanc omnino oportet euacuari: flaua autem bile uel atra infestante, abstinendum est à pituita, & bilem infestãtem euacuandum: Sic & si humor sanguineus in corpore modum excesserit, sanguinem euacuari oportet, itidem et serosam eius partem, si hæc fuerit superabundans. Humorem autem superabundãtem ex colore debemus coniectari, nisi aliqui forte in profundum recesserint. Color enim similis efflorescit humoribus, si non regurgitauerint. In ijs ergo præcipue qui retrocesserunt, & nõ sunt æqua portione per totum corpus diffusi, oportet inspicere tēpus anni, & regionem, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat aut non: hoc est, in quibus cõueniat aut non, talis uel talis humoris facere euacuationem. Habet enim & unusquisq; humor in corpore superexcedens indicia propria, de quibus deinceps plenius dicemus. Perfectę tamen gratia cognitionis, inspicere oportet tempus anni quod præsens est, & B regionem in qua degunt ægrotãtes, & eorum ætatem, & speciem ægritudinis. Sint enim, si ita contigerit, flauæ bilis in corpore abundanti indicia simul cum ipsis inspiciendũ erit: si tempus ęstiuum, si regio calida, si æger in ætatis uigore consistit. Eodem modo et in pituita considerandum est, si adsit hyems, si regio frigida, si homo senex. Et præter hæc omnia, ipsam morbi speciem inspicere oportet: ueluti quòd tertiana (si ita contigerit) fit à flaua bile modum excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituita, cãcer ab atra bile, erysipelas à flaua, atq; singulæ aliæ morborum species. Si enim hæc omnia distinxerimus, firmius atq; stabilius ad noxij humoris euacuationē perueniemus. Illi autem expositores præ alijs (ueluti absurda dicẽtes) C repudiandi, qui putant ipsum de sola inedia quæ adhibetur in febribus, sermonem habere, cum tamen febres non nominauerit, & sermo fiat de omnibus quæ sunt præter naturam, quorum nos docet intentiones, ad quas respiciẽtes nos oportet inuenire non quãtitatem, sed qualitatem euacuationis. Nam de quantitate, sequens differit aphorismus. Quo autem morbi tempore aggredi oporteat euacuationem, & quomodo ipsa sit facienda, in alijs deinceps dicet aphorismis: quare neq; nũc mihi de his dicere est necessarium. Sic enim nostra doctrina nõ foret sapientior, & cõmentationes ad immodicam minimeq; necessariam prolixitatem peruenirent.

III Habitus exercitatorũ qui ad summum bonitatis attingunt: periculosi, si in extremo constiterint. Neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere. Cum uero non quiescant: neque possunt proficere in melius. Reliquũ est igitur ut decidant in deterius. His de causis, bonũ habitum statim soluere expedit, ut corpus rursus nutriri incipiat. Neq; compressiones, ad extremum ducendæ: (periculosum enim) sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes quæ ad extremum deducũt, periculosæ. Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosæ.

Illum qui antecedit, sermonē esse de eorū quæ A euacuantur qualitate, docuimus. In hoc autem & sequentibus uult de quātitate docere: & ab immoderata repletione atq; euacuatione initium sumit, in hoc quoque aphorismo proposito, sicuti in alio præcedente, quoddam exemplum supponens, & ad ipsum, ut consueuit, suum sermonem dirigens. Exemplum autem ipsi est, exercitatorū bonus habitus. Vocat aūt bonum habitum exercitatorum, illorum quibus hoc est totius uitæ institutum, assidue operā dare exercitationibus, ut alios deijciāt, qui mos est athletarum. Qui enim simpliciter bonus habitus nominat̄, quem plurimi agricolæ habent, in fodienda terra, metendis segetibus, & alijs ruralibus laboribus occupati, ad immodicam repletionem nō attingit. Athletarum autem bonus B habitus, non paruam culpam habet, studere magnam corpori molem adijcere, & (ut liquere potest) humorum multitudinem. Hi enim apparatus sunt toti corpori nutriendo, qui si ipsi præstò non adsint, fieri non potest ut corpora ad molem immodicam perducantur. Quare necessarium est huiuscemodi dispositionem esse periculosam. Cum enim uasa cibis ac potibus fuerint supra modum repleta, periculum est ne aut ipsa disrumpātur, aut calor natiuus suffocetur extinguaturúe: sicuti olim & athletæ quidam qui ad summā repletionem uenissent, subita morte interierūt. Qui autem ad naturæ opera utilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quia nunquā ad extremam peruenit repletionem: quare neq; ipsum sol- C uere oportet, sicuti habitum athletarum, quum ad extremum peruenit. Hunc enim soluere oportet, haudquaquam morantes, sed anticipantes solutione periculū. Causam uero ob quam soluere oporteat, talem ipse subiecit dicens: Neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere. Nam cū semper natura coctionem, distributionē, sanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atq; assimilationem operetur: quando nihil adijci solidis corporis partibus potest, neque uenæ amplius habent conceptaculum in quod alimentum distributum recipiatur, tunc necessario periculum imminet, ne aut uas aliquod disrumpatur, aut subita mors obueniat. Vt igitur corpus rursus habeat locum quo nutriatur, bonum habitum oportet sine D mora soluere. Eius autem solutio est euacuatio, ut liquet. Et hanc quoq; oportet non ultra modum facere: cū sit immodica euacuatio, non minus immoderata repletione periculosa. Intentio aūt quantitatis euacuationis, non solum humorem superabundantem respicit, sed & uires hominis qui debet euacuari. Alij enim alijs magis minusúe perferunt euacuationes. Hæc itaq; ab ipso de bono habitu athletarum dicta fuere: quæ quidem ipsa per seipsa possunt conducere ijs qui tale uitæ institutū elegerunt: medicis autem sunt ueluti exemplū sermonis postea subiungēdi. Inquit enim: Sic & euacuationes quę ad extremū deducūt, periculosæ. Et rursus refectiones cū extremæ fuerint, periculosæ.

In quo toto sermone summa sententiæ hæc est, ꝙ neq; euacuare, neq; replere supra modū oporteat: cuius rei documento esse potest bonus habitus athletarū, qui alioqui inculpabilis existens (nam & bonis abūdant humoribus, & uires robustas athletæ habent) hoc solū malum permaximū continet, ꝙ ad extremā uenit repletionē, quapropter statim eum soluere oportet. Et sicuti rursus qui sunt tali habitu præditi, nō sunt ad extremam euacuationē perducendi: sic & qui alia quauis egent euacuatione, non sunt supra modum euacuandi. Nam, ut in uniuersum dicamus, in omni euacuatione uires ægroti oportet attēdere: & donec tolerat, nec laborat, tentandū est humorem exuperantē educere. cū uero dissoluunt̄ uires, etiā si restent superfluitates, cauere oportet earum euacuationē. Quod aūt ait: Et rursus refectiones cū extremæ fuerint, periculosæ: si quis debeat sermonē hunc ad exemplū referre ne sit decurtatus, de ultima dictus repletione uidebit̄, quam iubet caueri, & nō usq; adeo reficere corpora, ut ad extremā ueniant repletionem. Si uero sermonis figurā attēderis, ut nōnulli expositores fecere: de eadē re bis ipsum dicere, sed aliter atq; aliter cogitabis. Cum igitur ita dixerit: Sic & euacuationes quæ ad extremū perducunt, periculosæ: hoc solū putabis præcipere, fugiēdas esse immodicas euacuationes, quoniā sint admodum periculosæ. Cum uero postea subiungēs dixerit: Et rursus refectiones cū extremæ fuerint, periculosę: ob hoc uetare immodicas euacuationes, quoniā & refectiōes post ipsas, haudquaq; securæ existūt, cū sit natura iam facta imbecillis, & neq; iam possit sufficienter coquere, neq; distribuere alimentū, neq; assimilare. Verum si quis ita sermonem acceperit: altera doctrinæ pars de superflua repletione relinquetur, & frustra exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatū. Quid? ꝙ & hoc ipsum uerbum, rursum, in tota adiectū oratione, sententiam quam diximus, uidetur manifestare, cum ita dicat, Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosæ. Vt eñ qui de altera re sermonē faciat, ita uerbum rursus apposuit.

Victus tenuis atq; exquisitus, in morbis quidem longis semper, in acutis uero, in quibus non conuenit, periculosus. Et rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nam & repletiones quæ ad extremum deueniunt, graues sunt. IIII

Cum in superiori aphorismo de qualibet immodica repletione atq; euacuatione locutus fuerit: in hoc de ægrotantium uictu sermonem habet, præcipiens nobis, in morbis longis semper uictum cauere tenuem, in acutis uero nō semper, plurimi enim horū uictum tenuem exigere uident̄: quidam uero eorū & illum qui ad extremū tenuitatis deuenit. Esset aūt uictus tenuis in extremo, qui per solā inediā, uel melicratū, usq; ad iudicationē procedit. Tenuis uero, qui per pauca, aut parum nutrientia

edulia

vitio danda est Athletica. nec eam ab ullis unq; medicis laudatam inuenio. quādoquidem illud primum apud Hipp. leges: Affectio Athletica nō est secundum naturam. melior est salubris habitus. Gal. in oratione suasoria ad artes.

Morbi potius hoc genus esse mihi dicendum putarim. [illegible] sentire Hipp. cum inquit: Affectus athleticus non est secundum naturam. melior est salubris habitus. Quibus verbis Hipp. nō Athletarum solū a more naturæ abhorrere declarauit, sed etiam Athleticā corporis affectionem habitus nomine eripuit. ut illos eo nomine priuaret, quod corpori vere sano ab antiquis tributū est. Siquidem habitus stabilis est vel minus mutabilis affectio: bonus vero et summus Athletarum habitus, et facile mutabilis est, et periculosus etc. Gal. in oratione suasoria ad artes.

edulia, qualis est ptisanæ succus. Eius autem terminus est uirium ablatio, quarũ gratia nutrimus. In sanis itaq; corporib. semper oportet robur seruare naturæ, uel augere alimentis, non demoliri. Ac augens quidem alimentum est quod plenum uocatur, conseruans autem, quod modicũ existit: auferẽs uero quod tenue dicitur. Hoc igitur semper fugere oportet, duobus alijs, ut præsentia exigunt, uti. In ~~ægrotantibus autem, raro quidem, interdũ tamen robur corporis maius reddere q̃ acceperimus,~~ studemus, studemusq; magna ex parte in longis quidem morbis fouere uires, in acutis autẽ moderate debilitatas conseruare. Nam si eas in istis tales, quales accepimus uel seruare, uel augere semper uoluerimus, morbus excrescet. Qui uero morbi acuti uictum exigant tenuissimum in extremo, quiq; tenuissimũ quidem, non tamen in extremo, & q̃ tenuẽ, in lib. De uictu acutorũ (qui De ptisana à nõnullis inscribit̃) plenius Hippoc. docuit: & nos nostris in eũdem librũ expositionibus, totum sermonẽ absoluimus. Nunc uero tantũ hoc dixisse sufficiat, in omnibus morbis in quibus maximus uigor & iudicatio primis quatuor diebus futura est, modo natura sit fortior, integrã inediã seruandam esse, quæ est in extremo tenuissimus uictus. In quibus uero non ultra primam septimanam protrahentur, forti existente natura, solo utẽdum est melicrato. Solus autem hic uictus tenuissimus esset, non tamen in extremo. Quòd si naturæ robori non satis fidamus, ptisanæ utemur succo. rationabiliterq; huiuscemodi uictus tenuis diceretur, sicuti qui per ptisanã hordeaceã, nõ est quidẽ tenuis exquisite, nisi omnino pauca assumpta fuerit: non tamẽ propterea plenus, qualis qui fit per oua, & alicã, & pisces, atq; alia huiuscemodi. Quod igit̃ adiectũ est sermoni de acutis, in quibus nõ cõuenit, haudquaq; dicitur propter peracutos, de his enim ipse mox inquiet: Ubi igit̃ morbus peracutus est statim, & extremos labores habet, & uictu extreme tenuissimo utendum est.

V In tenui uictu ægri delinquũt: quo fit ut magis lędantur. Quicunq; enim error cõmittitur, maior in hoc fit, q̃ in paulo pleniori uictu. Propterea etiam sanis periculosus existit ualde tenuis constitutus & exquisitus uictus, quoniã errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis uictus atq; admodum exquisitus, eò qui fit paulo plenior, magis periculosus.

Huius initiũ aphorismi etiã aliter scriptũ inueniũ, hoc modo: In tenui uictu magna ex parte peccant qui ægrotant, quo fit ut magis lædantur. Et hanc scripturã pleriq; magis altera probant, hoc putantes Hippocratẽ uoluisse dicere, quòd in tenui uictu ut plurimũ ægri delinquũt atq; ideo magis læduntur. Nam inscijs medicis ob hoc ipsum coguntur cibũ assumere, quoniam tenui uictu ab ipsis regũtur: & hinc maius detrimentũ suscipiũt, q̃ si uictu tenuiore non regerentur. Quòd autem delinquant, manifestũ est, quoniã uires habent imbecilles, ut quę antea alimẽti inopia laborauerint. Mihi autẽ uidetur prior scriptura melior, ut quæ hanc quoq; cõplectitur, & sermonẽ facit generaliorẽ, cũ de omni delicto doceat, siue uolentibus, siue inuitis ęgrotãtibus accidat: ut talis sit sermo: Quicũq; error accidit ęgrotãtibus qui tenui uictu regũtur, hic maximũ affert periculũ, quia & natura à tali uictu debilitat̃, & ab eo trãsitus est insuetus. Confirmãt antedictã scripturã ea quę de sanis dicunt̃, ~~in quib⁹ tenuẽ ait uictũ esse periculosum,~~ quo~~niam errores grauius ferunt, nõ~~ quia propter uict~~us tenuitatẽ cogãtur delinquere~~. Quę uero de aphorismo sequuntur, sunt manifesta.

VI Extremis morbis, extrema exquisite remedia optima sunt.

Extremos morbos nominauit Hippocrates summos, ultra quos non sunt alij. Quare præcipit in ipsis tota curatione exquisitissima nos uti, ac proculdubio uictum quoq; adhibere tenuissimũ: tales autem prorsus sunt morbi peracuti, in peracutis autem qui tertio die ad summũ uigorẽ perueniunt, uictus summe tenuis optimus est. Unde sequentem subiungens aphorismum, ait.

VII Ubi morbus peracutus est, statim extremos habet labores: & extreme tenuissimo uictu utendũ est. Ubi uero nõ, sed pleniorẽ uictum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior.

Sicut prius extremos morbos, summos nominauit: ita & nũc extremos labores, summos appellat: labores autẽ, uel accessiones, uel simpliciter casus uniuersos. Etenim accessiones, atq; omes simpliciter casus summos possidet morbus peracutus statim in primis morbi diebus: nã in ipsos statim morbi incidit uigor: qui nihil aliud est, q̃ morbi quantũ ad ~~casus~~ attinet summũ. Iam uero morbus ille est peracutus, qui statim in summo uigore cõsistit. Statim autẽ est intelligendum, circa primos quatuor dies, uel paulò ulterius. Idcirco aũt extreme tenuẽ uictũ adhibere conuenit, si modo uictus tenuissimus morbis cõsistentibus est necessarius: queadmodũ docuit in lib. De uictu acutorũ, & in hoc ipso aphorismo. Consistit autẽ morbus peracutus statim in primis dieb⁹. Quòd autẽ sit ratiõi cõsonũ, in morbi uigore tenuissimo uti uictu, alibi est à nobis plenius ostẽsum. Nũc id tantũ dixisse sat erit, q̃ si ꝓpter inflãmatiões, uel febres (quæ à morbis acutis sunt inseparabiles) quispiã ueret effatu dignũ afferre alimẽtũ, hoc ipsum morbo in suo uigore cõsistente magis uerebit̃ facere. Tunc eñ phlegmasiæ, ut appellat ipse in libro De uictu acutorũ, maxime existunt, siue quis per phlegmasias uelit intelligere illas q̃ proprie dicunt̃ inflãmationes, siue etiã libeat febres unà cõplecti, secundũ antiquã uocabuli acceptionẽ. Accedit ad hæc, q̃ melius est naturã permittere uacare circa morbi

coctionem, morbo in ſuo uigore conſiſtente, neq; diſtrahere ipſam ad cibos recenter aſſumptos cõficiendos. His rationibus itaq;, cum morbus conſiſtit, uictu tenuiſſimo oportet uti. Hoc ſuppoſito, in alijs morbis qui ſuum uigorem ſunt poſterius accepturi, non licet afferre ſtatim ab initio tenuiſſimum uictum. Nam prius homo morietur, quàm morbus in uigore cõſiſtat. In quibus uero morbi uigor ſtatim futurus eſt, hoc eſt in primis quatuor diebus, in ijs poſſumus uictu extreme tenuiſſimo uti. cum uires tolerẽt & inediam omnimodam, & ſolius melicrati exhibitionem, & ptiſanæ ſuccum paucum omino, talis ſiquidem tenuiſſimus eſt uictus. Qui uero hoc minus tenuis exiſtit, quẽ etiã pleniorẽ nominauit, illis conuenit morbis qui poſterius in ſuo debent uigore conſiſtere: in quibus præcipit tãtum à uictus tenuitate declinare, quantum morbus ab extremis recedit, hoc enim à uigore ſummo. Hoc enim proximo exiſtente, minus plene uictũ afferemus: longius uero diſtante, magis plenum: & quanto tardiorem fore ſummum morbi uigorem expectabimus, tantum & uictus figuram commutabimus.

VIII Quando morbus in ſuo uigore conſtiterit, tunc uictu tenuiſſimo utendum eſt.

Hic pariter ſermo pars quædã eſt artis quæ docet uictum conuenientem adhibere, qui à nõnullis ſeorſum ſcribitur per uerba nuper dicta: ab alijs uero antecedenti annectitur aphoriſmo, eo modo quo antea ſcriptus eſt. Docet autem nos, utcunq; ſcribatur, unam & eandem ſpeculationẽ, antiquo magiſtro præcipiente: ut cum morbus in ſuo uigore conſiſtit, uictu tenuiſſimo utamur, tum propter caſuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Neq; enim diſtrahere oportet naturã ad alterã nouã coctionẽ, cum eo tẽpore humorũ noxiorum coctioni fortiter uacet, & haud ita multopoſt ipſos ſit euictura. Sic enim oſtendimus & in tractatione De Criſibus. Nunc uero de ijs tantum morbis ſermo tranſigitur, in quibus omnino & curationem & uictus intendimus rationem. Ii uero ſunt in quibus poſt uigorem ſequitur declinatio. Nam quorum ſummum uigorẽ excipit mors, in his parte artis utimur quæ prognoſtica nominatur, id quod futurum ſit prænunciãtes, ne euentus rerũ noſtro aſcribatur errori. Hæc igitur tibi ſit una indicatio, ſumpta ex morbi tẽporibus ad uictus rationẽ, altera uero à uiribus ægrotãtis, quam in ſequenti docet aphoriſmo.

IX Coniectari autem oportet, an æger cum uictu ſufficiat perdurare donec morbus cõſiſtat: & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum uictu perdurare: uel morbus antea deficiat, atq; hebeteſcat.

Quia in ſuperiori aphoriſmo tãdiu iuſſit ab eo qui extreme tenuis uictus nominatur, declinare, quãdiu morbus mollior extiterit ſuo uigore, hoc

A in loco nunc alteram adijcit intentionẽ, ut quantitatem declinationis exquiſite noſcamus. Eſt autem hæc intentio, uis ipſa ægrotantis, cuius gratia nutrimus, neq; enim morbi cauſa. Cum enim uis ita robuſta fuerit, ut ſperemus ipſam poſſe perdurare totum tempus inter medium uſq; ad ſummũ morbi uigorem, cum tali uictus forma: tũc exquiſitam habebimus declinationis, quam diximus, quantitatẽ. Quòd ſi imbecillior extiterit, adijciendum eſt aliquid uictui, & plenior eſt adhibendus, tantum quantum uirium imbecillitas expoſtulat. Quocirca aliquando in ipſo etiam morbi uigore, ubi caſus aliquis interuenerit robur naturæ diſſolues, nutrire cogimur. Eſt autem hic quoq; ſermo pars totius offerẽdi alimẽti rationis. Vnde ſi quis

B & hunc, & priorem, atq; ſequentem aphoriſmum unum fecerit, non aberrabit. Ego uero, quoad fieri poteſt, in partes ſecans expono, doctrinæ gratia clarioris.

Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, ijs ſtatim tenuis uictus adhibẽdus eſt. quibus uero poſterius debet conſiſtere, ijs & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus: prius uero uberius agẽdum, ut æger ſufficiat. X

Hic pariter ſermo eandem ſentẽtiam habet cũ priore, niſi quòd eſt illo uniuerſalior. Prius enim in peracutis morbis dicebat ꝙ ſtatim in ipſis te-

C nuiſſimo uictu uti oporteret. Hic uero ſimpliciter de omĩbus morbis pronuntiat, quibus ſtatim cõſiſtendi tempus futurũ eſt, hoc eſt, non multo poſt primam acceſſionem, iubens ob id tenuem adhibere uictum. Quæ uero ſequũtur manifeſta: cum eidem hæreant ſententiæ.

In acceſſionibus abſtinere oportet: nam cibum dare, nocuum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet. XI

Totius quidem uictus rationem in unoquoq; morbo à duabus intẽtionibus iuſſit abſumere, ex futuro totius morbi uigore, & ex uiribus ægrotantis. Quomodo uero quiſpiam particulatim ci-

D bum offerat conuenienter, in hoc docet ſermone, caueri iubens morborũ acceſſiones. Ipſe uero manifeſtius in libro De uictu acutorum dixit, quòd neq; cum iam adſunt, neq; haud ita multo poſt aſfuturę ſunt acceſſiones, cibus dandus eſt, ſed cum declinant aut ceſſant.

Acceſſiones uero, & cõſtitutiones morbi indicabunt, & anni tẽpora & circuituum ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Sed ex ijs quæ mox apparent, indicia ſumuntur: queadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputũ appareat, morbũ breuiat: ſi uero poſtea appa- XII

appareat, producit. Et urinę, & alui excremēta, & sudores, quæcunq; apparuerint, uel bonam morborum iudicationem uel malam, uel breues aut longos fore morbos ostendunt.

Si quæ prius dicta fuerūt ab eo de uictus ratione, ad memoriam reuocemus: eorum quæ nunc dicuntur, utilitas fiet nobis manifestior. Quæ aūt prius dicta fuerunt, hæc sunt: Totius uictus figuram ad duas respiciens intentiones faciebat, quarū altera erat uis ægrotantis, altera cōstitutio morbi. Nam cōsiderare an morbus sit acutus, uel peracutus, uel lōgus, & quādo maxime in uigore consistet: morbi constitutionē est cōsiderare. Particulares aūt ciborū oblationes, ex accessionibus particularibus coniecturabatur. Cum igitur tres essent intentiōes ad perfectā & absolutam uictus rationem, primaq; ex uiribus ęgrotantis, secunda ex morbi constitutione, tertia præter has ex particularibus accessionibus sumerentur, uires quidē sub primo statim ingressu comprehendere medicus potest, ex pulsibus scilicet & alijs quæ ipse in libro prognosticō latius scriptitauit: quamuis forte quis dixerit uirium magnitudinem esse incomprehensibilē. At si non possumus earū quantitatē exquisite cognoscere, posse tamen nos artificiosa quadā coniectura ad ueritatē proxime accedere, nemo inficiabitur. Morbi uero constitutionē, qualis nam sit, et particulares accessiones, multi medici existimarunt non posse dignosci: nō tamen idē sensit Hippocrates, sed & in hac parte, sicuti & in alijs omnibus sæpe quidē exquisite, & (ut quispiā dixerit) perite atq; scienter: sæpe uero coniecturaliter quidem non tamen inartificiose, neq; longe à ueritate, sed propinque ac proxime perueniemus ad cognoscendū futurū cōsistendi tēpus, & accessionū successiuas reciprocationes. Uerū hęc omīa latius & in libris qui Prognostica, & in alijs qui Epidemię inscribuntur, Hippocrates docuit: nosq; iuxta antiqui magistri sententiā, ipsius uerba cum decenti expositione apposuimus in primo libro De Crisibus: in quo ostēdimus quomodo quispiam futurum morbi uigorem possit præcognoscere. Nunc uero sunt omnia ab Hippocrate per capita tradita, nosq; ipsa quābreuissime fieri poterit, dilucidabimus. Quibus uero curæ est omnem de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librū De Crisibus à nobis conscriptum, legendum accedant. Ipsi quoq; morbi, & accessionum proportiones, & suas etiam constitutiones nihilo minus ostendent: ueluti in intermittētibus, quòd tertiana cito terminatur, quotidiana uero longa erit, quartana autem etiam hac longior existet. In continuis, quòd incendentes quidem acutæ sunt: quæ uero typhodes, id est succendentes nominantur, lōgiores: mediæ uero inter has, semitertianæ. Quomodo uero quispiam has omnes febres statim inuadentes dignoscat, secundo libro De Crisibus plenius edocuimus: quare non oportet huc transferre quæ in alijs bene iam explicauimus: ne

A que enim sæpius eadem in pluribus libris sunt repetenda, sed solum ad memoriā reuocādum, quomodo si possibile fuerit tertianam inuadentem statim ab initio cognoscere, ex ea comprehendere queamus, quòd & cito terminabitur, & quòd per tertium diem fient accessiones, & hoc est quod ab Hippocrate dicitur: Accessiones autem, & constitutiones morbi indicabūt &c. Nos quidem cum statim prima die febrium quartanarum initia sæpe cognouissemus: non expectata secunda accessione, formam uictus ab initio constituimus, tanquā ad morbum qui longo post tempore ad suum uigorem foret perueturus. Idem in quotidiana & tertiana fecimus, tempus futuri uigoris in utrisq; secundum proprium terminum metientes. Sicuti

B autem in febribus, itidē in alijs morbis est faciendum. Morbus enim lateralis, & qui peripneumonia & phrenitis à Græcis nominatur, morbi acuti sunt. Angina autem, iuxtangina, & cholera, & distentio neruorum, peracuti. Aqua inter cutem, atra bilis, suppuratio, & tabes, diutini. Ac morbo quidem laterali, & phrenitidi, magna ex parte per tertium diem accessiones fiunt: quæ autem uentri eueniunt, aut hepati, suppurationibusq;, & tabi, quotidie, & magis ad noctē: qui uero ex liene laborant, & omnino ex atra bile, per quartū. Quod autem subinde dicitur de anni temporibus, ad ea quæ antea dicta sunt, habet relationem. Nam & morbi cōstitutiones, & accessiones possunt ab anni temporibus unà cum morbo indicari. Neque

C enim sufficit hoc tantum scisse, quòd quartana inuasit hoc die, ut ab initio præcognoscamus instituendam esse uictus rationem, ut ad morbum futurum diutinū: sed etiā si hyeme, aut uere, uel æstate, uel autumno suum fecit initium, prospicere oportet: id cognoscentes, quòd æstate quartanę magna ex parte breues sunt, autumnales longæ, & quæ magis hyemē attingūt. Nā hęc eadē ipse nos in sequētibus edocebit: siquidē & tertiana febris, cum alioqui cito terminetur, citius tamen æstate, quàm hyeme finietur. Atque alijs singulis morbis ęstas addit celeritatē, hyems uero tarditatē. Sed & accessiones, per tertiū quidē magna ex parte æstate fiunt, per quartū uero autūno, singulis uero diebus aut noctibus hyeme. Sicuti in anni tēporib.

D sic & in tēperaturis ex proportiōe res se habet: de quibus & ipse Hippoc. sæpe disseruit, nō tamen hic quicquā dixit, ut qui ex uno alia nobis ad memoriā reuocanda deliquerit. Quæ em̄ tēpus æstiuū, eadē & ægri tēperatura, si fuerit calidior & siccior: & ætas, si in suo uigore constiterit, & locus, si calidus & siccus, unà indicabūt. Liquet autem, quòd & industria uitæ, & assuetudo eodē modo habēt, & præsens aëris nos ambientis cōstitutio, de quibus postea docebit. Sic & quæcunq; de tēpore autumnali ad morbi constitutionem, & accessionum reciprocationē assumebātur: hæc eadem & de ætate ægrotantis atq; natura, & uitę industria, & assuetudinibus, & regione in qua ægrotat, & aeris ambientis quę tunc uagaē tēperatura, assumere

aſſumere licet. Ex his quidem iam cõſtare poteſt A
quòd & morbi conſtitutionem, & acceſſiones co
gnoſcemus. Conſtitutionem quidem, ſi morbus
fuerit peracutus, uel diutinus: quod ad cõſiſtendi
tempus prægnoſcendum eſt neceſſarium. Acceſ-
ſiones uero, an per tertium, uel per quartũ: uel ſin
gulis diebus, ſiue qua hora diei aut noctis ſint in-
uaſuræ. Quòd uero circa finẽ aphoriſmi ſcribit,
deinceps uideamus ſi ad eorũ quæ nos diximus,
faciat declarationẽ. Sic enĩ Hippocrates inquit:
Et circuituũ ſucceſſiua incremẽta, ſiue quotidie,
ſiue alternis dieb. ſiue per maiora interualla fiant.
Clarum eſt autẽ ipſum intelligere per circuituum
incrementa, acceſſionũ quæ in ipſis eueniunt au-
gmenta, quæ & modum quo morbus augetur, &
futuri uigoris tempus præfinitum oſtendunt. Hinc B
autem præcipue diſces ſecundę acceſſionis ad pri
mam accremẽtum, in hiſce tribus, in hora qua fit
acceſſio, in lõgitudine acceſſiõis, & in magnitudi
ne. Nihil autẽ differt ſi in uehemẽtia dixeris, quia
hęc duo nomina ſunt apud medicos uſitata, ipſaqꝫ
ſæpius de re eadem pronuntiant, cum aliquãdo di
cunt maiorem fuiſſe febrem ea quæ præceſſit, ali-
quando uehementiorẽ. Contingit autem hanc fe
brem uehementem uel æquales horas cum pręce
dente obtinere, uel pauciores, uel plures: quod ad
magnitudinem ſiue uehemẽtiam acceſſionis non
pertinet, ſed ad prolixitatẽ acceſſionis. Per acceſ- *Accessio, quid?*
ſionem autem te nũc oportet intelligere deterius
tempus totius circuitus, quod eſt à primo inſultu
uſqꝫ ad tempus conſiſtendi; ſicuti reliquum tẽpus C
declinationis eſt melius. Cum itaqꝫ acceſſio (ſiue
per tertium, ſiue per quartum, ſiue quotidie fiat) ſi
mili anticipauerit proportione, atqꝫ ita anticipan-
do ad longius extenditur tempus, atqꝫ inſuper ue
hementius afflixerit: tunc manifeſtũ eſt morbi au-
gmentum. Quãtum autẽ augeatur, unumquodqꝫ
ex dictis ſua qualitate monſtrabit: ſiquidem acceſ-
ſio pluri tempore anticipans, & longius atqꝫ uehe
mentius affligens, effatu dignũ indicabit augmen
tum, & uelocem eſſe morbi motum, atqꝫ haud ita
multo poſt in ſuo uigore futurum. Neqꝫ enim fie-
ri poteſt ut magna incrementa ſuſcipientibus ac-
ceſſionibus, non proxima ſit morbi conſiſtentia.
Contraria autẽ acceſſio, quæ ſcilicet parua faciat
incrementa omnium eorum quæ diximus: quan- D
tum ad hoc attinet, longius diſtare futurum mor-
bi uigorem oſtendit. Hoc igitur ipſum per circui-
tuum incrementa diſcemus, coniectura ſcilicet aſ-
ſequi, poſt quantum tempus morbus in ſuo uigo-
re conſiſtet, ac præterea horam præfinitã qua ac-
ceſſio inuaſura ſit. Conducit autem prima cogni-
tio ad formam totius uictus cõſtituendam: ſecun-
da uero ad cibum dandum in particularibus tem-
poribus, quorum intentiones ipſe ab initio doce-
re propoſuit. Quòd autem circuitum uocet ſimi- *Circuitus, quid.*
lem ad idem reditum, neminẽ puto dubitare. Sed
& ex iis quæ mox apparent, ait coniecturandum
eſſe de acceſſione, & totius morbi conſtitutione.
ſiue autẽ caſus, ſiue ſigna uelit quiſpiam illa, quæ
mox apparẽt, nominare, nihil retulerit. Illud autẽ
de omnibus caſibus ſignisue eſt cognoſcendũ, ꝙ
nõnulla quidem eorum ſignificant paſſionem, ali
qua aſſidẽt, aliqua decernunt ac iudicãt: aliqua co
ctionem, aliqua cruditatem, aliqua ſalutem, aliqua
perniciem oſtendunt. Paſſionis ſignificatiua ſunt,
quæ unà cum morbo inuadunt. Quę uero aſſidẽt,
aliquãdo ſimul inuadunt, aliquãdo ſuperueniũt,
nonnunqꝫ uero neqꝫ omnino ueniunt, neqꝫ enim
ſunt à morbo inſeparabilia, neqꝫ eius uelut ſubſtã-
tiam conſtituunt, ſed proprias faciunt differẽtias.
Quæ uero ab Hippocrate decernentia ſiue iudi-
cantia uocantur: cũ primo quidem exquiſite mor
borum principio non ſunt apta inuadere: cũ duo-
bus aliis autem apta ſunt: de quibus paulo poſtea
dicemus. Aliquando uero neqꝫ in his, ſed cũ mor-
bi augentur, aut iam conſiſtunt, apparent: Signa
uero coctionis inuadunt quidem, & iſta nũquam
in primo ſtatim morbi principio: terminãt autem
illud principium quod eſt pars totius morbi. Si-
gna uero cruditatis, cum primo morbi principio
ſtatim inuadunt, & nõnunqꝫ poſterius apparent,
ſicuti & mortis ſigna. Nam & horum generatio,
morbi principium ſubſequitur. Morbi autẽ prin-
cipium intelligi uolumus (ut in commẽtariis De
Criſibus manifeſtauimus) & primum eius inſul-
tum, quod nullam habere latitudinem dicitur, &
id quod eſt ſicuti pars totius morbi, quãdo in prin
cipium diuiditur, augmẽtum, & tempus cõſiſten-
di, & declinationem; & aliud quod uſqꝫ ad tertiũ
extenditur diem. Sed & in eadem tractatione do-
cuimus omnium caſuum poteſtates: & ſimul quæ
expoſitiõe indigere uidebantur uerba Hippocra
tis ad hoc pertinẽtia, expoſuimus. Sed & nũc per
modum cõpendii de ipſis à nobis dicetur. Qui ue
ro uoluerit totam Hippocratis artẽ circa iſta per-
diſcere, ad illam uadat tractationem. Ex mox ap-
parentibus igitur totam iubet morbi conſtitutio-
nem coniectari: deinde quandam morbi ſpeciem
in medium adducens, ita inquit: Veluti in laterali
morbo ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, mor
bum inchoãtem breuiat: ſi uero poſtea appareat,
producit. perſpicue uero quod docet aſſequeris, ſi
ex tertio libro Epidemiarum apponam quæ ipſe
de Anaxione ſcribit, morbum lateralem patiẽte:
quem etiam ægrotum ego in primo libro De Cri
ſibus, mea expoſitione patefeci. Verba autẽ Hip-
pocratis hæc ſunt: In Abderis Anaxiona qui iu-
xta portas Thracias habitabat, febris acuta inua-
ſit, lateris dextri dolor continuus, tuſſis ſicca: neqꝫ
primis diebꝰ expuebat aliq͂d: ſitibũdꝰ, peruigil: uri
næ bene coloratæ, multę, tenues. Sexto die delira
uit, neqꝫ calefaciẽtia aliquid proficiebãt. Septimo
die magis laborabat, quia febris intendebatur, &
dolores non minuebantur, tuſſeſqꝫ infeſtabant, &
difficulter ſpirabat. Octaua uenam in cubito ſe-
cuit: ſanguis plurimus fluxit, qualem oportuit: do
lores ceſſarunt, uerum tuſſes ſiccæ ſubſequeban-
tur. Vndecimo die febres decreuerunt: parum cir
ca caput ſudauit: tuſſes, & quæ à pulmone, humi-
diora

diora. Die decimoseptimo cœpit paucum quid co
ctum expuere, leuatus est, sed siti premebatur: &
quæ ex pulmõe purgationes, nõ erãt bonæ. Vige
simo die sudauit, & desijt febricitare. Post crisin
leuatus est. Vigesimoseptimo die febris redijt, tus-
sijt, multa concocta educebat: urinis inerat pluri-
mum sedimen albũ: sitis cessauit & bene spirabat.
Trigesimo quarto die sudauit totus, & post crisin
omnino ex febre conualuit. Hic igitur Anaxion
ab initio morbum lateralem patiebatur, non tamē
ab initio expuebat, sed & octauo die adhuc tusses
siccæ subsequebant̄, ut inquit Hippocrates. Qua-
re rationabiliter totius morbi solutio ad trigesi-
mumquartũ diem extenta est, cũ tamen magna ex
parte lateralis morbus terminum suæ iudicationis
habeat quartumdecimum: & si non hunc, saltem
omnino uigesimum. Quòd si ante tertium diē ex-
puisset, uel circa septimum, uel nonum, uel unde-
cimũ diē, iudicatio esset subsecuta: & si in ipso die
tertio spuere cœpisset, quartũdecimum diem non
transcendisset. Hoc em̃ accidit in omnibus inflam
mationibus quæ non tegũtur operculo densiore,
uti in ijs quæ exteriorē occupant cutē, quandã sa-
niem resudare, ab initio tenuem, postea uero si co-
ctionem accipiant, & ad melius proficiant, crassio
rē: & ex hac ipsa crassiore aliquam esse magis con
coctam, aliquã uero minus. Hoc idem in om̃ibus
inflammationibus quę uel os, uel oculos infestãt,
licet intueri: nec minus in quacunq; alia corporis
parte, quãdo pars aliqua interior simul cũ cutis di
uisione patit̄ inflammationē. Nam ex huiuscemo
di ulceribus sanies profluit talis, qualem ego dixi.
Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cũ tãta
meatuum angustatione, ut nihil extra effundatur,
necesse est illã esse & coctu difficilē, & longo tem
pore perdurare. Hac igitur ratione & in morbo la
terali (qui & ipse est ex genere inflammationum)
attendere oportet signa coctionis. Nam crudissi-
mus morbus est, in quo nihil omnino expuitur: se
cundum ordinem obtinet ille in quo sanies tenuis
est: tertium in quo crassior: & quartũ in quo perfe
ctam habet coctionē. Verũ si hæc circa tertiũ, uel
quartũ diē apparuerit, nõ cõtingit morbũ trãscen
dere septimũ diē. In alijs uero singulis necesse est
ut pro coctionis modo, mensura temporis conse-
quat̄. Sicuti igitur sputũ, perfectę coctionis signũ
est, quando album fuerit, & lene, & æquale consi-
stentia, neq; nimis humidum, neq; nimis crassum:
eodem modo integrã cruditatē ostendit quod nul
lo modo expuitur. Quòd si expuatur quidem sed
tamen adhuc tenue sit, debilis coctionis est signũ.
Quòd si impermistũ fuerit, uel flauũ, uel rufum:
haudquaq; bonũ. Quòd si liuidum fuerit, aut æru
gini simile, aut nigrum: perniciosissimum existit.
Cum itaq; à nobis distincta sint signa coctionis &
cruditatis, & præter ea tertiũ genus exitialium: il-
lud scire oportet, quòd signa coctiõis semper sunt
bona, ut quę morbi solutionē haud ita multopost
futurã ostendant: sicuti genus signorũ exitialium,
mortem ægri citã prænuntiant. At uero signa cru
A ditatis diutinum quidem ex necessitate morbum
significant: sed quantum in ipsis est, neq; moritu-
rum, neq; euasurum è morbo hominem ostendũt.
Tibi uero prius ægroti uires expendenti, etiam ex
his licet præcognoscere. Aliud est signorũ genus
quæ crisima, id est iudicatoria ab ipso nominãtur:
sunt autē hæc, sudores, sanguinis fluxus, rigores,
multũ alui profluuiũ, & similis uomitus, dolor ca
pitis repente inuadens, difficultas spirandi præter
rationē & uehemens, uel cordis morsus, uel quæ-
dam in præcordijs citra dolorē tensio, uigiliæ plu
rimæ, deliriũ, & nox absq; ratione molesta, & ac-
cessio anticipans, & lachrymæ inuoluntariè nihil
patientibus oculis, neq; ex tristitia prouenientes, ru
bor faciei, & labrum inferius agitatum, lucida uel
B obscura & tenebrosa quædã ante oculos obuer-
santia, & hallucinatiões quædã, & malę uel nasus
repēte rubescētes, parotides, aut omnino materię
alicuius in articulum decumbētis generatio. Hæc
igitur omnia, & præter hæc alia multa huiuscemo
di secundum propriam eorũ substantiam casus no
minata, quatenus uero subitã mutationem osten-
dunt, signa crisima, id est iudicatoria appellata, du
plicem tibi præstabunt pręcognitionem. Siquidē
morbo iam cocto superuenerint, futurã statim sa-
nitatem denuntiant. Si uero crudo adhuc morbo:
iudicationem non bonam, quæ aut ad perniciem
agat, aut in longum tempus morbum producat.
Quòd uero alia sit natura horum signorum quæ
crisima, id est iudicatoria nominant̄, alia uero eo-
C rum quæ coctionem significant, hinc discere pos-
sis. In primo libro Epidemiarũ inquit Hippocra-
tes: Coctiones, iudicationis celeritatē, salutisq; se-
curitatem significant. Cruda uero & incocta, &
quæ in abscessus malos conuertuntur, iudicatio-
num carētias, uel dolores, uel temporis longitudi
nem, uel mortes, uel recidiuas ostendũt. ita hic in
uniuersum collaudauit morbi coctionē. In libro
autem qui Prognostica inscribitur, particulatim
in hunc modum simul docēs ipsius indicia: Vrina
autem optima est, quando sedimentum albũ, lene
& æquale fuerit per omne tēpus, donec morbus
terminetur. Significat enim salutis securitatem, &
morbum pauco tēpore duraturum. Sic rursus lau
dauit urinam mõstrantē coctionē in uenoso gene
D re. Rursus autem cum dicit alui excrementũ opti-
mum esse, quod molle, consistens, & hora excre-
tum, qua solet cũ sanitas adest. atq; hic indicia co-
ctionum uētris simul collaudat & docet. Sic & eã
quæ fit in mēbris respirationi seruientibus coctio-
nem simul collaudans ac docēs, in hunc modum
scribit: Sputũ oportet in omnibus doloribus qui
pulmonē & costas infestant, celeriter ac facile ex-
pui, flauitieq; ualde sputo cõmistam apparere. Co
ctionis siquidē signa semper bona sunt, iudicatio-
nis uero signa nõ semper. Sic ergo inquit, signa cri
sima, id est iudicatoria, non iudicantia, aliqua mor
tem, aliqua difficilem iudicationē portendunt. Sa
neq; & cũ ait, quę ad melius iudicãt, nõ cõfestim
apparere: per hęc uerba eãdē profert sentētiã. Nã
coctio-

coctionis ſigna quocunque tempore apparent, bona ſunt. ſemper enim eorum uniuerſum genus optimum exiſtit. Non ergo repugnat illud quod nunc dictum eſt, in morbo laterali ſputum ſtatim apparere: illi alteri quod dicitur, ſigna iudicãtia ad melius, non ſtatim apparere. Nam ſigna iudicatoria nonnunquam mala fiunt: ſignum uero coctionis nullum unquam prauum fuit, ſed omnia optima ſemper: & tanto citius ægrũ ſanitatem recuperaturũ oſtendunt, quanto citius apparuerint. Hæc dixiſſe ſufficiat per modum cõpendij, quãtum ad præſentem attinet locum. Totam uero de iſtis antiqui magiſtri ſententiam in libro De Criſibus expoſuimus. Vt autẽ ſermo quem nuper diuidendo propoſui, perfectus habeat: quomodo à dictis differant, & quæ paſſionis ſignificatiua, & quæ aſſidentia dicuntur ſigna hinc uolo tranſigere, unam in mediũ adducens pro exemplo paſſionem, hanc ipſam uidelicet quã Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidem febris, unà cũ ſpirandi difficultate, & tuſſi, & dolore lateris pungenti, ſigna paſſionis ſignificatiua nominantur. Quòd autẽ dolor aut ad præcordia, aut ad clauim perueniat, aſſidentia dicunt: ſicuti quòd facilius in latus patiens, quàm in alterum decumbat æger, ad idem genus aſſidentiũ attinet. Scripſit autem & Nicandro Praxagoras duo uolumina De aſſidentibus ſignis: de ijs autem quæ ſuperueniunt unum alium, ac ſi de mox apparentibus inſcriberetur. Hæc igitur mox apparẽtia inquit Hippocrates & bonam morbi iudicationem & malam: morbumq́ uel longũ, uel breuem futurũ oſtendere: Meminit autem non ſolum ſputorum, ſed & urinarũ, & excrementorum alui, & ſudorum: ea ſcilicet quæ ſunt in libro Prognoſtico ſcripta, nobis exẽplo ſubijciens. quæ ad hunc locũ transferre ſuperuacuũ foret. nã de his in libris De Criſibus diximus, & in cõmentarijs in Prognoſtica: in quibus adhuc magis antiqui magiſtri ſententiam explanauimus.

XIII Senes facillime ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem cõſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omniũ minime pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt uiuidiores.

Differẽtia etiã ætatũ confert aliquid ad capiendam uictus rationem. Senes ſiquidem facile ferũt inediam, pueri uero difficulter. Eſt autẽ facilitas & in non appetendo, & nihil inde mali ſuſtinẽdo. Difficultas autem ex cõtrarijs oritur: Etenim pueri magis appetũt, & plus offenduntur in longis inedijs. Mediæ uero ætates inter ſenes & pueros, quãto alteri ipſorum proximiores exiſtunt, tanto aut minus, aut magis moleſtantur atque offenduntur ex longis inedijs. Huius autem aphoriſmi cauſam ipſe in ſequenti docet, qui ita incipit: Qui creſcunt plurimum caloris innati habẽt. Ita ut ſi quis uelit ipſum priori adiungere, & cum, enim, coniunctione proferre, tunc ſermo unus fieret, & manifeſtus, in hunc modum ſe habens. Senes facil-

A lime ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, minime uero omnium pueri. Qui enim creſcunt, plurimum caloris innati habent. Appellat autem ætatem habentes conſiſtentem, eos qui mediam ætatem habent inter iuuenes ac ſenes, ita ut ab ætate quidem uigente recedant, nondũ tamen ſenſum habent ſenectæ manifeſtum. Sic autem & Thucydides quoſdam in ætate dixit eſſe conſiſtente. Verum inter hanc ætatem, & adoleſcentium, altera quædam eſt, quæ ſicuti ætatũ, ita facilitatis & difficultatis medium ordinem obtinet: ita ut neq; tam facile inediam ferre poſſit, ſicuti qui in ætate ſunt conſiſtente, atq; ſenili: neq; difficulter ſicuti adoleſcẽtes & pueri. Eius tamen non meminit Hippo-

B crates cum poſſit eam unuſquiſq; ex illis quas dixit, intelligere. ~~Nam cum inquit, Præſertim qui ſunt inter ipſos uiui~~diores, ~~naturarũ differentias manifeſtat~~. Pueri eñ qui calorẽ innatũ plurimũ habent, prõptiores ſunt ad cibos aſſumendos, & ipſos magis poſſunt concoquere: & ſi non aſſumpſerint, plus offendũtur. Talis quidem eſt ſermo Hippocratis. Indiget tamẽ adhuc parua quadam additione ad perfectionem: de iis ~~enim qui ſunt in principio ſenilis ætatis recte dictum eſt~~: Senes facillime ieiunium ferunt. de iis uero qui ad extremam ſenectã peruenerunt, non recte: quia hi non poſſunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet aphoriſmo exiguum quiddam, & hoc modo ipſum pronuntiare: Senes facillime ieiu-

C nium ferunt, præter eos qui ad extremã ſenectam peruenerunt: ſecũdo loco, qui ætatem conſiſtentẽ habent. ~~Vel uerbum ieiunium, in ciborum paucitatem eſt commutandum, atq; ita dicendũ~~: Senes ciborum paucitatem tolerant; ſecundo loco, qui ætatem conſiſtentẽ habent. Nam & qui ad extremam ſenectam attingunt, inueniẽtur, etſi nõ poſſint longam inediam tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quiddam patiuntur, quale lucernis penè extinctis accidit: quæ & continuã exigunt olei ſuffectionem, & multam, ac ſubitã ſimul nequeunt ſuſtinere. quandoquidẽ & his exhibere oportet uniuerſam multitudinẽ paucã: & hanc ipſam cibi paucitatem in multas partiri portiões: neq; unà illis longa inedia eſt iniungenda.

D Qui creſcunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimẽto: alioqui corpus abſumitur. Senibus uero parum calidi innati ineſt: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt. frigidum enim eorum corpus. XIIII

Dictum eſt à nobis plenius etiam in commẽtarijs De temperaturis, quomodo uiſum eſt nõnullis medicis eos qui in iuuentæ uigore conſiſtunt, nõnullis uero pueros eſſe calidiores. Habent eñ illi quidem calorem acutiorem, hi uero abundantiorẽ. Nunc uero etiã neceſſariũ eſt dicere, quantũ ad præſen

ad præsentem locum conducit, sermones longos quoad fieri potest in pauca cõijciẽtes. Hoc ipsum igitur uerbũ calidum, aliquando transferimus ad qualitatem, cuius proprium nomen est caliditas: aliquando denominatiue totum corpus dicimus calidũ, à caliditate: estq; hic modus loquendi plurimus in omni uita, & fuit apud antiquos, ueluti Theophrastus ostendit in eo libro qui De calido & frigido inscribitur. Nam cũ substãtia corporea contrarias qualitates, caliditatẽ, frigiditatem, humiditatem, siccitatem, uicissim recipiat, secũdum substantiam quidem recipientem, cum corpus calidum nominamus, multũ uel paucum dicimus esse calidum, ad quantitatem substantię referẽtes. Et hoc dupliciter facimus: uno quidem modo in substantijs impermistis, alio autẽ in mistis. In impermistis quidem, ueluti si duo haberẽt aquam æqualiter calidam in duobus æqualibus labris contentam: alterũ diceremus plus habere calidi, qui maius labrũ possideret: alterũ minus. In mistis uero, ueluti si essent ęqualia labra, sed inęquali mẽsura ex uino & aqua tẽperata: alterũ ipsorũ plus uini cõtinere, alterũ plus aquæ diceremus. Cui modo etiã ille esset persimilis, si duo labra inæqualia supponeremus æqua proportione temperari. Nonnunquam uero non ad substantiæ multitudinem sermonẽ referentes, sed ad qualitatem solam, huic quidem alicui dicimus plus calidi inesse, huic uero minus: sicuti si ex duobus labris parẽ prorsus magnitudinem habentibus, alterũ quod calidiorem aquam contineret, plus habere calidi diceremus: alterum, quod frigidiorem, minus: non tamen proprie uerbo, plus, uteremur in hoc loco, cum melius sit dicere, uel magis, & minus, uel uehementius, atque debilius, & similia uocabula, quæ repræsentare qualitatem solent. Nam paucum & multum in sola decet substantiæ quantitate seruare. Verum non in hoc tantum huiusmodi fiunt nominũ abusiones, sed in pluribus alijs, quæ per uitam sermone usurpamus, idq; non minime fit in arte medicinali. Omnes siquidem morbos, magnos aut paruos nominant, quamuis substantiæ non sint: febrem magnam, febrẽ paruã: apoplexiam magnam, apoplexiam paruã: sic & pleuritidem, & phrenitidem, & peripneumoniam, & omnes itidẽ alios morbos. Aduertere igitur oportet æquiuocationes, & considerare quid sibi uelit semper unaquæq; dictio dicentis. Si enim in altero significato nomẽ protulerit, nos uero in alio accipientes, sermonem redarguimus: non illum qui protulit, (si uerum fateri uelimus) sed nostram potius existimationem redarguimus. Quod nonnulli proculdubio faciunt hoc in loco, qui Hippocrati student contradicere. Nam ad qualitatẽ, nomẽ calidi transferentes, conantur ostendere hanc esse uehementiorem ijs, qui in ętatis uigore consistũt. Verũ Hippocrates non ad qualitatem, sed ad substantiam in præsenti sermone refert id nomen. Nã substantia innati caloris aerea est & aquea, sicuti ex semine licet coniectari, quod paucam omnino

A terrenam substantiam participat, plurimum autẽ aeris calidi humidiq; in se ipso continet, quemadmodum in cõmentarijs nostris De semine, ostendimus. iam uero & alterum nostræ generationis principium, sanguis menstruus, humidum natura est. Cum igitur magis terrestre efficitur animalis corpus, (tale autem quotidie efficitur, dum augetur) tunc licet ualde uehementer calidũ existat & igneum, substantiam tamen innati caloris paucissimam habet: alioqui febricitantes diceremus plurimum habere calorem innatũ, qui nec æqualem priori, nedum plus habent. Bene enim temperata est caloris innati substantia: ignea autẽ, aduentitij. Sed & effluxus qui è toto corpore fiunt, caloris quidem aduentitij sunt: fumei, fuliginosi,

B aridi & acres. Contrà uero, uaporosi, suaues, & bene temperati, caloris natiui, hæcq; ipse potes tactu discernere. Nam sanorum calor uaporosus est atq; suauis, & tactu conueniens, nihil triste, nihil asperum, nihil mordax præ se ferens. Eorum uero qui febricitãt, & præcipue hecticas febres, aut eas quæ ex putredine humorum ortum habent, acris est & insuauis, ac mordax, & nostrum corrodens tactum. Salubris uero eius qualitas in pueris exquisita habetur: sicuti plures eorum qui in ætatis uigore consistunt, inuenire contingit calorem habentes mordacem, & non amplius humidum aut uaporosum, neq; aereum. Neq; mirum hoc uideri debet. Oportet enim similem esse defluxum subiectæ substantiæ: ut quando humida atq; aerea sub-

C stantia existit, tũc quod ab ea defluit, uaporosum est atq; suaue. Cum uero terrestris atq; arida: tunc & quod effluit fumeum fuliginosumq; est & acre: quod & in exterioribus euenit. Nã quæ ex aqua dulci & calida euaporant, optima sunt & uaporosa: quæ uero ex aliquo corpore solido exusto, fumea sunt & acria. Cum igitur duę substantię sint, & hæc quidem suauẽ habeat caliditatem, hæc uero tristem: alteram quidem plurimam habent pueri, alteram uero ij qui in ætatis uigore consistunt, ut ad totius uidelicet corporis proportionẽ. Vt autem hæc physice magis adhuc pertractem, rem totam ad elementa traducam: Cum quatuor sint elementa, ex quibus omnia corpora sunt temperata: puerile quidem corpus, multum in seipso cõtinet

D aereę atq; aquosæ substantię, minimum terrestris: contrà uero eorum qui in ætatis uigore consistũt, à terrestri siccitate obtinetur, deficit autem aquosa atq; aerea substantia: adeo ut si quãtũ in utrisq; elementum, ignem scilicet, pari portione posuerimus, atque æqualiter calida corpora esse uoluerimus: non tamen similem substantiam calidam in ipsis esse dixerimus: cum puerorum quidem substantia humida sit: eorum uero qui in ætatis uigore consistunt, sicca. Humida siquidem innati caloris est maxime affinis, quia ex humido nostra est generatio: sicca uero, aduentitij caloris. Sic quidẽ infantes recenter nati, substantiã calidam & aquosam plurimam participantes, plurimum dicerẽtur habere calorem innatũ. Qui uero ætate uigẽt, & iam

iam declinant: quantũ istæ deficiunt, terrestris ue- A ro superabundat, tãtum habere minorem substantiam natiui caloris putarent. Quòd uero ex aquosa & aerea substãtia plus defluere sit necessarium, quàm terrestri, etiã si ambæ sint æqualiter calidæ secundum qualitatem: neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiam in exterioribus liquido licet intueri. Nam ex corporibus quæ ad similem perueniunt caliditatem, nõ æqua portio uidetur defluere, sed ex siccis quidem minimum, ex humidis uero plurimũ. Statim igitur aqua & oleo mediocriter calefactis, plurimũ defluit atq; dissoluitur: ex ferro uero, & ære, atq; lapidibus, minimum: adeo ut si tibi libuerit exponere ad solem ardentem aquam, (si ita contigerit) & ferrum æqua mensura, deinde transacto die ambo perpendere: aquã qui- B dem inuenies multo seipsa minorem effectam, ferrum uero æquale. Sic & si uelis oleum æri, & ferro, & lapidi cõparare: illud quidem absumptũ inuenies, hæc uero æqualem substantiæ molem retinentia. Hinc uero ad ceram, picem, bitumen, & resinam transcendens, & quæcunq; alia plurimã substantiam humidã obtinent: uidebis & hæc sub sole calente multo magis absumi atq; defluere, quàm lapidem, æs, & ferrum, & alia admodũ sicca. Quare si necessarium est alimentũ, ut quod effluxit ex corpore, suppleatur: ex humidiorib. uero, & plus aeris participantibus, multo plus effluit: fit ut huiusmodi corpora pluri egeant alimento. Puerorũ uero corpus tale existit, plus humidæ & aereę substantiæ obtinens: non sicuti iuuenum, & declinã- C tium, ac senum, siccæ atq; terrestris. Hippocrates igitur cum hoc in libro proposuisset compendiosam atq; aphoristicam doctrinam facere: nõ ita sermonem ampliauit quemadmodum ego nunc, sed loco illorum uerborum, Quæ augentur corpora, etsi æqualem habeant substantiam calidam atque igneam cum ijs qui in ætatis uigore consistunt, aquosæ tamen atq; aereæ substantiæ plus habent. Qui crescunt, dixit, plurimum habẽt innatum calorem. simul memoriæ subijciẽs ipsorum substantiam, simul propositum suum demonstrans. Quia enim humidam & calidam habent substantiã quę augentur, idcirco plurimũ ab ipsis defluere necessarium est, & plurimo egent alimento: alioqui corpus inquit absumitur. & rectè. Vbi enim id quod D defluit, plurimum est: quod uero influit, paucum; hic necesse est subiectam corrumpi substantiã. Senibus uero paucum inest calidum. his enim iuxta utrũq; appellationis significatũ paucum inest calidum, siue quis ad qualitatẽ sermonẽ referat, siue ad substantiã. Nam & qualitas debilis, & substantia minima est: siquidem eorum meminimus quę supra diximus. Ob hæc igitur inquit, paucis fomitibus indigẽt. Nam fomites, alimenta nominauit, suo & aliorum nobilissimorum philosophorũ dogmati consentanee, qui eorum quæ animalia constituunt elementorum, ignẽ maxime uitæ esse causam existimarũt. nam ut lucernarũ flammæ, quãuis oleum alimento habeant, tamen si quis id totum simul superinfundat, extinguuntur potius quàm nutriãtur: eodem modo & in senibus calidum, sui fomentum quidem habet alimenta: sed si repente eorum multitudine & cumulo suffocetur, periculum est ne extinguatur: non aliter ac si paruæ scintillę ignis, lignorum multitudinem superacerues. Quod autẽ subinfertur, Et propterea febres senibus non similiter acutæ sunt: signũ & hoc ipsi, quòd corpora senum frigida sunt, & quòd ob innati caloris maxime conuersionẽ ad igneam naturam, accenditur febris. Verum tantam euenire senibus conuersionem, ut æqua sit ei quæ iunioribus accidit, uix fieri potest. Multum enim calidũ prõpte in immensum attollitur, paucũ uero non facile, sed maximam exigit causam quæ cogat ad hoc. Ob hãc igitur causam neq; senes magna ex parte febricitant acutas febres, sicuti iuniores: & si aliquando quamuis raro talis his accidat febris qualis iuuenibus, omnino hæc ad interitũ ægrotantis terminatur. Indicio enim est immensam quãdam esse causæ febrem faciẽtis magnitudinem. Hæc sufficere possunt ijs qui secundum naturã se habent ad intellectionem & fidem eorum quæ scripsit Hippocrates. Ad eos uerò qui per calumniã Hippocratẽ reprehenderunt, è quorũ numero unus fuit Lycus, nos unũ integrum uolumen scripsimus aduersus ea quæ contra aphorismum perperã obijciuntur. Huic autem titulum fecimus, Ad Lycũ quòd nihil erratũ sit in aphorismo, cui principiũ est, Qui crescunt, plurimum habent innatum calorem. Datus autẽ est mihi Lyci liber post scriptos à me hosce commentarios: unde ego postmodum his hæc uerba subiunxi, quæ non sunt in ijs quæ prius edideram. Seorsum autem in alio uolumine defendi Hippocratem in ijs, in quibus fuerat reprehensus.

Ventres hyeme & uere natura calidissimi sunt, & somni lõgissimi: quare per ea tẽpora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tũc calor innatus, plurimus est: unde & pluribus egent alimentis. indicio sunt ætates & athletæ. XV.

Non parum etiam tempora anni cõducunt ad uictus rationẽ inueniendam. Nam hyberno tẽpore plus appetũt homines, & cibum facilius concoquunt: cõtrà in æstate: cuius rei causam ipse Hippoc. reddidit, inquiens, uentres hyeme & uere natura calidissimos esse. Quid autẽ sit quod, natura, dicitur, & quòd non frustra id uerbũ adiecerit in hoc aphorismo, ipse paulopost explanauit inquiẽs: Etenim tunc calor innatus, plurimo igit̃ indiget alimẽto. Vẽtres itaq; hyeme & uere calidissimi sunt, non simpliciter, sed calido naturali, cuius substantiam antea ostendi. Causam uero ob quam hic idẽ calor hyeme augeatur, etiã Aristoteles explicuit. Refugit enim propter circũstantẽ extrinsecus frigiditatẽ: sicuti rursus æstate ad sibi affinẽ protẽditur. Atq; ita contingit dissolui quidem ac dissipari eius substantiã tẽpore æstiuo: contineri autẽ ac co-

hiberi

hiberi & in profundũ secedere hyemali. Ob hoc igitur & coctiões, & sanguificationes, & nutritiones, hisce temporibus sunt meliores. Addidit autem & aliud ipsis contingens, nempe ꝙ somni lõgissimi fiunt, ob noctium uidelicet lõgitudinem: quod neq; ipsum parum confert ad naturæ opera. Quod uero in fine adijcitur, Indicio sunt ętates & athletæ, pro argumento ponitur quòd plurimũ alimentum sit necessariũ, ubi calidum superabũdat. Pueri siquidem quia calidum plurimũ habent: idcirco & pluribus indigent, & plura concoquunt. Athletæ uero quia exercitijs augẽt calorẽ natiuũ: ob id multis frui possunt alimentis. Quæ igitur in aphorismo dicuntur, sufficiẽter exposuimus. Si quis uero ipsorũ ueritatẽ diligẽtius examinet: nõ ad omnia animalia sermonẽ extendat; sed ea excipiat quæ in latebris degunt. Hæc ẽm cũ se recondunt, non egent plurimo alimento: quandoquidẽ & sine cibo possint perdurare. Et si supposuerimus ea tanto uti cibo, quanto anteq; reconderentur: male ipsum concoquerent. Quod enim hominibus contingit aqua frigida lotis, id etiã animalibus accidit hyeme. Cõtingit autẽ hominibus qui aqua frigida perluunt: si debile corpus habuerint, refrigerari, atq; offendi: si uero robustum, primũ quidem innatũ calorẽ ad interiora refugere, ibiq; seipsum colligere: postea uero ad exteriora remeantẽ, multo ꝙ prius erat, fieri fortiorẽ. Sic & animalium quæcũq; sunt natura frigidiora, ijs calor innatus à frigore hyberno superatur, adeo ut fere extinguatur: quare plurima ipsorũ, similia mortuis cõspiciunt, cũ sine sensu ac motu in latebris iacẽt: quædam uero prorsus in hoc ipso affectu moriuntur. Quæ autẽ plurimo sanguine abundant atq; calore: tale quiddã hyeme patiunt, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis. Nam calor eorũ ad interiora se colligit, non (per Iouẽ) carnibus ad hæc, prima sede derelicta, refugiẽtibus, sed spiritu unà cũ sanguine. Tria autẽ erant corpora quæ primæ nostræ naturę substantiã cõpleuerũt, spiritus, sanguis, & seminalis humiditas, ex qua in primo ortu, ueluti in libris De semine diximus, fiunt partes animalis solidiores: mox uero augmentum in istis perficitur. Quòd igitur melius hyeme cibũ cõcoquimus, sanguine ac spiritu ad profundum corporis retrocedentibus: unicuiq; est manifestũ. Non modo igitur hoc ipsum dicit Hippocrates; sed quòd plura accipere confert. In hisce enim tẽporibus inquit, hoc est hyeme & uere, plures cibi dandi sunt. Atqui si parũ defluit ac difflat hyberno tẽpore ad exteriora, plurimũ alimentũ non est corporibus necessariũ: siquidem nutritio est eius quod euacuatur, repletio. Oportet igitur alimẽti quantitatem esse eius quod difflat quantitati proportionalem. Verũ igitur esse quòd quidã hyeme non modo melius cõcoquunt cibũ, sed etiã quòd pauca assumentes refrigerãtur, atq; ideo offenduntur: si uero plura assumpserint, in nullos plethoricos incidunt morbos: ipse euentus ostendit manifeste: Causæ uero inquisitio, in commune propo-

A natur. Neq; ẽm adeo Hippocratem, quantũ omes alios, huiusmodi inquisitio fatigat. Nemo itaq; est qui non consentiat difflari corpora animalium ea quæ fit per sensui occulta foramina difflatione. Idcirco enim ad hoc deueniunt ut egeant alimento; quoniam euacuãtur. Quòd si nihil à corporibus nostris efflueret, sed semper æqua moles substantiæ seruaretur: nulla foret alimenti necessitas. Tu uero animaduerte nunquid hac in parte alijs quidem omnibus ratio sit inexplicabilis, soli uero Hippocrati atq; eius sectatoribus explicabilis. Neq; enim aliud quicq; animal ab initio afformauit, sicuti neq; rursus adauxit, aut usq; ad mortem enutriuit, præterq; iste calor innatus, de quo nunc habetur sermo. Hic igitur cum sit omnium operũ naturaliũ causa: quia plurimus est hyberno tẽpore; B idcirco cibi appetentiã intendit, coctiones auget; & plus sanguinis accumulat, & crassius corpus efficit, & ut superfluitates excernant, prouidẽtiam habet. Nam calor circumfusus non modo superfluitates, sed æqualiter omnia euacuat, materiã inutilem, & ea etiam quæ in corpore secundum naturam continentur, unà dissoluens per eam quæ à medicis occulta difflatio nominatur, quam calor innatus operatur. Neq; ẽm aliud quicq; est natura animalium, præter hoc calidum, secũdum Hippocratis opinionẽ. Ostensum autem à nobis est in commentarijs De uiribus naturalibus, naturã nõ solum appetere, conficere agglutinareq; singulis partibus proprium alimentũ, sed & huius quoq; C superfluitates difflare: Ac quãto fortius extiterit calidum innatum, tanto magis difflatio effugit sensum. Et ob hanc causam Diocles inquit, sudores esse præter naturam: quoniã omnibus quæ ad corpus attinent, recte administratis, & alimento à natura subacto, nunq; sensibilis humor per cutẽ excerneretur. Quæcunq; enim in balneis, aut uehementibus exercitijs, uel propter æstiuum calorem exudant homines, ex causis uiolẽtis originẽ habent. Bene igitur omnia tẽpore hyberno in corpore animalis administrantur, quãdo hyems mediocritatem seruauerit. Nam immoderatas ipsius intẽperaturas & ipse Hippocrates in sequẽtib. damnat. Quòd autem omnia bene hyberno tẽpore in corpore animalis administrentur, indicio sunt D naturæ opera fortiora. Nam cibi in uentriculo bene cõcoquuntur, quoniã calor innatus plurimus est: & unà superfluitates somnis longioribus expurgãtur, quæ quidem exquisite extenuãtur, per cutẽ: quæ uero in uapores cõuertuntur, per expirationẽ: quæ uero sufficientem habent crassitudinẽ, per urinas. In his enim plus est sedimẽti, ꝙ per æstatem, præter id quòd etiam tota urinarũ multitudo hyeme multum augetur. Iam uero magis nutriuntur, & carnẽ augent corpora hyeme, & plus optimi sanguinis cumulãt, nisi malo prorsus utantur uictu. Nam si cõsideraueris ut corpora nostra paucum habentiũ sanguinẽ autumni tẽpore, atq; extenuata, suscipiens hyems bonis implet humoribus, & crassiora efficit: percipies puto nos guber-

Calor innatus intendit appetitum cibi.

nantis robur facultatis, quæ est calor innatus. Verũ nisi hic abũdans habeat, quo fruat, alimẽtum: primus ipse à circũstãte frigore superabitur, tã ab eo qui extrinsecus ingruit, q̃ ab illo qui per inspirationẽ attrahit: cũ ipso uero & coctio ciborũ debilitabit, & optimi sanguinis generatio, & partiũ animalis enutritio, & superfluitatum expulsio. Si uero tantum habuerit alimentum, quantũ potest euincere: & ipse magis augebitur, & omĩa quę antea diximus, circa corpus animalis perficiet. Cęterum ut ex plurimo alimento oblato, quod non solum benè in uentriculo cõficiatur, sed etiam in uenis & toto animalis corpore, unũquodq; animal multo carnosius reddatur, & plus sanguine abundet: habent homines satis ipsa experientia cõpertum, non in seipsis tantum, sed etiam in iumentis. Nam ante æstatis initiũ, circa ultimam ueris partem, & sibi & illis sanguinem detrahunt, in memoriam reuocantes quibus capiantur morbis quando repente calor æstiuus superuenerit. Hic enim adeo sanguinẽ extendit atq; diffundit, ac quodãmodo efferuere facit, ut quod hactenus moderatum fuerat, non possit amplius in uenis cõtineri: sed uel disrumpat ipsas, uel excedat: & quãdo impetum fecerit ad aliquã corporis partem aliis debiliorẽ: in ipsa, uel inflammationẽ, uel erysipelas, uel aliquod aliud tale morbi genus operet. Nam multo plures ac grauiores morbi quibus plenitudo dedit occasionẽ, ex humorũ fiũt fusione. Hæc igitur omnia cum aliis adstipulantur quęcunq; in præsenti aphorismo Hippocrates docuit: tũ hoc probant, non solum posse calorem per id tempus multos coquere cibos, sed etiam multis indigere. Semper enim oportet alimenta esse innati caloris multitudini proportionalia, nisi forte aliquando ex aeris ambientis qualitate fusio adueniẽs (ut dixi) cogat subtrahere. Quam ob rẽ cũ de uere Hippocrates sermonem fecerit indistinctũ, ipse distinguam: ac primum quidem ueris initium hyemi simile magis esse quàm æstati: finem cõtra. Deinde quòd nõnunquam talem uer habet frigiditatem, qualem tempus hybernum: aliquando talem qualem tempus æstiuum caliditatem. In primis igitur partibus eius, si quando frigidum fuerit, hybernæ similem rationẽ uictus adhibebimus: in posterioribus autem, siquando fuerit calidius, æstiue similem. Quòd si mediam seruauerit tẽperaturam, uictum illi proportionalem instituemus. Atq; hæc omnia de uictus ratione quam sanis oportet adhibere, dicta sunt: deinceps autem de illa quæ ægrotis conuenit, sermonem faciet.

XVI Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris, & aliis qui tali uictu uti consueuerunt.

In præcedentibus aphorismis de uictus quantitate doctrinam nobis tradidit: nunc uero de qualitate transigit, multa quæ in arte conducunt, breuissimo sermone docens: ac primo qualis sit adhibendus uictus febricitãtibus. Deinde q̃ uictuum sanorũ indicationes in iis quidem quæ præter naturam sunt, contrarias: in iis autẽ quæ sunt secundum naturã, similes facere oporteat. Febri enim, quoniam calida & sicca passio est, (est enim conuersio natiuę caliditatis ad igneam) uictum humidum consulit. Humidioribus uero naturis, siue propter ætatem, siue propter consuetudinẽ: non contrariam, sed magis affinem seruandam statuit. Oportet enim naturam eorũ fouere per humida, non eodem quo morbos modo demoliri. Qui uero aquam inter cutem cui febris adiungitur, in medium adducentes, sermonem Hippocratis studet per cauillum reprehendere: quoniam hic morbus non humidũ exigit uictum, sed magis siccũ, ignorant ii artis curatiuę caput in primis necessarium, quod nos uberius in illa tractatione transegimus, id autem est simplicem quamq; ęgritudinem propria egere curatione: plures uero inuicẽ copulatas, tantũ habere communẽ curationis indicationem, quantum copulabuntur: nobis uel ei quod magis urget, obuiantibus: non tamen alterius cura omnino posthabita, uel omĩbus pari studio succurrentibus. Quod autem de aqua inter cutẽ & simul febre laborantibus meminere, nõ est absimile morbo laterali in quo sanguis expuitur. Nam & in his contrarias exigunt morbi curatiões, eductio sanguinis, & passio lateralis: quæ ubi cuipiam simul contigere, ad id quod magis urget, obuiare oportet, non omnino posthabita etiam alterius curatione. Sic itaq; si quis simul febricitet, & ea laboret dispositiõe quæ aqua inter cutem nominatur: ad ambos affectus respicientes, qui cõtrariam exigũt curationem, utriq; eorũ probe resistimus, quemadmodũ & aliis omnibus pari modo copulatis. Neq; igitur ipsi tale quicquã dixerimus, neque alterum talia dicentem admiserimus: uerum si quid per uerba sua Hippocrates in aphorismo non dixit, quod tamẽ idem habeat iudicium cum iis quæ ab ipso dicuntur: hoc quoq; fuisse dictum potentia, debemus existimare. Nam & ætatis meminit, & consuetudinis: tu uero & naturalis tẽperaturæ, & temporis anni, & regionis, non absq; ratione memineris, quę & ipse Hipp. adiicit aliquãdo. Nonnunq; uero unius, aut duorũ mentione facta, reliqua quæ sunt eiusdem naturę atq; ordinis, prætermittit. Fiunt autem & ab his indicationes, quemadmodũ supra & ab ætate, & à morbo fieri diximus, seruantibus nobis quęcũq; probari merentur, per uictum similem tẽperaturæ: quęcunq; uero improbanda sunt, per cõtraria corrigẽtibus. Diximus autem plenius de omnibus indicationibus in libris quibus ars curatiua docetur.

XVII Et quibus, semel aut bis, & quibus plura, uel pauciora particulatim oporteat afferre, considerandum. Condonandum autem aliquid tempori, ætati, & consuetudini.

Quoniam de quantitate & qualitate eorũ quæ offeruntur

Noua huius aph. interpretationem damus Com. in lib. de diff. morb. pag. 58.

offeruntur, sermonem habuit: mox docere proposuit modum eorundem. Neq; enim sufficit hoc solum cognoscere, quòd huic plus, uel minus sit offerendum, uel q uictu exiccante, uel humectante utendum sit: sed nunquid semel, an sæpius qualibet die, uel nocte cibum offerre oporteat, necessarium est considerare: & ad hæc ipsa ab anni tempore, ab ætate, à cõsuetudine, sumere indicationem, sicuti in qualitate & quantitate sumebatur. Nam & ad hæc primæ erant intentiones, & morbi ipsi, & uires ægrotantis, & præterea ætas, & anni tempus, & consuetudo, & quæcunq; his sunt proportionalia; & propterea ipse Hippocrates illud adiunxit: Condonãdum est autẽ aliquid tẽpori, ætati, & cõsuetudini: liquido ostendens per uerbum; condonandum, q neq; totum, neq; maximũ à talibus accipit. Nam si sæpius, aut raro, siue omnino nutrire oporteat, ab ægritudine & uiribus primũ & maxime accipitur: post hoc autẽ & ab anni tẽpore, & ab ætate, & talibus. Si enim uires laborantis debiles fuerint, & ea quæ in corpore est dispositio, sit ex corruptiõe humorum uel defectu: parum alimenti sæpius talibus afferemus. Parũ quidem, quia uirium imbecillitas non potest totã simul multitudinem alimenti sustinere. Sæpius autem, quoniã multis indiget dispositio. Defectus siquidem exigit adiectionem, corruptio uero contemperamentum. Si uero cũ uiriũ debilitate neq; defectus aliquis affuerit, neq; corruptio, humores autem naturales se modice habuerint, uel etiã superabundauerint: his raro, & pauca afferemus, & multo magis istud agemus, si cum uirium robore humores superabundauerint. Si uero cum humorum defectu, uel corruptiõe, uires ualidæ fuerint: tunc multos cibos, atq; multoties ijs qui ita laborauerint, dabimus: utpote multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos† concoquere. Si uero accessiones non permiserint, neq; multi alimenti offerendi occasiones præstiterint, raro plura exhibebimus. At si uires ualidæ fuerint cũ plethorica dispositione, raro paucos afferemus. Nam etsi id quod cibum debet concoquere, robustum habeamus: quia tamen dispositio multis nõ indiget, rationabile est, ut pauca afferamus. Sic quidem oportet & à morbo, & à uiribus ęgrotantis ad ea quæ proposuimus, sumere indicationes. A tempore autem, ætate & consuetudine, & alijs quæ his sunt proportionalia, hoc modo: Aestiuo quidem tempore, quantum ad temporis rationem attinet, sæpius pauca danda sunt, quoniam & pluri egent adiectione, ut qui sunt dissoluti, & uires habeant imbecilles. Hyberno uero tempore multa quidem propter robur uiriũ, sed raro: quia non ualde multa indigent adiectione laborãtes, ut quibus nõ multa fiat euacuatio. Nam sanos quidem anteà ostẽdimus sufficiẽter hyeme euacuari, quoniam plus habeant innati caloris. Vere autem medio, atq; adhuc magis æstati proximo, paucis, & ex longo interuallo nutriemus. Nam tẽpus id periclitatur ne proxime accedat ad plethoricam dispositionem, propter humorum qui hyberno temporis frigore concreuere, fusionem. Quemadmodum ergo in plethoricis dispositionibus, si uires ualidæ fuerint, paucum cibum, & ex longo tẽporis interuallo damus, sic & in uere faciendum est; præsertim in febricitantibus, de quibus nunc sermo habetur ab Hippocrate. Sanorũ enim uictum antea docuit. Autumnus uero morbis qui ex corruptione fiunt, assimilatur. Quapropter qui eo febricitant tempore, continua optimi indigent adiectione: &, si uires ualidæ fuerint, sæpe, & multa ipsis dabimus: sin imbecilles, pauca, & sæpius afferemus. Simili modo quispiam & ab ętatibus, & à consuetudine, & à regionibus sumeret indicationes, ad duas primas redigens intentiones. Singula enim quæ diximus, aut fortes, aut debiles uires efficiunt, & corpus reddunt, aut superabundans bonis humoribus, aut sufficientibus carens, aut uitio humorum deprauatum.

ἰσχυρὰν (margin, at "illos†")

Extra ord.

Aestate & autumno cibos difficillime ferũt, hyeme facillime: secundum locum uer habet. XVIII

Non bis, ut forte quispiã existimauerit, de eisdem disseruit Hippocrates. Cum superius illum scripsisset aphorismũ cuius principium est: Ventres hyeme & uere calidiss. sunt natura: nunc autem rursus quòd æstate & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, & uer secundum habet locum: uerum quoniam & ad quantitatem uictus, & ad modum usus ciborum tam in sanis q̃ in ægris, quãdam accipit à temporibus indicationem, non absq; ratione eorum in utrisq; cõmeminit, illic quidem ostendens cibos plures sanis dari hyeme oportere, quoniam plus inest innati caloris, quem nutriri oporteret: nũc autem quòd si semel etiam multum illis ciborũ attuleris, haudquaquam nocebis. Facile enim † omnes ferũt ciborũ multitudinem hyeme, difficulter uero æstate. Quapropter hyeme quidem raro, & plurimũ cibi afferri concedendũ: æstate uero, quia cibos ferunt difficulter (siquidem is cui eos coquẽdi ac conficiendi officiũ natura tribuit, calor innatus scilicet exiguus est) cauẽdum omnino est, ne totum simul cibum exhibeamus: sed studere oportet ut frequentius pauca afferamus. Nam corporis dispositio similis ijs qui ex humorum defectu morbis consistunt, exigit adiectionem. Hyems quidẽ atq; ęstas talem naturam habẽt: reliqua uero duo tempora, autumnus quidem æstatem subsequitur, uer autẽ hyemẽ. Et causa aperta est. Nam refrigerari, & cogi in unum, atq; densari corpora autumno: laxari uero, & rara fieri uerno tẽpore incipiunt. Ob hãc igitur rationem, non idem bis de tẽporibus enunciauit: & ob illam etiam, quia in altero aphorismo de sanis sermo habebatur.

al. omnem (margin, at "omnes")

Iis qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neq; cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes. XIX

Hipp. de h. DC uict. acut. 2. 24. & 4. (handwritten margin note)

Cum tria sint capita quibus uictus ratio comprehen-

prehēditur, & quod attinet ad quātitatē, & quod ad qualitatē, & tertiū quod ad usus modū: ad duo quidem priora capita ex accessionibus nullam habemus utilitatem, ad tertiū uero ex accessionibus aliquid proficere possumus. Quare non temere Hippocrates earū in tertio capite meminit. Nam tempora commoda ciborum particulariū, præcipue docent accessiones, in morbis tamen in quibus ordinatim obueniūt, hoc est per circuitus: atque ideo ipse quoque Hippocrates inquit: Iis qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet. ut qui non ignoraret alios esse quibus fierent in morbis accessiones, nō tamē per circuitus, hoc est non ordinatim. In hisce igitur ratio exquisita inueniendi tēporis quo cibus offeratur, haberi nequit. In quibus uero accessionum ordo seruatur: principia earum oportet obseruare, hoc est ne eis iam factis, uel non multo post futuris, nutriamus. Quod autem dicitur, Ante iudicationes, uel ante accessiones quascūque simpliciter, uel ante morbi uigores, uel ante illas quæ proprie iudicatiōes nominantur, est intelligēdū. Nam hic triplex intellectus, uerus est. Primus autē magis uidetur ad propositū pertinere, si uidelicet ante accessiones intelligamus. Nam de morbi uigore cōsistentis, retro dictum est: & si de hoc intelligatur, etiam de iudicatione intelligetur: quoniā magna ex parte morbo in suo uigore consistente fiunt iudicationes.

XX

Quæ iudicantur, & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.

Iam perfecto de uictus ratiōe sermone, ad alterum caput transcendit: in quo docet quādo sit totum ipsi naturæ permittendū quod ad regimē pertinet ægrotantis, nihil aliud nobis agentibus, nisi uictum conuenientē instituentibus: quādo etiam non sit totū naturæ permittendum, sed & aliquid nos oportet operari. Vbi igitur (inquit) uel integra iudicatio facta est, uel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet. ubi uero nō integre iudicatur: id quod deficit, supplere nos cōuenit. Hoc autē & ipse dicebat in libro De humoribus per hæc uerba: Quę perfecte iudicantur, nō mouere: neque medicamētis, neque aliter irritādo, nouare quicquam. Nam quod in aphorismis ἀρτίως, id est, integre dixit, hoc in illo libro cōmutans ἀπαρτὶ, id est, perfecte nominauit. Est autē huius nominis ἀπαρτὶ apud alios antiquos significatū cumulate, plene atque perfecte: quæ omnia etiā hoc loco per ἀρτίως, id est integre, debemus accipere. Neque enim per id uerbū dies pares oportet intelligere. esse enim in propatulo falsum, si quis in diebus paribus uel iudicatus est, uel iudicatur, nihil in his nouandum esse. Neque etiam hęc dictio ἀρτίως hoc in loco significat nuper: quod maxime ostendunt uerba sequentia. Neque enim simpliciter dixit nuper iudicata, sed quę iudicantur, & iudicata sunt: quorum alteri quidem, iudicata, aduerbiū nuper, posset conuenire: alteri uero, iudicatur, nullo modo. Sed & hoc ipsa rerum† euidentia demonstrat. Neque enim si quid paulo antea sit iudicatū, hoc nouari non debet: sed si perfecte, si integre, si plene, tūc uerum est quod dicitur. Si quid uero deficiat: id quod deficit, oportet adiūgere. Nam quæ post iudicationē relinquuntur faciūt recidiuas. Quænam igitur est perfecta & integra iudicatio? nempe in qua cuncta bene procedant, & cui nullus numerus deficit iudicatorius. Primum enim melior est iudicatio quæ fit per euacuationē inferiorē, quam quæ per abscessum: deinde per quam humor noxius & abundans, quam per quā alter euacuatur: tertio loco quæ recto tramite quam quæ nō recto tramite procedit: & quarto post has, quæ facile toleratur: quæ cū coctione fit, & in decretorio die. Hęc omnia adesse conuenit perfectæ iudicationi: cui si quid desit, uel plura: neque exquisita, neque integra fuerit iudicatio.

† ἀλήθεια ueritas

XXI

Quæ ducere oportet, quò maxime natura uergit per loca cōferētia, eò ducere conuenit.

Quænam sunt illa quæ ducere oporteat? nēpe quæ neque iudicantur, neque integre sunt iudicata: hæc igitur per quam partem sint euacuanda, docet duplicem nobis dans intentionem, & ipsam partis naturam, & humoris† motum. Ad quem enim locum ex accommodatis uergit, eò ducere cōuenit. Sunt autem euacuationibus accōmoda loca, intestina, uenter, uesica, uterus, cutis uniuersa: ad hęc, palatum, & nares, quādo uel cerebrum expurgamus, uel per profluuiū sanguinis fit excretio: præcipueque si recto tramite, hoc est per directum ad locum patientem. Nam quæ contra fiunt profluuia sanguinis, mala sunt. Motus uero humoris noxij ad loca non accommoda sunt, quando uel aliquē habuerint suapte natura principatum, & maius ex ipsis damnum est subsecuturū quàm morbus qui iudicatur, expostulet: uel nullam habeant effluxionem. exempli gratia, ubi hepar humores infestant, quos oporteat euacuari, duæ sunt accommodæ motiones: prima per uentrem (& huius illa quę per aluum inferiorem, altera quę per uomitū, melior existit) secunda per renes atque uesicam: At motus qui ad pulmonem thoracem & cor inclinat bonus non est. Oportet itaque medicum naturæ motum animaduertere: & si quidē idoneus fuerit, sumministrare & adiuuare. sin autem contrarius ac noxius, prohibere, transferre, atque diuertere oportet.

† ὁρμὴν inclinationem

XXII

Concocta medicari, atque mouere, non cruda neque in principijs modo non turgeant: plurima uero non turgent.

Consueuit Hippocrates dicere, medicari pro uti medicamento purgante. Verbū autē, turgere, translatum est, ab animalibus concubitū† appetētibus, ad humores. Nā sicuti illa stare loco nō possunt, quadam titillatione impulsa, eoque affectu cō-

† ὀργῶντα tangentibus

citata

citata:sic & humores plerūq; in motu uehemētiore, atq; transfluxu ab una parte ad aliam, in morbi principio hominē infestant, mouentes, titillantes, & quiescere non permittentes, cum & ipsi pariter moueantur, & transfluant, & tanto motu de loco ad locum, ægrum molestent. Tales itaq; humores euacuare conuenit, hoc est, qui per corpus discurrunt ab unoq; membro ad aliud feruntur ac transfluunt. Eos uero qui iam sunt in aliqua corporis parte firmati: neq; alio ullo auxilio mouere oportet, neque medicamēto purgare conuenit ante coctionem. Tunc enim naturam quoque ipsam habebimus euacuationi adminiculantem: conspicitur siquidem & ipsa post coctionem, & humores discernere, & superfluitates expellere, quo in tempore fiunt iudicationes. Sed cum perfecte ipsa mouet, medicamento opus non est; cum mediocrius atque imbecillius agit, id quod deficit, oportet ipsos medicantes supplere, ut ab utroq; noxij humoris fiat euacuatio, natura quidem expellente, medicamento uero attrahente. Ostensum enim est à nobis in commentarijs de Potentijs naturalibus, naturam uniuscuiusq; particulę quatuor uti potentijs, attractiua proprij alimenti, & eiusdem retentiua, præterea quoque concoctiua, & quarta alienorum expulsiua. Singula uero medicamenta proprium sibi attrahūt humorem. Bene autem sermoni addidit: Plurima uero non turgent, discereq; oportet hoc ab experientia, raro contingere ut humores ab una parte ad aliam transfluant, sed frequentius accidere ut in una aliqua parte quiescāt C atque consistant, in qua etiam concoquuntur toto morbi tempore usque ad eius solutionē. Scire autem oportet, quòd in quibusdā exemplaribus hic aphorismus scriptus nō est: in libro autem De humoribus passim scriptus inuenitur.

XXIII Deiectiones non multitudine sunt æstimandę, sed si talia deijciantur, qualia conueniunt, & ægri facile tolerant. Atq; ubi usq; ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.

Siue à natura, siue à nobis euacuatio fiat, omnino metiri oportet, quātum sit euacuandum. Sicuti enim qualitatē eligimus, humorem noxium at- D que molestum euacuantes: ita quantitatem oportet eiusdem humoris noxij multitudini facere congruentem. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, ubi illum aphorismum exposuimus, cuius principium est: In perturbationibus uentris. Quantitatis uero nullum tale habemus indicium. Ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi uiam, ex facilitate tolerantiæ. Nam si humor superexcedens euacuetur, tunc ipsum seipso ægrotum fieri leuiorem, & melius tolerare est necessarium: quòd si aliquod etiam ex ijs quæ natura constant, excernatur: dissolui ac debilitari ægri uires, & quādam † sentire afflictionem. Quare non promptam eorum quæ e-

διαδαίνεσθαι, τὸ δυσφορεῖν, sentire difficultatem

A uacuantur, quantitatis phantasiā oportet attendere, sed duas quę dictę sunt significationes, si qualia oportet, euacuantur, & si facile tolerant. Quod autem postea ab ipso subiūgitur: Atq; ubi usq; ad animi defectionem expedit ducere: recte quidem ab ipso dictum est, sed adijcere oportet usus significationes, quas quia ipse prætermisit, nos ex quibus ipsa experientia & ratione uidemur inuenisse dispositiones in qbus expedit usq; ad animi defectionem euacuare dicemus. Et primū usq; ad quā animi defectionē dictū ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neq; em̄ tales dicit animi defectus, qui & expauescentibus aliquando ægris uenæ sectionem, uel tale auxilium aliquod, solēt accidere: neq; cum in ore uentriculi humores mordaces aliquando fue- B rint, uel prius in ipso coaceruati, uel qui in ipso remedij usu ad ipsum defluxerint, qui causam dederint animę defectionis. Solent enim & hoc tempore pati animi defectionem: non tamen huiusmodi animi defectio est sufficiens mēsura euacuationis, quæ nonnunquam citra necessitatem contingit: sicuti febricitantes pleriq;, uel inter surgendum, uel residendum, animo defecerunt: ob quam causam accūbentibus ipsis, secamus uenam. Ea igitur quę fit animi defectio ratiōe euacuationis, nūc ab Hippocrate dicta est esse mensura euacuationis, & in maximis inflāmationibus, & in maxime adurentibus febribus, & uehementissimis doloribus. Oportet autē (sicuti & ipse inquit) uiribus integris atque ualentibus, tantam moliri euacuationem: & nos sępius huiuscemodi euacuatiōes prodesse plurimum, experientia didicimus. Nā & in ardentissimis febribus, si usq; ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, plurimis etiam aluus ciatur, & sudores emanāt, ac quidam eorum ex his sanitati sunt restituti: alij adiuti plurimū, uehementiam ęgritudinis absciderunt. In maximis uero doloribus nullum maius † inueni remedium, q̄ usq; ad animi defectionē euacuare, adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an purgare oporteat usque ad animi defectionem, quemadmodū in libro De uenæ sectione monstrauimus.

οἶδα noui

In acutis passionib. raro, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cum præmeditatione faciendum. XXIIII

Paulo antea dictum erat: Concocta medicari, & mouere, non cruda, neq; in principijs, si nō turgeant: plurima uero nō turgent. Nunc aūt, quòd circa principia acutarum ægritudinum tantū contingit quādoq; purgare utiliter, nos docet Hippocrates. Nam in lōgis morbis semper oportet expectare coctionem, in acutis uero, quum turgent, ab initio possumus uti medicamētis purgantibus, & hoc ipsum cū multa cautione & præmeditatiōe facere. Vnde mihi uidetur Hippoc. recte adiecisse: Et hoc cum premeditatione facere. Siue enim per hoc uerbum diligētem intelligat examinationem, siue ægrotum ante præparatum, siue recti iudicij expecta-

expectationem, siue horum aliquid, siue omnia u-nius uocabuli significatione cõprehendat: quantum huiuscemodi uereatur purgationes, manifestat. Neq; enim minimum periculum est, in morbo acuto uti purgante medicamento, cum omnia id genus medicamẽta sint potẽtia calida, febris uero, quatenus febris est, & sui ratione, non calefacientibus atque exiccantibus, sed potius contrarijs, hoc est, humectantibus & refrigerantibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem, purgagationem adhibemus (hanc enim scimus sui ratione nocituram) sed propter humores illam efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri utilitatẽ, quàm id quod necessario consequitur ex purgantibus medicamentis detrimentum: erit autem utilitas maior, si absq; molestia omnis humor noxius & infestãs euacuetur. Vt uero hoc fiat, primo oportet considerare, nunquid æger idoneè se habeat ad huiusmodi purgationẽ. Nam qui multa cruditate laborant, quiq; tenaces aut crassos cibos assumpserunt, quibus itidem extenta atq; inflata præcordia sunt, aut supra modum calida atq; ignea existũt, & hoc ipso in loco aliqua est uiscerum inflãmatio: omnes ij haudquaquam sunt apti ad purgationes. Hæc itaq; abesse oportet, humores autem quãmaxime fieri potest, esse fluxui paratos, hoc est tenues, et nullũ lentorẽ participantes, & aperta esse foramina per quę debet purgatio fieri, & nullam habere obstructionem. Nam & nos ista antea paramus, cum quempiam sumus purgaturi. Et hoc est qđ ab ipso Hippocrate dicitur in illo aphorismo: Corpora ubi qs. purgare uelit, oportet fluida facere. Verum in acutis morbis, circa principia statim, uel circa primũ diem, uel non ultra secundum, si sumus usuri purgantibus medicamentis, quando turgent, non datur facultas ista præparãdi, nisi quis forte arripiat occasionem propinandi melicratum, in quo decoctum sit aliquid hyssopi, uel origani, uel tragorigani, uel thymi, uel pulegij, siue qd huiusmodi uim habens humores extenuandi. Quare non sine ratione dixit, raro circa principia morborum acutorum nobis uenire in usum purgationes, quoniam non sæpius turgeant humores in principijs: neq; si quid istorũ adsit, ægro satis ad purgationem parato, neque dante morbo nobis temporis occasionem, quo possimus ex imparato paratum facere.

XXV Si qualia oportet purgari, purgẽtur: confert, & facile ferunt, si contrà, difficulter.

Non est dubium hunc aphorismum in illo contineri, in quo dicebatur: In perturbationibus uentris, & uomitibus spontinis, si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facile tolerant: si uero non, contrà. Verum quia in hac libri parte de purgationibus à medico factis loquebatur, & omnes ferè necessarias distinctiones cõmemorauit, nõ piguit ipsum hũc quoq; adiungere aphorismum, in quo nihil magis nouũ edocet, sed ad memoriã reuocantur ea quæ prius in alia libri parte enunciA uerat de spõtinis euacuationibus, ut hoc etiam in loco totus sermo de purgationib. esset absolutus.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, LIBER SECVNDVS,

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

I N QVO morbo somnus labo- I
rem facit, mortale: si uero iuuat,
I non mortale.

Quòd quidẽ labor apud ipsum nunc lęsionẽ significet, clarũ est ex
B eo quod opponitur. Inquit enim: Si uero somnus iuuerit, non mortale. Cum uero duplex sit ea quæ ex somno fit lęsio, altera cõmunis, quando in principijs accessionum, quas Annotationes uocant, ægroti dormiunt: altera propria, in quibusdam morbis, quando in aliquo alio tempore; de hac ipsum dicere est existimandũ: illa enim neq; mortem, neque aliquod aliud graue significat, cum naturam temporis consequatur. In principijs siquidem accessionum, & calor naturalis totus, & humores in profundum corporis uergunt, (quemadmodum ipse docuit) pręcipue in quibus horror, uel rigor, uel fortis partium exteriorũ refrigeratio cõtingit. Et propterea, si in principijs dormierint, casus illis
C protenduntur, & uix febres ad consistentiam perueniũt. Ac si qua inflãmatio sit circa uiscera, rationabile fit ipsam augeri: sicq; humores aliqui ad uentrem cõfluant, non ut in alijs somnis cõcoquunt, sed longe plures fiunt incocti ꝑmanentes. Ob hãc itaq; causam ægrotis uigilias tunc pręcipimus, illã quę à uigilijs fit, spiritus, sanguinis, & caloris naturalis, ad exteriora motionẽ, tanq; maximum auxilium opponentes retractioni quæ fit in accessionũ principijs, sanguinis, spiritus, & caloris naturalis ad interiora. Quare nõ sine ratione dixerit quispiã huiuscemodi læsiones hoc tempore accidere quidem ex natura accessionis, sed uigilia ꝓhiberi. Cũ uero hac quoq; priuati fuerint ægrotãtes, tunc damnum sentiũt manifestius, nõ quia altera læsio ac
D cedat ex somno, sed quia deest illa quæ ex uigilia habet utilitas. Hic itaq; sermo nullã ostẽdit fieri in accessionũ principijs ex somno læsionẽ, sed hoc ipsum tantũmodo, carentiã utilitatis: alter aũt sermo qui cõcedit ex somnis fieri hoc tẽpore lęsionẽ, asserit nunc Hippocratẽ docere de ijs qui in alijs tẽporibus dormiũt, in quib. manifesta prorsus utilitas ex somno ꝓuenit, præsertim ubi morbo declinãte adhibeat. Nã aliquãdo cõsistente morbo somnus manifestã affert utilitatẽ, quãdoq; etiã in extremis partibus augmẽti quę ad cõsistentiã copulant: manifestissima tamen omniũ utilitas est, quæ in declinationibus fit. Saneq; cum somni nocent, minus quidẽ exitiales sunt, iam consistente atq; increscente accessione: pręcipue uero sunt in declinationib.

perniciosi.

perniciosi. Nam quo tẽpore aliquid est utilissimũ, A si præter id ꝙ nihil prodest, etiam nocet, mortem non sine ratione significat. Ex somno autem læsiones contrariæ sunt utilitatibus: idcirco quia febres uel ab eo non dissoluuntur, uel etiam excitantur, & quia dolores intendũtur, & fluxiones multiplicãtur, & crescunt inflãmationes. Quidam uero & inter dormiendũ delira loquuntur: & ubi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perseuerãt. Quosdam etiam grauis somnus dormientes occupat, punctiq; uix excitantur. Hæc autem omnia cõtingunt, propter humorum prauitatem, quos, ubi calor innatus fortior extiterit, per somnos cõcoquit: ubi uero debilior, illis succumbit, ab eisq; uiscera aggrauãtur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipse etenim Hippocrates uult hominem B uigilantem extrinsecus esse calidiorem, dormientem uero contrario modo se habere: id nos edocẽs (quod etiam quibusdã alijs rerum naturalium studiosis uisum est) somnũ atq; uigilias fieri secũdum innati caloris motiones. Non absq; ratione igitur euenit, ut cum in uisceribus iste collectus, causas morbificas nequeat euincere, perniciẽ significet. Si tamen euicerit, nondũ certæ salutis est signum, nisi quispiam dicat, quantũ ad talem affectum attinet, ægrotum non periclitaturũ, ex alio tamen affectu interire posse. Nam si qua inflammatio solutu difficilis aliquã ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum qui ita se habeat, interire. Quare securius pronunciandum est, ubi quidem ex somno læsio aliqua aduenit, letalẽ esse no C tam: ubi uero prodest, non letalem. Quòd uero ex somnis aliquæ accidãt lesiones, ipse in libris quos
“ Epidemias inscripsit, ostẽdit his uerbis: Inter hos
“ multi erãt graui oppressi somno, & delirãtes: non-
“ nulli uero ex somno tales fiebant.

II Vbi somnus delirium sedat, bonum.

Si ambos dixerimus aphorismos, & hunc scilicet & antecedentẽ, inuicem iungi, totus sermo talis utiq; fiet: In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si uero iuuat, non mortale. ubi igitur somnus delirium sedat, bonum: ut unum aliquod ueluti exemplum particulare subiungat sermoni antecedenti uniuersaliter dicto, tanquã si ita dixisset: Vbi igitur dolorem somnus sedat, bonũ. Vbi igi- D tur febrem somnus sedat, bonũ. Vbi igitur inflammationem sedat somnus, bonum. Sed satius fuit ei tantum periculosiorem morbum nominare. Nam ueritas sermonum uniuersalium, ex huiuscemodi exemplis magis dilucet.

III Somnus, atq; uigilia, utraq; si modũ excesserint, malum.

Nonnulli ex medicinæ professoribus existimarunt uigiliam modum excedẽtem, malum esse & signum, & causam: non tamen somnũ: hunc enim semper bonũ esse & signum, & causam: & nunq; fieri somnũ modum excedentẽ: plurimos uero decipi, arbitrantes somnolentas & graues dispositiones incipientes, somnũ esse longum. Verum hi à nobis discentes, ꝙ non prius somnus grauis nominatur, q̃ difficilem habuerit expergefactionẽ, concedant somnũ longum rectè nominari, quando solum tempore modũ naturæ conuenientẽ excesserit, & nondũ habuerit difficilem expergefactionẽ. Fit autẽ huiuscemodi somnus, refrigerata prima parte sensitiua, hoc est, cerebro ipso, quæ refrigeratio cum fortis fuerit, mista quidẽ humiditati, facit lethargicas passiones: cum siccitate uero, eas quæ græco uocabulo καταλήψεις, id est, deprehẽsiones nominãtur. Sic & uigiliæ fiunt propter calorẽ primæ partis sensitiuæ, uel ex sola intemperatura, uel ex humoris biliosi abundantia. Horũ uero talium omniũ demõstrationes in nostris sunt scriptæ tra- B ctatibus: nunc aũt sufficiat sola eorũ capita tetigisse. Sicuti aũt quidam fuere qui somnũ semper fieri cũ modo existimarunt, & nunq; extra modũ: sic nõnulli rursus aiunt uigiliam nunq; esse immoderatam, sed hoc nomen solam immoderantiã significare, obliti eius quæ in usu uitæ seruatur consuetudinis, quoniã & mala nonnunq; mediocria dicimus magnorum cõparatione. Sic igitur oportet accipere uigiliã mediocrem, ac si significet paruã.

Nõ satietas, nõ fames, neq; aliud quicquam IIII quod modum naturæ excesserit, bonum.

Rursus hic aphorismus, sicut & alter qui antecedit, quod in una materia, idem in omnibus enunciat. Nam quum sanitas moderantia quædam sit, C necesse est omnes immoderantias quæ plurimum à modo recesserunt, iam ægritudines esse: quæ uero nondum id quod plurimum est, obtinent, ægritudinum generationem ostendere.

Spõtaneæ lassitudines morbos prænunciãt. V

Non eius quæ fit ex motionibus immoderãtiæ nomen est lassitudo, sed eius quæ aduenit in corporibus animalium dispositionis. Neq; enim lassitudinum meminit, quæ ex talibus accidunt motionibus, sed quæ sponte cõtingunt. Cum igitur absq; motu huiusmodi euenerit dispositio, non simpliciter lassitudo, sed lassitudo spontanea nominatur. Sed cum tres sint lassitudines, quemadmodũ in salubribus declarauimus, prima quæ ulcerum, secun- D da quæ tentionis, tertia quæ inflammationis sensum habet, ex his composita prima quidem ex uitiatis humoribus ortum habet, secunda ex plenitudine, tertia ex utrisq; simul iunctis. Sic ẽm à nobis est demõstratum in ea quæ de salubribus inscribitur tractatione. Quare nõ temere dictum est spontaneas lassitudines, morbos nunciare.

Quicunq; dolentes parte aliqua corporis, o- VI mnino dolorẽ non sentiunt, ijs mens ægrotat.

Dolores solet nominare nonnunquã dispositiones ipsas in quibus dolemus: in quem sensum dicebat in libro Epidemiarum, ꝙ in Cranone antiqui dolores frigidi, noui aũt calidi: haudquaq; dolores calidos frigidosue, sed dispositiones ex q̃bus fiãt,

ita no-

ita nominans. Et hoc in loco igitur eodem modo dolores ipsas dispositiones nominauit, quæcunque cum dolore fieri sunt natura aptæ, quemadmodum erysipelas, inflammationem, & uulnus, & fractionem, atque rupturam, & conuulsionem, & quodcunque tale aliquid: quod si adsit, & ab ægroto non sentiatur, mentem indicat ægrotare. Siue autem mentem, siue animum dixerit, nihil in præsentia refert.

VII Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quæ uero breui, breuiter.

Quæ enim pauco tempore extenuata sunt corpora, ob humorum & spirituum euacuationem, non ex solidorum colliquatione id perpessa sunt: qui uero longo tempore extenuantur, ijs carnes contabescunt, graciles etiam redduntur aliæ partes, per quas concoctio in animalibus, et distributio, & sanguificatio atque nutritio perficitur, quare tantum non poterit concoqui alimentum, quanto indiget corpus. Quam ob causam talia corpora longiori tempore reficere oportet, atque tenuiter, quod lente nominauit. In quibus autem soli humores & spiritus sunt euacuati, in ijs celeriter ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præstet solidarum partium robur. In fine autem aphorismi duplex scriptura inuenitur, & idem utraque significat, siue breui casu ablatiuo, siue breuiter aduerbialiter scriptum sit.

VIII Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur. quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione.

Propter breuiloquium, & usum quendam dictionis, qui etiam est apud nos in multis ciuitatib. Asiæ, hic aphorismus habuit obscuritatem. Consuetum enim est nobis dicere, non assumere cibum, illos qui sine appetitu comedunt; assumere autem, appetentes, ac pastos usque ad satietatem. Quicunque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes, non possunt robur sanitatis recuperare, grauantur potius, non ab eo nutriuntur. Qui uero neque quod satis est, possunt assumere, uitiosos humores habent: quos nisi euacuarint, fieri non potest ut robur sanitatis recuperent. Hippocrates uero non hic tantum, sed & in alijs suis commentarijs, quando proportione inter se seruata, humores omnes augentur, D missione sanguinis auxiliatur. Vbi uero unus aliquis ex ipsis superabundat, illi purgatorium exhibet medicamen. Vt igitur ista cognoscens, & qui sæpius in suis commentarijs eadem tradiderit, recte duos sequentes aphorismos subiungit, in quibus de eadem docet dispositione, de qua etiam in hoc antecedente docuit aphorismo, inquiens: Si uero non assumente ægro, hoc fiat, scire oportet quod indiget euacuatione. Saneque ordinem duorum sequentium aphorismorum puto deprauatum in multis exemplaribus: illaque rectius se habent, in quibus prior ille aphorismus sic scribitur: Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes, ut totus sermo talis existat: Quòd si non assumente cibum A hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione: non pura enim corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. Nos uero sequentes ordinem, quem in pluribus exemplaribus scriptum inuenimus, sic eorum fecimus expositionem.

Corpora cum quispiam purgare uoluerit, oportet fluida facere. IX

Multi quidem uolunt corpora fluida fieri, ubi per medicamenta uomitoria euacuatio est facienda, cum ijs quæ ad uomendum irritant: ubi uero per deiectionem cum ijs quæ continue aluum subducunt. Atque ob hæc totam dispositionem utrisque, his quidem ad alui subductionem, his uero ad uomitum habilem faciunt. Ego uero Hippocratem puto non mi B nimum id, sed aliquid maius hoc in loco nos docere uoluisse, quod nos longa experientia didicimus ita se habere. Si quis enim extenuet & incidat crassos atque tenaces humores, qui in corpore sunt, & meatus aperiat per quos isti transmittuntur atque trahuntur à medicamentis quæ uim purgatoriam habent, tunc purgatio recte in omnibus procedit. Qui uero istud quidem neglexerint, uomitus autem atque alui subductionem procurauerint, ijs difficiles obueniunt purgationes, non sine torminibus interdum, & uertigine quadam, fastidioque † multo, & malo pulsu, ac dissolutione, & difficultate. Nobis autem extenuanti uictu (de quo integrum scripsimus librum) utentibus nihil horum contingere consueuit: & eorum quæ in corpore præter na C turam continentur, euacuationes sine ulla molestia ac celerrime fiunt, atque iccirco Hippocratem dicimus suo adiecisse sermoni: Vbi quis uoluerit purgare corpora, oportet fluida facere, ac si ita dixisset: Siue per uomitus, siue per alui subductionem, purgare uelis, postque fluidum totum corpus effeceris, ita demum optime purgabis. Erit autem fluidum, ut diximus, omnibus meatibus reseratis, & humoribus incisis, atque extenuatis, si quis fuerit humor in corpore crassus ac glutinosus.

Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. X

Corrumpitur enim simul alimentum adueniens corpori malos humores habenti, ita ut ipsorum quidem quantitas augeatur, qualitas uero seruet. Hoc præcipue fit, quando uentriculus quibusdam humoribus uitiosis plenus extiterit, ob quos et casus paulo antea dictus ex morbo conualescentibus accidit, non posse uidelicet cibum assumere.

Facilius est impleri potu, quam cibis. XI

Cum sermo ipsi de ijs qui indigent corporis refectione, antea sit habitus: propterea nunc scripsit materierum diuersitates ex quibus nutriuntur. Scriptum autem est ab ipso & in libro De alimento sic: Qui » cita indigent adiectione, ijs humidum ad recuperan » das uires remedium optimum est: ubi autem adhuc » citius, per odoratum. Oportet autem non simpliciter intelligere in utroque libro, uel in illo humidum, uel hic

uel hic potũ, sed humida & potus quę suapte natu A ra apta sunt nutrire corpus.† Nã si non ita nutriũt, sicuti solidiora, superant tamen nutriendi celeritate, ueluti uina crassiora. Nam aquosa (sic autẽ nominãt alba & tenuia) sicut aquæ similem formam habent, ita etiam uim, quare urinam cient, & minime nutriũt: quæ uero crassa sunt, & colore rubea, plus alimenti habent quàm reliqua uina. Inest autem eis & citissime implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quòd autem humidum alimentum, præcipue cum fuerit natura calidum, facilius nutriat, manifestum ijs est qui norũt quomodo & coctio & distributio fiant.

al. Si n. ita hæc nutriunt ut solidiora, superant celeritate

XII Quę relinquuntur in morbis post iudicium, recidiuas facere consueuerunt.

Hic etiã aphorismus antecedentibus iungitur. Nam cũ Hippocrates dixerit: Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur: quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione: & ob hãc causam cum deinceps de euacuationibus sermonẽ habuisset, nunc causam assignat, ob quã oporteat euacuare eos qui post morbum nõ appetũt, ac si totus sermo ita ab ipso transigeretur. Quòd si non assumente cibum hoc accidat, scire oportet quòd indiget euacuatione: nam quæ relinquũtur in morbis post iudicationem, recidiuas facere consueuere. Per ea quæ relinquuntur in morbis, malorum humorũ reliquias intelligens, quas necessarium est tempore putrescentes, febrem accẽdere: cum omnis humor alienus à natura corporis in quo continetur, aptus non sit ad eius nutritionẽ: & derelictus necessario ad putredinem conuertatur. Quando autem & locus calidus erit in quo fuerit collectus, tũc & maxime & celerrime putridus fit.

XIII Quibuscũq; crisis, id est iudicatio fit, ijs nox grauis ante accessionem: quæ uero subsequitur, magna ex parte leuior existit.

Iudicatio est subita in morbo, uel ad sanitatem, uel ad mortem mutatio. Fit autem natura separante à bonis mala, & ad excernendum præparante. Nõ temere igitur in tali turbatione grauiter se habent, & grauitas hæc noctu fit manifestior: nã hoc tẽpore dormire consueuimus. Somno igitur à turbatione interrupto, clarius grauitas illa percipit: licet similis fiat interdiu turbatio, quando nocte sequente est iudicatio futura. Quod autem in fine aphorismi scribitur: Quæ uero subsequitur, magna ex parte leuior existit: in multis exemplaribus nõ habetur. Vult autem docere nos, q magna ex parte nox subsequens iudicationẽ facilior præcedente existat, quoniã plures iudicationes bene terminantur. Nouimus enim plures esse ex ęgrotis sanatos, q mortuos, nisi pestilens constitutio sit.

XIIII In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.

Mutationes excremẽtorũ quæ multas humorum formas educũt, exquisitius corpus expurgãt, nisi adsint signa colliquatiõis, † aut putredinis, de quibus in Prognosticis ipse transegit: ubi & pinguium, & uitiosorum ac male olentium meminit excrementorum. al. &

Vbi fauces ægrotãt, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere oportet. Nam si biliosæ fuerint, corpus unà ægrotat. Si uero similes sanis, tutum est corpus nutrire. XV

Duos inuicem sermones ex aduerso ponens, in utroq; id, quod manifeste cõsequitur, prætermisit. Quare si utrique id quod deest, adiungatur, erit uniuersa oratio huiuscemodi: Vbi fauces ęgrotãt, B aut tubercula nascuntur in corpore, inspicere excretiones oportet. Si enim biliosæ fuerint, corpus unà ęgrotat, neq; tutũ est ipsum nutrire. Si uero similes sanis: corpus unà non ægrotat, & tutũ est ipsum nutrire. Ex qbus uero mihi uidet Hipp. ipse sibijpsi psuadẽs, in hunc modũ scripsisse, iam dicã: Animaliũ natura nõnunq; ex principalibus membris humores malos euacuãs, alios per urinas, uel uomitus, uel aluum inferiorem excernit: alios ad cutim extrudit, quos cum euacuare propter crassitiem non possit, ibi eos deponit, atq; hoc modo tubercula nascuntur in corpore: sępe & fauces fluentem ex capite humorem suscipientes infestantur. Tunc igitur cõsiderandum est ac distinguendum C nunquid natura totam in patientibus partibus superfluitatẽ deposuerit, an adhuc corpus totius animalis uitiosis humoribus abũdet, quod excrementa indicabunt. Nam si omnino natura mota est ad expurgãdum corpus, biliosa apparebũt, quoniam & tubercula sanguine calefacto à bilioso humore fieri, naturam habent, patetq; prius esse purganda, quàm nutrienda huiuscemodi corpora. Non pura enim corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. Sin aũt excretiones sunt similes sanis, totum corpus † bonos habere humores indicat, & sine ullo periculo nutriri potest. al. sanum esse

Vbi fames, laborandum non est. XVI

Famescere illos dicimus, qui ob ciborum inopiam ad extremã esuritionem perueniũt. Sic Hippocrates ipse secũdo libro Epidemiarũ dixit: In D oppido Aeno, qui ob famem leguminibus uescebantur, crura debilitata sunt. Et quidẽ omnem eximium ciborum defectum, etiamsi citra penuriam ex electione uel iussu fiat, famem consueuit appellare, ueluti cum ait: Carnes humidas habentibus, famem adhibere conuenit. Fames eñ exiccat corpora. Et cum in Prognosticis inquit: Interrogare oportet, nũquid uigilauerit homo, uel aluus fortiter exinanita fuerit, uel fames ipsum obsederit: pro defectu ciborũ famem accipit. hoc etiã in loco sic dixit, Vbi fames, non oportet laborare, ac si ita dixisset: Qui cibo reficiendi nõ sunt, ijs eo die labor aliqs iniungẽdus nõ est. Hic aũt per laborẽ oportet intelligere uehementẽ motũ, quem exercitium nominant

nominant. In hanc itaq; sententiam ipse dicebat: A Labores cibum antecedant. Est autem ipsi sermo cõmunis ad ægros & sanos. Sanis enim non sunt præcipienda exercitia simul cum inedia: nec ægris aliquis uehementior motus adhibendus unà cum cibi abstinentia: nõ sanguinis missio, non alui purgatio, non uomitus excitatio, non frictio multa, non deniq; uehemẽs ulla corporis commotio, aut alteratio. In talibus siquidẽ motibus omnibus ubi cibus defuturus sit, uires dissoluuntur, siue ægrotent, siue sani sint homines. Vbiq; uero Hippocrates magnopere studet seruare fortem eam quæ regit animalia potentiam. Siue igitur numero singulari, potentiam, dixerimus, siue plurali, potentias, nihil refert: hocq; in libro De alimento Hippocrates ipse dixit, potentia una, & non una: genere quidem ostendens unam esse potẽtiam, species autem plures habere. B

Aegris uehementior motus nõ est adhibendus una cũ cibi abstinentia.

XVII Vbi cibus præter naturã plus ingestus est, hic morbum facit: ostendit autem sanatio.

Hipp. de morbis, 4. Fern. de morb. cau. cap. 14.

Quod in altero aphorismo uniuersaliter dixit, hoc nũc in una specie docet. Vniuersalis enim est hic sermo: Non satietas, non fames, neq; aliud aliquid bonum, quod modũ naturæ excedat: uerum propositus aphorismus de una re, scilicet satietate, pronunciat. Plus enim cibi quàm modo naturæ conueniat, repletio nominatur. Semper igitur id quod plus, ad aliquid dicitur. Verũ in nostris corporibus, duobus modis; uno, quãtum ad uasorum capacitatem, altero quantum ad illam quę nos gubernat naturã, de quo nunc Hippocrates docens, C cibum excedentem dixit esse præter naturam, ne eos qui ita cibo sunt repleti, ut uenter extendatur, omnino ex hoc arbitremur sensuros læsionem: neque eos quibus aliquid deest ad cõceptaculi mensuram pauca assumpsisse, & omnino illa bene concocturos. Nam & priores cõtingit quæ pleno uentriculo continentur, concoquere, si eorum natura fortis extiterit: & secundos non posse concoquere propter imbecillitatem, tunc præsertim cum priores assumpserint cibos concoctu faciles, secũdi uero cõcoctu difficiles. Sic et in distributione alimenti, potentia sanguifica illi proportionalis quæ in uentre cibum concoquit, aliquando ex imbecillitate nõ alterabit humorem ad uenas distributũ, etiam D si mediocris uideatur. Aliquando mediocri copiosiorem prompte in sanguinẽ transmutabit, partim ex sui robore, partim ex humoris natura ad coctionem idonea. Eodem modo & tertium alimentum (quod maxime proprium alimẽtum nominamus, id dico quod partibus animalis adijcitur) pro natura potentiæ, uel excedere dicet, & uel bene concoquetur, & nutriet, uel non; & iuxta hoc, uel ab ipsa obtinebitur, uel non obtentum corrumpetur, & morbum generabit. Vna igitur expositio hæc est, illud quod plus est, quantum ad potentiam à qua animalia reguntur, nobis intelligentibus: altera quãtum ad qualitatem præter naturam, uera & ipsa. Nutritur siquidẽ pars unaquæq; ex proprio

Repletio ad { uasa / uires.

alimento, quod rectè diceremus esse illi secundum naturam. Cum igitur aliquãdo ad ipsam peruenerit aliquis humor qui alteri quidem parti sit secundum naturã, ipsi uero alienus, & præter naturam: malum quidem hoc existit, non tamen ex necessitate sequetur morbus, ubi exigua portio fuerit. Nam cum neq; illa medicamenta quę naturam habent exitialem, sicuti mandragora, papauer, atque cicuta, possint sine quãtitate nocere: multo minus huiuscemodi humor, qui præter id quod non est exitialis, etiam alias partes enutrire potest, alioqui ipsum neq; alimentum uocasset, nisi tali esset natura præditus. Sicuti igitur si parũ aliquid aeris per gulam ad uentriculum deferretur, aut potæ humiditatis pauxillum ad pulmonem per asperam arteriam dilaberetur, neq; uentriculus quo ad hoc ægrotaret, neq; pulmo: eodem modo se res habet, etiam in aliarum partium alimento. Iam uero & tertia quædam expositio est à quibusdã inuecta, qui nos accipere iubent, præter naturam, pro ualde & exuperãter, ac si ita diceretur, ubi cibus exuperanter intrauerit, morbũ facit. Nam cibum paululum mediocritatem excedentem, nondum posse facere morbum, sed adhuc seruare corpus intra latitudinem sanitatis, uera quidem & hæc est sententia. Oportet siquidem cibum qui morbũ facturus sit, non paruo aliquo excedere exquisitam mediocritatem. Verum non est mos ob hoc sermonẽ distinguere. Solent enim ipsum tantummodo genus enunciare, uel exustionem, uel frigefactionem, uel cruditatem, uel corruptionem humorum, & quæcunq; alia huiusmodi morbum facere dicentes, co q; nos in singulis horum effatu dignam quantitatem subintelligamus. Eodẽ igitur modo & cibum excedentem dicunt facere morbum, non adijcientes multo, cum nos non lateat, q; si quintadecima unius drachmę parte mediocritatẽ excesserit, nondum potest morbum efficere: uerum si hic excessus multiplicetur, faciet & ipse aliquando morbũ: ex genere enim causarũ est una quæ morbos committendi uim habent. Secundum hæc igitur tertia expositio etsi quãmaxime uera sit, mihi tamen uidetur esse curiosior, q; deceat ueterum consuetudinem, præter id q; uiolentius exponit uocis illius, præter naturam, significatũ. Verba autem quæ in fine aphorismi scribũtur, ubi ait: Ostendit autem sanatio: melius scriberentur cum coiunctione, &, hoc modo: Ostendit autem & sanatio. Neq; enim sola sanatio ostendit cibum ubi plus moderato ingeritur, facere morbũ, sed et rei natura indicat, con testante etiam sanatione. In omnibus siquidem artibus, ijs quæ rectè sunt excogitata, accedit etiam ex euentu testimonium. Quodnam igitur illud est in præsenti sermone? ea quæ sequitur ad noxiorũ humorum euacuationes sanatio, quam etiam Herophilus in tritẽporea significatione uocata comprehendit. Si quis enim plus consueto assumpserit cibi, equali autem prioribus, aut etiam minori utatur exercitio, moxq; aggrauato corpore cũ rubore atq; tumore uenarum incipiat febricitare, nõ absq; ratione

Aer in ueh. nõ descendit.

ratione quispiam illum ex multitudine febricitare A existimauerit. Si igitur euacuatus inde iuuat, statim existimatio de multitudine confirmabitur, & crescet audacia in eisdem simili modo euacuandi, nõ expectantibus Empiricorum obseruationem, quam ipsi aiunt eorum esse quæ sæpius in eisdem eodem modo contigerunt. Forte igitur in aphorismo adiecta erat cõiunctio, &, deinde aliquis tanquam superfluam ipsam abstulit. Forte autem & ipse Hippocrates ab initio simpliciter scripsit absque coniunctione, ostendit autem sanatio, ac si ita dixisset: Iis enim quæ prius dicta sunt, ita se habentibus, ut dictũ est, hoc est plurimo cibo præter naturam comprehenso in corpore, ubi adhibita euacuatione ægrotus leuabitur: argumento erit morbum aduenisse ex multitudine cibi. Quòd autem B euacuationẽ simpliciter Hippocrates dicere consueuerit, quando humores omnes æqualiter euacuantur, purgationem autem quãdo praua affecti qualitate, meminisse oportet, & quod præsens sanatio, non à purgatione facta, sed euacuatione, attestatur illi quæ fuit de multitudine existimationi. Euacuatio autem omnium humorum æqualiter (quæ quidẽ exquisitissima est) fit per uenæ sectionem. Proxima autem huic est, quæ per tibiarum scarificationem, ut nos facere cõsueuimus, & quæ per exercitia, uel frictiones, uel balnea, & preterea ex accidenti per inediam. Dixi autem ex accidenti, quoniam nõ per seipsam inedia euacuat, ut singula antea dicta, uerum naturali modo per transpirationem euacuatio quidẽ fit, quæ nullo acceden- C te alimento, in locum eius quod fuit euacuatũ, tũc sensu manifeste deprehẽditur, cum tantũ antea lateret. Hęc igitur sufficiant ad aphorismi expositionem. Qui uero uult sermonem de multitudine diligẽtius perlegere, unum habet uolumẽ integrum à nobis conscriptum, cui titulus est, De multitudine. Nunc uero hoc tantum sufficiet adiungere iis quæ prius à nobis sunt enarrata, quòd incipere quidẽ potest ea quæ ad uires refertur multitudo, absque corruptione: uerum non potest optima permanere: nam omnino necesse est, ut secundum qualitatem trãsmutetur, & processu temporis corrumpatur. Verum & si istud fiat, interim multitudinem ipsam nominabimus, donec ex superflui euacuatione residuum optimum fieri possit. Quod enim D in uinis accidit acescentibus: tale quiddã & in sanguinis alteratione cõtingit. Quod autem in uinis accidit, tale est: Vbi ex toto acida facta sunt, nõ redeunt rursum ad uini naturam. paruo autem in ipsis facto momento, ita ut acidum quidem habeant saporem, nondum tamen acetũ sint, multa sæpius ex his pristinam naturam recuperarũt. Hoc idem in sanguine euenit: nam et ipse, ubi magna in eo sit facta corruptio, non redit amplius ad habitum naturalem: si uero paulatim fiat, ubi id quod superfluum, fuerit euacuatum: quod residuum existit, ad suam naturam restituitur. Et quidem consuetũ est huiuscemodi dispositionem, non corruptionem, sed multitudinem nominare: illa (ut dixi) sola uocata corruptione, quę tam effatu dignã habet eam quæ ad naturæ contrariũ, euersionem, ut non possit iterum ex naturæ coctione ad primam humoris redire bonitatem.

Eorum quę uniuersim, & uelociter nutriunt, ueloces quoq; fiunt excretiones. XVIII

Velociter quidem nutrire, accipiendum est ab ipso dici ea quæ paruo post assumptionem tempore statim nutriunt, suæ naturæ ratione, quam in iis exploramus, qui integra sanitate fruũtur. Vniuersim autem, quę postquam alere cœperunt, exiguo tempore totum ex se præstãt corpori alimentum. Talia igitur, quantum ad hoc solum attinet, quòd uniuersim nutriunt, etiam ueloces habebũt excretiones. Si uero aliqua adsit acritudo excitãs ad excretionem, aut lentor ob quem magis retineatur: hæc quidẽ uelocius ad excretionem prorumpent, hæc uero tardius. Celerrime igitur omniũ & uniuersim maxime uinum alit, tardius autem & paulatim caro bubula, & cochleę, & uerticilli marini, squillæ, cammari, atque locustæ. Et (ut summatim comprehendam) quæcunq; dura carne constant, eandem cum his naturam habent & casei duri, carnes salitæ, lentes, ac bulbi, necnon oua usquequo indurescant elixata. Hæc enim omnia multo post assumptionem tempore, atq; paulatim nutriũt. Indicium autem tibi sit uelocis nutritionis ex assumpto cibo, in pulsibus quidem fortitudo ac magnitudo, in motibus autem uoluntariis robur nutritis adiectum. Ipsum uero præcipue oportet explorare in illis qui sunt dissoluti uel propter euacuationem aliquam sensu perceptibilem, uel propter laborem superfluum, uel propter inediam. In hisce igitur quæ antea diximus omnibus, tardæ fiũt per uentrem excretiones, hoc est lõgo post assumptionem tempore, in contrariis uero ueloces. Maxime autem omnium contrarium est uinum, celerrime (ut diximus) nutriens: post ipsum uero per ordinem alia de quibus sermonem faciam, sed primum de uinis ipsis percurram. Etenim aquosa ex eis, exiguum præbent corpori alimẽtum. Sunt autem hæc colore quidem alba, tenuia uero substantia. Crassa autem & subrubea multo quidem magis corpus alunt: sed tantum uincuntur à nigris in nutriendo plurimum, quantũ superant in præstando uniuersum & uelox alimentum. Quæcunq; uero alba quidem sunt, sed crassa: minus quidem his alunt, plus autẽ tenuibus & albis nutriunt, sed neque uelociter, neq; uniuersim alunt. Quantum uero in hisce differunt, tantũ & in excretione. Aquosa enim celerrime per urinam excernũtur, quia celerrime tota fere anticipant resumi. Ex aliis uero omnibus quantum aliquid uentrem subierit manifeste, proportionalẽ nutritionis tempori habet excretionem. Hoc idẽ in aliis omnibus accidit. Nam succus ptisanæ nõ multo post assumptionem tempore uidetur nutrire, non tamen multum præbet corpori alimẽtum, idq; breui tempore uniuersum. Alica uero neque paucum, neq; uniuersum, sed in

multo tempore multum prębet alimentum. Oportet autem ea quæ inuicem comparātur, esse secundum substantiam similia, & non esse hoc quidem exquisite humidum, hoc uero extreme siccum. In ptisana igit & alica, et huiuscemodi omnibus quæcunq; parātur ex milijs et fabis, uel alijs fructibus, eodem modo se habeant quæ comparantur, secundum substantiæ qualitatē. In carnibus autem propria quidem est uniuscuiusq; cōsistentia. Sed comparare ipsas oportet secūdum modum quo parantur, uel utrisq; assis, uel eodem modo elixis. Auferre autem oportet, dum parantur mordaces humores, quemadmodū in brassica ac in leguminibus, si certam uelis habere experiētiam eius quæ in ipsis alit substantiæ. Auferuntur autem humores dicti, si dum elixantur, ab una aqua ad aliam transferantur. Si igitur adhibita distinctione, diligentem omniū feceris inquisitionem: inuenies omnia quæ quidem in pauco tempore nutriunt, hoc enim est uniuersim, & paruo post assumptionem tempore, hoc enim est uelociter, etiam uelocem habere excretionem quando hominibus eodem modo affectis exhibentur: (nam & hoc in talibus omnibus oportet præfinire:) quæ uero cōtrariam naturam habent, tarde excerni. Causam horum inuenies ex ijs quæ ostensa sunt in commentarijs de Potentijs naturalibus. In his siquidem ostendebatur uentriculus prior proprium sibijpsi ex cibis alimentū attrahere, & suis apponere tunicis: mox ubi hic fuerit saturatus, tunc ipsos emittere ad excretionem. In hoc autem tempore & hepar ostēdebatur ex cibis attrahere, ubi indigeret alimento. nam si non egeat, illo quod prius aderat, perfrui: eadem quoq; ratione trahere rursus ex hepate totū corpus, quo tēpore et ipsum indiget alimento. Vnde in quibus totum corpus est uacuum, quispiam maxime possit experiri qui cibi sint uniuersim & uelociter nutrientes, quibus & illud inest, celeriter tendere ad excretionem, quantū ad id attinet. Verum nonnulli dixere eam quę fit ex toto corpore euacuationē, ab ipso excretionem nominari, ut idem sit quod nunc docetur, ei quod dixit in libro De alimento,
" ubi inquit: Cibus qui difficulter alteratur, difficul-
" ter absumitur: qui facile apponitur, facile absumitur. Quod dictum uerissimum quidem est, non tamen proprie uidetur accipi sub appellatione excretionis. Nam magis proprie dicitur de ea quæ solum fit per uentrem: possumus quidem et ipsam intelligere de ea quæ fit ex toto corpore. Differt em̄, excretionem, an subductionem dicas. Subductio igitur solum de ijs dicitur, quæ per aluum dejciuntur: contingit autem excretionis uocabulum utrisque esse commune. Carnes itaque suillæ, & quæcunque lentos ac crassos humores habēt, longo tempore faciunt ex toto corpore transpirationem. Olera uero, & pisces saxatiles, & simpliciter quæcunque tenuem habent humorem distribuendum, celeritate quidem distributionis atque appositionis exuperant, stabilem uero naturam nō habent, sed facile difflant.

A (margin)

XIX Acutorum morborū nō omnino sunt certæ prænunciationes, aut salutis, aut mortis.

Acuti morbi, præter id quod celeriter iudicantur, statim etiam magnitudinem habent. Nam febres diariæ, quas Græci ephemeras uocāt, licet cito finiantur, non tamen acuti morbi nominantur. Duplex autem est acutorum morborum natura. Vel enim ab humoribus calidis solis qui nullū obsedere locum, sed æqualiter in omnibus animalis partibus sunt, uel loco aliquo patiente fiunt, ut in morbo laterali, pulmonis inflammatione, angina, febresq; ut plurimum, acutis morbis ~~adiunguntur~~ continua sunt. Rari enim sunt ex ipsis quibus febres non adsint, ut morbus attonitus, quem Græci apoplexiā uocant. B Morbi uero longi, ob crassos, lentos ac frigidos fiunt humores, qui non facile concoqui possunt, & in patientibus partibus impacti sunt atq; agglutinati, ita ut eorum dispositiones magis præduris tumoribus quàm inflammationibus assimilentur. Pauci uero ex ipsis fiunt absq; loco patiente, in quibus uenæ omnes ęqualiter habent humores putrescentes, uel atram bilem, uel pituitæ naturam præ se ferentes. In his igitur omnibus uidetur Hippocrates fidere pręcognitiōibus, in acutis uero non omnibus. Sed aliquando falli pręcognitionem confitetur. Tale est enim quod dicit, non omnino, negatio cum sit. non omnino enim idem qđ non prorsus significat, estq; non omnino perinde atq; non omnes homines mali. Qui enim hoc dicit, ostendit paucissimos esse bonos. C Hoc igitur & nunc Hippocrates ostēdit, inquiens non omnino certas esse in morbis acutis p̄nunciationes, aliquādo, quāuis raro, medicū aberrare. istud aūt fit propter subitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum sequitur morbificorū, & quia nōnunquam humor noxius ex uno loco transfertur ad alterum.

XX Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, ijs senescentibus exiccatur. Quibus uero iuuenibus adhuc aluus sicca est, ijs senescentibus humectatur.

Quòd quidem hoc ex magna parte fiat, & non semper, ostendit ipse inter sequētes hunc scribens D aphorismum: Quorum aluus humida est, si iuue- " aph. 53. Lib. 2.
" nes fuerint, melius commutant, q̄ ij quibus est sic- "
" ca: in senectute uero deterius, nam magna ex par- "
te senescentibus exiccatur. Oportet autem humidas & siccas aluos intelligere non simpliciter, sed eadem uictus seruata ratione. Si quis enim in iuuentute Alexandrinorum uictu uteretur, salsis utens cibis, & porris, zythumq; superbibēs, in senectute uero nihil horum assumeret, sed lentem esitaret, & uinum austerū insuper biberet, † male diceremus huius hominis dejectiones ætatis ratione permutari. Sic & si quis in iuuentute lentibus & mespilis uesceretur, uinumq; austerum potaret, in senectute autem uictu uteretur Alexādrinorum, atq; ita cum uictu excretiones mutaret, nō rectum iudicium

Margin notes (manuscript): uniuersim, quid? uelociter, quid? — Subductio. — πῶς ἂν φαῖημεν, quomodo dicere queamus

iudicium faciemus. Sed quum omnia alia, non so lum quæ ad cibos attinent, paria agentur, & deiectiones cõmutabuntur: tunc rectum fiet iudicium de ijs quę ab Hippocrate in hoc aphorismo dicuntur. Variatur autem deiectiones † ætatum ratione secundum eas quæ in corpore mutatur dispositiones, ex quibus aluus siccior humidiorue fit. Quænam uero sint hæ dispositiones, unũ est ex ijs quæ quæruntur, atq; adeo longum mihi futurum super hoc sermonem existimo, si proprias studuero adhibere demõstrationes, ꝙ unus integer liber erit necessarius. Sed hoc alias forte à nobis fiet: nunc breuibus capita expediam, ijs utens quæ in cõmentarijs de Potẽtijs naturalibus, & De causis accidentium demonstraui. Plusquam conueniat, fit aluus humidior, quando cibus in chylum conuersus, hepati parcius distribuitur. Siccior rursus, cum omnis humor in ipsa cõtentus, ad hepar fertur. Causa uero ob quam parcius distribuitur, est, quia plus cibi aliquando assumimus, quàm hepar indigeat. Interdum quoq; citius deijcitur, quàm hepar attrahat. Nam cum cibus modum excedit, eius superfluum derelinquitur, ubi hepar tantum ad se attraxerit, quãto indiguerit. Cum uero properat ad exeundum, nõ præuenit hepar tantũ attrahere, quantum ipsi est necessarium. Citius aũt festinat ad exitum id quod excernitur, nõnunquam ob multitudinem bilis ad aluum fluentis, quæ iritat ad excretionem, nõnunquam uero ipsa alui potentia retentiua facta debiliori, expulsiua uero eius atq; intestinorum forti existẽte. Plura igitur appetimus cum os uentriculi (in hoc enim uis appetẽdi præcipue consistit) frigidiorem habuerit temperaturam. Sic uero et hepar minus attrahit propter frigiditatem. Vim autem retentiuam habet uentriculus imbecilliorem propter humiditatem, sicuti expulsiuam fortiorem propter siccitatem. Senum igitur corpus cum frigidum efficiatur, tantum augeri cõtingit in ore uentriculi frigiditatem, ut appetitus deficiat, atq; ita excrementa exiccentur inopia eorum quæ assumuntur, ut distribuantur. Sic et quicunq; ob multitudinem, uel naturam humoris biliosi aluum humectam habent, ad cõtrarium trãsmutantur, cum hic humor in senectute deficiat. Quibus uero ob uirtutis retentiuæ debilitatẽ aluus humectatur, nõ omnibus transmutatio aduenit, sed pro quantitate caloris adiuncti. Si enim statim ab initio frigidiorẽ habuerit aluus temperaturam: mox ad immodicam ueniẽs in senectute intemperiem, secundum frigiditatem uirtutem retentiuam ęque habebit imbecillem, quoniã omnis immodica intemperies operationem exoluit. Quòd si exquisite calida fuerit in lõgo ætatis processu, fortem habebit operationem retentiuã, ut quæ neutram habeat exquisite intemperiẽ, neq; eam quæ est secundum siccitatem (siquidem erat omnino humidior natura, alioqui nõ habuisset debilem uirtutem retentiuam) neq; secundũ caliditatem, hoc enim supponebatur. Liquet igitur quòd ferè omnibus qui aluos habent natura humidiores, fit ad cõtraria senescentib. transmutatio: qui uero sicciores, ijs fient in senectute humidiores, propter cõtrarias temperaturas: uel enim quia minus assumitur cibi, ꝙ potentiæ hepatis cõgruat, uel quia parum bilis confluit ad aluum, uel propter potentiæ retentiuæ robur excrementa exiccantur. Ex his autem, quòd parum appetant, & citius impleantur, fit propter partium appetentium caliditatem. Quòd uero cibus assumptus exiccetur, contingit uel mediocriter se habente hepate secũdum temperaturam, uel paulo plus mediocri calidiore. Quòd uero pauca bilis confluat ad aluum, hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob uisceris frigiditatẽ. Fortis autem iuuenibus inest retentiua potentia, quoniam ad sicciorem uergũt temperaturã. Non absq; ratione igitur in omnibus quos diximus, senibus fit ad contraria transmutatio. Nam qui non appetunt ob caliditatem, in progressu ętatis plus etiam appetent, quàm possit hepar euincere. Quibus autem ob innatam siccitatem uirtus retẽtiua fortior extiterat, ijs senescentibus fiet imbecillior ob siccitatis excessum, & ea ratione excrementa humectabũtur, quoniam ciborum exitus festinat. Quibus uero propter bilis defectum, tardante excretione, ob exitus moram plurimum humiditatis absumitur, fieri potest ut eadẽ dispositio perseueret. Contingit etiam ut propter immodicam hepatis frigiditatem, ad satis magnam perueniente alimenti distributione imbecillitatem, fiant excremẽta humidiora. Hæc in præsenti dicta sufficiant de causa earum quæ fiunt in ætatibus permutationum, de ijs aũt quæ propter humiditatem ac siccitatẽ aluum continent, propter breuitatẽ futura obscura ijs qui in nuper dictis commentationibus non sunt exercitati. posthac aliquãdo uno integro uolumine clariorem doctrinam faciemus: nam quo ad usum artis attinet, hoc solũ scire sufficit, quod fuit ab Hippocrate dictum, etiam si causa non adijciatur.

Famem thorexis, id est, uini potio, soluit. XXI

Vini potionem, thorexin nominare consueuit. In libro siquidem De natura hominis, & De uictus ratione, in hũc modum scripsit: Liquet enim quòd uictus singulorum non sunt causa ut omnes subinde morbo corripiantur, iuniores et seniores, uiri ac mulieres, similiter autem thoressomeni, & aquæ potatores. Cũ ergo aquę potatores thoressomenis opponat, ostendit se per thoressomenus uinum potantes intelligere. Quare & hic thorexis, uini potus ab ipso dicitur; quem dicit famẽ soluere: non (per Iouem) quemcunq; defectum famem nominans, (sicuti nonnulli arbitrantur) certe non illam quę cum appetitu naturali fit, sed eam quam habent qui hac passione laborant, uehementi et indesinenti ciborum appetentia, quam medici quidam appetentiam caninam nominãt. Talem enim famem uini potio sanat, non eam quæ uel ex longa inedia, uel alui profluuio ut fluxus sanguinis, aut aliqua alia facta est euacuatione. Nam qui ex tali aliqua indigent causa, nõ modo non aliquam

ex uini potu capiũt utilitatem, sed etiã plurimum offenduntur, quoniam & conuulsionibus & deliriis statim corripiuntur: si anteq; cibos assumant, uinum potauerint. Qui uero famem quã diximus, patiuntur, iis uini potus, nõ cibi multitudo, remedium est. Equidem multos ipse sanaui, qui indesinenter famescebant, uinum ipsis abundanter exhibens, ex eorũ genere quæ sufficienter calefaciunt. Neq; enim acerba uina talem famem sanãt, siquidem neq; calefaciũt, sed quæ colorem subrubeum habent, uel rubeum absq; astringente sapore, maximo sunt illis remedio, qui canino laborant appetitu. Oportet siquidẽ cum ad prandium accedũt, primũ illis afferre pinguia edulia, atque (ut ita dixerim) oleagina, & alia quæcunq; ex plurimo parantur oleo: maxime uero nihil austerum, aut acerbum offeratur: postea unum aliquod ex uinis quæ diximus, etiam si nondum sitierint, potandum dari præcipiemus. Statim enim fames tali uictu mitigatur, atq; ita longo tempore faciendo, cessat omnino: & hoc mihi magis uidet̃ in præsenti aphorismo Hippocrates docere. Cum enim canini appetitus fieri cõsueuerint, uel propter solam intemperaturam frigidiorem, uel propter humores acidos quos exorbuit os uentriculi: & hæc ambo sanare possit uinum quod diximus, nõ sine ratione uini potio cessare facit caninos appetitus. Qui uero putant uehementem esuritionem, quam Græci bulimon uocant, fuisse nunc famem ab Hippocrate nominatã, non satis recte mihi uidentur eius sermonem accipere: Primum, quia ipsum pro generali atq; uniuersali faciunt specialem, ac particularem: deinde quia mentiuntur: nam passio bulimos nominata, est casus potentiæ ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam.

XXII Quicunq; morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio: & quicunq; ex euacuatione, repletio, & aliorum, contrarietas.

Neq; si quid nondum factum est à repletione, neq; ipsa nõ amplius existente, si quid remanserit, id curat euacuatio, sed quæcunq; eo ipso quo fiũt tẽpore, curare aggredimur, euacuatione indigent. Quòd quidem igitur multitudo morbum efficiat, antea dictum est: quòd autẽ euacuatio sit eius curatio, non opus est dicere, sicuti neq; de omnibus aliis causis quæ morbos cõmittunt, quòd per contraria curentur. Neq; enim aliud quicquam quimus excogitare, præter cõtrarium causis morbos efficiẽtibus, sic & in morbis ipsis iam factis postea considerabimus: quemadmodum & in casibus, quæ ad eos ex necessitate consequuntur: sed nunc de iis qui adhuc fiunt, sermo à nobis habetur. Liquet igitur quòd unà cum efficientibus causis necesse sit ipsos simul auferri. Causarum uero facientium abolitio fit à contrariis. Si enim ex refrigeratione morbus fiat, curatio est per calefactionem: si uero ex calefactione, per refrigerationem. Sic & si

A propter repletionem morbus cõstituatur, tunc oportet multitudinem euacuare: sicuti et si propter euacuationem, reficere protinus conuenit. Etiam si nonnullis uideatur nunquam fieri ab euacuatione morbũ: existimant autem (ut apparet) huiuscemodi homines solam febrem esse morbum, quòd si didicissent quamlibet lędentem operationis dispositionẽ, morbum esse, & quòd à uehementibus intemperaturis operationes læduntur, haudquaquam dubitarent an fortes euacuationes morbos efficiant. Sanguis enim cum supra modum aut ex utero muliebri, aut ex uenis quæ hæmorrhoides appellantur, aut ex ulcere fluxerit, tũc uel omnes, uel plurimas operationes ii qui ita affecti sunt, offensas habent. Nonnulli uero ipsorum non modo B hæc patiuntur, uerumetiam aqua inter cutem corripiuntur. Longe autem inediæ iis qui calorem habent ad igneam naturam propensiorem, præter alia mala, insuper afferunt febrem. Quantum ueritas ipsa atq; utilitas exigebat, à nobis quamuis dictum sit, his tamen addamus aliquid, propter garrulos, quales sunt recentiores quidam medici, qui de nominibus altercantes, putant se de rebus ipsis habere sermonem. Hi igitur sunt qui aiunt, causarum efficientium morbos abolitionem, nõ esse curationem, sed præseruationem. Qui primum quidem docendi sunt, quòd de nomine litigant, deinde quòd neq; de hoc recte. Vbi enim causa nõ adest, quæ morbũ efficiat, hic sola curatio factorum relinquitur. Vbi uero ea quæ inest corpori disposiC tio, nõdum aliquid facit, ueluti quæ plenitudo uocatur, hoc ad præseruatiuam artis attinet partem, si huiuscemodi causæ destruantur. Cum uero iam aliquid agit, mistum quodãmodo est huiuscemodi opus ex præseruatiõe & curatione. Nam quod facturæ erant causæ illæ, prohibitũ est fieri, & hoc ad artem attinet præseruatiuã. Quod uero iam factum est ex morbo, propriam exigit curationem. Quapropter cum mista sint talia ex pręseruatione ac curatione, proprio caremus nomine, atq; idcirco aliàs alia medici utuntur appellatione, nonnunquam præseruari dicentes, ne morbus qui iam incipit generari, ad complementũ perducatur: nonnũquam uero curari, quemadmodum in iis quos canis rabidus momorderit. Quæ enim ipsis adhiD bentur medicinæ, duplicem habent appellationẽ. Nam nonnunq; rabiei remedia dicuntur, ac si rabiem facientis dispositionis dicerentur. Nonnunquam uero nõ remedia præsentis dispositionis appellantur, sed à rabie futura præseruantia.

XXIII Acuti morbi in xiiij. diebus iudicantur.

Acuti morbi magni sunt, & ad suum uigorem celeriter properant. Non absq; ratione igit̃ in pauco tempore & magnas faciunt permutationes: qđ idem est quod iudicari. Huiuscemodi eñ permutationes quando repente in morbo fiunt, Hippocrates crises uocat, id est, iudicationes, in quibus nõnunquam subito integra sanitas restituitur, aut moritur æger: nonnunquam uero magna fit ad salutem

lutem, uel ad mortem permutatio, non tamen aut subito sanantur, aut moriuntur: ita ut quatuor sint in ipsis subitæ permutationes, quas ipse docuit in primo libro Epidemiarum, inquiens: Ad salutem, aut mortē, uel inclinatio ad melius, aut ad peius. Quòd uero sit necessarium ob morborum magnitudinem, ac casuum uehementiam, uel cito uires prosterni, adeo ut homo moriatur: uel ad noxiorū humorum excretionē excitatas, si modo quos inuaserint, exuperēt, bonam sequi iudicationem: sin autem exuperentur, malam: unicuiq; manifestum est. Propterea igitur fieri non potest, ut in longum tempus iudicatio differatur, in morbis acutis. Terminum igitur in hisce omnibus Hippocrates posuit duas septimanas, tanquam nullus eorum ulterius progrediatur, uerum ante quartumdecimum diem multi possint iudicari. Etenī undecimus, nonus, septimus & quintus, multos uisi sunt iudicasse in libris Epidemiarum. Iudicat autem & sextus nonnullos, sed non bene, sicut in libris De iudicatorijs diebus plenius ostendimus, in quibus dignū putamus illum exercitatum esse qui ea assequi debeat, quę Hippocrates breui sermone perstrinxit. Quæcunq; uero iudicationes sunt, ueluti imperfectæ, ijs finem imponit aliquis alius ex eorū numero qui deinceps sequuntur, de quibus, qualesnam sint, in libris Prognosticis Hippocrates docuit: & hic de ipsis aliquid in sequēti docebit aphorismo. Est autem & harum imperfectarū iudicationum terminus quidā ulterior, ultra quem non amplius fieri progressus potest, dies quadragesimus. Quicunq; igitur morbi intra diem quartumdecimū integre iudicātur, hos solet Hippocrates acutos simpliciter nominare: quicunq; uero imperfecte iudicati, seruati fuerint in sequētium dierum aliquem usq; ad quadragesimum, hos non solet simpliciter acutos nominare, sed appellatiōe cōposita his omnibus uerbis, acuti qui in quadraginta diebus iudicantur. Verum manifestius illi significat, qui eosdem morbos, acutos ex decidentia uocāt. De his igitur in Prognostico scribit in hunc modum: "Oportet autem existimare spirandi facilitatem ma"gnam habere uim ad salutē in omnibus acutis mor"bis, quicunque febres habent adiunctas, & in qua"draginta diebus iudicantur. Nunc uero in aphorismis De acutis uniuersaliter enuncians, ait eos intra quartumdecimum diem iudicari: non per Iouem hoc dicens, quod nonnulli existimarunt esse quatuordecim numero dies qui in his morbis faciant iudicationem. Nam secundum hanc expositionem, etiam illos qui iudicāt morbos acutos, ex decidentia nominatos, dicemus esse numero quadraginta, cum idem loquēdi modus in utrisq; sit, hic quidem cum ait morbos acutos in quatuordecim diebus iudicari, in Prognosticis autem quum dicit: Quicunq; morbi cum febribus sunt in quadraginta diebus iudicantur. Verum hi non inuenientes quo modo possint ostendere utrosq; sermones, & hunc qui in aphorismis scribitur, & illū qui in Prognostico legitur, sibi inuicē esse cōcordes: A hanc absurdam excogitarunt expositionem. Neq; enim quatuordecim sunt usq; ad quadragesimum dies iudicatorij, sed cum intercidentibus quidem plures, absque illis uero pauciores, quēadmodum clare in nostra ostendit De diebus iudicatorijs tractatione. Sed & ipsa rerum natura suffragatur sermoni quo dicit acutos morbos habere terminum iudicationis quartumdecimū diem. Nullus enim inuentus est unquam ab initio uelociter motus, hunc transgredi terminum, qui non aliquam ex quatuor iam dictis iudicijs unam acceperit: sicuti quidā leues ac parui circa primos dies existentes, quarto aut quinto die acuti fieri incipientes, ad decimumseptimum terminarunt. Alij uero sexto aut septimo die exacui incipientes, ad uigesimum ter- B minarūt: adeo ut morbi continui acuties nunquā possit plures quàm quatuordecim obtinere dies. Ex ijs uero qui motus habēt inæquales, multi extenduntur usque ad aliquod tempus ulterius præfinitum. Dico autem inęquales habere motus, eos qui aliquot diebus uehementiores fuere, postea sine aliqua significatione torpuerunt, deinde rursus adaucti, continuitatem acceperunt. Si quis igitur, ut dixit, faciat in ægrotantibus obseruationem: omnes inueniet qui per duas integras septimanas uelociter mouentur, nunquam ad ulteriorem progredi terminum.

Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & undecimus contemplabilis. Ipse enim quartus est secundæ septimanæ. Rursus uero & decimusseptimus cōtemplabilis: ipse siquidē quartus est à quartodecimo, septimus uero ab undecimo. XXIIII

Indices & cōtemplabiles solet Hippocrates nominare dies in quibus aliquod signum apparet futuræ iudicationis indicatiuū, in altero aliquo † iudicantium dierum, quos ipse in Prognosticis, unamquanq; septimanam in duas diuidens partes, per quaternarios digessit. Primum itaq; quaternarium septimi diei, si quis ab initio numeret, indicē esse ait; undecimū autem quartidecimi, quoniam & hic secunda septimana in duas partes diuisa, index prouenit. Eadem ratione & decimusseptimus uigesimi est index, ex diuisione tertiæ septimanæ in duas partes. illud tātum interest, quòd hanc tertiam septimanam secundæ cōiungit, quamuis primam à secūda separauerit, cum eius initium diem octauum esse dixit, non tamen tertiæ quintumdecimum, quemadmodū nonnulli post ipsum existimarunt, quoniam neq; uigesimumprimum, terminum statuit, sed principiū quidem tertiæ septimanæ quartumdecimum, finem autem & terminum uigesimum. Cur autem duas primas septimanas à se inuicem disiunxerit, tertiam uero secundæ coniūxerit, in libro De diebus iudicatorijs docuimus: in præsentia uero sufficit etiam sine causa nouisse quod experientia cōprobat. Nam ipse Hippocrates plurimos ęgros tali ordine dierum iudicatorio

† al. futurorum

rum in libris Epidemiarum ſcripſit fuiſſe iudica- A tos. Dixi autem ſecundum talem ordinem, ut primæ tres ſeptimanæ ad uigeſimum, ſequentes tres ad quadrageſimū perducantur. Sic enim & ſexageſimum & octuageſimum diem iudicatorios habebimus, & ipſos experientia confirmatos, quem admodum in libris De diebus iudicatorijs oſtendimus, illos qui in libris Epidemiarū notantur iudicati, ſecūdum talem dierum ordinem deſcribentes. Sed ægrotos illos, quoniam longum eſſet hoc in loco ſermone cōplecti, ſufficiet ſola ex Prognoſticis uerba in hunc modum ſe habentia ſubſcribe- re: Febres iudicantur in eiſdem numero diebus, in quibus etiam homines liberātur & pereunt. Nam mitiſſimæ febres, & quæ tutiſſimis ſignis incedūt, quarto die finiuntur, uel antea: peſſimæ autem, & B grauiſſima ſigna præ ſe ferentes, quarto die interimunt, aut prius. Primus igitur earum inſultus ita terminatur. Secundus uero ad ſeptimum ducitur. Tertius ad undecimum. Quartus ad quartumdecimum. Quintus ad decimumſeptimū. Sextus ad uigeſimum. Hi igitur per quatuor in acutis ad uigeſimum ex adiectione finiunt. Hæc uerba oſtendunt manifeſte, quòd tertiam ſeptimanā per continuitatem ſecundæ annumerat, & quòd decimam ſeptimam indicem facit uigeſimæ.

XXV Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

Non ſolum quartanæ breues æſtate fiunt, ſed & C ægritudines aliæ, propterea quòd humores inutiles funduntur, & per totum corpus delati difflantur. In quibus igitur uires ualidæ ſunt, noxijs humoribus euacuatis, morbi ceſſant, in quibus uero ſunt imbecilles, unà cū ipſis euacuatis & ipſæ diſſoluuntur. Quare non abſque ratione nulli morbi æſtate ſunt longi. Hippocrates uero de ſolo omnium longiſſimo fecit mentionem, tanq̃ per exemplum de omnibus alijs ex iſto † pronunciās. Sicuti autem æſtate & diſcuti humores, & uires diſſolui contingit: ſic hyeme contraria eueniunt, & humores intus tanq̃ in latebris remanere, et uires ſeruari robuſtas. Neq; igitur morbi ſoluunt̃ manentibus ijs qui eos efficiunt humoribus, neq; ægroti moriuntur uiribus interim ſufficientibus. D

XXVI Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm febri conuulſionem.

Ipſe Hipp. in ſequentibus dicet conuulſionē fie[ri ex re]pletione & euacuatiōe. Cum igit̃ aliquem ſanū contigerit repente cōuelli, huiuſcemodi conuulſionem neceſſariū eſt ex repletione fieri: replentur autē tum nerui à frigidis & glutinoſis humoribus, ex quibus etiā nutriunt̃, unde cōuulſionē patiunt̃. Hiſce igit̃ febris ſuperueniens, ſolita eſt magna ex parte calefacere, extenuare, atq; diſſoluere. Si uero ex febrib. adurētibus, totū corpus exiccet̃, & neruis deinde ex ſiccitate cōuulſio accidat, maximum eſt malū, & penè inſanabile, quoniam longum quidē tempus exigit̃ ad ſiccitatē neruorū remouendam; acuties aūt morbi tempus non expectat, ſed cito uires diſſoluit, & ſubito exitiū affert.

His qui nō ex ratione leuius ſe habent, non XXVII oportet fidere, neque multum formidare mala quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia ſtabilia non ſunt, neq; multum durare & permanere conſueuere.

Sermo quidem integer de talibus omnibus in libris de Criſibus, ſiue iudicijs dictus eſt; nunc uero quātum ad propoſitorū expoſitionem ſatis eſt, à nobis dicetur. Cum morbus inuadit uehemens, & mox ſubito quieſcit, non modo per ſudorē, aut uomitum, aut alui excretionem, aut profluuiū ſanguinis corpore non euacuato, ſed ne uiſo quidem ſigno coctionis, ſignum infidum exiſtimant talem quietem eſſe: ſicuti etiam ſi quis præter rationē ſpiret difficulter, uel deliret, uel febricitet uehementius, uel magno rigore corripiat̃. Nam & hæc quoque firmitatem non habent, tantumq; abeſt, ut malum aliquod ſignificent, ut nonnunq̃ bonum iudicium haud ita multo poſt futurum enuncient. Quomodo autem hęc oporteat dignoſcere & præcognoſcere, in libris de Criſibus diximus.

Febricitantium non omnino leuiter, perma- XXVIII nere corpus, et nihil minui, uel etiam pluſquam ratio poſtulat contabeſcere, malum. Hoc enim morbi longitudinem, hoc uero imbecillitatem ſignificat.

Hæc uerba, Non omnino leuiter, diſtinctionis gratia appoſuit Hippocrates. Si enim ſimpliciter dixiſſet: Febricitantiū permanere corpus, & nihil minui, malum: ſermo careret ueritate. Cōtingit enim in tempeſtate frigida cuiquam ex repletione ægrotanti, nō collabi corpus, neq; extenuari, cum febres paruæ fuerint: ſed cū maiores fuerint, multam adeſſe repletionē ſignificatur. Contabeſcere autem pluſquā ratio expoſtulat, malum: etiam ſi non adijciatur, Non omnino leuiter. Siue enim leuiter febricitauerit, ſiue non: ſignum imbecillitatis eſt, ea quæ fit præter rationem extenuatio. Neque enim putandū eſt uerbo, contabeſcere, in proprio ſignificato nūc Hippocratem uſum fuiſſe, ſed magis abuſum. Rectè autem dixit in ſecunda parte aphoriſmi, magis quàm ratio expoſtulat: & melius eſt hęc quoq; uerba priori parti aphoriſmi adaptare, ita ut totus ſermo talis efficiat̃: Febricitantium nō omnino leuiter, permanere corpus pluſquam ratio poſtulat, uel etiam cōtabeſcere magis quàm ratio expoſtulat, malum, ut communiter de utroq; prædicetur, Magis quàm poſtulat ratio. Siue enim permaneant magis quàm ratio expoſtulat, ſiue extenuentur, malum eſt. Melius autem fuiſſet, ſi hoc quod ait, Magis quàm ratio poſtulat, quibus finibus iudicetur, aperuiſſet. Verum quia hic doctrinæ modus aphoriſticus eſt, & ſummam

conſectatur

consectatur breuitatem: nos exponentes uerba, se- A cundum rationem, ad febris magnitudinem referemus, ad tempus ægritudinis, ætatem, regionē, tempus anni, & illam quæ tunc uiget, tēporis cōstitutionem, & præterea ad sensibiles euacuationes, uigilias, curas, inedias, & motus plures. Nam maiores febres magis & citius corpora extenuāt ægrotantiū, sicuti & diuturnitas morbi, & ex ętatibus puerilis, atq; decrepita, sed alia ambæ ratione. In pueris enim propter caliditatem atq; humiditatem multum defluunt, atq; extenuātur corpora: in decrepita uero ætate hoc idē patiuntur propter potētię imbecillitatē. Ex regionibus autē, & anni temporibus, ac constitutionibus, calidę quidem ac siccæ magis euacuant, humidę uero ac frigidæ magis astringunt, ac difflare corpora atq; extenuari non sinunt. De sensibilibus autē euacuationibus quid dicere oportet? Neminē enim ignorare arbitror ut merito ex profluuio sanguinis multo, atq; sudoribus plurimis, & urina superfluēte, uel uomitu, uel alui excretione, cito corpus extenuetur. Accedit autem dictis causis & inedia: uigiliæq; & curæ sufficiēter extenuāt, ut & plures motiones: sed hæ raro febricitātibus adsunt: nam magna ex parte iacent quiescentes. Verum aliquando contingit moueri aliquos, qui in itinere cœperint febricitare, uel urgente necessitate, uel studio domum reuisendi. Sed ex delirio quidam ægroti iugiter se attollentes, uel iacentes quidem, sed cōtinuo partem aliquam corporis commouentes, aut etiam delira loquentes, intra paucos dies exte- C nuantur. Hæc quidem oīa ęgrotos reddunt macilentos, sicuti & contraria his corpus in maiori mole conseruant. Signum autē nullum ex his est uirium imbecillium, sed causa tantummodo ipsorum singulûm. Nam sicuti ex eo corpus cum ratione extenuatur, sic & uires destruuntur. Absq; his autem corpus præter rationem extenuari, signum esse uirium imbecillitatis Hippocrates inquit: quam & in decrepitis pro causa assignantes celerrime ipsorum corpus extenuari dicebamus. Neq; mirum uideri debet in ijs qui ita se habēt, imbecillitatem quidem causam esse extenuationis, extenuationem uero esse signum imbecillitatis. Hoc enim contingit in omnibus quæ faciunt, & fiunt. Hæc quidem est sentētia Hippocratis, sem- D per existimantis eam quæ est citra rationem extenuationem, signum esse imbecillitatis. Nos uero adijciamus ei sermōi & aliam dispositionem quæ causa est in febribus extenuationis. Est autem hęc humorū quidem tenuitas, corporis uero raritas. Cum enim hæc ambo conuenerint, celerrime corpora extenuantur per eam quæ difflatio insensibilis nominatur, sicuti in dispositiōe contraria, crassitudine humorum, & corporis spissitudine, neq; fit humorum euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc minui de ipsius mole contingit. Hanc itaq; dispositionē ostendit Hippocrates in prima parte aphorismi per ea uerba, Longitudinē morbi significat. Alteram uero contrariam prætermi-sit: sed & nos hanc adijcientes, iam totū sermonē integrum proferamus, quantū fieri potest breuissime dictū: Febricitantium nō omnino leuiter, permanere corpus, & nihil imminui, uel plus q̃ ratio postulat contabescere, malum. Nam permanere, ex cutis spissitudine accidit & crassitudine humorum: & propterea longitudo morbi significatur. Contabescere autem nonnunq; fit ob humorum tenuitatem, & cutis raritatem. Contingit uero & ob solam uirium imbecillitatem.

Cum morbi inchoant, si quid mouendum uidetur, moue: cum uero consistunt ac uigent, melius est quiescere. XXIX

Cur Hippocrates hoc consulat, sequenti indi- B cat aphorismo: quem si quis nuper dicto annexuerit, totum sermonē talem efficiet: Cum morbi inchoant, si quid mouendum uidetur, moue: cū uero consistunt ac uigēt, quiescere melius est. Nam circa principia ac fines, oīa debiliora sunt, morbo autem consistente, fortiora. Oportet autē his adijcere uerbum, symptomata, hoc est casus. nam de his dictionem attulit uniuersalem. Dispositio siquidem ex qua casus generantur, quam & morbum nominamus, non omnino dum morbus consistit, est fortior: uerū in ijs qui saluari debent, melior multo, quàm in morbi principio: in quibus etiam Hippocrates nunc consulit ut quiescamus, in morborū initijs, si quid uidetur mouētes. Nam in morbis exitialibus, non modo quādo sunt suo uigori uicini, sed etiam in prioribus tēporibus nihil mouere oportet: recordantibus nobis q̃ deploratos nō oportet curare, sed relinquere, & morbi finem tantummodo prænunciare. Circa initia uero illorum morborum in quibus speramus ægrotum conualiturum, tentandum est maiora afferre remedia: de quibus Hippocrates dixit, Siquid uidetur mouendum, moue. Sunt autem hæc, maxime quidem uenæ sectio, nonnunq; uero & purgatio: quorū neutrū oportet morbo iam consistente adhibere. Vt eñ in libro De Crisibus manifestauimus, coctiones morborū tūc maxime fiunt. Vt igitur hæ citius eueniāt, melius est circa principia euacuare, quo minorē iam factā materiā facilius natura possit cōcoquere. Morbo autē cōsistente, cū iam natura cōcoxit, superfluū est euacuare, cū propter alia, tum quia uis animalis magna ex parte eo tempore est fatigata, licet quāmaxime duæ alię, uitalis ac naturalis, fortes persistant.

Circa initia & fines, omnia imbecilliora: cū uero consistunt, fortiora. XXX

Casus oēs circa principia & fines ait esse imbecilliores, accessiōes uidelicet febriū, et uigilias, atq; dolores, & fastidiū, & sitim: sicut ipsas dispositiōes in q̄bus hęc fiunt, ubi morbi cōsistūt, necesse est esse meliores in ijs qui debēt sanitati restitui.

Eius qui ex ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum. XXXI

Opor-

Oportebat & hunc aphorismum, & illum qui A sequitur, adiūctum esse illis qui supra scripti sunt, ubi dicebat: Si quis à morbo cibum assumens nō corroboratur. In illo igitur aphorismo, pro uerbo nunc dicto, bene cibatur, inquiens cibum assumere, de casu aliquid docuit scilicet non corroborari. Hic uero, cibum assumere, commune utrisque seruauit: casum autem uariauit, quoddam illi scribens proportionale. Nam huic, nō corroborari, hoc, nihil proficere corpus, simile quodammodo est. Illud enim potentiæ nostrum corpus regētis, hoc uero ipsius corporis affectus est. Euenitque profecto, ut corpus non bene alatur atque proficiat, interdum quidem ex potentiæ quæ ipsum nutrit imbecillitate, nonnunquam etiam ex malorum humorum abundantia.

XXXII Omnes ferè qui male se habent, circa initia bene cibati, nec quicquam proficientes: circa finem rursus cibum non appetunt. qui uero circa initia cibum ualde non appetunt, postea bene appetentes: ij melius euadunt.

Hic etiā aphorismus de ijs esse dictus uidetur, qui ex morbo cōualescunt. Non proficere enim, de his dicere consueuerunt cum alij, tum Hippocrates ipse. Si quis igitur bene ab initio cibatus nō nutriatur: quam ob causam hunc subit affectum, ob eandem postea fit male appetēs cibum. Causa uero propter quam bene ab initio cibati nihil proficiant, est totius corporis uitium cum partium appetentium uigore. Verum processu temporis ob cibi multitudinem aucto in toto corpore uitio, ipsum etiam appetendi instrumentum male se habebit: quare inappetentes fient qui prius bene appetebant, quos recte bene cibatos nominauit. Dixerat autē hoc ipsum in precedentib. aphorismis, hoc modo: Quòd si non assumēte cibū hoc fiat, scire oportet quod indiget euacuatiōe. Porrò eos qui ab initio male appetunt, adeo ut omino parū assumant cibi, postea uero ad contrariū transeunt, melius permutari inquit. Hoc uero ideo euenit, natura eo tēpore quo parū cibi assumebāt, ipsam quæ causa erat in appetētiæ dispositionē concoquēte.

XXXIII In quouis morbo mente cōstare, & bene se habere ad illa quæ offeruntur, bonū: contra uero se habere, malum.

Neque cum aliquod bonum dixerit eorum quæ ad corpus attinent, omnino existimandum est ex eo hominem reualiturum: neque cum malum dixerit, omino moriturum. Nam fieri potest ut bonū signum à maiori malo superetur: & malum à maiori bono uincatur. Tales itaque enunciationes intelligēdæ sunt de eo solo quod dicitur. Dicitur autem signum esse bonum, quantum in ipso est, hoc aliquid; & signū malum, quantum in ipso est, hoc aliquid. De morte autem ac uita oportet omnium signorū uires prius bene perpendētes, ita pronunciare, quemadmodum & ipse in Prognosticis cōsulit. sic & nunc, Constare mente, & appetitū permanere, bonum est signū in quouis morbo. Quædam enim non in omni bona sunt, ut ipse consueuit nobis significare, inquiens: Spirandi autem facilitatē putare oportet ualde magnā habere uim ad salutem in omnibus morbis acutis. Quòd autem constare mente, bonum sit signum, ex isto cognosces, Quæ ad cerebrum attinent, atque membranas, & spinalem medullam, necnon & septum transuersum, & omnino partes neruosas, quæ presertim sunt iuxta cerebrum, sana esse omnia significantur ex mentis constantia: sicuti & quę ad uētrem attinent & hepar & cor ipsum, ubi adest prōptitudo ad cibos qui offeruntur. Cum uero hæc B omnia robusta sunt, non parua spes de ægroti salute haberi potest.

In morbis minus periclitantur quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit. XXXIIII

Cum natura multis dicatur modis, accipienda nunc est in eo significato quo multis in alijs locis usus est, & in toto libro De natura hominis, in quo eam quæ fit ex primis elementis temperaturam, naturam nominat: ac si ita diceret: In morbis minus periclitantur quorum primę corporis temperaturę, uel ei quæ nunc ratione ætatis, aut habi C tus, aut temporis adest, magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit. Calidæ enim naturæ, & ætati, & habitui, & tempori, & constitutioni, & regioni, morbi calidiores sunt congruentes, frigidioribus uero frigidiores: eadem ratione & siccioribus sicciores, & humidioribus humidiores. Contrarium autē est à Diocle dictum item in libro De septimanis, cuius auctores opinātur incitari quidem à similibus morbos, solui uero à contrarijs: quoniā & ab ipso Hippocrate scriptum est contrarijs morbis contraria esse remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hyberno tēpore, facilius posse sanari ea quæ fit in æstate, nondum aduertētes quòd uehemēs dispositio causa est ut febris ardens hyeme fiat. ne D que eñ ab initio facta fuisset, nisi causa potentior, temporis contrarietatem superasset. Cum igitur anni tempus cohibere non potuerit causæ magnitudinem, quamuis habeat sanitatem sibi suffragātē: multo minus ipso morbo iam facto superabit, non assistente sanitatis robore. Sed & hoc est ipsa compertum experientia. Nam duarum febriū ardentium magnitudine parium, illa quæ aduenit hyeme, est perniciosior: sicuti quando in calidiori temporis constitutione ortum quidem habuerit, subita autem ad frigus mutatio facta fuerit, nō parū iuuatur hæc febris ardens ab ambiētis aeris frigiditate: cū ipsi utraque tēporis constitutio bona sit, prima quidem, in qua morbus factus est, tāquam signum: altera uero in qua solutus est, tanque causa.

Hæc igitur

Hæc igitur omnia magis atteſtantur, & nõ aduerſantur ſententiæ aphoriſmi: ſicuti neq; illud, quod raucedines in ualde ſenibus non concoquuntur. Atqui hæ paſſiones ſenili ætati maxime cõgruũt. Primum etenim non idem eſt quòd aliquid non concoquatur, & quòd ſit periculoſum: deinde q; non ſimpliciter ſenes nominauit, ſed cũ adiectione, ualde. Omnia enim in his ſunt periculoſa, ob uirium imbecillitatem. Sed neq; illud quod ſcribitur in primo Epidemiarum, Et maxime moriebãtur quibus natura uergebat ad phthiſim: ijs quę dicta ſunt, aduerſatur. Neque enim eam quæ fit ex elementis, nunc dixit temperaturam, ſed corporis formam: eſt enim ubi & hanc naturã nominãt. Et ſicuti uerum eſt calidam temperaturã minus in morbis calidis periclitari: ita qui anguſtum pectus habent, non ſolum magis incidere in phthiſim, ſed etiam ubi incidere, periclitari. Nonnulli quidem qui aphoriſmos expoſuerunt, talibus decepti ſuaſionibus, illum congruere naturæ ægrotantis morbum dixerunt, qui ſit temperatura cõtrarius, quaſi aptior eſſe diceretur: multum (ut oſtenſum eſt) & à ueritate ipſa, & ab Hippocratis ſententia deuiantes.

XXXV In quouis morbo partes ad umbilicum & imum uentrem attinentes, craſſitudinem habere melius eſt: multum uero extenuari ac contabeſcere, prauum. Sed & hoc quoq; ad inferiores purgationes, periculoſum.

Partes omnes quæ ad epigaſtrium, id eſt, abdomẽ attinent, omni uacare diſpoſitione quæ ſit prę ter naturã, oportere, eſt manifeſtũ. Et hoc in Prognoſtico dictũ fuit, ubi his utitur uerbis: Pręcordia optimum eſt abſq; dolore eſſe, & mollia, & æqualia. Sed & ex his ipſis quædam ſunt tenuiora, quædam craſſiora, de quibus nunc ſermonem habet: quæcunq; quidem craſſiora ſunt, hæc meliora eſſe inquiens: quæcunq; uero tenuia, mala, & tanq; ſigna uidelicet, & tanq; cauſas. Signa enim ſunt partiũ quæ contabuerũt, imbecillitatis. Cauſæ uero, q; coctio bona ciborum nõ fiat in uentre, neq; ſanguificatio in hepate. Etenim membrum utrunq; à craſſitudine dictorũ corporũ concalefactum iuuatur. Tantũ igitur ubi contabuere, offenduntur eorũ operationes, quantũ integris ipſis iuuabantur. Quòd autẽ earũ quas diximus partium tenuitas ad inferiores purgationes ſit periculoſa, manifeſtũ eſt: Oportet eñ omnia quæ ſunt infra thoracẽ, eſſe robuſta, ut bene purgationibus ſeruiant: alioqui magna incõmoda patiũtur. Cur autẽ de ſolis inferioribus purgationibus fecerit mentionẽ, dignum eſt quærere. Superiores etenim, hoc eſt, per uomitũ, ſunt ijs, qui ita affecti ſunt, periculoſæ. An has quidẽ tanq; manifeſtas prætermiſit, illarũ uero cõmeminit, ut de quibus magis poſſet dubitari? Imũ autẽ uentrẽ proprie nominat & appellat partẽ uentris imã, quæ umbilicũ ac pudẽda interiacet: ita ut in hæc tria totũ abdomen diuidatur, in hypochondriũ, id eſt pręcordia, & ad umbilicum attinentia loca, & uentrem imum.

XXXVI Qui ſalubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati cito exoluuntur, & qui prauo utuntur cibo.

Qui ſalubritatem corporis habent, nõ abſq; ratione in euacuationibus cito exoluuntur. Contabeſcunt enim, non purgantur. Qui uero uitioſo utuntur alimento, ob malorũ humorũ ſuperabundantiam facile exoluũtur in purgationibus. Siue autẽ illud quod exterius aſſumitur, ſiue quod in corpore continetur, uitioſum alimentũ nominet: uterq; ſermo ueritatem habet, quoniam cibi uitioſi ſoleant ſanguinẽ gignere uitioſum. Sic ergo uitioſi dicuntur per relationem ad ſanguinẽ qui debet ex eis generari.

XXXVII Qui bene ſe habent corpore, difficulter ferunt medicationes.

Non cuiuſcunq; medicamenti aſſumptionẽ ſolet Hippocrates medicationem nominare, ſed tali uocabulo in ſola utitur purgatione. Verum is qui prius ſcribitur aphoriſmus, caſum unum qui in ea fit, manifeſtat. Cito eñ inquit exolui in purgationibus qui corporis habent ſalubritatem. In hoc autem generaliori uocabulo de eiſdem oſtendit, inquiens hos difficulter ferre medicationem. Nam & uertigines & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & præterea celeriter exoluuntur. Fiunt autem hæc omnia purgãte medicamento proprium quidem attrahere humorẽ appetente, uel flauam bilem uel atram, uel pituitam, uel aquoſam ſuperfluitatẽ: quia uero iſti non adſunt, ſanguinem colliquat ac carnes, ut ex ipſis proprium attrahat humorem.

XXXVIII Parum deterior potus aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.

Non ob id ſolum hoc eſt faciendũ, ut ægro gratificemur, ſed etiam quia utilius ipſi exiſtit. Nam quæcunq; cum uoluptate aſſumuntur, iſta uentriculus amplexatur, & facilius cõcoquit: ſicuti illã quę diſplicẽt, refugit. Vnde uel nauſeæ, uel flatus, uel fluctuationes ſubſequuntur. Quod quidem in plurimis cibis bonos ſuccos habentibus fit: quando igitur cum uoluptate aſſumitur cibus qui paulo deterior eſt, non modo non manet deterior, ſed quandoq; redditur melior.

XXXIX Seniores iuuenibus plurimum ægrotãt minus. Qui uero morbi ipſis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.

Non omnes ſeniores minus ægrotant q̃ iuuenes, neque enim omnes maiorem habent circa uictum continentiã: qui uero non habent, magis ægrotãt, ut qui iuuenibus ſint debiliores. Quòd uero plures ex morbis diuturnis ipſos ad mortẽ comitantur; clarũ eſt. ſiquidem & uis eſt imbecillis, quæ neq;

quæ neq; morbos facile coquere possit: & omnes morbi diuturni, frigidi sunt: unde & magis senibus quàm iuuenibus accidunt. Omnes siquidem † similioribus morbis facilius corripiuntur.

XL Raucedines & grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt.

Si simul iūxerimus ambos aphorismos, utriusque sermo talis erit: Senes iuuenibus ut plurimū ægrotant minus. Quicunq; uero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Raucedines igitur atq; grauedines in ualde senibus coctionem non admittūt. ita ut hic aphorismus sit ueluti exemplum quoddam antecedentis. Neq; enim hi soli morbi senes comitantur ad mortem, sed nephritis, id est passio renum, podagra, morbus articularis, coxendicum dolores, & quæ laxiori intestino ac spleni frigidæ insunt dispositiões, & preterea crebri anhelitus (quos Greci asthmata nominãt) tusses, dorsi curuationes, recuruationes, & obliquationes, demum quæcūq; alia morborum genera ex frigidis humoribus ortum habēt, quæ in quibusdam iuuenibus, nedum in senibus, difficulter coquuntur.

XLI Qui frequenter ac fortiter absq; causa manifesta exoluuntur, derepente moriuntur.

Non omnes qui exoluuntur, derepēte moriuntur, sed si tres distinctiones adieceris: unam quidē primam, ut sæpius hoc patiantur: secūdam, ut fortiter: tertiam, ut sine causa manifesta. Nam mulier quædam longum in balneo tempus commorata, frequēter exoluebatur ob temporis diuturnitatē, & quoniam balneo magna ex parte ligna succendebantur uitiata: uerum non erat hoc morbi signū, cum causam haberet manifestã. Altera uero quam uteri affectus infestabāt, hoc idem patiebatur. Quidam alius si diutius inediam tolerasset, dū lauaretur, exoluebatur. Alteri etiã, si per horam lauaretur, idem accidebat, nisi prius aliquid panis assumpsisset. Quibus omnibus aut debile erat, aut sensum plurimum habebat os uentriculi. Quicunque uero nulla tali de causa sæpius ac fortiter exoluuntur, ij ob uirtutis uitalis imbecillitatem hoc patiuntur: sicut & ille cui dū exolueretur, cor fortiter palpitabat, atq; hic derepēte mortuus est, nō aliter quàm illi qui a cutissimis cordis affectibus, quos syncopas uocant, arripiuntur.

XLII Soluere morbum quem apoplexiã uocant, fortem, impossibile: debilem uero, non facile.

In apoplexijs totum corpus repente sensu priuatur ac motu, solus restat anhelitus, qui si & ipse prohibeat, maxima est & acutissima hæc apoplexia. Quicunq; uero respirant quidem, sed magna cum ui: fortis adest istis apoplexia. Fortis autem adest & illis, sed minus, qui neq; intentū, neq; uiolentum, inæqualem tamen atq; exordinatū ac pręterea intermittentem habent anhelitum; sicuti in

A quibus aliquem seruat ordinem, debilior existit: & si omnia fiant quę sunt necessaria, cito curatur. Omnes autem apoplexiæ fiunt ui animali nō potente defluere ad partes infra caput existētes, aut propter aliquam dispositionē similem inflammationi quæ in ipso cerebro sit constituta, aut uentriculis ipsis oppletis humore pituitoso. Verum causæ magnitudinem, etiam passionis magnitudo cō sequitur. Magna autem ex parte curationem non admittit, propter respirationis læsionem. Ac mirari licet quomodo omnibus alijs musculis motu carentibus in apoplexijs, illi qui thoracem attollūt, quamuis difficulter, moueantur tamen plerunq;. Videtur autem hoc fieri propter respirationis necessitatem, quæ neruorum uim excitat ad operationem. B Et ob hanc ipsam causam, magna ex parte musculi omnes qui thoracem mouent, in apoplexijs operantur, etiamsi raro prius omnes operarentur: quemadmodum in uehementibus exercitijs in quibus anhelitus plurimus est necessarius. Verum in apoplexijs non ob id quòd sit adaucta necessitas respirationis, sed quia uis est imbecillis, ideo omnes musculi thoracis simul cogūtur operari: quēadmodum & alioqui in ijs qui cū febre uires habent imbecilles, ob hanc ipsam causam omnes mouere cogunt seipsos in unã summã effatu dignã, ex omnibus operationem colligentes.

Strangulati ac dissoluti, nōdum mortui, nō referuntur, quibus spuma circa os fuerit. XLIII

C Omnis spumæ generatio ex duarū substantiarū mistione conficitur, altera spirituosa, altera humida. Fit autē earū mistio ambabus in multas partes fractis, multisq; mutuo cōplexu paruis ampullis ab ipsis effectis. Cum uero tenacem habuerit is qui perfringitur humor consistentiam: quo spiritum circumplectente, ampullas contingit generari, non facile dissolubilis, sed stabilis spuma perficitur, qualis maxime currētibus equis, uel ira percitis apris, circa os aggregat̃. Ambarū uero substantiarū confractū ac mistionē facit nonnunq; quidē motus uiolentus uel utriusq;, uel alterius tantum: nonnunq; uero & fortis calor: nisi & hūc dixerit quispiã spumã per motū operari. Verū homini ea quæ manifeste uidentur consectanti, tutius est D dicere spumam duabus de causis generari. in mari quidem impetuosis uētis agitato, ob impulsionis uehementiã: in lebetibus autē efferuescētibus, ob caloris uim. Sic itaq; & in corporibus animaliū, cū adsunt ex morbo comitiali cōuulsiones, uehemētia motuū solet spumã generare. In apris uero, calor, in cursibus autē equorū, utraq; causa uigorē habet. Nam cū continue per respirationes aer intrò atq; extra ferat̃, & saliua in ipsis extenuat̃, & aliquid etiam ex pulmone instar uaporis effert̃, quod saliuæ miscetur ac circūplicatur: unde factã spumæ substantiã augeri cōtingit. Qui uero opinant̃ hāc spumã è uētriculo prodire, aberrãt. Neque em̃ fieri potest ut subito tota inde proueniat, cū neq; eo tēpore animal euomat, neq; nauseã ullã patiatur

Handwritten marginalia: οἰκείοις; Morbi comitantes senes ad mortem.; Syncope, acutissimus Cordis affectus.; Apoplexia quo modo fiat.; Dispõ similis inflammationi in Cerebro, facit Apoplexiam.; Vide lib. 4. de loc. aff. cap. 3.; redeunt ad vitam; Spumæ generatio.; Spuma duabus de causis generatur.

Citra vomitum, aut nauseam, nil effertur a ventre.

patiatur: citra quos casus quicquam efferri à uentriculo est impossibile: & multo magis fieri non potest ut plurimus aliquis uapor efferatur, eodem modo quo in expirationibus: cum nulla talis è uentriculo substantia efferatur, qualis è pulmone expiratur. Et sanè sanguis qui quidem è pulmone educitur, spumosus est, similis uisceri: qui autem è uentriculo, neque huic proximus est. Sed quæ una cum sanguine è pulmone educitur spuma, subito simul, & cum tussi educitur. Qui uero ex tali humore paulatim uapor expiratur, non excitat tussim. Vbi autem laqueus collo circumdatur, necesse est quidem cordi atque pulmoni ut fuliginosam expiret superfluitatem. Hoc enim à nobis ostensum est in libro De usu respirationis. Prohibente autem laqueo, totam uiolenter impellit, quo fit ut pars propriæ humiditatis B una expellatur, eo modo quo fit in sanguinis eductionibus. Signum itaque est hoc exitiale, quoniam pulmonis uiolentiam significat, quam strangulato patitur animali. Præcipue uero hoc fieri rationabile existit propter eam quæ ex corde ad ipsum impellitur caliditatem: unde & caloris efferuescentia, & motu spiritus uiolento, & uehementi pulmonis conatu ad educendum, spuma enata, signum est mortale. Nonnulli tamen raro strangulatorum relati sunt quibus spuma circa os apparuerat: & forte Hippoc. non tanquam semper intereant, sed quod contrarium rarissime eueniat, ita pronunciauit, quemadmodum & paulo antea ostenderat per aphorismum, ubi dicit: Quibus iuuenibus aluus humida, ijs senescentib. exiccatur. Nam hoc in loco, magna ex parte, dicere C prætermisit, quod tamen uerbum in sequentibus adiecit, ubi inquit: Quicunque aluos humidas habent, iuuenes quidem melius commutant ijs qui siccas habent: ad senectam uero deterius commutant: nam magna ex parte senescentibus exiccantur.

Cur strangulati spumant.

XLIIII Qui natura admodum crassi sunt, citius intereunt, quàm qui graciles.

Eos qui à prima ætate crassi sunt, & graciles inuicem comparans, de crassis pronunciat quòd cito ad mortem perueniunt, magis quàm graciles. Optimum siquidem est † bene carnosum esse natum, hoc est, ita commoderatum, ut neque crassitudo adsit, neque gracilitas. Tales enim possunt ad longam senectam peruenire. Si uero à modo recedatur, melior ad gracilitatem, peior ad crassitudinem excessus est. D Angustæ sunt enim horum arteriæ ac uenæ, atque ob id paucum omnino sanguinem, & spiritum habent: adeo ut cum ætate processerint, celeriter ipsis paruam ob causam calor natiuus destruatur. Graciles autem hac quidem ratione non periclitantur: quia uero partes principales ita affectæ sunt ut nullum habeant munimentum, à causis exterioribus prompte offenduntur. Qui uero natura quidem mediocres erant, sed uictu delicatiore utentes postmodum crassi facti sunt, ijs licet caro atque pinguedo adnatæ sint, uenæ tamen atque arteriæ latæ consistunt; atque idcirco in eis calor natiuus minus obnoxius est extinctioni.

† εὔσαρκον, male redditur bene carnosum.

Graciles à causis externis prompte offenduntur.

Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis, & temporum, & locorum, & uictuum quoque, liberantur. XLV [Aph. 7. lib. 5. et epid. 6. sect. 1. aph. 4.

Morbus comitialis proximus quodammodo est morbo quem apoplexiam appellant, cum idem locus in utroque patiatur, & idem humor in causa sit. Verum apoplexia quidem ob omnimodam carentiam illius potentiæ quæ ad neruos defluit; morbus autem comitialis propter motum uitiosum generatur. Frigidus autem & crassus humor ambobus est causa: atque idcirco iuuenum ætas calidam & siccam habens temperaturam, maximum affert auxilium ijs qui morbo comitiali laborant: sic & locorum proportionales mutationes, dico autem proportionales, quando ad calidiorem ac sicciorem commutantur, eodem modo & uictuum. Neque enim uictus mutatio quælibet morbum soluit comitialem, sed quæ calidiorem & sicciorem corporis habitum efficit. Contingit autem simpliciter etiam uictus mutationem intelligere morbo comitiali prodesse, quoniam magna ex parte uictus deprauatus passionem generat: unde & mutatio multo ad melius perducit.

Epilepsiæ similitudo cum Apoplexia.

Apoplexiæ & Epilepsiæ eius materia.

Deprauatus victus Epilepsiam solet gignere.

Duobus doloribus simul eundem locum infestantibus, uehementior alterum obscurat. XLVI

Siquis eundem exquisite locum intelligat, nunquam duo possunt in eodem fieri dolores: si quis uero late, possibile est. Dico autem late, circa membrum maius, ueluti circa brachium, cubitum, femur, aut tibiam. Verum hi duo dolores simul augent loci afflictionem, cum neuter lateat ægrotantem. Si uero sint in locis diuersis, alter quidem (si ita contigerit) in cubito, alter uero in tibia: tunc alterum ab altero obscurari contingit, cum uis sensibilis tota ad uehementiorem ducatur ac distrahatur. Nam & hoc nobis in mœroribus solet accidere, qui sunt & ipsi ueluti dolores quidam solius animi sine corpore. Nam & horum qui sunt uehementiores, occultant minores, modo non eadem è re ortum habeant: alioqui & illi seipsos mutuo augent.

Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis quàm iam confecto. XLVII [Hipp. de ulcer.

Pus ex sanguine ortum habet, qui semimalam (ut quispiam dixerit) habet transmutationem. Nam mala simpliciter, cum putrefactione fit olida: sicuti quæ simpliciter bona, est ipsa nutritio partium animalis. at quæ pus generat, medium inter has obtinet locum, neque à solo calore extra naturam, neque à solo secundum naturam facta. Mistus enim quodammodo ex utrisque est calor inflammationis. Fit autem dolor extenta simul ac calefacta præter naturam inflammata particula: febres uero sequuntur † principio concalefacto: & hæc ambo contingunt ex quadam ueluti ebullitione atque exustione sanguinis: qui ubi ex toto exustus fuerit, residuum eius fit pus, quemadmodum in lignorum exustione cinis: atque ideo tempore illo dolores sedantur ac febres præsertim cum

† al. corde Π καρδίας

cum pus fuerit excretum, utpote iam consumpta materia, extinctaque ignea caliditate.

XLVIII In omni corporis motu, ubi laborare cœperit, quies statim lassitudinem aufert.

Verbũ laborare, significat dolere, significat & fatigari: & in utroque significato sermo uerus est. Siue enim mẽbra iam doleãt ex multitudine motionum, siue sint fatigata, ut uix iam agere aliquid possint, quies statim lassitudinem aufert.

XLIX Qui cõsueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles & senes, non consuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt.

Alius alij labor consuetus est, huic cursus uel alius aliquis motus crurib. factus, huic uero manus certa mouere lege, siue quouis alio modo operari manibus, alijs fodere terram, uel remigare, uel arare, uel simpliciter quoduis aliud agere. Differunt autem omnes isti labores, quia uel plures, uel pauciores partes operãtur, & quia uel magis, uel minus laborant: hoc tamen omnibus commune existit, quod partes exercitatæ fiunt robustiores, atque idcirco labores cõsuetos facilius ferunt.

L Quæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solẽt. Oportet igitur ad insueta permutari.

Non de solis exercitationibus hic sermo est, sicuti prior, uerum de omnibus simpliciter consuetis hic aphorismus enũciat, cibis, potibus, balneis, illotionibus, uigilijs, somno, calefactione, frigefactione, curis. Horũ etenim singula minus nocent cum fuerint consueta, ijs quæ natura quidem minus noxia sunt, sed nunquam in cõsuetudinem peruenerunt. Quod igitur ita se res habeat in exercitationibus, ad partium quæ operantur, robur refertur, ut antea diximus: in reliquis uero quomodo fiat, iam dicemus. Cibi ac potus, naturam aduentitiam efficiũt, maxime quidem in uẽtriculo, cum hoc uero & alijs partibus. Nam etsi quãmaxime obtineantur, & transmutẽtur à corpore, ipsum tamen quodammodo pro sui natura disponunt, ita ut processu temporis multa fiat permutatio, ac similitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim ostensum est à nobis in libro De consuetudinibus: ostensum etiam quod unumquodque † facilius à similibus alteratur. Ob hãc igitur causam quanto similius fuerit id quod transmutat, ei quod transmutatur, citius alterat ipsum. Saneque corpus ab alijs omnibus quibus adhæret, quodammodo efficitur, ueluti in aere frigido, ac calido, densatum quidem à frigido, laxatum uero à calido: atque ideo consueta facilius perfert, ab insuetis uero molestatur. Si enim laxato corpori ob caloris adhæsum repente frigus superuenerit: & in imas eius statim partes subintrat, & maxime offendit. Causa itaque de omnibus consuetis dicta est in libro De consuetudinibus. Quod uero experientia notum est, id iam noscimus: quod solũ ab Hippocrate scriptũ est, qui causam ascribendam nõ censuit. Nos uero ad eiusdem inuentionẽ aliquas dedimus occasiones. Hæc igitur dicta sufficiant quantum ad primam aphorismi partem attinet. Quod uero in fine scribitur, in quo consulit transmutari quodãmodo ad non consueta, salubris gratia securitatis dictum est. Est enim † unica tantum consuetudo, periculosa: cum omnes homines inopinatis rerũ sortibus subijciantur. Ne igitur incidẽtes aliquã do repente in nobis insueta magnopere offendamur, satius esse inquit omĩa tentare. Fit autẽ hoc non inhærentibus nobis semper ijs quibus assueuimus, sed & nonnunquam contraria tentantibus.

LI Plurimum, atque repente euacuare, uel replere, calefacere, uel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum: quoniam omne nimium est naturæ inimicum: sed quod paulatim fit, tutum est, tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.

Causam ob quam plurimũ aut repente euacuare, uel replere, calefacere, uel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum sit, ipse ostendit, inquiens omne nimium esse naturę inimicum. Nam in elementorum commoderatione natura consistit: quare non absque ratiõe nimiũ omne, ut quod destruat commoderationem, animalis cõsistentiam dissoluit. paulatim uero, ut inquit, implere scilicet uel euacuare, & quæcunque alia subinde dixit, tutũ est, cũ aliàs, tũ maxime cũ ab altero cui assueuimus, transimus ad alterũ. Nã in antecedente aphorismo consuluit & ad insueta permutari. In hisce igitur permutationibus, quod plurimũ existit atque repente, periculosum est satis: quod uero paulatim fit, tutum.

LII Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem: nõ est transeundum ad aliud, stante eo quod à principio uisum est.

Non paruæ est opus scientiæ, nõ permutari ab ijs quæ recte uisa sunt, si nondum manifesta appareat utilitas ex his sequi quę ita facta sunt. Quemadmodum enim gutta subiectam petrã percutiente, uix longo tẽpore sensibilis passio in lapide manifestatur: sic accidit etiam in his, quæ difficulter concoqui possunt dispositionibus: in quibus cũ recta ratio inuenerit id quod cõducit, nõ discedit ab illo qđ primo faciendum existimauit, etiãsi nihil ex facto manifestum sit subsecutum.

LIII Quicunque aluos humidas habent, siquidẽ iuuenes fuerint, melius commutant ijs qui siccas habent. Ad senectam uero deterius commutant: nam senescentibus magna ex parte exiccantur.

Manifestus est hic aphorismus: & quicquid de eo di-

Lib. de assuetudi. rib. vol. 204. a. — Idem lib. de assuetudinib. vol. 202. d. — Hipp. de affectib. Di videtur aut. — Tom. 2. vol. 197. — ἕκαστον citius — Omnis, unius tantum formæ consuetudo periculosa. μονοειδὴς &c. — Hipp. de affectib. / De dieta sanor. Di vid. aut. — Gal. in 6. epid. sect. 2. com. 25. — De sympt. causis. lib. 2.

eo dicere conuenit, prius est dictum in eo aphorismo cuius principium, Quibus iuuenibus uentres humidi sunt, ijs senescentibus exiccantur.

LIIII Magnitudo corporis, iuuētæ quidem neq; indecens, neq; illiberalis: senectæ uero inutilis, & deterior paruitate.

Magnitudo corporis proprie quidem nominatur quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Interdum uero & quod longitudine sola amplius auctū est corpus, solemus magnum nominare: quamuis huic proprium nomen sit longum. Nam & aliquando quod secundum latitudinem ac profunditatem ultra† modum corpus est auctum, dicunt esse magnum, quamuis & hoc crassum proprio uocabulo nominetur. Si igitur magnitudinē corporis in proprio significato Hippocrates dixit, nihilo deterior est in senectute, quàm paruitas. Si uero uel longitudinē corporis, uel crassitudinem intellexit: hæ deteriores atq; inutiliores senescentibus sunt: uerū neq; crassitudo est iuuentæ decens, neq; liberalis. In sola ergo longitudine quòd sit iuuentæ liberalis, senectæ uero inutilis, uere diceretur. Ex hac enim senescētes gibbi fiunt, & uix possunt onus perferre: quod Hippocrates inutile dixit.

ἀναλογίαν

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, LIBER TERTIVS,

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

In hoc tertio in Aphorismos Hippocratis commentario, eorum quæ de tēporibus atq; ætatibus ab Hippocrate scripta sunt, expositionem faciemus: maxime quidē quicquid est in ipsis obscurū, declarantes: (hoc enim est propriū expositionis opus) ueruntamen singulis etiam quæ recte dicta sunt, demonstrationē apponentes, quoniā & hoc fieri in commētarijs cōsueuit. Miror autē & hoc loco Lyci inconstantiā, scribentis quidem (ut ipse ait) expositiones Quinti præceptoris, nulli autem eorum quæ de tēporibus & ætatibus dicta sunt, probationem demonstratiuam apponētis, sed ad experientiam & obseruationem omnia referētis, cum tamen ipse in aliorum aphorismorum expositionibus rationalem adhibeat cōsiderationem de ea quæ in ipsis cōtinetur ueritate, non sola cōtentus experientia. Quòd uero sola experientia non sufficiat ad talem contemplationem aggregandā, id & ipse Hippocrates ostendit, & in processu sermonis à nobis ostendetur.

Expositoris opus est, quicquid obscurū est declarare.

pag. 70. r.

f Hipp. Lib. de humorib.

M VTATIONES tēporū potissimum pariunt morbos, & in quibusdā tēporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo.

Mutationes temporum nonnulli existimāt dici quibus inuicem commutantur, quasi successiones diceret. Nam hyeme ad uer transeunte, fit dictorum morborū generatio, de quibus ipse deinceps loquetur. Vere eīm furores, atræ biles, & morbi comitiales. Vere rursus in æstatē desinente, qđ est initio æstatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quæ subinde cōnumerauit. Et de autumno atque hyeme similiter scripsit, ut inquiunt illi qui pro eodem accipiūt mutationes & successiones. Sed uerbum potissimū, quod aphorismo adiectum est, hanc expositionem nō admittit. Nam in temporum adinuicem cōmutatione sicut quidam morbi generantur, eodē modo etiam soluūtur. & hoc ipse etiā Hippocrates dixit. Quare nihilo magis successiones temporū pariūt morbos, quàm soluunt. Quomodo igitur non sat fuit ipsi dicere: Mutationes temporum pariunt morbos, sed &, potissimum, addidit? Melius itaq; fuerit ob hanc adiectionem per mutationes temporū intelligere eas quæ fiunt secundum illorū temperaturas, alterationes. Hæ siquidem sunt quæ potissimum generant morbos, quando multæ aliā post aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemijs scripsit, & nunc etiam paulopost dicet. Si uero unius tēporis alteratio sola efficit morbos aliquos, non tamen magnos, tunc igitur fiunt morbi magni ex unius temporis alteratione, quando cōtigerit magnam esse alterationem. & ob hāc causam ipse inquit: Et in quibusdā tēporibus magnæ mutationes, uel caloris, uel frigoris, uel alicuius alterius, ut humiditatis, aut siccitatis, uentorū, aut horū defectus. Hæc igitur expositio recta est in ista scriptura. Inuenitur tamen & alia scriptura, quæ ita se habet: Mutatiōes temporū pariunt morbos maximos: potissimū autē & in quibusdam tēporibus magnæ mutationes. Quæ scriptura nullā habet obscuritatem, ijs præsertim qui ea audierūt quæ à me statim antea dicta fuerunt. Sunt uero & aliæ scripturæ idem dicentes, quas intelliges, atq; probabis, ab ijs quæ diximus excitatus.

aph. 20. aph. 21.

Mutationes tp̄m pro successionibus sumi non debent.

Successiones tp̄m nō magis pariunt morbos, q̄ soluunt.

Alterationes quæ fiunt s[ecundu]m tp̄m temperaturas, hic dicuntur Mutationes.

II Naturarum, hæ quidem ad æstatem, hæ uero ad hyemem, bene, maleue se habent.

f Hipp. de humorib.

Naturas hoc in loco dixit Hippocrates secundum† principalissimū & propriū significatū quod secundum ipsam maxime substantiam naturę est. Dicebamus autē in pręcedentibus ipsam esse temperaturam quatuor elemētorum, humidi, sicci, calidi, & frigidi, ostensaq; à nobis est in libris De tēperaturis: Vna quidem temperatura, bene temperata atq; optima: male autem temperatæ atq; uitiosæ, octo numero, quatuor quidē qualitate una excedēte calida, frigida, sicca, & humida: quatuor uero duabus calida & sicca, calida & humida: frigida & humida, frigida & sicca. Ad æstatem itaq; frigidæ & humidæ naturæ optime afficiunt: ad hyemem uero calidæ & siccæ: sicuti & male afficiuntur calidæ & siccæ ad æstatem, frigidæ & humidę ad hyemem. Perfectissime igitur hæ naturæ, ad dicta tempora optimè ac pessimè afficiuntur: mediocriter au

Natura hic sumitur in maxie [...] τὸ κυριώτατον καὶ πρῶτον σημαινόμενον. Natura hic pro temperatura sumitur. Tom. in ph. 34. Lib. 2.

Quæ nā ad quæ tp̄a perfectissime se habent bene, aut male.

criter autem quæ aliquo modo à temporibus uel A iuuãtur uel offenduntur, sicuti humida & calida, æstate & hyeme: quoniam æstate quidem, quatenus humida est, melius afficitur: hyeme uero, contra, quatenus calida.

III Morbi quoq; alij ad alia bene uel male se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & uictus genera.

Inordinato quodam interpretandi genere mihi uidetur usus Hippocrates in hoc aphorismo. Nam melius utique ita dixisset: Morbi & ætates, alij ad alia tempora, & loca, & uictus genera bene maleue se habent. Morbi igitur se bene habent ad tẽpora quidem ut ad generationem, similes: B ut ad solutionem uero, contrarij. Nos enim de hoc ipso determinauimus in expositione illius a" phorismi cuius initium est, In morbis minus peri" clitantur. Aetates autem, quemadmodum & naturæ, frigidæ quidem ad calida: calidæ uero ad frigida. Senum quidem ad æstatem: iuuenum uero ad hyemem. Eadem ratione & ad loca non morbi tantum, sed etiam ætates afficiuntur. Nam morbi calidi, in locis calidioribus magis generantur, & minus sunt periculosi: magisq; sanę sunt in frigidis regionibus ætates calidiores, & in alijs proportionaliter. Sic uero & ad uictus genera, alij ad alia bene maleue se habẽt morbi, & ætates. Nam calidiores ad frigidiores, frigidiores uero ad calidiores, & sicciores quidem ad humidiores, humidiores uero ad sicciores bene se habent. C Et, ut simpliciter dixerim, contrarij quidem ad cõtraria bene, similes autem ad similia male, præterquam si ætas temperata, & uictui, & regioni, & loco temperato cõparetur: hoc enim solo modo similes à similibus bene afficientur. Quæ uero plus à temperie recesserunt ætates, ijs secundum temperaturam cõtraria loca & tempora & uictus genera cõferunt magis. Cum uero omnes morbi à temperie & modo recedant: generatio quidem à similibus locis atq; temporibus, solutio uero à contrarijs fit.

IIII In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

Cum ratione fit hoc. D Neq; enim appellationes temporum, causæ morborum sunt, sed temperaturæ. Cum igitur ipsę conuariant, necesse est & morbos conuariari.

V Austri auditum hebetãtes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Quando huiuscemodi tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At si aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui duræ, difficultates urinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.

Id quidem quod fit, declarauit, inquiens: Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, " pigri, dissoluentes. Causam autẽ huius declarauit " scribens: Vbi hæc tempestas præualuerit, talia in " morbis patiuntur. Semper enim oportet medicũ distinguere & separare id quod à causa extrinseca contingit ab eo quod morborũ ratione fit: ut prænotiones faciat diligentiores. Causam uero ob quam austri reddãt auditum grauiorem, & uisum caliginosum, non est difficile ex eius temperatura cognoscere, quæ calida & humida est natura. Omnia etenim talia sunt apta replere caput. Ob hoc igitur & sensuum instrumẽta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiũt. Principio autem neruorũ humectato, necesse est & circa uoluntarios motus pigritiam euenire, & ueluti in seipso dissolutũ hominem apparere. Contra uero in aquilonijs (ut ipse inquiet inferius) corpora redduntur fiuntq; robustiora, uegetiora, ad motus prõptiora, & melius audientia. Nunc uero hæc nõ opposuit ijs quæ ex austro circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphorismo de læsione tantũmodo quę ex utroq; accidit uento, tractare proposuerat: ut hæc cognoscẽtes, ab illis separemus quæ ex morborum natura contingunt. In aquiloniis igitur (ut inquit) fiunt tusses, propter uidelicet instrumentorum respirationi obseruientiũ intemperiẽ, & propter faucium asperitatem, de qua nobis insinuauit adiũgens uerbum illud, fauces, ut subintelligeremus, patiuntur. Nam solet interdum hoc modo loqui. Paulopost igitur inquiet: Autumno & plurimi æstiuorum, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes. Licet autem & simul duo coniungentes legere, fauces alui durę, ut nonnulli expositores legendum existimarũt. Nam fauces in aquilonijs constitutionibus apparent duræ quoniã exiccantur, ac refrigerantur, & uenter inferior dura excernit, & propter temporis constitutionis tẽperaturã, quæ uergit ad siccitatẽ, toto corpore exiccato, & magis ipso ad seipsum trahente eas quæ fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratiõe, quoniam cum longiori tempore maneant, & non excernantur, omnia exiccãtur. Vrinę etiam accidũt difficultates, uesica flatu Aquilonis ob frigiditatẽ offensa. Est enim exanguis: & propterea ex causis frigidis plus quàm alię partes ipsa est offensioni parata. Eadem Aquilonis frigiditas etiã thoracis dolores efficit ultra communem ad alias partes læsionem, illam quoque quę fit ex respiratione assumentis, quę non pari modo pulmonem attingit & cor, ob sui caloris multitudinem. Homines uero horridos fieri in aquilonijs constitutionibus, clarum est, consentanee uidelicet aeris ambientis tẽperaturæ.

Quando æstas fit ueri similis, sudores in febribus multos expectare oportet. VI

Quemadmodum paulo antea dicebat: Quãdo die eadem aliquando frigus, aliquando calor accidit, morbos autũnales expectare oportet. Sic nũc rursus: Quando æstas fit ueri similis, hoc est temperaturam

peraturam

peraturam habet commoderatam, expectare (inquit) oportet multos sudores in febribus, & hoc non sine ratione. Neque enim sine aeris ambiētis calore multi sudores fieri possunt, neque absque hoc quod aliqua redundans humiditas in corpore contineatur. Horum uero alterum adest in æstate, alterum in hyeme, in autumno autem neutrum, in uere utrunque. Rationabiliter igitur æstas quæ sit arida satis, absumit atque resoluit humiditatē: similis autē ueri, ob caliditatē quidē attrahit ad cutim: ob humiditatē uero non potest per modum uaporis resoluere. Tota igitur simul humiditas in morborū iudicijs expulsa sudores multos facit.

VII In siccitatibus febres acutæ fiunt: & si annus magna ex parte talis fuerit: qualem fecerit constitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare.

Non multas ait febres in siccitatibus fieri, sed acutas, quoniā paulopost inquiet: Constitutionū anni (quod in totū dixerim) sicca tēpora, pluuiosis sunt salubria magis, & minus mortifera. quib9 deinceps adiungens rursus inquiet: Morbi in pluuiosis temporibus magna ex parte fiunt febres lōgæ. Non absque ratione. Nam aeris ambiētis humiditas pituitosos aceruat humores, & non paucas generat aquosas superfluitates: siccitas uero pauciores quidem humores efficit, sed qualitate biliosiores: & ob hanc causam febres numero quidem sunt pauciores ijs quæ fiunt in tēporibus pluuiosis, sed acutiores. Quæ uero deinceps in aphorismo dicuntur, manifesta sunt.

VIII In constantibus temporibus cum tempestiue tempestiua redduntur: morbi constantes, & boni iudicij fiunt: inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij.

Constantia tempora nominat, quæ ordinatim suam recipiunt temperaturā. Quem uero cōstantem appellet annum, tibi licet discere ab ipso in libro De aqua, aere, locis, & regionibus, ita dicente: Si quidē pro ratiōe facta fuerint signa huiusce modi in ortibus & occasibus syderum, & in autumno si aquæ descendunt, & hyems mediocritatē seruauerit, neque ualde serena, neque frigore excedens, & uere aquæ euenerint tempestiuæ, & æstate: sic par est annum fore salubriorem. Postquam igitur qualis debeat esse constans annus, didicisti: facile est etiam inconstantem intelligere. Omnia enim quæ aliqua ex parte non seruāt anni cōstantis ductum, ea nunc Hippocrates inconstantia uocat: & eos qui in ipsis accidunt morbi similiter appellat. Ait autem ipsos, difficulter, hoc est male, iudicari. Vel enim cum casibus periculosis iudicia in his morbis eueniunt, uel statim sunt perniciosi, uel omnino faciunt recidiuam.

IX Autumno morbi acutissimi, atque exitiales,

A maxima ex parte. Ver autem saluberrimum, & minime exitiale.

Cum tempora conuenientem seruant totā temperaturam, inter ipsa uer quidem erit saluberrimū. Morbos autem acutissimos, atque morbiferos, aliorū temporū cōparatione autumnus afferet, quoniam uer quidem, † bonam temperaturam habet. Autumno uero hoc in primis inest, quod eadem die aliquando calorem, aliquando frigus cōtinet: Deinde quod æstiuū subsequitur tempus, in quo multis quidem humores assati fuerūt, quibusdam uero & uires debilitatę. Non solum uero hac ratiōe autumnus malus est, sed etiam quia primum quidem humores mouebantur ad cutem, atque diff-
B flabant: autumno uero ab aeris ambientis frigiditate retrudunt, atque ad interiora impelluntur. Hęc itaque sunt omnibus hominibus communia: ijs uero qui malo uictu utuntur, hoc amplius accedit quod æstiuo tempore fructibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generarūt.

Autumnus tabidis malus. X

Damnauit quidem & aliter autumnum in antecedente aphorismo: nunc autem præcipue nocentem tabidis rursus uituperat: Vtrum uero solum illos nominet tabidos, quibus pulmo est exulceratus, an omnes quomodocunque tabefactos, non possumus coniectari. Liquet autem utrisque autumnum esse malum, cum sit siccus simul ac frigi-
C dus, & inæqualis.

De temporibus, si quidem hyems sicca & aquilonia fuerit, uer autem pluuiosum & australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines (Gręci ophthalmias uocant) & intestinorum difficultates, pręcipue uero mulieribus, & uiris qui natura sunt humidiores. XI

†De alteratione quæ in temporibus fit, hic docet, ab hyeme quidem sicca & aquilonia initium sumens, uere autem pluuioso & austrino. Paruæ igitur quamuis sint tales mutationes, præter naturam tamen sunt: quapropter & in æstate sequi ait hos morbos, febres acutas, & lippitudines, & in-
D testinorum difficultates. Causam uero ob quam superabundant in tali constitutione huiuscemodi morbi, ipse explicauit in libro De aquis, locis, & aere. Verba autem eius se habent in hūc modum: Si hyems quidem sicca & aquilonia fuerit, uer autem pluuiosum & australe, necesse est æstatem febribus abūdare, lippitudinesque & difficultates intestinorum aduenire. Quando enim æstate †suffocatio repente superuenerit, & terra madida pluuijs uernalibus & ab austro fuerit, necesse est æstū duplicari, & à terra madida atque calente, & à solo comburente, nondum constantibus hominū uentribus, neque exiccato cerebro. Neque enim possibile est tali uere existente, non colliquari corpus ac carnem: unde febres accidunt acutissimæ tum reli-

Vide Brassauolum qui ait hic multa deesse

offocatio πνῖγος

εὔκρατόν ἐστι

" quis omnibus, tum præcipue pituitosis. Difficultates uero intestinorum mulieribus, & uiris humidioribus cōuenit fieri. Hæc Hippocrates in libro De aquis, locis, & aere dixit. Nos uero latius eius sermonē explanabimus: & primo quidem ob quā causam neq; in hyeme, neq; in uere per talem constitutionem dixerit uulgari morbos. Cum tamen in secundo Epidemiarum, in ipso tempore uitiato dicat apud Cranonem factos esse carbones. Verba autem eius hæc sunt: Pluebat in æstibus aqua ruente per totū, fiebāt autē austro magis. Manifesta igitur est ex ijs quæ dixit, causa quoq; ob quam apud Cranonem facti sint æstate carbones. Neq; enim paulatim mutauit temperaturā naturalem, sed ad talem peruenit constitutionem, in qua facile putrent quęcunq; naturam habeant ut putreāt. Habiles enim sunt humiditates quæ modum excesserint, ad putredinem faciendam. Nam (ut ipse inquiet) morbi in temporibus pluuiosis fiunt magna ex parte febres longæ, & alui fluxus, atq; putredines: adhuc autē magis quàm humiditates putredinem calores faciunt. In unum itaq; cōuenientibus adeo fortibus atq; immoderatis dispositionibus ueluti in Cranone, secundum tempus corpus non expectat, uerum anticipat in ipso priore plurimum offendi. Per hyemem uero siccam & aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerētur, quali ipse dixit per hæc uerba: Si uero aquilonia fuerit: tusses, fauces, alui duræ, urinæ difficultates, horridi dolores laterum, pectorum: non tamen estatu dignus morbus accrescet. nam & alioqui †siciores temperaturæ sunt salubriores. Ex toto em̄ ait siccitates pluuiosis tēporibus esse salubriores, & minus mortiferas. Hyēs uero aquilonia ac sicca inducet quidē rectè homines in tusses, alui suppressionem, difficultatem urinæ, atq; dolores locorū ad thoracem attinentium: nō tamen febres, uel difficultates intestinorū, aut tale quiddam operabitur. Cur igitˢ non etiā in uere pluuioso atq; australi morbi uulgantur? Quoniam antecessit hyēs frigida sufficienter ac sicca. Ipse uero dixerat, non simpliciter præsentes cōstitutiōes fore cōsiderandas, sed ex qualibus, ad quales fiāt permutatiōes prius cōsiderandū. †Exiccatum itaq; corpus per hyemem cuius sicca atq; aquilonia fuit temperatura, non modo nihil ex uernis pluuijs patietur, sed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si uero totum uer humidū fuerit, ad contrariam ducetur corpus constitutionem, illi quæ prius inerat, id est siccæ, transcendēs illam, quæ medium tenet, mediocritatem. Quare æstas subsequens, paratum excipiet offensioni, cū terra adhuc humecta sit: atq; ob hanc causam †suffocationem efficiat, utpote Etesijs nondū spirātibus. Nam postea flare incipiunt post Canem etiā. Quare totum tempus medium habebit febres acutas, propter caliditatem & humiditatem humoribus in corpore putrescentibus, necnō lippitudines, & difficultates intestinorum, pro aptitudine partium quæ offensionem recipere natura aptæ

A sunt. Aliæ enim alijs magis, aliæ minus passibiles sunt, secūdum corporum temperaturas. Nam lippitudines ferè omnes infestant repleto capite, quibusdā exceptis, quibus oculi præualidi sunt. difficultates uero intestinorū, sicut ipse dixit, eos qui naturas humidas habent, & mulieres: hæ siquidē uiris sunt humidiores. Si igitur totam constitutionem, tanquam nostra putrefacientem corpora, damnamus: liquet quòd putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipsum siquidem humidū quod in nostris putret corporibus, quædam ueluti materia est à ui caloris patiēs. Humiditas uero ambientis aeris, quatenus exiccari non sinit humorum in corpore superabundantiam, eatenus adiuuat uim putrefacientem. Nihil itaq; mirum si in talibus cō-

B stitutionibus plus offenduntur naturæ humidiores: & propterea ait febres pituitosis magis aduenire. hi siquidem necessario sunt humidiores. Manēte igitur putredine in corpore, febres fiunt: si uero per uentrem euacuetur, difficultates intestinorum. Et hæc per totam æstatem cōtingent, nisi fiat circa Canis ortum permutatio de qua ipse in libro De aquis, locis, & aere transegit post uerba paulo antea scripta, post illa uidelicet: Difficultates autē intestinorū par est fieri mulieribus, & uiris humidioribus. Nam sermonē continuans, scribit in hūc modum: Et siquidem superuenerit circa Canis ortum aqua & hyberna tēpestas, & Etesiæ perflauerint, spes est quietis, & q autumnus salubris erit: alioqui periculū est ne pueri moriant & mulieres,

C minime uero seniores: & ne qui euaserint, in quartanam finiant, & ipsa quartana in aquam inter cutem terminetur. Verum de ijs quæ adiecit in libris De aqua, aere, & locis, cum librum illum exponemus, diligentius considerabimus. De ijs uero quę in præsenti aphorismo proponuntur, sufficienter est dictum, excepta una dictione, ex necessitate, quam nō solum apposuit in aphorismo, sed etiam in libro De aquis, locis, & aere, ostendens per eā quòd rei natura persuasus, nō aliqua obseruatiōe ductus ista notauerit. Quoties igitˢ uerisimile sit ipsum uidisse talē cōstitutionē, uel quot in locis, nunquid bis, uel ter, uel quater, At neq; si sæpius inquias, adhuc possumus dicere q ita semper erit: sicuti neq; si ex medicina aliqua uideris purgatos

D sex, uel septē homines, dicere certe poteris q omnes posthac homines ex necessitate purgabuntur. Quare pro manifesto relinquit q rei naturā Hippocrates sequens, & non aliquā obseruationem, ita scriptitauerit: Necesse est æstate febres acutas, & lippitudines & difficultates intestinorū fieri. "

XII

Si uero hyems australis & †pluuiosa fuerit, uer autem siccum & aquilonium: mulieres quibus partus ad uer inest, ex quacunq; occasione abortiunt: quæ uero parient, imbecilles & morbidos infantes pariunt: quare uel statim intereunt, uel tenues & ualetudinarij uiuunt. Cæteris uero mortalibus difficultates intestinorum, & lippitu-

Margin notes (printed): Sicciores constitutiones. αἱ ξηρότεραι τῶν καταστάσεων — Præexiccatum προεξηρασμένον — Offocationem πνῖγος — εὔδιος quod aliqui serenū aliqui tepidū interpretātur, rectè à quibusdam exponitur

Manuscript annotations: Humiditas immoderata, habilis ad putredinem. aph. 16. — Calores magis q humiditates putredinem faciunt. — aph. 5. — aph. 15. — Etesiæ incipiunt flare post Canē. — Mulier viro humidior. — Rei naturā, nō obseruationem sequitur Hipp. — De aere, aquis, & locis. Manard. epist. 2. lib. 1. & epist. 1. lib. 9.

& lippitudines siccæ fiunt, senioribus autem di A stillationes quæ cito interiment.

Contrario modo se habet temperatura duorũ temporum quę in priore aphorismo dicta sunt, ad temperaturam illorum temporum quæ in isto dicuntur. Qualis enim erat hyems prius in illo, tale nũc est uer. Quale autem erat in illo uer, talis nũc est hyems. Quod igitur non erat in illis necessariũ in uere morbos uulgari uehementes, sufficiẽter dictum est. Nunc autem quod hyeme humida quidẽ ac calida existente, uere autem frigido & sicco, necessarium sit in ipso uere homines ægrotare, demonstratum est. Mulieres itaq; quibus partus ad uer peruenturus erat ex quacunq; abortiunt occasione. Corpora siquidem humida mollia & laxa B ab hyeme tepida facta, ad intimas sui partes aeris ambientis frigiditatem facile admittunt, ita ut infantes qui longo tempore calori aeris iam sunt assueti, uehementer à frigore percussi, non absq; causa hi quidem prius in utero, hi uero mox in partu moriantur. Qui uero uiui in lucem eduntur: nõ ferentes subitam ad contrarium mutationẽ, uel breui post tempore moriuntur, uel exiles atq; insalubres effecti, uix in uita perdurant. Aliis uero, ceu pituitosis, ac mulieribus, difficultates intestinorũ ait accidere ex pituita à capite ad uentrem defluente. Hunc enim humorem par est in dicta constitutione plurimum generari, per hyemẽ quidem capite repleto, circa ueris autem initia subito refrigerato: nam ~~cerebrum sua natura generãdis pituitosis superfluitatibus aptum est, cum refrigeratũ, ali~~ C ~~mentum conuincere non pot~~est. Inest autẽ & hoc pituitæ generationi, ~~ut quæ à forti fit frigiditate, acida euadat: quæ uero à caliditate replente caput,~~ salsa: sicuti sanè & quæ à pauca fit frigiditate, uel paucam dulcedinem, uel nullam manifestam qualitatem habeat. Ea igitur quæ fit in præsenti cõstitutione pituita: propter eam quæ fuit in hyeme caliditatem, salsa erit: & hac ratione difficultatem intestinorum maximã generabit, quando longiori tempore mordens atq; abradens, intestinũ offendet. Nam inter exeundum propter lentorem, intestinis adhærens & immorans, semperq; ipsa propter qualitatem detergens facit intestinorum difficultatem. Iis autem qui natura calidi sunt ac biliosi, inquit ipse Hippocrates, ~~lippitudines siccas ac~~ D cidere ~~sic autẽ uocat eas quæ sunt sine fluxu~~. Par autem est calidis ac siccis naturis in sicca ac frigida constitutione quæ calidam atq; humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim prius repletum est in calida atq; humida constitutione: frigus autem superueniẽs, ueluti manus quædam extrinseca capiens ac premens cerebrum, ueluti spongiam quandam, exprimit illam quæ in ipso continetur, humiditatem. Hęc uero delata ab uno loco ad alium, ex iis qui faciles sunt ad patiẽdum, multos generat morbos, atq; ita iis qui oculos habent natura imbecilles, lippitudines accidunt. Nihil uero ex ipsis fluet extra, propter aeris ambientis frigiditatem densantis superficiem exteriorẽ. Quòd uero Hippocrates ipse omia quæ diximus, ad causas referat antedictas, manifestũ est, ex iis quæ scripsit in libro De aqua, locis, & aere, in hæc uerba: Pituitosis itaq; par est difficultates intestinorũ aduenire, & mulieribus, pituita à cerebro defluente, propter naturę humiditatem: biliosis autem siccas lippitudines ob carnis caliditatem ac siccitatem. Quod uero scribitur circa finẽ aphorismi, Senioribus uero destillationes quæ subito interimant, ipse in libro De aqua, locis, & aere, per hæc uerba scripsit: Valde autẽ senibus destillationes propter raritatẽ, & uenarũ colliquationẽ, ita ut repẽte intereãt, quosdã uero cõtingit dextra sinistraúe par te stupidos fieri. Per hæc uerba uidetur Hippocrates, non quas cõmuni uocabulo destillationes cõ sueuimus nominare, quæ scilicet ex capite ferũtur ad pulmonem per asperã arteriam, sed omnes quę deferuntur fluxiones per uenas à capite ad partes inferiores. quare & cito interimentes, bene uidentur adiectum: quoniã hę ͳ uelociter terminãtur, cũ aliæ diutius perdurẽt. Quidam uero expositores per destillationes intelligẽtes illas quæ à capite ad pulmonẽ fiunt per fauces & arterias, cum negatione non hunc scribũt sermonem, hoc modo, Non cito interimentes, Et rectè quidem. Neq; enim frigidæ fluxiones in ipsis concoquuntur, ob ętatem. In quibusdam uero exẽplaribus scriptũ est, Cito interimentes, quoniam & in libro De aqua, locis, & aere, ipse inquit: Ita ut repente intereant.

XIII Si uero ęstas sicca fuerit & aquilonia, autũnus uero pluuiosus & australis: dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atq; grauedines, quibusdam autem & tabes.

Eandem temperaturam nũc attribuit æstati: & autumno, quam paulo antea pronũciauerat de uere atq; hyeme, cum ita dicebat: Si hyems sicca & aquilonia fuerit, uer autẽ pluuiosum & australe. Verum ibi quidem in hac æstatis constitutione dixit febres acutas, lippitudines, & difficultates intestinorum fieri: nunc uero in hyeme dolores capitis, tusses, raucedines, atq; grauedines. Nõ adiecit autem uel ibi æstiuam constitutionem, uel hic hybernam: ut qui utrunq; tempus suam seruare temperaturam supposuerit. Nam si & in his alia aduenerit aeris ambientis intemperies, erit & in prædictis morbis propter illam aliqua alia propria intemperies. Verũ in illa quidem constitutione qua dixit hyemem fieri siccam & aquiloniam, uer autem pluuiosum & australe: ipse subiecit causas ob quas tales morbi æstate fiunt, in libro De aere, locis, & aquis. De præsenti uero constitutione nihil dixit in illo. Nam post duas antea scriptas cõstitutiões, alterã quidem in qua hyemem aquiloniam & siccam uult fieri, uer autem pluuiosum & australe: alterã uero in qua contrarium, pluuiosam & australem hyemem, uer autẽ siccũ & aquiloniũ: hãc quæ post ipsas tertia fuerat, de qua præsens est ser mo:

Cerebrum pituitam generare aptum. Pituita acida, à forti frigiditate fit: dulcis & insipida, à pauca: salsa pro, à caliditate. Lippitudines siccæ, i. sine fluxu. Hæc desunt in meo codice de aqua, locis, &c. Velocem iudicationẽ faciũt; ταχέων τὴν κρίσιν ποιούσαι. De aere, aquis, &c. aph. xi.

mo:non etiam adiecit,sed eius loco, alterā talem. « Si uero æstas pluuiosa fuerit & australis, & autu- « mnus similiter: necesse est hyemē fore insalubrē. Deinde per ordinem quasdam alias quarum nulla eodem modo quo ista nunc proposita, se habet. Sed de illis quidem, cum ad earum expositionem peruenerimus, sermonem faciemus. Nunc uero de ea quæ ab ipso dicit̄ in aphorismis, agamus, idē nostro sermoni initium facientes, quod etiam paulo ante diximus. Par etenim est seruare ipsam hyemem similem ei quæ est naturalis, hoc est frigidā atq; humidam, quantum hæ duæ qualitates coueniunt temperatæ regionis habitationibus, de quibus & ipse loquitur & nos paulo post nominatim mentionem faciemus. Seruāteitaq; hyeme suum temperamentum, nulla†fortior in ipsa ægritudo consistet, sed tantum capitis dolores, tusses, raucedines, atq; grauedines, quæ sunt repleti capitis accidentia. Si igitur, ut prius diximus, in utroq; tempore, æstiuo scilicet atq; autumnali fieri pluuias australes contigerit, forte & in ipsa ęstate, sin minus, saltem in ipso autumno, uulgabuntur morbi proprij constitutionis humidæ & australis. Nunc uero cum æstatem siccam & aquiloniam præcessisse supposuerit, atunmnū autem humidum & austrinum: par est nō solum quosdam non incipere statim ægrotare, uerum & immodicæ per æstatē siccitatis habere remedium non mediocre, eam quæ facta est in autūno humidam constitutionē. Quia uero totus autumnus talis est subsecutus: necesse erit ijs qui naturam habent humidiorem, plusquā deceat repleto capite, nuper dictos morbos hyeme aduenire: quibusdam autem eorum & tabem, qui scilicet ad hunc morbū apti natura sunt. Sunt autem apti natura & qui angusto sunt pectore, & quibus à capite ad pulmonem fluxio defertur. Hi igitur tabidi fient. Alijs uero nullus quidem fortior morbus adueniet, sed tusses atq; raucedines, & quicunq; alij huiuscemodi casus fient, tempore hyberno capita suscipiente austrinis pluuijs antea repleta, atq; ita in quibusdam quidem hoc solum efficiente, quòd superfluitas in capite permanens sit ipsi morbi causa. Nullam siquidem plenitudinem ulla in parte corporis hyems dissoluit. In quibusdam uero coacto amplius & uelut cōpresso capite expressa materia†inutilis, ad loca capiti subiecta descēdit: hoc itaq; ueluti purgatio quædā capitis est & euacuatio. In quibus uero multa materia grauatū caput antea laborauit, nec potuit hybernum frigus tolerare propter maiorem intemperiem refrigeratum, maiorum est fluxionum subiectis sibi partibus causa.

XIIII Si uero aquilonius & siccus, ijs qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines, nonnullis uero & atrę biles.

Hic sermo nunc dictus liquet quòd nō est inte-

A ger aphorismus, sed pars secūda unius aphorismi cuius priorem partem nuper destitimus explanare. Nam manente cōmuni ea quæ est æstatis dispositione, utrisq; sermonibus: prior quidem pluuiū & australem ab ipsa supponit autumnum, secundus uero qui instat, siccum & aquilonium. Quòd uero nil differt, siue siccum, siue squalentem, siue inaquosum dixerimus, unicuiq; est manifestum. Ambobus ergo temporibus squalidis & siccis effectis, humidæ quidē naturæ non modo nihil offendentur ex tali cōstitutione, sed potius aliquam sentiēt utilitatem. Causam uero ipse dixit in libro De aquis, locis, & aere, scribens in hunc modum: Pituitosis uero hæc omnia auxilio sunt. Exiccantur enim, atq; ad hyemē minime†laxi perueniunt, B sed exiccati. Reliquis uero qui non sunt tali natura præditi, lippitudines siccæ, febres acutæ, atque grauedines accidunt, & nonnullis eorum atræ biles. Causam uero horum generatiōis, ipse in libro nuper dicto, his uerbis explicat: Biliosis uero hoc » est inimicissimum, quia ualde exiccantur, & lippi- » tudines his siccæ eueniunt, & febres acutæ & diu- » turnæ, quibusdam uero & atræ biles. Deinde cau- » sam subinferens, inquit: Bilis enim pars humidissi- » ma atq; aquosissima exiccatur atq; absumitur: cras- » sissima uero & acutissima linquitur, & sanguis pa- » riter eadem ratione: ex quibus hi morbi ipsis con- » tingunt. Hæc itaq; à nobis in propositas constitu- » tiones dicta sunt sufficienter. Cur uero de his so- C lis constitutionib. fecerit mentionem Hippocrates, cum & plures aliæ sint, non habeo dicere. Volo autem potius declarare uiam ac rationem qua quispiam utens, omnes constitutiones complectetur. Est autem talis. Primum igitur incipere est necessarium, ueluti ab elemētis, à simplicibus aeris ambientis intēperaturis, atq; ipsas diuidere, in ualde paruas, ualde uehemētes, ac medias, & tum dicere de qualibet earum quæ dictæ sunt intemperaturarum in singulis temporibus cōtingentium, quos scilicet morbos secundum unamquamq; naturam generabunt. Posthac duorum temporū intemperaturas inuicem connectere, quemadmodum conatus est nūc Hippocrates facere. His uero transactis omnibus, deinceps trium temporum coniungere omnes omībus intēperaturas, deinde D quatuor. Sic em̄ foret integra atq; perfecta meditatio. Hæc igitur & nos forte aliquādo, si plus otij nacti fuerimus, seorsum scribemus. Sufficiat autē in præsentia hoc dixisse solū, quòd paucos admodum intemperaturarū complexus scripsit Hippocrates, adeo ut hæ potius quoddam exemplum uideantur, q̄ pars aliqua effatu digna totius circa talia disciplinæ. Dicemus autē plenius de ipsis, cum librū De aquis, locis, & aere, & de Epidemijs primū exponemus. Quod uero paulo antea sum me dicturum pollicitus, nunc adiungens, in ipso finiā orationē. intelligere nos em̄ oportet om̄es de qui bus scripsit Hippocrates cōstitutiōes, in locis terræ habitabilis tēperatis fuisse, exceptis ab hoc sermone, Thraciæ locis quæ à mari distāt. Hęc enim in frigi-

in frigiditate atq; humiditate modum excesserunt: sicuti & quæ ad Aegyptum ac Libyam attinent, loca calida sunt ac sicca: exceptis & hic illis quæ mari adiacent locis. In frigidis enim, quales sunt circa Thraciam ac Põtum regiones: quoniam loca mari adiacentia, humilia sunt: ob hanc causam calidiores habent tẽperaturas. In calidis uero, quales Aegyptus ac Libya: quoniam æstate à uentis ab Arcto flantibus refrigerant, idcirco minus sunt calida ijs quæ ad mediterranea recesserunt. Zona uero exquisitam habens temperiem, ac media orbis terrarũ, est quæ per Gnidum, & Con, & quæcunque loca non multa ab his recesserunt, uel ad Aquilonem, uel ad Austrum. Oportet autem, ut temperatam zonam nominatam ab ijs qui talium habent peritiã, perfecte intelligas: excogitare quãdam lineam rectam ab oriente ad occidentem extentam per ea quæ dixi loca. Quidam autem astrologi non zonas, sed parallelas, id est æquidistantes uocant tales in terra habitationum similitudines, quæ ab ortu ad occasum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habet de ijs præcipue quæ diximus locis. Ordo autem temporũ, sicuti ipse sæpius in libro Epidemiarum ostẽdit, & sicuti ij qui hoc studio excelluere, scripserunt, hic est: Ortus Pleiadum, principium est æstatis: post quem Canis ortus oporam appellatã inchoat: quam etiam secundam partem æstatis uocãt. Post hanc Arcturus oriẽs, initium facit autumno. Deinde occasus Pleiadũ, hyemis principiũ adducit, & inde quod hyemẽ sequitur æquinoctiũ, ueris exordiũ affert. C

XV Ex anni autem cõstitutionibus, (quod in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores & minus mortiferæ.

Quòd melius fuisset inter antea scriptos aphorismos, in quibus agit de temporum cõstitutione, hunc primum scribere aphorismum, quem nunc præ manibus habemus, ex ipsis rebus didicimus, quoniã ad confirmandos priores aphorismos hoc etiam eguimus. Et hoc ex necessitate didicimus: quoniam prius est natura atque doctrina, simplex composito. Post illum igitur aphorismũ cuius initium est: Austri hebetãtes auditum, caliginosi, caput aggrauãtes, pigri, dissoluentes, primo loco ponemus illum cuius principium: Quotidianæ cõ- D stitutiones, aquiloniæ quidem corpora in unũ cõgunt. Secundo loco hunc nũc propositum: in quo ex omnibus anni cõstitutionibus siccitates imbribus anteponit, & hoc cum ratione. Nam in siccitatibus superfluæ humiditates dissoluuntur, per imbres autem intra corpus collectæ putrefiunt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget. Quæ enim fit per balneas euacuatio, parua est, & solam ferè cutem euacuat. Quæ autẽ sunt per carnem & partes solidiores dispersæ superfluitates, haud sufficienter balneis euacuantur. Neq; tamen ea quæ fit per purgantia pharmaca superfluitatum euacuatio, idonea est. Nam ualde indigentibus, & ex longis interuallis utilis est. Earũ uero quæ quo-

A tidie generantur in corpore superfluitatũ euacuatio minor est, quàm ut exigat purgantis pharmaci operationem. Si uero quispiã uoluerit bis in mense, aut semel saltẽ ea uti, ueritus ne superfluitatum multitudo aggregẽt: præter id quòd nocebit, corpora etiam in malam trahet consuetudinem. Alimenti siquidẽ pars una serosa est & humida: quæ ipsi gratia distributionis admiscetur. Altera ueluti fuliginosa superfluitas, quæ in pluribus cibis, quicunque sunt peiores, continetur: hæc naturæ operationem subterfugit, cum neq; assimilari corpori quod nutritur, neque agglutinari queat. Hæ igitur omnes diebus singulis sunt euacuandæ: uerum magis in siccis constitutionibus euacuantur, quàm in humidis: atque ideo has dixit esse salu- B briores.

Morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ. In siccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorũ dolores, stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum. XVI

Febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, non est mirum: siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione: plures autem humiditates non nisi in longo tempore concoqui possunt. Accedit ad hoc, quòd frigidiores & magis pituitosi generantur humores in multitudine pluuiarum: sicuti contrà in siccitatibus biliosiores. quare in temporibus pluuiosis febres erũt diuturniores, in siccitatibus autem acutiores. Alui autem profluuia in temporibus pluuiosis rationabiliter euenire ex humorum superabundantia per aluum expurgata non est obscurum, sicuti etiam quòd eisdem temporibus putredines fiant: quoniam perspicuum est humida siccis magis esse putredini obnoxia. Sunt utiq; & morbi comitiales, & apoplexiæ, morbi ex pituita ortũ habentes. Angina autem fit nonnunquam superfluitatum multitudine † ad fauces collecta: fit etiã magna ex parte fluxionib. ex capite firmatis in faucibus. Quòd autem in pluuiosis temporibus fluxiones, & potissimũ ex capite uenientes superabundent, & manifestum est & dictum est à me sæpius. In siccitatibus autem & tabidos morbos ait abundare, & lippitudines, & articulorũ passiones, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorũ, satis (ut mihi uidetur) indistinctũ de hisce faciens sermonem. Morbi siquidẽ tabidi has duas sequuntur constitutiones: unam summe frigidã ob quam nonnulla ex uasis quæ sunt in respirationis instrumẽtis, disrumpuntur: alteram quæ coniunctam habet cum caliditate humiditatẽ, quarum occasione caput repletum mittit ad pulmonem fluxiones. siccam uero constitutionem, quæ tamen quo ad caliditatem & frigiditatem naturaliter se habeat, omnia potius quàm tabes consequuntur. Quare mihi uidentur nonnulli fuisse coacti, oculorum tabem intelligere,

ut sit sermo huiuscemodi: In immoderatis autem siccitatibus lippitudines tabidę fiunt, hoc est ad tabem oculorum terminātes: ex qua fiunt extenuati ac sicci plus quam naturæ conueniat, facta simul & ipsa pupilla angustiore, exiccatis uidelicet humoribus, à quibus distēta moderate quidem, modum seruabat naturæ conuenientem: plus uero quam oporteat, ad prauam latitudinem extēdebatur. Si uero ipsas per seipsas dictas lippitudines intelligamus, uerbum siccas adiungemus. Diximus autem paulo ante causam ob quam siccæ lippitudines in magnis fiant siccitatibus. Iam uero articulorum morbi, qui quidem ex fluxionibus fiunt, nullo modo in immodicis siccitatibus fiēt. Qui uero ab aliqua acrimonia accidūt, si & caliditas immodica accesserit, tunc solum euenient. Quas igitur articulorū passiones in siccitatibus dixerit fieri dignum est inquisitione. Si enim immodicæ factæ consumpserint articulorū humiditatem: difficilem sane quendam motum ob siccitatē efficient: forte uero & dolorem nōnunquam, eam ~~uero passionē quam athritin uocāt, haudquaquam efficient, nisi quispiam omnem~~ articulorū dolorem ita uelit nominare. A qui ipse in libro secūdo Epidemiarum ita inquit: In Aenofamis tempore qui leguminibus uescebātur, infirma habebant crura: qui orobos comedebant, genuum dolores patiebantur. non arthriticos, sed genua dolentes ipsos appellauit. Quispiam uero forsasse respondeat non unius articuli dolorem, sed multorum simul arthritin nominari: & idcirco, genua dolentes, nondum arthriticos appellari. De morbo igitur qui arthritis nominatur, hæc dubitasse sufficiat: de urinæ uero stillicidijs deinceps uideamus. Neque enim ad siccitates & ipsæ simpliciter consequuntur, nisi tribus adhibitis distinctionibus, quarum prima est immodica siccitas; secūda, si caliditas adiūgatur; tertia, si frigiditas: de quibus non fecit mentionem Hippocrates: sed, ut dixi, si cui libeat omnium anni constitutionū naturam inuestigare, sic ipsum facere oportet. Erit autem sermo exemplo manifestus huius propositę considerationis. Nam immodica siccitas in naturis bene temperatis aliam efficit corporis dispositionem, aliam in siccis, uelut & in humidis aliam. sic et in calidis ac frigidis, aliam in utraque faciet dispositionē: secundū etiam coniugationes simpliciū intemperaturarum, aliam quidē in calida & sicca: differentem autem ab ipsa, in frigida & sicca: & in reliquis duabus eodem modo. Sicuti uero simplicē paulo antea seruantes aeris ambientis temperaturā, in unaquaque natura propriā quādam dicebamus facere dispositionem: sic cōpositam supponentes, in unaquaque rursus natura futuras dispositiones considerabimus. Erit autē cōposita sicca aeris ambientis cōstitutio, quando frigiditati, uel caliditati adiungetur, quanquam & simplex uidebatur quodā modo & ipsa cōposita. Nam miscebatur bene temperatę cōstitutioni, media inter immoderantiā utranque, eam quę est secundū caliditatem, & eam quæ est secundum frigiditatē. Cum uero concessum sit

A in doctrinis, simplices quidē † temperaturas esse eas, quæ secundū unam qualitatem à modo naturæ recesserunt, nō simplices autem eas, quæ secundum plures: non sine ratione cum aer ambiens, ea quæ est secundū siccitatem & humiditatem oppositione, fuerit male temperatus: in altera autē quæ est secundum caliditatē & frigiditatem, bene temperatus: simplicem dicemus esse intemperaturam. Hac igitur habita in omnibus cōsideratione, non est obscurū quam prolixus fiet sermo de reliquis constitutionibus, & nunc propositus de uesica. Nam urinæ stillicidia fiunt & propter acutiem urinæ, & propter uis retentiuæ quę est in uesica, imbecillitatem: quæ rursus imbecillitas ex immodica intemperatura contingit. Cum uero octo sint immode-

B rantiæ, in singulis earum debilis uesica erit: atque idcirco ad eam urinæ stillicidia cōsequentur. iam uero & urinarum acrimoniæ à quibusdā fiunt intemperaturis, sed potissimū ab ea quę est secundum caliditatem, deinde ab ea quæ est secundum caliditatem & humiditatē, tertio ab ea quæ est secundum humiditatem. Fiet itaque & ob hæc urinæ stillicidium, dēptis ijs quæ sunt propriæ uesicæ passiones, ad quas urinæ stillicidia casus ratione consequuntur: ueluti cum ob ulcus, aut erysipelas, aut abscessum in ea factū, uel inflāmationem, aut tale quid aliud, urinæ stillicidium contigerit. Nunc enim non de his sermo existit, sed solum de illis quæ aeris ambientis ratione proueniunt: sicuti neque de illis quæ ex malo uictu habent occasionem. Quæ

C uero in urinæ stillicidio sunt dicta, hæc etiam à nobis dici cogites in difficultate intestinorū, de qua neque ipse idem cum Hippocrate sentio. Difficultas enim intestinorum non simpliciter ad siccitates consequitur, nisi prius distinctio adhibeatur, primum quidem ut sit exuperans siccitas, deinde ut aer ambiens secundum caliditatem & frigiditatem permutetur, postremo ut naturæ corporū patientes cōsiderentur. Non est autem æquum adeo de Hippocrate dubitare, quod primus talis conditor contemplationis, non totam perfecerit, quantum de Diocle primum, & post ipsum de Mnesitheo, tum multis alijs medicis, qui ueras Hippocratis uias ingressi, multa sibi particulatim elaboranda proposuerūt. Cum enim deceret eos, si quic-

D quam aliud, eam quoque quæ de temporum constitutionibus est contemplationē, ut paulo antea docui, corrigere, totāque elaborare, ipsam omnino contempserunt. Nos uero id facere aggrediemur proprio his dicato opere, si prius hæc quæ præ manibus habemus, absoluerimus.

Quotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ quidē corpora densant, contendunt, & bene mobilia, coloratiora, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent: & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorem augent. Austrinæ dissoluūt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & uertigines XVII

gines faciunt, oculis atque corporibus difficilem motum præstant, & aluos humectant.

Cum frigidus ac siccus uetus sit Aquilo, omnes corporis consumit superfluitates. Robur autem adijcit ipsis instrumentis ex eo quod astringit, & in unum cogit densando substantiam. Ob hoc igitur (ut inquit) omnia meliora fiunt & secundum naturæ & animæ operationes. Nam animæ quidem operationes ostendit per ea uerba, Bene mobilia, & melius audientia. Naturæ uero cum inquit, Bene colorata. Commune autem utrisque est quod † intentum nominat. Et clarum est quod ex uno sensu auditus, ueluti exemplo quodam, etiam de alijs ostendit. Hæc igitur bona adsunt aquilonijs constitutionibus, quibus maxime perfruuntur qui salubre corpus habent, & ex his ipsis humidiores. Adsunt uero & mala quædam hisce constitutionibus, uerum parua, & non similia malis quæ Auster affert. Cur enim non parua sint, aluum cohiberi, morderi oculos, & præcedentes dolores pectoris excitari. Nosces autem manifestius, ipsorum paruitatem australibus comparans constitutionibus, quas dixit dissoluere corpora. Maximum enim est hoc malum ad opus omne, siue animæ sit, siue † ad uitam pertinens. Non parum autem aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De uertiginibus autem quid dicere oportet? quæ proximæ sunt morbis comitialibus, & ijs quos apoplexias nominant. Sed & difficilem (inquit) præstat oculorum & totius corporis motum: praui autem sunt huiuscemodi casus. Solum autem inest ipsis hoc bonum, quod aluos reddunt humidiores. Hoc autem & alia omnia efficiunt, maxime quidem propter humiditatem. sed & insuper etiam propter caliditatem: id autem quod in initio sermonis scribitur, melius ordinem commutasset, ut primum quidem foret uerbum, humectant, secundum uero, dissoluunt: deinde ea quæ deinceps sequuntur. Quia enim humectant, ob hoc & singula alia operantur, coadiuuante ad hæc & caliditate. Fiunt siquidem operationes per solidas animalis partes, quæ uere sunt eius partes. Aggrauantur autem hæ, quapropter & deterius operantur, propter humiditatum excessum.

[Margin: Vbi uiæ — mihi etiam melius placet naturales, animales. sed id esset nouam uersionem instituere — Operationes fiunt per solidas partes, quæ uere sunt animalis partes. (manuscript)]

XVIII Per tempora anni, uere quidem & prima æstate pueri, & qui hos sequuntur ætate, optime degunt, & sani sunt maxime: æstate uero & autumno usque ad aliquid, senes: reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent.

Non solum in ætatibus, uerum & in omnibus alijs quæ secundum temperaturam, uel modice se habent, uel immodice, si quis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, uerum inueniet. Naturis siquidem, ætatibus, & regionibus bene temperatis, optimum tempus est, quod summam habet temperiem: cum eum quo præditæ sunt habitum non permutari, sed conseruari desiderent, quoniam omne quod est, à similibus quidem conseruatur, à contrarijs autem transmutatur. Quare puerorum ætas, adhuc autem magis adolescentium (hæc enim est omnium ætatum optima) uere optime degunt, & eadem ratione quæcunque uel regiones, uel naturæ sunt bene temperatæ. Adiunxit autem ueri principium æstatis Hippocrates, in latum extendens uniuscuiusque theorematis utilitatem. Magis autem exquisitus sermo fuisset, si ita scripsisset: Adolescentes uere, pueri æstatis principio optime degunt. In senibus uero, propter temperaturæ frigiditatem æstas utilissima est: sicuti ijs qui in ætatis uigore consistunt, hyems maxime confert. Hæc enim contraria est illi quæ in his fit ex bilis multitudine, intemperaturæ. Sic & naturarum hæ quidem biliosiores, hyeme optime degunt: pituitosiores autem, æstate: bene autem temperatæ, uere. Similiter & regiones, quæ quidem bene temperatæ, optimum uer habent, ex alijs uero frigidæ æstatem, hyemem uero calidæ: iam uero pessima tempora unicuique ætati atque naturæ & regioni, ex ijs quæ dicta sunt, possumus inuenire. Nam pessima sunt optimis maxime contraria. Eadem ratione & media inuenies inter optima & pessima. Illud præterea animaduertere oportet, quod uer quidem optimum dicitur esse adolescentibus, alijs uero omnibus medium. Neque enim optimum est, neque pessimum. Sic & ad naturas & regiones se res habet. Autumnus omnibus utique malus est, ætatibus, naturis, ac regionibus. ex ipsis uero per autumnum minus quàm aliæ calidæ & humidæ læduntur.

[Margin (manuscript): In latum extendit uniuscuiusque theorematis utilitatem Hipp. — uer optimum adolescentibus: reliquis omnibus medium. — Autumnus omnibus malus {ætatib. naturis regionib. — Calidi & humidi minus læduntur per autumnum quam alij.]

XIX Morbi, omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam uero magis in quibusdam ipsorum & fiunt & excitantur.

Si ambientis aeris temperatura sola esset morborum causa, tunc omnes quolibet tempore illos morbos pateremur, qui sunt affines naturæ temporis. Nunc uero cum etiam ob errata quæ in uictu contingunt, morbi fiant: omnes quidem in omnibus temporibus fient, plures uero in singulis temporibus naturæ temporis affines. Non parum autem in his confert & differentia naturarum. Neque enim similiter ab eadem causa calidum corpus, ut frigidum, offendi aptum est, uel humidum, ut siccum: neque temperatum æqualiter istis, neque illis quæ secundum aliquam qualitatum coniugationem à bono temperamento recedunt, ut antea diximus.

XX Vere etenim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia sanguinis, et anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tusses, & impetigines, & uitiligines, & pustulæ ulcerosæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

Et quomodo antea recte ab eo dictum uideatur: Ver autem saluberrimum, & minime mortiferum, quum multæ in eo fiant passiones? Videtur siquidem magis quodlibet tempus adæquare, morborum, quos generat, uarietate. Furores etenim, & atræ [Margin (manuscript): aph. 9.]

& atræ biles, & morbi comitiales, & anginæ, ſunt morbi autumnales, grauedines autem, & raucedines, & tuſſes, ſunt hyemales. De æſtate autem ipſe deinceps dicet, communionem eius oſtendens ad uer: Aeſtate uero quædã horum, hoc eſt, prius dictorum in uere. Ex ſuperabundanti autem, præter alia tempora, uer profluuia ſanguinis, lepras, impetigines, uitiligines, puſtulas ulceroſas plurimas efficit, tuberculaq́;, & articulorũ dolores. Sed hæc quæcunq; ſunt uerni temporis propria, omnia periculo uacant, tantumq́; abſunt, ut aphoriſmum illum falſum oſtendant, in quo dixit: Ver autem ſaluberrimum, & minime mortiferum, ut potius ipſum uideãtur confirmare. Nam hoc ipſo tempore profundum corporis expurgatur uitioſis humoribus à partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepræ, & uitiligines, & impetigines, & puſtulæ quædam ulceroſæ multæ generantur. Alio uero modo in tuberculis & articulorum doloribus, profundum corporis expurgatur, uitioſis humoribus ad loca † uiliora tranſpoſitis.

extremá ἄκρα

Quòd autẽ profluuia ſanguinis & multitudinem, & uitium humorum euacuando cohibeant morbos qui ex ipſis oriuntur, ſtatim perſpicuum exiſtit. Si uero aliquod corpus bonos humores habens, uernũ tempus excipiat; hoc ſeruat ſaluberrimum, nihil innouans ex propria natura: non ſic æſtas, uel autumnus, uel hyems. Hæc enim tempora & ſi purum corpus, & omni uacãs reprehenſione ſuſcipiant: illa flauam bilem ultra modum generat opportunam, hic atram, hyems uero pituitam. Tale quiddam enim uere contingit, quale in exercitationibus euenire uidemus. Etenim hæ quoq; ſunt ſaluberrimæ. Verum ſi hominem, uel pituita, uel flaua bile, uel atra, uel ipſo etiam ſanguine plenum, uolueris ad exercitationem perducere: aut ei morbum comitialem, aut apoplexiã efficies exercitatione: aut ſi hæc mala nõ euenient, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmone uaſe, in morbum incidat inſanabilem. Multi uero cum febricitare cœpiſſent, propter exercitationes acutiſſimis morbis fuere correpti. Quibus uero uicem purgationis humorum qui ſunt in profundo corporis, exercitatio ſuppleuerit, ad cutem euocans malorum humorum abundantiam: his & ulcera, & ſcabies inde generantur. & hoc innuens dicebat Hippocrates: Si impurgatus laboraueris, ulcera erumpent. Et quidẽ uerno tempore calor aeris ambientis humores diffundens, educit ad cutem, atq; hoc quoq; opus ipſius exercitationibus ſimile exiſtit. Non ſolum autem exercitationum operibus, ueris opera aſſimilantur, ſed & earum naturæ, cuius opus eſt, & occultam per totũ corpus facere tranſpirationem, per quam excernũtur ſuperfluitates, & corpus in morbis uarijs modis expurgare.

XXI Aeſtate autem nonnulli horũ, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & quartanæ, & uomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris

A ulcerationes, & genitalium putredines, & ſudamina.

Aeſtate inquit, & nonnullos ex uernis morbis fieri, circa initia eius uidelicet. Nam quæ fini ueris continuãtur, ſicuti ſimilem habent temperaturam cum uere, ita & in morborũ generatione communicant. Inquit enim alios quoſdam æſtate generari illi proprios, ueluti febres cõtinuas, & ardentes, & tertianas: & (ut ſimpliciter dixerim) quæcunq; ex flaua bile mala corporibus accidũt. Nam & uomitus bile per ſumma natãte fiunt, & uentris profluuia ad inferiora defluẽte. Lippitudines quoque æſtate plurimæ fiunt, utpote repleto capite. Sic & auriũ dolores, & alia ſimilia multa æſtate corpus

B patitur ex capitis repletione, aliàs ad alias corporis partes ſuperfluitatem deponentis. Oris autem ulcerationes, quòd propter bilioſum humorẽ contingant, perſpicuum exiſtit. Genitalium uero putredines, non ſimpliciter, ſed quando æſtas aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit uẽtus, aut auſter in ea abundauerit. Nam cum plurimum à modo naturæ receſſerit ad humiditatem, aut flatuum carentiam: non genitalium tantum putredines facit, ſed & cuiuſcunq; partis alterius, qualis eſt illa quæ ſcribitur in tertio Epidemiarum conſtitutio, uel in ſecundo circa eius initia. Quæ uero paruæ ſunt aeris euerſiones, genitalia tangunt, ut quæ ob humiditatem ac caliditatem ex quacunq; occaſione ſint parata putreſcere. Quare cum propriam

C æſtas ſeruauerit temperaturã, qui multis ſuperfluitatibus infeſtantur, quando hæ aliquam ob cauſam ad genitalia defluxerint, ipſorũ putredines patiuntur. Sudamina autem è genere puſtularum ſunt in ſumma hærentium corporis parte, quæ inſtar ulcerum cutem exaſperant. proueniunt autem, quemadmodum & ipſum oſtendit nomen, propter multos ſudores, qui uel bilioſiores, uel omnino mordaciores exiſtunt: mordent enim hi cutem, & pruriginoſam efficiunt, & per modum ulcerum exaſperant.

Autũno uero & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, & ſtillicidia urinæ, & diffi- XXII

D cultates inteſtinorum, & leuitates inteſtinorũ, & coxendicum dolores, & anginæ, et anhelationes, & ilei, & morbi comitiales, & furores, & atræ biles.

In autumno (inquit) & æſtiuorum morborum permulti fiunt, manente adhuc æſtiuo humore in ipſo, flaua bile ſcilicet. Neq; enim ſicuti æſtas ueri ſuperueniens humores euacuat, ita & autumnus æſtiuos, ſed cõtrarium ex toto accidit: nam ex partibus extimis ad intimas ducit. Cũ ratione igitur æſtatem inquit, nonnullos ex morbis uernis generare, autumnũ uero nõ ex æſtiuis aliquos, ſed multos. Nam & quartanas febres in hoc ipſo tempore fieri inquit, quia ſcilicet ex atra bile ortum habẽt,

quæ

quæ duplicē habet generationē: alteram quidem ex flaua bile superassata: alteram uero ex sanguine crasso. Fiunt autē & erraticæ febres in autumno, propter temperaturæ inæqualitatē: & lienes magnæ, ob atræ bilis superfluitatem, & aqua inter cutem ex liene cōtingit. Et si qua dispositio tabida in dubio est, maxime autumno deprehenditur, propter frigiditatē, siccitatem, & temporis inæqualitatem, nihilominus aūt & propter humorum prauitatem. Fiunt quoq; ob easdēmet causas eo tempore potissimū urinæ stillicidia. Nam uesica in exordinatis ac repentinis ad calidū & frigidum permutationibus, refrigeratur: & quæ ex malis humoribus fiunt acritudines, ipsam molestāt: tum præsertim, cum facta ad frigiditatem subita cōmutatio, eos qui antea difflabantur, & per sudores euacuabantur humores, ad uesicā conuerterit. Leuitates uero intestinorū sunt ueloces, & sine aliqua transmutatione ciborum excretiones, aut propter exulcerationem in superficie uētriculi aut intestinorū, quę eodem modo fit, quo illa quæ in pueris gręco uocabulo aphthæ, id est oris ulcera nominanť, uel propter potentiæ retinentis imbecillitatem. Quorum primū ex mordacibus, & substātiam tenuem habentibus humoribus fit: secundum uero ex magna uentriculi atq; intestinorū prouenit intemperie. Hæc autem ambo maxime autumno fieri contingit. Coxēdicum autem dolores ex malignitate humorum, & frigiditate fieri par est. Anginę uero ex biliosis humoribus ortum habent, qui ad † fauces autumno decumbunt: ab illis quæ uere fiunt, differentes, quoniam illæ sunt quodāmodo pituitosiores. Iam uero asthmata, id est, anhelationes, tum propter humorum motum ad partes interiores, tum propter frigiditatē fieri consueuerūt. Propter hęc eadē, & qui ilei, id est, uoluuli nominanť, sunt autem cibi superfluitatū quæ per aluum inferiorem excernuntur, retentiones, quæ magna ex parte fiunt ex alicuius intestinorum partis inflammatione. Maxime uero par est ut in frigido, sicco, inæquali, & malos gignente humores tēpore, partes ad uentriculum atq; intestina attinentes offendantur. Nam qui in ęstate tenues & bene mobiles humores sunt generati, autumnus excipiēs qui frigidus simul atq; inæqualis existit, ad profundum corporis agit. Sunt autem in profundo etiam intestina. Morbi uero comitiales accidunt ijs qui naturam habent ad hāc passionem procliuem, propter repentinam ad contraria transmutationem. Calor enim media die, frigus uero in prima et ultima parte fit. Nihil autem adeo comitiales accessiones, sicuti talis uarietas, aptum est generare. Furores uero ob tenuiū ac biliosorum humorū eueniūt malignitatem, sicuti melancholiæ ex atra bile, de qua paulo ante dictum est.

XXIII Hyeme uero morbi laterales, et pulmonis inflammationes, grauedines, atq; raucedines, tusses, dolores pectoris & laterum atq; lumborū, capitis dolores, uertigines, & apoplexiæ.

A Hyemales morbos post autumnales exponēs, nō eodem modo sicuti prius, dixit, neq; quod hyeme multi ex autumnalibus. Atqui prius in æstiuis ipsos comparās uernis, ita dixerat: Aestate autem nonnulli horū. In autumnalibus aūt: Autumno uero & æstiuorum multi. Nunc autem morbos hyemis simpliciter connumerauit, uel ex cōmuni uolens hoc quoq; in loco nos aliquid dictorum subaudire, uel simpliciter enuncians, nihil autumnale tempus cum hyemali communicare. Sane primas partes hyemis rationabile est (& ita experientia comprobatur) cum autumno morbos communicare. Inquit enim & ipse: Aestiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues, autumnales uero lōgæ, & magis quę ad hyemem coniunguntur: nisi quis B dixerit ipsum de illis quę in extrema autumni parte generātur, facere mentionem. Verum morbos hyemis proprios hosce uult esse, laterū & pulmonis passiones, quoniā instrumenta respirationi seruientia, frigiditate læduntur, cum alia ita bene possimus obtegere, ut nihil, aut minimum sentiant ambientem frigiditatem. Anhelitum uero nemo potest cohibere, neq; aliter datur respirandi facultas. Ob hanc igitur ipsam frigiditatem, tusses hyeme maxime fiunt, & laterū dolores: ob eandem etiam caput oblæsum, grauedines, tusses, atque raucedines operatur. Fiunt autem sicuti dolores laterum ob frigiditatem, sic & capitis atq; lumborū, & omnium partium neruosarum. Vertigines quoq; cerebri læsiones consequuntur, sicuti & apoplexiæ. C Nam & hæc passio fit, cum caput repletur pituita.

In ætatibus aūt talia contingūt, paruis & nuper natis puerulis oris ulcera (quæ aphthæ uocantur) uomitus, tusses, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates. XXIIII

Quæ ad ætates attinent, diligentius elaborauit quàm quæ ad anni tempora, facta in minores partes diuisione. In puerulis igiť nouiter natis, ait fieri aphthas. Sic aūt Græci uocant ulcera quæ summam oris occupāt partem, ob mollitiem maxime facta instrumentorum, quæ neque tactum, neq; lactis sustinent qualitatem, quod non paruam in se serosam continet partem. Hęc autem pars uim habet abstergendi. Quare non est mirum si in corporibus mollibus quasdam per † summa facit exulD cerationes. Vomitus aūt tunc his fieri par est, propter lactis quod assumunt, multitudinem. Vigiliæ uero haudquaquam ipsis sunt assuetæ, ut qui maiori parte temporis dormiant, nisi forte ob ipsam passionem fieri infantibus uigilias opinetur. Quoniam uero somni abundantia ipsis maxime secundum naturā inest, pauores etiam per somnū infantibus adsunt, ijs præsertim qui sunt natura edaciores, quādo loca ad uentriculum pertinentia, sensu quidē uigeant, sed natura imbecillia existāt: cibus uero corrūpitur. Nos siquidē obseruauimus, non in tantillis solū, sed etiā in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos imaginationes, quando multi & uitiosi humores grauāt & mordent uentriculum,

præsertim

præsertim ipsius os. Hæc em̃ ipsius particula præcipuum habet sensum. Vmbilicorũ autem inflammationes non multo antea præcisorũ, non sine ratione nouiter natis puerulis accidunt, nõ secus ac si qua alia pars foret ulcerata. Verũ & aurium humiditates morbis annumerat, quãuis palati & narium in eodem numero non ponat, quoniam naturæ conuenit per nares atq; palatũ cerebri superfluitates expurgare: & fit hoc etiam ijs qui sunt ætate perfecta. A natura autem aliena est expurgatio per aures. Verum & infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur, & recte Hippocrates inter proprias huius ætatis passiones, etiam aurium scripsit humiditates. Est siquidẽ & totum corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo ut et ossium natura in ipsis potius cerea q̃ lapidea uideatur. Præ cæteris uero partibus cerebrũ humidum existit, ut quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturam. Quare non absque ratione in puerulis, cum superfluitates abundent, per omnia foramina excernuntur.

Expurgatio per aures à natura aliena est.

XXV In progressu uero, cum iam dentire incipiũt, gingiuarũ prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia: & maxime cum caninos edunt dentes: & ijs præsertim pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

Prurigines quidem gingiuarum fieri, cum dentes pullulare incipiunt puerulorum, nihil mirum. Prurigo enim pruritus quidam est cum pauco dolore. Febres uero & conuulsiones, atq; alui profluuia accidunt pueris qui iam dentire incipiunt, & non adhuc morantur, quemadmodũ & ipse ostendit, inquiens: Et maxime cum caninos edunt dentes. Liquet autem quòd perforatis gingiuis à dentibus prodeuntibus, hi casus eueniũt, quemadmodum ubi stimulus infigitur carni, & sane plus dentes affligunt q̃ stimuli. Hi siquidem semel firmati, in membro quiescunt, cui ab initio infixi sunt: dentes uero tantum procedunt, quãtum augentur. Febricitant ergo hac ætate puerull & propter dolores, & uigilias, & inflammationes. Conuulsiones autem eis accidunt tum propter hęc, tum propter crudum alimẽtum, & quia neruosę partes nondum satis ualidæ sunt. Ad hæc omnia etiam ex necessitate uentris profluuia cõsequuntur, quoniam alimentum non bene coquitur, neq; distribuitur. Quod autem dicitur: Pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent, ad conuulsiones refertur, cum his maxime pueris dicat, conuulsiones fieri, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, & abundans superfluitatibus, & ideo conuulsionibus facile capiuntur: maxime uero naturas has conuulsiones offendunt.

Prurigo est pruritus cum pauco dolore.

XXVI Cum uero iam magis adoleuerint, tonsillæ, & uertebræ quæ in occipitio, ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci asthmata uocãt, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, uerrucæ, quas Græci acrochordonas uocãt, satyriæ, strumæ, & alia tubercula, sed p̃cipue antedicta.

Primum quidem scripsit de recens natis puerulis, deinde illis qui dentes edunt: nũc uero de alijs quibusdam tertijs qui mediam habent ætatem inter illos qui iam dentes ediderunt, & qui sunt pubertati proximi. Nã deinceps sequenti aphorismo illorum cõmeminit, qui quartum ab ijs ordine locum obtinent. Verum tertiam ætatem quæ nunc proponitur, quæ usq; ad duodecimum & tertium decimum annum progreditur, multis capi ait passionibus, quarum primas tonsillas nominat, quæ sunt locorum ad isthmum attinentium inflammationes. Hic autem per isthmum oportet intelligere partẽ illam quæ os & gulam interiacet, quæ per metaphoram quandã ita nominatur ab ijs qui proprie dicuntur isthmi. Sunt autem angusti quidam terræ processus inter duo maria sitæ. Hæ autẽ tonsillæ sunt nonnunquã solius tunicæ uentriculo ac gulæ & faucibus totiq; ori cõmunis inflammationes, nõnunquam uero & subiectorum ipsi musculorũ, quando & uertebræ quę est in occipite, fiunt ad interiora motiones, de quibus post tonsillas inquit: Et uertebræ quæ in occipitio, ad interiora luxationes. Nam à musculis inflãmationem patientibus uertebra hæc tracta, ad partem inclinat ceruicis anteriorẽ. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, nõ anteriorem, sed interiorem, ut ad uertebram retro locatam, suum sermonem referens. Corporis siquidem ad profunda traductio, siue ex anterioribus, siue ex posteriorib. fiat partibus, per unum uerbum intra monstratur. Cur igitur Hippocrates in nouiter natis puerulis, neq; de tonsillis, neq; de uertebræ quæ est in occipitio, luxatione aliquid dixit, cum tamẽ & isti nihilominus cerebrum humidum, & plenum habeant superfluitatibus, adeo ut subiectis partibus possint demittere fluxiones? An quia hac ætate prius moriuntur q̃ subiecti faucibus musculi unà cum neruis fortem subeant inflãmationem. Adde quòd hi partes eas habent molles, atq; ideo nõ possunt uehementius intendi, ita ut uertebra intus ad ipsas attrahatur. Iam uero asthma (sic autem Græci uocant crebrũ anhelitum, qualis currẽtibus accidit, aut quouis alio modo uehementi agitatis motione) uerum in his quidem fit ob exercitium quod multa indiget animal inspiratione: in alijs autem in quibus nõ adest exercitium, ob angustiam eorum quæ sunt in pulmone uentriculorum. hæc uero angustia fit repleto uiscere ab ijs quę desuper ueniunt fluxionibus. hæ autem fluxiones plures quidem in recens natis puerulis fiunt. Cito autẽ ipsos interficiunt, quoniam & aliter male se habent. Nam & ex utero ad aerem ambientem transitus, & alimenti mutatio, & inflammatio, ab initio quidem locorum ad umbilicum attinentium, postea uero ob dentium generationem, eos omnes imbecilles reddit, & uix ea quæ dixi, tolerant mala; nedum, si ad hęc etiam fluxiones

fluxiones accesserint, possint sustinere, ubi ad pulmonē decubuerint. Lapis uero maxime propria passio est talium puerorum, ut qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruent: ex quibus pars crassior unà cum urinis ad uesicam perueniens, fit lapidum generationis materia. Accedit altera causa, uehementia caliditatis. Aceruant siquidem & senes humorem crudū non paucum, non propter edacitatē ut pueri, sed propter potentiæ concoquentis imbecillitatem: non tamen calorem fortem habēt, qui ex materia crassa uaporem resoluens lapidē generet. Lumbrici uero atq; ascarides uidētur alijs animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex semine, sed ex putredine habent generationem. Sola enim putredo hæc non est ad generandum sufficiens, sed & calore plurimo indiget. Cibus itaq; plerunq; corrumpitur in uentriculo, ~~& præcipue in inferiore puerulis~~: uerum caliditas in ualde tenellis nōdum materiam obtinet, in adultioribus autem & materia idonea est ad animalium talium generationem, & præterea caliditas adest. Ascarides igitur sunt tenues quidā lumbrici, qui in parte maxime inferiore crassi intestini gignuntur: & plurimi apparent in iumētis male cibum coquentibus, quorum malam coctionem fœtor indicat excrementorū. Aliud uero genus lumbricorum est rotūdorum, qui in superioribus magis intestinis generātur, adeo quòd ad ipsum quandoque uētriculum ascendunt. Multo uero plures hi quàm ascarides gignuntur in pueris. Rarior aūtem est lumbrici lati generatio, qui & longissimus est, & sæpe per tota extenditur intestina. Verum de hoc nullam fecit Hippocrates mentionē, quoniam neq; eius erat propositum de omnibus agere passionibus, quæ mortalibus accidunt, sed de illis tantum quæ singulis ætatibus ut plurimum accidunt. Ob hāc igitur causam ipse enumeratis iam dictis, deinceps uerrucarum genus, quod Græci acrochordonas uocāt, & strumas adiecit, quę sunt † uitiatæ multitudinis ad exteriora & cutē repentis germanæ passiones. Omne aūt ipsorum genus tubercula nominat, ita deinceps scribens: Acrochordones, strumæ, & alia tubercula. Quædā aūt ex his præcipuo uocabulo tubercula nominātur, quædam sponte nascentes, & † subito factæ inflammationes, quæ celerrime in altum attolluntur acumen, & celerrime etiam suppurantur: & plurima est horū in inguinibus & alis generatio, quoniam & in his partibus plures sunt adenes, qui apti natura sunt ad has superfluitates prompte excipiēdas. Horum adenum passio struma quoq; est, non ex calida materia, neq; ad suppurationem properante, sed pituitosiore & frigidiore consistens.

XXVII Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatē, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia sanguinis.

Incipiunt quidem pueri pubescere post annum quartumdecimum. Qui uero prope hanc ætatem A accedunt, sunt qui duodecimum, aut tertiumdecimum, aut quartumdecimum etiam agunt annum. Neq; enim est unus omniū certissimus terminus pubertatis, propter caliditatem & frigiditatē temperaturæ. Calidi eñ citius, frigidi uero tardius pubescunt. Laborant autē pueri hi plurimis quidem morbis antea dictis, propter similitudinem temperaturę, & pręterea febribus diuturnioribus, quàm priores: non tamen aliquid dixit de ijs quæ illa ætate febribus abundāt: uerum ex eo quod nunc dicitur, clarum est quòd ostēdit ipsas acutas esse. Alterantur enim puerorū dispositiones citissime propter corporis humiditatem, & naturalis potentiæ imbecillitatem. Sanguinis uero profluuia ex naribus fiunt ~~in tali ætate constitutis, quoniam hic hu-~~
B ~~mor in ea incipit abundare~~, nō quia nunc plus de eo generetur quàm prius, sed quia nunc minus ab sumitur ex ipso, propterea quòd & augmentū minus est hac ætate quàm priore, ut ad corporis proportionem.

XXVIII Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur, nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullæ uero in annis septem, quædam uero iam ad pubem accedentibus. Quæ uero permanserint, nec in pubertate finierint, puerulis, aut fœminis cum menstrua erumpunt, cōsenescere cōsueuerunt.

C Si uerbum diutinę sermoni adiectum esset, melius foret: unde & nōnulli nomen passionis de diutinis tantum ipsum arbitrātur intelligere. Verum contra hoc sunt sermones tales, quibus ipse utitur in aphorismis: In acutis passionib. raro, & in principijs uti medicationibus. &: Tenues uictus & in longis semper passionibus, & in acutis. Manifestū itaque ex his est, quòd non in diutinis tantum, sed etiam in acutis dicere consueuit Hippocrates nomen passionis. Videt itaq; hoc in loco, aut de diutinis passionibus intelligere, aut mancum sermonem protulisse. Nos uero ipsum supplentes, dicemus ita: Plurimæ autem diutinæ passiones puerulis iudicant, nonnullę in quadraginta diebus, non nullæ in septem mensibus, quædam in septem an-
D nis. Ex diebus autem, quadragesimus, primus eorum est ex quibus morbi diutini iudicantur, ultimus autem inter illos qui acutos ex decidentia iudicant, sicuti etiam suprà notauimus. Quicūq; uerò hunc transcendunt numerum, ad septimanæ rationem habent iudicium, non septem diebus connumeratis, sed primum quidem mensibus, deinde annis. quòd autem qui hoc tempus transcendunt, ad quartumdecimum annum perueniunt, est sane manifestum. Nam secunda septimana in hoc completur tempore, & alias in pubertate magnæ fiunt corporis cōmutationes, in fœminis maxime propter menstruorum eruptionem. Quare si qui morbi neq; hac ætate finiūtur, usq; ad longum tempus perdurare consueuerunt.

XXIX Iuuenibus autē sanguinis spuitiones, tabes, A febres acutæ, morbus comitialis, & alij, sed præcipue antedicti.

Cum primas ætates ad pubertatem usq; minutissime diuiserit, nescio quomodo adolescentū ætatem prætermiserit, quæ medium obtinet locum inter puberes & illos qui cōsistentis ętatis uigorem habent. Verum ex alijs quas tetigit, licet & de ista conijcere, quæ in multis quidem cōmunicat illis quæ ex utraq; parte ipsam circumstant, sed hoc habet peculiare in maribus, sanguinis ex narib. profusionem, de qua cōmeminit in illis qui sunt prope pubertatem. Nam hic casus incipit in illa ætate apparere, sed maxime uiget in adolescentibus, deinde subsistit in uiris. Verum hāc ætatem trans- B gressus Hippocrates, ad illam quæ est iuuenum, peruenit: & primum sanguinis sputum scripsit, ac tabem, deinde febres acutas, & post has morbum comitialem: deinde post hæc ait, Et alij morbi, sed præcipue antedicti, recte quidem hoc adijciens. Nā rem ita se habere † indicat uisus. At uero non sat plene de febribus acutis dixit. Neq; enim dicere simpliciter oportebat acutas, quæ & in pueris nihilominus fieri uidentur, sed ex acutis tertianas maxime, & febres ardentes. Hæ enim præ cæteris febribus sunt biliosissimæ, & plurimæ iuuenibus accidunt, quoniam & flaua bilis hac ipsa superabundat ætate, à qua morbi tales in summo uigore consistentibus accidunt. Tabem autem, & sanguinis sputum, nō secundum ætatis naturam patiun- C tur, sed secūdum aliquid quod ei accidit: quare & antea dicebat, quòd senes plurimum, minus ægrotant iuuenibus: ubi & nos diximus, q̄ ob incontinentiā iuuenibus, nō ob ętatis imbecillitatē, ægritudines plurimę accidunt. ob hoc igit̄ & iuuenib. spuitiones sanguinis accidūt, quia aut percutiuntur, aut contunduntur, aut saliunt, aut clamant uehementius, aut refrigerantur, & humi cubant, aut replentur, aut propter aliquam huiuscemodi causam. Ad sputū uero sanguinis, tabes consequitur. Quare & propter hæc talia iuuenes ex accidenti ægrotabunt, non primū, neq; ætatis ratione. Morbi autem comitiales, quamuis malo uictu utantur, tamen ipsis nō accidunt multi, ut mihi mirari subeat, quomodo & hos Hippocrates scripserit, cum D in alijs non modo quòd abundant in pueris, dixerit, sed quòd etiam ex hac causa morbus puerilis nominatur, & quòd ætatis mutatione sanantur. Fiunt igitur & in quibusdā iuuenibus morbi comitiales, qui prius non erant, propter uictus errorem, quem in ijs quæ assumuntur, admittunt, & in alijs quæ ab ipsis aguntur operibus, & quia humi cubant, & Soli se exponunt & imbribus, atque alijs similibus. Verum hi morbi non multi sunt. Et fiunt quidem alij morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita scribere aphorismum: Iuuenibus autem, & omnes ferè alij morbi, quos diximus alijs accidere ætatibus, sed præcipue ardores, & tertianæ febres.

XXX Vltra hanc ætatem, asthma, id est, creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenetides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates intestinorum, leuitates intestinorum, hæmorrhoides.

Iuuenum ætas quinta septimana terminatur. Iuxta hoc igitur & ipse in Prognosticis dicebat: Magis autem expectare oportet sanguinis quidē profluuium, in ijs qui nondum trigintaquinq; annos attigere. Nam quæ iuuenibus ætas cōtinuatur, ad duas sequentes septimanas extenditur, in qua ætate omnia uitæ munia æque atq; illi qui in uigenti ætate consistunt, conātur peragere, non tamen eodem modo ad labores sufficiunt. Nam ex adustione, & algoribus, & humi cubatu, uigilijs, atq; repletione, plus quàm illi offendūtur. Saneq; horum temperatura plus atræ bilis habet, atq; ideo in ea multi insaniunt, ueluti ex anni temporibus, in autumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum existēs, rufam excipit bilem tempore ęstiuo exassatam: sic declinantium ætas iuuenilem, quæ maxime æstati similatur, subsequit̄: mirandumq; est cur in ea non scripserit melāchóliam. Ego tamen in quibusdam exemplaribus hanc quoq; scriptam inueni, siue aliquis sit ausus apponere id quod defecerat, tanquā ab Hippocrate prętermissum, siue ab alijs q̄ exemplaria mendosa crediderunt. Moriuntur autem & ex tabidis hac ætate multi, & ex iuuenib. quicunque ex sanguinis sputo in tabem incidunt. Non tamen hac ætate multi sanguinem spuunt, quoniam neq; in talibus sanguinis est multitudo: asthma si uero, id est, crebris anhelitibus, & pulmonis inflāmationibus, ac laterum doloribus magis capiuntur quàm iuuenes, ut qui & uictu simili, & laboribus etiam utātur, sed multo imbecillius quàm illi corpus habēt. Et omnino eos quos prætermisit in ætatibus uigore cōsistentium morbos nominare, eos nunc omnes enumerat. Nam & phrenitides, & ardores, & choleræ, & difficultates intestinorū nihilominus iuuenibus q̄ declinantibus accidūt, occasionem sui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora autem in declinātibus uentris profluuia contingunt, propter alimenti distributionis defectum. Nam omnium ferè ætatum, ea quæ iam declinat, paucis indiget ad corporis refumptionem: siquidem & id quod ex ipsis resoluitur, paucissimum est. Neq; enim corpus similiter calidum est ut prius: neq; amplius in augmentum quicquā absumitur: sed neq; quod uirtus contentiua multum imbecillis fit, ut in senibus, plus aliquid ex corpore defluit. Quia igitur uentris profluuia, uel coctione, uel alimēti distributione frustratis accidūt, aut propter bilis acritudinem abradentis intestinum, hæcq; omnia in declinantibus sunt, non sine ratione in eis alui profluuia diu perseuerant. Febres quidem lethargicæ fiunt ex humore pituitoso in cerebro aceruato. Prioribus autē ætatibus humor hic deficit magis quàm superabundet. In senili autem ætate plurimus quidem est, uerum propter ætatis

frigiditatem

frigiditatem febres non accendit. In ijs autem qui A ab ætatis uigore declināt: & hic humor superabundat, & nondum corpus frigidum est, Leuitates uero intestinorum ostensæ sunt, hæ quidem à frigida fieri pituita, hæ uero à sola intemperatura quæ uim alui contentiuam reddit imbecillem, quędam ab ulcerosa dispositione, atq; omnes hæc in declinantibus superabundāt, sanguinis uero per ora uenarum, (quod Græci hæmorrhoidas uocant) profluuium, uere huius ætatis est passio, sicuti atræ biles. Fit enim ex atra bile, quando ad uenas quæ in sede sunt, repente tota decumbit. A me quidem omnium enumeratarū passionum causa fuit explicata: scientia autem cum horū probatione illis adueniet, qui legerint demonstrationes quas super his in nostris scripsimus tractationibus, quæ quot B sint, ac quales, & quam singulæ doceant contemplationem, legenti librum De ordine nostrarum cōmentationum, licebit discere. Ex his enim promotus, quo modo earum singulæ sint perlegēdæ, cognoscet.

XXXI Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, urinæ stillicidia, urinæ difficultates, articulorū dolores, renum passiones, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, uigiliæ: alui, oculorum & narium humiditates, uisus obtusus, glaucedines, auditus graues.

Senes à senioribus nonnulli Hippocratis sectatores distinguunt: nomen seniorum ultimæ ætati C tribuentes, & hoc perpetuum esse existimantes: senes autem in priori ætate statuētes, quæ media est inter iuuenes ac seniores. Sed nūc manifeste monstrauit, se senes eos qui extremam agunt ætatem, nominare: quare ad ipsos sermonem terminauit, ut qui iam omnes ætates percurrisset. Hi uero sæpissime à † destillationibus quæ sunt cum tussi, capiuntur, quoniam partes ad caput attinentes, in ipsis facillime refrigerantur, & quia multæ in ipsis fiunt pituitosæ superfluitates, cum iam satis frigidam † cerebri habeant temperaturam. Asthmata uero, hoc est, crebri anhelitus ex ijs destillationibus ortum habent: cum alioqui & ipsa spirandi instrumenta non raro habeant proprium sui algoris principium, quando in ipsis multæ ac crassę superfluitates generentur. D Ad hęc cum uires imbecillas habeant, renes sæpius obstruuntur, & lapides generantur, quando tenax uel crassa superfluitas ibi firmata, † callo similem consistentiam assumpserit. Articulorum autem dolores aliquando fiunt fluentibus ad hæc loca superfluitatibus, aliquando propter instrumētorum quæ natura ad eorum motionem fabricauit, frigiditatem. Vertigines autem ipsis accidunt propter spiritū uaporosum, qui in partibus cerebri inordinato cietur motu. Sæpe etiam in uentriculo uitiosis superfluitatibus aceruatis, ad cerebrum fertur exhalatio uaporosa. De apoplexia autem quid oportet dicere? Nullus est enim morbus adeo senili ætati familiaris, quoniā in ea cerebrū pituitosis repletur superfluitatibus. Si quod uero ulcus aduenerit senibus, difficulter sanatur, propter defectum sanguinis. Vehementius insuper se scalpunt, quod pruritum appellauit, quoniam illæ quæ pruritum operantur superfluitates, difficilem habent per cutem euacuationem. Rationabile siquidem existit, & cutem in ipsis ex frigiditate densiorem esse, & superfluitates plures simul ac crassiores existere. Pluresq; ipsorum (neq; enim omnes) cōtinue uigilant: quod eis accidit, & quia senectus plena curarum est, sed magis quia corpus habent exiccatū: unde & tunc magis uigilant, quando integra sanitate fruuntur. Dictū autem à nobis est & in cōmentarijs De temperaturis, ipsas quidem corporis partes in senectute fieri sicciores, sed multitudinem superfluitatum pituitosarum aceruari: ob quam causam à multis putatur senectus frigida & humida. In quo autem tempore hæ plures in cerebro aggregantur, fiunt senes potius somnolenti: in quo uero bene excernuntur, peruigilant. Contingit autem & pauciores supfluitates generari, & citius excerni eo tempore quo salubriter degunt: unde & maxime propria passio senilis ætatis uidetur esse uigilia. Humiditates autem in ipsis & oculorum & narium, liquet fieri, propter cerebri superfluitates, quibus eisdem ad aluum defluentibus, & ipsa sæpius humectatur. Hebetes autem uisus, & graues auditus, propter potentiæ sensibilis accidunt imbecillitatem: glaucedines uero propter immodicam instrumentorum siccitatem, & quia speciem habent suffusionis.

De quibus senib. hic agit.

als. destillationibus quæ sunt cum raucedine καταῤῥοις βραγχώδεσι

partium cerebro adiacētiū, τῶν περὶ τὸ ἐγκέφαλον

πωρώδη

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, LIBER QVARTVS,

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

I VTERO gerentes sunt medicandę, si materia turget, quarto mēse, & usq; ad septimū: sed hæ minus. Iuniora autem et seniora uereri oportet.

Ad uteros, fœtuum connexus eandem habent proportionem, quam fructus ad plantas. Hi siquidem in prima generatione debiliorib. capulis continentur, & ideo facile decidūt, quando uehementior uentus ipsos concusserit: posthac aucti, † difficilem habent à plantis dissolutionem. sicuti rursus cum perfecti sunt, sponte sua sine ui extrinseca decidunt. Eodem modo & conceptus, in primo quidem tempore à seminis iniectione, si quando saltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, siue quouis alio modo, uel animo, uel corpore moueri uehementius, facile disrūpuntur. Sic etiam et cum iam per-

solutū difficilem habent cū plantis cōmunionem.

iam perfecti sunt. Tempore uero intermedio firmiorem habent coalitum: quare mulier utero gerens, potest fortiores motus sustinere sine fœtus offensione. Quæ omnia Hippocrates noscens, recte inquit: Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget, quarto mense, & usque ad septimum. quod est in medio tempore fœtationis, quum fœtus utero firmiter alligatur. Non tamẽ omnes quę hoc tempore indigent purgatione, permittit purgari: sed si materia turget, inquit, hoc est cogat accelerare. Tractum enim uocabulum est ab animalibus ad coitum concitatis. Nam cum superabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, nondum in aliqua parte firmati: tunc ad eos expellẽdos natura † incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente. Eos uero qui aliqua in parte sunt firmati humores, non oportet mouere. Sic igitur & illud dictum est: Quicunque inflammationes in morborum principio medicamento conantur soluere: nihil de eo auferũt, quod intentum est atque inflammatũ. Neque enim passio, ut quæ cruda sit, cedit: quæ uero sana sunt, & morbo resistũt, simul eliquant. Quòd autem Hippocrates uerbo medicari, pro purgare medicamento, consueuerit uti, omnes confitentur quicunque, uel paruam habent de eius dictione noticiam. Nam ut quispiam alia omittat ipsius uolumina, & de solis posthac scriptis aphorismis meminerit: nihil aliud per uocem, medicari, in eis posse significari intelliget, ueluti paulo post fiet manifestum.

II In medicationibus talia educere è corpore, qualia & sponte prodeũtia, utile: quæ uero contrario modo prodeunt, cohibere oportet.

Sponte euacuari è corpore dicimus, quæcunque sine aliqua medicatione excernũtur, nonnunquam ea quæ nostrũ regit corpus potentia ipsum expurgante, nonnunquam ex irritamento aliquo, aut quia à uasis non contineantur. Cum itaque natura superfluum euacuat, iuuatur animal. cum uero alioqui excernitur, casus ratione: neque inde utilitas ulla prouenit, & talis euacuatio prauæ dispositionis est signum. Recte igitur Hippocrates consulit imitari naturam. Est autem imitatio, in unoquoque morbo tẽtare tales humores euacuare, quales nouimus in spõtinis prodesse euacuationibus. Prius itaque dictum est ab ipso de omni euacuatione generalius. Sic & uasorum inanitio, siquidem talis fiat qualem fieri oportet: confert, & leuiter ferunt. Nunc uero de sola purgatione eundem fecit sermonem, quoniam de hac docere proposuerat, in præsentis libri loco. Melius igitur fortasse fuerit de omnibus euacuationibus quas medici moliuntur circa ægrotantium corpora, nos quoque sermonem repetere. Fiunt enim hæ aliquãdo per medicamenta totũ corpus expurgantia, per uomitus, & deiectiones. aliquãdo medicina partis alicuius est euacuatiua, ueluti quęcunque per palatum & nares à capite abducũt superfluitates. E genere autem superfluitates abducentium sunt, & quæ per tussim expurgant, quęcunque in pectore sunt atque pulmone, & quæ per urinas abducunt totius sanguinis serosam superfluitatem. Clysterem quoque ex hoc genere feceris, & quodcunque aliud totum corpus æqualiter nõ euacuat, quemadmodum & uenæ sectio creditur euacuare, & omnino sanguinis missio quæcunque, & quouis modo facta. Ex talibus autem est euacuatiõibus & quæ per uterum fit, & quæ per ora uenarum sedis, siue per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atque calorem, & balneas calidas, præsertim nitrosas, sulfureas, et bituminosas, & ex accidẽti inedia. Hæc siquidem omnia uidentur quidem totum corpus æqualiter euacuare. Si quis tamen exactius perquirat, inueniet non æqualiter euacuare. uerum in his cum sit paruus excessus alterius ad alterum secundum eorũm quæ euacuantur qualitatem & quantitatem, ideo æqualis euacuatio uidetur. quę uero pharmaca purgatoria nominãtur, speciem faciunt euacuationis manifeste differentẽ: de quibus, ut dixi, nũc ipsi docere propositum: non tamen quicquã plus docet, quàm quod de omnibus euacuationib. ipse iam dixit. Vna etenim est omnium intentio, humor superabundans: cuius noticia est perquirenda ex eo qui in toto corpore præter naturã color repræsentatur, & insuper ex casibus, & morbis, & tempore, & regione, & ætate, & constitutione, & natura ægrotãtis, & † industria, & uictu: ueluti (si ita contigerit) colore rufo in toto corpore apparẽte, quẽadmodum in illis qui regio morbo laborant, non euacuata per sedem bile, aut pustulis aliquibus biliosis per totum corpus dispersis: particulatim autem, si morsus in uẽtriculo aliquis, atque fastidium sentiatur, & adsit cibi appetentiæ defectus, ac sitis, ore ad amaritudinem alterato, aut quia in aliqua parte corporis sit erysipelas, aut quia tertiana febris hominẽ habeat, aut ex ardentibus illa quæ ex amara fit bile. Nã in his omnibus flaua bilis abundat: atque idcirco conabimur ipsam educere illis medicamentis quæ bilis eductiua ab effectu nominantur. Atque hoc est quod ab Hippocrate dicitur: Si qualia oportet purgari, purgentur: confert, & leuiter ferunt. Quod enim dicitur, qualia oportet, abundantiam significat humorũ uidelicet sua qualitate infestantiũ ægrotantem. Ob hanc igitur causam ait tales conferre euacuationes. Sed quoniam omnes artificiosæ in actionib. conjecturæ aliquando aberrant: (similitudines etenim, ut ipse inquit, non solum uulgares, sed etiam medicos eruditos aliquando decipiunt) alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationum, tolerantiæ facilitatem: ut & in hoc fiduciam habeamus, quum recte fecerimus euacuationem. Quod igitur in flaua bile dixi, ueluti in exemplo, hoc idem mihi et in atra intellige. Nã & in hac color totius corporis ad nigritiem tendit, & pustulæ nigræ fiunt ex atræ bilis colore: & quicunque morbi ex eius fiunt exuperantia, multitudinẽ humoris indicãt manifeste: quem

admodum

admodum elephas, cancer, et quartanus circuitus ex melancholico humore generantur: & lien magnus, & uarices denigratæ, sunt eiusdem humoris alumnæ passiones, quemadmodũ & quæ melancholia nominatur, & omne mentis deliriũ, cui ira, temeritas, atq; immanitas iungit. Hippocrates uero etiam ex mẽstruis, superabundantẽ in fœminis humorem cõiecturabatur: & scripta sunt ab eo indicia, in primo libro De muliebribus. Ex his igit, quòd atra bilis abũdet, dignoscere oportet: & has habentem intẽtiones, ad eius accedere euacuationem. Secunda autem in ipsa euacuatione intentio habenda, est tolerantiæ facilitas. Quæcunq; uero in atra bile & flaua sunt dicta, hæc mihi & in pituita intellige, tumores ueluti inflatos, pustulas, totius corporis colorem ad humoris speciem, febres B quotidianas, mentis pigritiem atque torporem, somnos profundos, capitis grauitates, & quosdã acidos ructus, quando in uentriculo superfluitas aderit. Hæc enim omnia suadent medicamẽtum dare pituitam purgans. Facta uero iam purgatione, tolerantiæ facilitas attestabitur & dignotioni, & ei quam ausus es facere propter ipsam, euacuationi. Ad dignotionem uero, & spem euacuationis, habes etiam conferentem aliquid non solum ętatem, uel naturam ægrotantis, sed etiam anni tempus, & præsentem cõstitutionem, præterea & regionem, & uictum antecedentem, unà cum alijs uitæ institutis. Etenim didicisti ut hęc omnia, nõnulla pituitam, nõnulla flauam bilem, nõnulla atram exaugent. Hæc quidẽ omnia, ut dictum est, sunt intentiones exhibendi medicamentum, uim habens humorem infestantem expurgandi. C In ipsa uero euacuatione altera erit intentio, uel nobis ferens recti iudicij testimoniũ, uel erroris. Recti quidem iudicij, tolerantiæ facilitas: erroris autem, difficultas. Nam infestantiũ humorum euacuationem facile tolerabunt ægrotantes. Si quid uero aliud, & non quod infestat, euacuatur: necessarium est omnino male tolerare. Quod igitur, ut dixi, in principio libri per unum ostendit aphorismũ, ita scribens: « Sic & uasorum exinanitio, siquidem talis fiat qualem « fieri oportet, confert, & leuiter ferunt. Id in hoc loco nunc in duas secans partes in medicationibus, per priorem quidem hunc sermonẽ quæ sint conferentes purgationes docet, per alterum aũt qui sequitur, D admonet, ut tales euacuationes firmũ indicium subsequatur, facilitas tolerãtiæ. Exemplum uero ipse apposuit earũ quæ sponte fiunt euacuationum ad bonũ, multa quidẽ in libris Epidemiarum, pauca uero in hoc ipso libro Aphorismorũ, « qualia huiuscemodi sunt: Quem aqua inter cutem « habet: per uenas in uentrẽ aqua fluente, solutio. Si « lippitudo adsit: ab alui profluuio capi bonũ. Qui« bus biliosæ deiectiones, surditate supueniente ces« sant: et quibus surditas, biliosis factis cessat.

III Si qualia oportet purgari, purgẽtur, confert, & leuiter ferunt: contraria uero grauiter.

Prius hic aphorismus à nobis expositus est in

Extra ord.

A precedentis aphorismi expositione: scriptus etiam in superiori libri parte, ijsdem uerbis: quare & non nulli eum de hoc loco sustulerunt.

Medicari æstate superiores magis, hyeme uero inferiores. IIII

Subaudire oportet, uidelicet uentres. Recte autem æstate purgat superius, quoniam & qui tunc humor superabundat, flaua bilis est, & omnino tota natura animalis propter ambiẽtem caliditatem magis ad superiora mouetur. Quælibet autem superfluitas, eò quò uergit, ducenda est per loca conuenientia: quemadmodũ ipse in libro De humoribus scripsit. Addidit huic aphorismi sermoni uerbum, magis, neq; simpliciter dixit: Medicari æstate superiora, hyeme uero inferiora. Nam etsi non sæpe, raro tamen tempore ęstatis humor phlegmaticus uisus est abundare, sicuti hyeme aliquando flaua bilis.

Sub Cane, & ante Canem difficiles sunt medicationes. V

Nam & exusta tũc nostra natura non fert eam quæ à medicamentis purgantibus, prouenit acrimoniam. Quare plures quoq; purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ob æstum imbecillis, magis ex purgatione dissoluitur. Sed & purgatio hæc praua fiet, cùm calor aeris ambiẽtis in partem trahat extrinsecam, cõtrariam ei ad quam medicina ducit humores. Sicuti enim balneæ calidæ natura aptę sunt obsistere purgationibus, sic & calor æstatis, tunc præcipue, quum seipso uehementior extiterit.

Graciles, & facile uomentes, purgare superius, cauentes hyemem. VI

Hic addere oportet, quod paulo antea dictum est uerbum, magis. Magna enim ex parte graciles sunt biliosi. Si igitur hoc accesserit, ut sint ad uomendum faciles: sunt per superiora purgandi, nisi obsistat hyems. Nam suprà dictum est, medicari æstate superiores magis, hyeme autem inferiores oportere.

Vomẽtes uero difficulter, & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes æstatem. VII

Si facilis ad uomendum, & gracilis sit, per superiora purgandus est, nisi sit hyems, hoc est æstate, autumno, & uere. Sin difficulter uomat, & mediocriter bene carnosus sit: per inferiora, si res urgeat, solum cauendo ęstatem: aliud autem anni tempus non oportet cauere.

Tabidos uero, cauentes ad superiora purgationes. VIII

Ad superiores, inquit, purgationes nunquã tabidos duxeris, ueritus scilicet instrumentorũ quæ respirationi obseruiunt, imbecillitatẽ. Per tabidos autem intelligere oportet, uel eos qui morbum à Græ-

Græcis phthiſin nominatum patiuntur, uel qui ad eum ſunt natura proni: de quibus ipſe in primo libro Epidemiarum ſcribit: Et maxime moriebantur quibus natura ad tabem prona erat. Eſt autem his pectus anguſtum, & qui in eo continetur pulmo.

IX Melancholicos autem plenius per inferiora, eadem ratione contraria opponentes.

Ventres inferiores, uidelicet melancholicorum oportet eadem ratione plenius medicari. Plenius autem dixit pro fortius. Quia uero ad inferiora declinat hic † humor, nō ſine ratiōe ipſum iubet per uentrē inferiorē euacuari, ſicuti flauam bilē per ſuperiorē, cū ſit leuis humor, & ſpōte cōtinue † fluitet. Cōmune igitur ambobus eſt, ut ducantur quò uergunt, per loca conuenientia: proprium autem alteri quidem humori, per ſuperiora loca euacuari, quoniam ad hæc uergit: alteri uero per inferiora, quoniam & ipſe ad iſta declinat. Contraria itaque eſt per ſuperiora euacuatio illi quæ fit per inferiora: quorum utrunq; fit ſecundum unam communem rationē. Quare recte dixit Hippocrates: Eadem ratione contraria opponentes.

aliàs propter grauitatem addit ὑπιπολά-ζων

X Medicari in ualde acutis, ſi materia turget, eadem die: tardare enim in talibus malum eſt.

Dictum eſt & à me prius, quòd uerbum turget Hippocrates tranſtulit ab animalibus quæ ad coitum properant, cum naturali quadam concupiſcentia moueantur ad ſeminis excretionem. Oſtenſum eſt enim in libris De ſemine, quòd fœmina etiam in coitu ſemen excernit. Quando igitur uel in toto corpore ſimilis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem ſuperfluitatum, uel ſi nō in toto corpore, ſaltem in partibus principalioribus: tale quid conſueuit Hippocrates per uerbum turgere ſignificare: & ſtatim per medicamentum euacuationem faciendam indicat, prius quam uel robur corporis diſſoluatur, uel febris caliditas augeatur, uel ad aliquod membrum principale decumbant ij qui per corpus uagātur humores. Quòd autem ualde acutos morbos nominauerit, quos prius per acutos dixit, unicuiq; liquet. Et quidem quòd horum iudicatiōis terminus eſt prima ſeptimana, dictum & à me prius hoc eſt.

XI Quibus tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter ſoluitur: in aquam inter cutem ſiccam firmatur.

Tormina fiunt & propter morſum uehementem, et propter ſpiritum flatuoſum, qui non habet exitum, ſed in inteſtinorum inuolucris eſt interceptus. Quòd uero dolores ad tales diſpoſitiōes conſequantur, nemini dubium. At cum circa umbilicum ac lumbos ſe firmauerint, poſtea neq; à medicamentis, neq; alijs ſoluuntur auxilijs: quędam eſt earum partium habitualis intemperatura: quæ magna ex parte perſeuerans, eam aquam inter cutem efficit, quæ ab Hippocrate ſicca nominatur. Vocatur autē hic morbus à poſterioribus medicis tympanias, quoniam abdomē percuſſus talem ſonum edit qualē tympana. Nam & in illis per cutem extentam incluſus aer percutitur, quemadmodum is qui in hoc morbi genere, in ꝓfundo locaē. Quòd uero & hoc morbi genus ex tumoris ſimilitudine hydropem, id eſt aquā inter cutem Hippocrates nominet, eſt manifeſtum. Non tamen humidū eſt, ſicuti qui aſcites ab utris ſimilitudine dicitē: in quo materia collecta nō eſt flatuoſus aer, ſed humor aquoſus. Videtur autem à maiori frigiditate generari aquoſus hydrops, quē aſciten uocant: quoniam in membrana abdominis interiore humor ueluti in utre quodam continetur: à minore autem tympanias. Neque enim humida ſubſtantia in flatuoſum aerem ſine calore aliquo poteſt tranſmutari.

XII Quorum alui inteſtinorū leuitate laborant: hyberno tempore ſupra purgari, malum.

Morbum in quo celeriter ea quę comeduntur, talia deijciūtur qualia deuorata fuerint: leuitatem inteſtinorum nominant. Fitq; ex potentiæ contentiuæ debilitate: ſed conſequitur ad omniū quæ ad aluum pertinent inſtrumētorum intemperaturas, hoc eſt ipſius uentriculi, in quē cibos deuoramus, & eorum quę ex hoc ſuſcipiunt atq; tranſmittunt inteſtinorum. Fit etiam quandoque leuitas inteſtinorum ex aliqua ſummas partes occupante exulceratione, ſimili illis quæ in ore fiunt, quas Græci aphthas nominãt. Intemperaturæ igitur nonnunquā fiunt habituales (ſic uero nominant illas quæ ipſo corporum habitu læſo fiunt) quandoq; propter frigidam pituitam, qualis eſt acida maxime. Earum autem quæ in † ſumma parte hęrent exulcerationum, cauſa eſt humor acris & tenuis. Hic igitur & ſi per ſuperiora purgari debet, quoniam huiuſcemodi humores magis fluitare ſoleant, quàm ad inferiora ſecedere: non tamen hoc hyeme faciendum eſt: ſicuti etiam ſuperius eſt dictum. Aliter uero pituitoſus, quando adhæſerit inteſtinis, nunquam eſt per ſuperiora purgãdus, hoc eſt per uomitoriam medicinam. Sola enim euomi natura apta ſunt, quæ in uentriculo cōtinentur: eorum uero quę continentur in inteſtinis, nihil poteſt per uomitus euacuari.

ἐπιπολῆς

XIII Ad elleboros qui non facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda ſunt.

Prius oportet tentare eum qui elleborum ſumpturus ſit, quomodo ſe habeat ad ſuperiores purgationes, hoc eſt, ad eas quæ fiunt per uomitiones. Fiat autē periculum per medicamenta uomitoria, quæcunq; ſunt mediocria. Si igitur non facile purgari uideatur, nō oportet huiuſcemodi hominem ad elleborum ducere, antequam præparetur. Hoc aūt fieret, ſi per cōtinuos uomitus aſſueſcat is qui

eſt ſum-

est sumpturus elleborum, ad prompte uomendũ. Verum hoc, ut paruum aliquod, atq; omnibus notum, Hippocrates prætermisit. Melius autem fieret prius humectando corpora. Præhumectantur autem plurimo alimento, atq; quiete. Ac de quiete quidem clarum est. Sicut enim exercitia sunt apta natura exiccare; sic & requies (quod ociũ est, & ab exercitatione uacatio) seruat humiditatem. Cibus uero nõ simpliciter plenior est aptus natura humectare, sed quicunq; nullam habet fortem qualitatem, hoc est, neq; acerbam, neq; acrem, neque salsam, neq; amaram. Forte autem neq; simpliciter cibus, hic qui talis est, appellãdus, sed hoc totũ, cibus medicinalis: sicuti illi qui est cibus simpliciter, soli hoc inest ex omnibus, ut ex sua natura, non autem ex accidenti solidas partes B animalis humectet, hoc ipsum non per se, sed ex accidenti aliquo faciente quiete. Quia enim eam quæ prouenit ex cibo humiditatem non exiccat, idcirco dicitur humectare. Aqua uero neq; epota, neque extrinsecus occursans, natura apta est solidas animalis partes humectare. De talibus autem perfectiorem posset quispiam habere doctrinam legendo librum nostrum De potentijs naturalibus, & librum De tabe.

XIIII Cum biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporũ ducere magis: ad somnos uero atq; quietem minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.

Ipse attulit causam ob quam eorũ corpora mo- C ueri præcipiat, qui assumpserunt elleborũ. Quies siquidem in eodem statu conseruat, motus uero transmutat atque alterat corpus: ut indicat nauigatio, quæ motus quidem est, turbat autem corpora adeo ut & uomitum excitet. Cum igitur talis motus sit sufficiens & solus ad uomitum corpus præparare, fit sane rationabile, ut si uomitorio medicamento quamlibet paruo coniungatur, longe maiorem habeat efficaciam. Quidam pro nauigatione nauseam scribũt, ut sit sermo talis. Ostendit autem & nausea quæ uehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motiõe corpus perturbari. Liquet autem quòd & hic sermo eandẽ uim habet cum priore.

XV Cum uolueris magis ducere elleborum moue corpus: cum uero sistere, somnum facito, & non moueto.

Prior quidem aphorismus, quomodo oporteat hominem qui elleborum sumpsit, ad purgationẽ preparare, nos docuit: præsens uero quomodo sistere purgationem. Non est autem absq; ratione, quòd ea quæ sistunt purgationem, sint contraria ijs quę uomitum cient. Si igitur motiones ciebãt, sistent quietes: & multo magis somnus, in quo motus animales ociantur, qui & per sensum fiũt, & præterea per musculos, in motibus quæ fiunt ex appetitu.

Carnes sanas habentibus elleborus periculosus. facit enim conuulsionem. XVI

Quod in præcedẽtibus dixerat in omĩbus purgationibus, hoc nũc in ea sola dicit quę fit per elleborum: adeo ut duo aphorismi possint inuicẽ iungi, tali modo: Qui corpore bene se habent, difficile est medicari. Sic ergo & elleborus carnes sanas habentibus periculosus est, cõuulsiones eñ facit. Habet namq; elleborus istud præcipuũ, facere cõuulsionem, propter operationis uehementiam.

Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, seu uertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit: purgatione indigere per superiora significat. XVII

Abstinentia à cibo idem significat, quod inappetentia. Cordis autem morsus, est cordis, hoc est oris uentriculi, passio. Prisci siquidem & hoc cor nominabant. Vertigo autem est quando simul res conspectæ uidentur circumuolui, & sensus uisus repente destruitur, sibiq; tenebras circũfundi opinentur. Fit autem hoc ore uẽtriculi à malis humoribus morso. Nam propter neruorum magnitudinem, qui ad ipsum à cerebro ueniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. Hi itaq; casus sunt communes humorum omniũ mordacem habentium naturam. Os autẽ sentire amaritudinem, solius bilis quæ rufa & flaua nominatur, est opus: quare recte in huiuscemodi inquit Hippocrates significari ꝙ oporteat purgari per superiora. quod explanatum, talem habebit interpretationem: Huiusmodi casus significãt medico, indigere hominem purgatiõe per superiora, hoc est per uomitiones.

Supra septum transuersum dolores, purgatione indigere per superiora significant: quicunque uero inferiora molestant, per inferiora. XVIII

Hic aphorismus quod antea in uno dolore docuit oris uentriculi, hoc ad omnes extendit dolores. nam clarum est ut quicunq; supra septum trãsuersum consistunt, purgatione indigẽtes consulat per superiora purgari; quicunq; infra septum D transuersum, per inferiora. Addidit autem sermoni, purgatione indigentes, ne quis forte arbitretur curare Hippocratem omnes dolores simpliciter per euacuationem. Neq; enim nunc dicit hoc, sed quòd secundum humorum infestantium motiones, oportet etiam facere euacuationes: & neq; supra septum transuersum dolores per subducentia medicamenta euacuare, neq; infra cõsistentes per uomitiones.

Qui in medicamentis purgati non sitiunt: non quiescunt priusquam sitiant. XIX

Qui purgantur: nonnulli statim sitiunt, nõnulli postea. fitq; hoc propter ipsius uentriculi dispositionem, & propter datũ medicamentũ, & propter humo

humoris euacuati naturā. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate, uel siccitate, uel ambabus qualitatibus prompte ad sitiendum perducatur, siue hoc natura insit ei qui biberit medicamentum, siue illo solum tempore. Ratione autem medicamenti, cum acutum fuerit, & calidum, ac mordax: Propter humorem uero euacuatum, quando bilis amara fuerit. Hisce quidem de causis fiunt sitibundi: ex contrarijs uero longo tempore sine siti perseuerant, quando uel frigidiorem, & humidiorē uētriculum habuerit homo qui purgatur, aut ab initio, aut tempore purgationis, uel quando medicamentum omni uacat mordacitate, & tertio quando humor pituitosus aut aquosus extiterit. Verū & in his, quando abunde fuerint euacuati, consequitur sitis. Sufficiens etenim est & ea quæ ex euacuatione prouenit siccitas, ipsam efficere. accedit præterea medicamenti purgantis uis, habentis aliquam etsi neq; manifestā neq; sensibilem, attamen latentem acrimoniam ac caliditatem.

Sine siti diu perseuerant.

Quem purgans medic. auc est, & rel.

XX Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor: purgari inferius oportere significatur.

Sicuti paulo antea docuit signa eorum quos oporteat purgare superius, ita nūc docet ea per quę cognosceret aliquis quando oporteat inferius purgare. Est autem communis utrisq; ratio in differentibus casibus. Nam pro †motione noxiorū humorum, facere oportet euacuationes.

Inclinatione ῥοπὴν τῶν ϕο πῶν

XXI Deiectiones nigræ, qualis est sanguis niger, sponte uenićtes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ, & quanto colores magis praui fuerint plures, peius: cum medicamēto uero melius, & quanto colores plures, non praui.

Progn. 2. Coac. prog. 629. & 633. Hipp. de indrijs.

De deiectionibus nunc ipsi est sermo, quę à priscis medicis nigræ uocantur, bilis uero nigra exquisite non sunt. Nam acre, & corrodens, & acidū non habent: ac quod multo plus est, in terram effusæ ipsam non fermentāt: uerum sunt ut quis eius describens imaginem planē diceret: ueluti sanguinis limus, qualis & uinis crassioribus iam consistentibus solet subsidere quem fæcem nominant. Hæc si diutius moretur in corpore, & neq; per aliquem sensibilem effluxum neq; occultum excernatur, uerum transmutetur, atq; putrescat, fit bilis nigra exquisite. Antequam uero hæc generetur, splen trahit eam quæ est ueluti sanguinis fæx, hepar expurgās: quemadmodum in commentarijs De potentijs naturalibus est demonstratum. utitur itaq; hoc melāncholico humore ad sui nutritionem splen: & quantam ipse fecerit superfluitatem, hanc rursus totam expellit ad uētrem unà cū alijs superfluitatibus excernendam. Si quando igitur neq; splen bene expurgauerit: & ille qui in hepate continetur sanguis, multū huius limosæ superfluitatis habuerit, accrescetq; debilitas uisceri, ita ut in seipso continere superfluitates non possit, tūc

Deiectiones nigræ.

Idem vol. 201. c.

Humor melanch. putrescens, fit atra bilis.

A illæ quæ nigræ uocantur, fient deiectiones, de quibus nunc sermo habetur ab ipso. Adiecit autē suo sermoni, ueluti sanguis: tale quiddam ostendens. Qualis sit sanguis denigratus dū per intestina defertur, tales sunt nigræ deiectiones. Nam extremę dementiæ fuerit existimare, sanguini, secūdum naturam se habenti, tales deiectiones assimilari. Fiēt etenim hæ & rubræ, & nigræ. Atqui impossibile est sanguinē eundem, & rubrum, & nigrum esse: Plurimas uero huiuscemodi deiectiones in pestilenti hoc morbo longo conspeximus: quæ nō magis in ijs qui exitio proximi erāt, quàm in alijs saluandis apparebant: non tamē uel in principio, uel incremento morborum conspiciebantur. Tunc enim quæ euacuabantur, erant & flaua & rufa colore colliquamenta. quæ uero mox apparebant, nigra erant, ueluti sanguinis fæx, siue ipso superassato habuissent generationē, siue cū aliquam extraneam putredinem assumpsissent, illis quæ in uentriculo fiunt cruditatibus proportionalem, quādo ad uitiosos humores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidem nunquam ad bonum fiunt huiuscemodi deiectiones, magnam uisceris læsionē ostendentes: ad morbos uero consistentes sequuntur sæpius, natura superfluitates expurgāte. Non tamen istud hoc in aphorismo adiecit Hippocrates, quāuis alibi quidē dixerit in uniuersum, signa „ iudicatoria non statim apparent: in sequenti autē „ aphorismo particulatim, dum inquit: Morbis qui „ buslibet incipientibus, si atra bilis uel supra uel in „ C fra exierit, letale est. Nunquid igitur satis uisus est „ sui animi manifestare sententiam, utens hoc uerbo, uenientes, quod temporis spatiū ostendit, tanquā uel per morbum totum, uel per longū ipsius tempus tales ueniant deiectiōes? Si enim aliquod unum tempus ostēdere uoluisset: omnino uel quę post apparuissent, uel quæ uenissent, protulisset non sponte uenientes. Hoc enim uerbum, uenientes, non aduenisse, sed aduenire significat. Assumpto tamen medicamento quod uim habet purgandi nigra, talia deijci, nihil mirū. Sic itaq; multi deiectionum colores præter naturam, sponte quidem euacuati, multarum, atq; malarū in corpore dispositionum sunt signa. à medicamento autem ducti uim habente plures humorum species euacuare, D nihil absurdum significant.

Deiectiones nigræ ab initio nunq. bonæ.

Deiectiones nigræ optimæ, si sequantur morbos consistentes.

Morbis quibuslibet incipientibus, si atra bilis uel supra uel infra exierit, letale. XXII

Coac. pr. 71.

Facta est à nobis & in antecedēte aphorismo distinctio inter humorem melancholicum, & nigrā bilem, de qua nunc sermo habetur ab ipso. Et causam ob quā ab initio letales sint huiuscemodi humores, postea uero iudicatorij appareant, in illo aphorismo sufficienter percurrimus: sed & nunc repetemus, quoniam ea quę sunt ad artem maxime necessaria, sæpe tractare sit melius. Quādo aliquis incipit morbus: si quid excernitur, nihil tūc excernitur naturæ ratione, sed sunt omnia casus præter naturam earum quæ sunt in corpore dispositionū,

Quæ excernuntur initio morbi, ratione nō excernuntur.

Quo

Quo enim in tempore à causis quidem morbum A facientibus natura grauatur, adest autem cruditas humorum, tunc aliquid bene euacuari est impossibile: siquidem oportet coctionem præire, subsequi uero discretionẽ, & postea euacuationem, ut bona sit crisis, siue iudicium. Hæc autem nos ipse docuit in primo libro Epidemiarum, ita inquiẽs:
« Coctiones, iudicij celeritatem salutisq; securitatẽ
« significant: cruda autem & incocta ad malos ab-
« scessus conuersa, iudicationis carentiam, uel dolo
« res, uel longitudinem, uel mortes, uel eorundẽ
« malorum reditus. Quando igitur post morbi coctionem aliquis humor uitiosus excernitur, tunc corpus à natura expurgatur. Et propter hoc atra bilis, & alius omnis huiuscemodi humor, ubi signa coctionis in morbi processu apparuerint, bo- B nam significat euacuationem. Si uero aliter excernantur sine signis coctiõis, exitialis est casus. Quare cum in morbi principio semper sint signa cruditatis, mala semper erit humorũ talium euacuatio.

XXIII Quibuscunq; ex morbis acutis aut diuturnis, uel ex uulneribus, siue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue uti sanguis niger desubter exierit, postridie moriuntur.

Sermo in hoc aphorismo est potentia talis, Siue atra bilis (de qua antecedẽs docuit aphorism[us]) siue nigra quę sanguini assimilatẽ (de quibus prior aphorismus) ijs qui ad extremam extenuationem uenerint, apparuerit, postridie moriuntur. Est em̃ C in talibus natura imbecillis adeo, ut nõ possint cõcoquere, neq; discernere, neque excernere quæ ita praua existunt. Propter morbi igitur magnitudinem cum contineri nequeant, effunduntur, & idcirco sunt difficilia. Mortẽ autem nõ in postremis afferunt, ut in alijs contingit morbis propter uiriũ imbecillitatem. Ostẽdit tamen in hoc aphorismo manifeste, quod & in priore, cum dicebat, Deiectiones nigræ qualis sanguis: subaudire oporteat, niger: ut tale sit plenum, Deiectiones nigræ, qualis sanguis niger. Ostendit autẽ & nos bene à nigris succis bilem nigram separasse. Hæc enim sanguini denigrato similia uidentur, differentia in eo quòd fusa sunt, & non concreta, ut ille. Nigra autem bilis & in eo quòd fusa est absq; concretione, & quia fulgentem habet nigredinem: & præterea mordax est, sicuti acetum, & terram abradit, atque fermentat, quorum nihil nigris adest.

XXIIII Difficultas intestinorum, si ab atra bile inceperit, letalis est.

Ab illa quæ à quibusdam rufa, ab alijs bilis flaua nominatur, magna ex parte incipit intestinorũ difficultas, abrasis prius in summa parte propter humoris acrimoniam intestinis, postea uero excesis adeo ut exulcerentur. Hanc igitur intestinorũ difficultatem sæpe sanauimus. Quæ uero ab atra bile fit, insanabilis est prorsus, cum nihil differat à cancero ulcerato. cum igitur hic cancer in summa parte consistens, sit aut cum difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, quamuis possit continuo medicinam habere insidentem: rationabile est illũ qui occupat intestina, non solum quia nullum illi medicamentum cõtinuo adhærere potest, uerum etiam quia semper ab alimẽti superfluitatibus tangitur, esse penitus insanabilem.

Sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, XXV malus: infra autem, bonus est.

De nigris deiectionibus sermo habitus ab ipso est in præcedentibus aphorismis: nunc uero de ijs quæ uel per os, uel per sedem excernuntur, uerba facit. Quare in proposito aphorismo quando ipse dicit supra, solam quæ fit per os excretionem intelligemus, illa quæ fit per nares omissa. Hanc itaq; ait omnino esse malã, qualiscunq; fuerit is qui excernitẽ sanguis, hoc est, siue spumosus, siue rubeus, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus. Melius enim esse inquit, ut infra exeat, non tamẽ more disrupti sanguinis, sed paulatim fluentis, ita ut sui exitus tarditate denigretur. Ipsum itaq; sanguinem confluere omnino ad aliquod intestinum, malum oportet existimare. Melius autem quãdo paucus, quàm quãdo multus ueluti disruptus effluxerit. Quare quod legitur bonus nõ tanquam proprie dictum, sed tanquam in comparatione melius diceret, est accipiendum, quasi ita diceret: Infra autem melius nigra deijci. Vere enim hoc eligibilius, quàm per os quocunq; modo sanguinẽ ferri. Hoc siquidem dixerit quispiam, ut eam quæ uidetur in uerbis Hippocratis repugnantiam dissoluat, dicentis, nunc bonum esse ut nigra deijciãtur, cum tamen paulo antea pessimum id esse dixerit. Possumus etiam uocabulum nigra sic accipere, quemadmodũ ipse in Epidemijs dixit, de sanguine ex uenis, quas hæmorrhoidas uocant, profluente, tanquam sanante melancholicas passiones. Re uera enim iam factæ melancholiæ maximũ est remedium sanguinis ex his uenis profluuium: quam etiam, si futura sit, prohibet. Sic itaq; nobis intelligentibus, sermo talis erit: Sanguis supra, qualiscũq; fuerit, malum: infra uero per hæmorrhoides, bonum, quando nigra euacuantur: hoc est quando hominis natura multum talem accumulauerit D sanguinem. Aliter non est assuefaciendum ei quæ fit per hæmorrhoidas euacuationi, ut quæ periculosam habeat utranque immoderantiam, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur.

A difficultate intestinorum habito, si ueluti XXVI carunculæ exeant, letale est.

In difficultatibus intestinorum, quę nuper incepere, quædam corpora pinguia excernuntur: post hæc autem, nisi finiri anticipauerint, quædam ramenta intestinorum, ablata ipsorum superficie interiore, quæ membranosa existit & densa, illi quæ cutem exterius contegit mẽbranulę proportionalis. Post hæc autẽ aliquid ex ipsa abradit substãtia intestino

inteſtinorum: in quo tempore non adhuc fieri difficultatem inteſtinorum, ſed iam factam atq; completam dicimus eſſe. Quando igitur partes adeo magnæ inteſtinorum excernuntur in difficultate inteſtinorum, ut poſſimus eas carnes nominare: letalem ait eſſe morbum, cum neque caro concreſcere, neque cicatrix obduci in tali poſſit exulceratione.

XXVII Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo quacunq; ex parte: cum reficiuntur, alui iis humectantur.

Calore natiuo debilitato ex profluuio ſanguinis, neq; cibi bene concoqui, neque in ſanguinem tranſmutari, ac quod multum plus eſt neq; diſtribui poſſunt per corpus: propterq; hæc omnia, aluos fieri humidiores par eſt, donec proceſſu tẽporis uires ſuas natura recuperauerit.

XXVIII Quibus billioſæ deiectiones ſuperueniente ſurditate, ceſſant: & quibus ſurditas, ſuperuenientibus billioſis deiectionibus, ceſſat.

Non de ea quæ ex habitu difficulter ſoluitur, ſurditate nunc illi ſermo eſt, ſed de ea quæ repente in febribus, uel aliter fit, recurrente ad cerebrum bile. Ipſa ſiquidem cum meatus auditorios occupauerit, efficit ſurditatem. Cum uero hinc ipſam natura expellente, ad excretionẽ peruenerit, ſoluit ſurditatem.

XXIX Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iudicium ſequitur.

Quicunque ad febres, & præcipue ardentes, rigores ſuperueniunt: iudiciũ habere ſolent bonum atq; perfectum ubi in die iudicatoria fiunt, & cum ſignis coctionis: non bonũ autem neq; perfectum quando uel diei uel coctionis ſigna fuerint imperfecta. Quòd igitur cõcoqui oporteat quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiarũ per ea uerba quæ paulo antea diximus, quorũ initiũ: "Coctiões celeritatẽ iudicij, ſalutisq; ſecuritatẽ "ſignificãt. Quòd autẽ neq; in omnibus diebus, & in Prognoſtico ſcripſit, & in hoc ipſo Aphoriſmorum libro, & preterea in primo Epidemiarũ. Collecta autem ſunt à nobis hæc omnia opportuneq; expoſita: quęcũq; quidẽ de diebus iudicatorijs ab eo ſcripta ſunt, in tractatu De diebus iudicatorijs inſcripto: quæcunq; uero de ſignis coctionis, in altero de iudicijs. Dictũ autẽ & in ipſis eſt de eo qđ fit in die ſexta iudicio: de quo nunc etiam faciens mentionẽ, ait eos qui in hoc die fiunt rigores, difficile habere iudiciũ, hoc eſt uel malum afferre iudicium, ac ſi male iudicantes dixiſſet, uel nõ firmiter, Imo in quibus facile foret fieri recidiuã: uel in longũ tempus extenſum, ac ſi difficulter ſolubiles dixiſſet. Cum caſibus uero quandoq; difficilibus ſextæ diei iudicium fit: de quibus omnibus integre ſcripſimus, in iis quas nuper nominauimus tractationibus. Hæc igit̃ in hunc modũ fieri etiã ipſa experientia teſtatur: ipſorũ autẽ cauſas longum eſ-

A ſet in præſentia exponere. De diebus eñ iudicantibus, tertio diximus lib. De iudicatorijs diebus: de rigore autẽ in opere ad id ſeorſum dedicato.

Quibuſcunq; acceſſiones fiunt: quacũq; hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile. XXX

Supponatur quiſpiam prima die cœpiſſe febricitare hora tertia, & quieuiſſe quauis alia hora: deinde die ſecundo eadem hora tertia cœpiſſe, mox ceſſaſſe febrem quacũq; hora: & tertio rurſus die hora tertia cœpiſſe, mox rurſus quouis tẽpore finita febre: cœpiſſe iterum quarto die eadem hora tertia: & ita deinceps ſeruari quidem ſemper horã tertiã in qua acceſſio ſuum facit initiũ, non ſerua B ri autem alias in quibus finitur: hunc qui tali laboret morbo, neceſſe eſt temporibus longioribus ægrotare iis qui non habẽt horam initij acceſſionis ordinatam. Hoc quidem nos ab experientia comprobatum, dictũ fuiſſe arbitramur. Sunt uero quidam qui tale aiunt eſſe quod dicitur: Si primo die acceſſionem ægrotus habuerit, exẽpli gratia, hora tertia: & (ſi ita cõtigerit) hora duodecima febris deſierit: rurſus die ſecundo hora duodecima cœperit febricitare: morbum aiunt difficile iudicium habiturum, cum neq; rationem ullam ſubijciant, neq; id ab experientia comprobari, oſtendere ualeãt. Non tamẽ, difficile habẽs iudiciũ, aliter poſſumus interpretari, ꝙ difficulter ſolubile: ut tale C ſit quod ab Hippocrate dicitur, Siue quouis die, ſiue tertio, ſiue quarto ægrotus habeat acceſſionẽ eadẽ hora, difficulter ſoluetur is morbus, ſiue multas, ſiue paucas acceſſio occupet horas. Hoc igitur (ut dixi) experientia comprobatur: eius uero cauſam talem eſſe opinandum eſt, cauſam acceſſionum ubi non fuerit fixa ac ſtabilita, non ſeruare eundem terminum aut circuitum: ubi uero firmata fuerit, ſeruare: atque ideo difficulter ſolubilis eſt cauſa quæ fixa ac ſtabilita ſit: facile uero ſolubilis, quæ talis non eſt. Nam firmata, ut quiſpiã diceret, magnam uim demolientẽ expoſcunt, quę longo tempore, & per fortiora ac plura auxilia cõparantur.

Laſſitudinem habentibus in febribus: in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt. XXXI
D

Dictum & prius eſt quòd laſſitudinum nõnullæ quidem in multis accidunt motibus quæ ſimpliciter & proprie labores nominantur: quidam uero neq; multis, neque uehementibus acti motibus, laſſitudines pati conſueuerunt. Tales itaque labores, non labores ſimpliciter, ſed ſpontaneos labores nominare cõſueuerunt. Amborum autem ipſorum communis eſt locus perpeſſus: hic uero eſt totum genus in corporibus muſculoſum. Qui uero ex motibus pluribus labores accidunt, ipſis adeſt propriũ peculiare, caliditas articulorũ: quare in his nihil mirũ ad articulos abſceſſ⁹ decũbere: ut qui unà cũ muſculis laborauerint, atq; ultra modũ conca-

cõcaluerint. Spontaneis autem laboribus, una sola ratione euenit, ut fluxiones decumbant ad articulos, (sicuti & omnibus alijs ferè morbis qui per abscessus iudicantur) cum latiora ipsorum spatia prompte se habeant ad superfluitates suscipiẽdas. Rariores igitur in illis abscessus sunt, in laboriosis plures: & præcipue cum labor spontaneus fuerit, & ex ijs maxime quibus ex multitudine labor inest. Erit igitur in aphorismo sermonis hęc summa. Iis qui quomodocunq; in febribus lassitudinẽ habent: ad articulos, & circa maxillas præcipue abscessus fiunt. Hoc uero cõtingit propter eam quę est in febribus caliditatẽ, relata multitudine ad caput, mox inde suscipientibus illis qui circa maxillas adenes existũt, sicuti qui circa inguina & alas sunt, quãdo ad illas partes multitudo peruenerit.

XXXII

Quibuscunq; resurgentibus ex morbis, si quid laborauerit, hic fiunt abscessus.

Siquidem labor & uehementem significat motum & dolorem, & læsionem sicuti prius dictum est: liquet & quòd laborare, pluri uti motu significabit, & aliquem habere uel dolorem, uel lęsionẽ. In nonnullis igitur qui ex morbo conualescunt, apparet, quando humores morbum facientes nõ satis fuerint expurgati, sed quasdam reliquerint superfluitates, cũ laborantẽ siue dolentẽ partẽ quãpiã habuerint, illuc morbum decũbere abscessus: cum labor quidem habeat causæ rationem, dolor uero signi. Nam in uehementioribus motibus & uires fiunt imbecilliores, & caliditas maior accenditur: dolorq; iam fluxione decumbẽte perficitur. Hoc igitur, ut diximus, est signũ abscessus qui fit. Caliditas autem atq; imbecillitas ad locũ affectum prouehit superfluitates. Vtroq; igit(ur) (ut diximus) modo accipere possumus uerbum, laborare,: toti tamen sermoni qui nũc ab Hippocrate profertur, alterum magis cõuenit significatum: siquidem antea de laboriosis febrib. locutus, deinceps autem rursus, inquit: Sed & si quid antea laborauerit. Videtur enim prior aphorismus, cuius initium, Lassitudinẽ habẽtibus in febribus, de lassitudinib. morborũ habuisse sermonem: in eo autẽ qui nũc proponitur, de ijs qui fiunt in conualescentibus: in sequẽte uero, de illis qui morbum antecedunt.

XXXIII

Sed & si ante morbum aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur.

Siue quis uelit connectere duobus prioribus sermonibus illum qui nũc dicitur, ad unius aphorismi integritatem, siue seorsum unumquenq; scribere, nihil refert: nam & cõmunitas eorum ostensa est, & singulorum proprietas in sermone proposito. Dicetur autem & nunc à nobis denuo breuibus: Quando in morbo sensus aliquis lassitudinis fuerit, expectare oportet ægrotanti abscessum aliquem ad articulos fore, præsertim iuxta maxillas: Simili modo si quis ex morbo conualescens, parte aliqua corporis laborauerit, uel ante quàm ęgrotaret. Nam ut plurimũ solet ad talia decũbere, in illis uidelicet morbis in quibus sperat(ur) abscessus futurus, neq; morbus per excretionẽ antea iudicandus. Dicta sunt autem quædam & in præcedentibus de talium morborum dignotione, sed sermo uniuersus in commentarijs De Crisibus siue iudicijs est explanatus.

XXXIIII

Si à febre habito, tumore nõ existẽte in faucibus, strangulatio repente superuenerit, letale.

Licet & simpliciter accipere initium aphorismi in quo ait: Si à febre habito, tanquam ita dixisset: Si homini febricitanti, tumore nõ existente: Licet & cum maiori aliqua significatione, quemadmodũ solet in Epidemijs scribere, nõ simpliciter quouis modo febricitantem ostendens, cum dicit, Febris ipsum habebat, sed de eo cui magna insit febris, ita loquens. Contingit autẽ & sine magna febre, strangulatione repente superueniente, hominem interire. Ineuitabilior autem & citior mors, adeo ut neq; † ex inopinato unq; homo saluetur, cum uehemens febris detinet ægrotãtem. Indiget eñ huiuscemodi febris (ut in sermonibus De difficili anhelitu fuit à nobis ostensum) inspiratione abundanti: respirant uero nedum abundanter, uerum omnino parum, strangulati. Neq; enim aliud est strangulatio, nisi interitus subitus propter defectum inspirationis: qui fit ex angustia alicuius instrumẽti ex ijs quę obseruiũt respirationi. Nam talis angustia non sine his est quæ in eo genere sunt quod anhelitus carẽtia nominatur: quæ & ipsa fit uel propter imbecillitatẽ potentiæ illius quæ mouet thoracẽ, uel propter uehementẽ frigiditatẽ uitalis principij. Strãgulatio uero omnino fit ex angustia: angustia autẽ, uel repleta intermedia regione quæ inter thoracẽ est atq; pulmonẽ, aut pulmonis cauernis, uel aliqua inflammatione totũ occupãte uiscus, uel asperã arteriã, uel eã partẽ quæ est ueluti caput eius, quam nominant guttur: quæ etiã inflammatio fieri aliquando solet in præiacente spatio, quod fauces appellant. Nam & Homerus ita nominauit inquiens: Per fauces autẽ uinũ impellebatur. spatiũ illud laxius quod gulam & guttur præiacet, nominans fauces. Videtur autẽ & nunc Hippocrates hanc eandẽ partẽ eodem modo quo etiã Homerus, nominasse. Dicit igitur: Tumore non existente in faucibus: tanquã possibile sit ore multũ adaperto partẽ ipsam diligentius inspicere: qđ in gutture fieri nequit. Fiet igit(ur) sermo uniuersus huiusmodi: Si à febre habito strangulatio repente superuenerit citra tumorẽ fauces occupantem, letale est. Prisci etenim per tumorem & inflationem idem intelligebant. Neque nos latet triplicem esse tumorum differentiam. Vel enim sunt cũ dolore, quos iuniores inflammationes nominant: uel absq; dolore & duri, quos Græci scirrhos uocãt: uel sine dolore & molles, quos ijdẽ Græci proprie œdemata, id est inflationes appellãt: & propterea ab antiquo usu recessum est ut qui nõ omnia præter naturam incrementa sub uocabulo inflationis [illegible] complectan-

complectantur. Cum igitur fauces sine tumore apparuerint, strangulatio autem repente superuenerit, solius gutturis est huiuscemodi passio. Strāgulantur (ut dixi) & propter morbos alios, quos paulo antea dixi. Repente autem strangulari, soli gutturi inest. Morbus enim quē Græci peripneumoniam uocant, non repente strangulat ægrotantes, uerum paulatim ab initio incrementum suscipiēs usq; ad propriam consistentiam, in qua talem casum affert. Et si quod tuberculum & abscessus in pulmōe fit, hæc quoq; passio diuturna est: sicuti & spatium inter pulmonem atq; thoracē pure repletum, sæpius hominē strangulat, abscessu in ipsum disrupto, qui scilicet & ipse in longo tempore fuit constitutus. Nam asperæ arteriæ inflammatio difficultatem spirandi quidem aliquā efficere potest, B strangulationem uero non potest, propter magnitudinem meatus in ipsa latioris, & tunicę tenuitatem. Impossibile siquidē est corporis adeo tenuis inflammationem, spatium effatu dignum replere. Reliquum igitur est guttur, quod subitā possit facere strangulationē, quoniam ab ipso angustatur pulmonis meatus. Musculi quoq; eius interiores unà cum ambiēte tunica inflammationem patientes, uiā spiritus ualent intercludere. Nominant autem medici quidem talem dispositionē non per, s, synanchen, sed per, c, cynanchē: quibus placet faucium inflammationem per, s, synanchen nominare. Nōnulli uero & parasynanchen, & paracynanchen nominant. parasynanchen, quando adiacentium faucibus musculorū inflammatio fuerit: C paracynanchen autem quando extra guttur. Ex ijs igitur quæ dicta sunt, rationabile est talem dispositionem gutturi aliquem inferre dolorem: & uidetur Hippocrates eius manifeste meminisse in lib. Prædictionum, hisce uerbis: Fauces dolentes, tenues cum quadam difficultatę strāgulantes, uelociter exitium afferentes. Nunc uero dolentes non dixit, siue quia ex ijs quæ dixerat antea, poterat subintelligi: siue quia etiam absq; dolore aliquādo dictam putauit in præcedente sermone fieri posse strangulationem. Etsi omnino potest esse sine dolore strāgulatio: ex talibus causis potest fieri: Possibile est multitudine humiditatis, pituitosæ præsertim, madefaciente tunicam gutturis interiorē, fieri in ea absq; dolore tumorem. Possibile est etiā D aperientibus ipsum musculis crassioribus factis, meatū reddi angustiorē. Contingit & utrunq; cōiungi. Illudq; impossibile non est ut propter superfluam siccitatem musculi gutturis intrinseci supra modum extenti, meatum reddāt angustiorē. Qui uero sint hi musculi, & quomodo claudāt guttur, ostensum est in tractatu qui De uoce inscribitur.

XXXV Si à febre habito collum peruertitur, & uix potest deuorare, sine ullo tumore, letale est.

Non amplius adiecit hic locum in quo inquit, Tumore non existente: sicuti in præcedenti aphorismo faucium meminit, inquiens: Tumore non existente in faucibus. Nos uero dicemus alterum duorum uel ex communi subaudiēdum esse in faucibus, uel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinsecus tumor, hominem uero contigerit nō posse deuorare, casus est exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando musculorū qui gulę preiacent, aliquando gulæ ipsius. Est enim quædam societas partib. his per neruos ac ligamēta & ad spinalem medullam, & ipsam ambiētis membranas, ac præterea ossa uertebrarum quę his extrinsecus adiacent. Extentis itaq; ad partes inflammatas & ligamentis & neruis, trahi uertebras uel intra uel ad latus est necessarium: si in altera nerui propagine fieri tentionem contigerit, ad latus: si in ambabus, intra. Plenius autem de istis dicemus, librum De articulis exponētes, in quo ait fieri spinæ euersiones tuberculis crudis intra ipsam cōstitutis. Igitur in libro illo & gibbos fieri dixit tētis intra uertebrarū partibus, nō solum recuruationes, & obliquationes. In secundo siquidem libro Epidemiarum, de proposita nunc in aphorismo angina uerba faciens, inquit: Erāt autem anginam patientiū tales affectus: colli uertebræ intrò uergebant, & extra apparebat collum habere cauitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; sermone unam ostendit uertebræ euersionē ad intra factam: in præsenti uero aphorismo generaliori utens sermone, inquit: Si collum euertatur. Verbum enim euerti omnem quæ est ad id quod præter naturam, euersionem ostendit rectitudinis uertebrarum. In secūdo autem libro Epidemiarum sermoni adiecit: Et hoc tactū dolebat. Hic uero nihil de dolore dixit: atqui necessarium est adesse dolorem unà cum ea quæ collum obtinet inflammatione. nisi & hic eā quæ fit propter siccitatem excedētem, tentionem, tractum, & euersionē partium tātummodo ostendit: & propter hoc ipsum casum inquit esse exitialem: cum alter qui prouenit ex inflammatione, nō sit omnino exitialis, qualis erat prior, cui coniūcta erat strāgulatio. Neq; enim est ęquale periculum, si homo stranguletur, & uix possit deuorare. Verū si propter excedentē siccitatem id accidat, & collum euerti, & uix posse deuorare, letalis est casus, & præcipue cum uehemens est febris: ut uerba illa Si à febre habito, etiā in hunc sensum accipiantur. Ob hanc autem febrem ipsam, etiam immodicam fieri par est in membris siccitatem: & duplicē habebit febris uehemens ad mortem rationem: & quia ut signū erit quòd fiat euersio propter siccitatem, & deuorandi difficultatem: & quia ipsa quoque aliquid afferet, ut una ex causis perducentibus ad mortem.

XXXVI Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & undecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & uigesimo, & uigesimoseptimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicāt morbos. Qui uero non ita fiunt, laborem significant, & morbi longi-

bi longitudinem, & recidiuam.

Non sudores tantum, sed alui excrementa effatu digna, & urinæ multæ, & iuxta aurem abscessus, uel aliquem alium articulum, in dictis diebus optime apparent. Sermo enim in uniuersum est talis, Iudicatoria signa, ac casus in diebus iudicatorijs incipiant. Ac sermo quidē ita prolatus sufficiebat: uerū Hippocrates non de omnibus ipsum fecit iudicatorijs, sed de sudoribus tantū: & nobis memoriæ subiecit iudicatorios dies qui sunt intra quadragesimū. Morbi eñ istis diuturniores, non admodum solent per sudores iudicari, sic uti neq; omnino per excretiones, sed uel per concoctionem, uel per abscessus. Quòd uero nō omnis numerus dierum sit ad iudicandū idoneus, experientia manifeste demonstrat. & quispiam admiraretur illos qui aiunt nullā in illis esse differētiam: melius est enim, ex ijs quæ apparēt manifeste, eos discere differentiā: causam uero eius quod fit, per multū ociū considerare: quod nos in tractatu De diebus iudicatorijs egimus, id quod ad artis refert utilitatē, in primis duobus cōmentarijs transigētes: causas aūt ipsorū tētantes in tertio perquirere. Nō parua aūt est de diebus scriptis in Aphorismo discordia, cū alij alios pro arbitrio scribant. Nos uero illa secuti quæ ab ipso Hippocrate scripta sunt & in Prognostico, & Epidemijs, & hoc Aphorismorum libro, ipsorum fecimus cōnumerationem. Verba autem quibus de hisce diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tractatu De iudicatorijs diebus & de iudicijs collecta. Nūc uero à tertio incipit, qui anticipat quartū in breuioris temporis morbis: & post hunc quintū scripsit uno die quarto tardiorem. Sic enim ferè in omnibus exēplarib. inuenies, cū quartus dies in aphorismo nondum esset ascriptus, quāuis hic dies sit primus iudicatorius. Veruntamē ipsum nūc prætermisit uel ipse Hippocrates, uel qui primus librū transcripsit. Si uero omino Hippocrates illū prçterijt, hanc ob causam ipsum existimo istud fecisse, quoniā morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicantur, tertio & quinto die magis quàm quarto iudicium suscipiunt. Rariores enim sunt qui die quarto iudicantur: atq; hoc à me fuit inuentum †per experientiā cū ob hoc ipsum ualde admodum inquirerem qua de causa dies quartus fuisset ab Hippocrate in aphorismo prætermissus. Hoc autem uidetur accidere quoniā morbi peracuti primam statim accessionem uehementissimā habent, & reliquas illis proportionales per diem tertium. Didicimus autem quòd in uehementioribus accessionibus iudicia fiūt, & quòd morbi qui in diebus imparibus accessionem habēt, citius iudicanť: qui uero paribus, tardant. Atq; ideo si etiā in principio aliquis morbus incitatur, hoc magis accidit in diebus imparibus; si tardare debeat, ad dies pares uehementiores acceßiones transferuntur. Hæc habeo quæ dicā de die quarto. In fine autē aphorismi, nōnulli trigesimū primū diē, nōnulli

Per experientiam, non habetur in Græco

A trigesimū quartū scribunt. Scimus autē hos in dierū iudicantium numero cōtineri: & fortasse trigesimus quartus maiorē uim habet: nō tamē quadragesimi meminit, fortasse quia hunc principiū morborum longorum existimauit, qui nō admodum per sudores iudicantur. Nam & trigesimū primū, & trigesimum quartum, & ante ipsos uigesimum septimum raro inuenimus per sudores iudicare.

Frigidi sudores, cum acuta quidem febre, mortem: cum mitiori autem, longitudinē morbi significant. XXX VII

Quòd quidem ita fiat, sæpius experientia docet. Causa uero huius explorāda. Nam plurimam mihi uidetur habere dubitationem, quomodo fe- B bre calidissima hominē detinente, sudor fiat frigidus. Quòd igitur in alijs partibus corporis fit necessarium esse uehementē caliditatē, ex alijs uero sudores frigidos euacuari, est manifestum. Essent eñ calefacti, si ex partibus calidissimis efferretur. Euacuanť autē ex cute sudores, quam frigidā esse cōtingit, cū tamē ea quæ sunt sub ipsa, comburantur. Nam quibusdam humoribus putrescentibus, ostensum est febres acutas fieri. Hi uero putrescūt sæpius quidem in toto corpore, sæpius uero in uasis solis. Cum uero hæc aliquando duo contigerint, humores qui sunt in uasis, putrescere, & eam quæ solida corpora regit naturam (quæ secūdum Hippocratē est calor naturalis) uel extingui omnino, uel proximam esse extinctioni: quę quidem ex C his euacuantur, frigida sentiuntur; eam uero quæ fit ex putredine caliditatem, nihil prohibet uehemētissimam esse, atq; ideo signū est exitiale, ostendens in animalis corpore humorum multitudinē superabundare, tantam habentium frigiditatem, ut neq; à calore natiuo, neq; à febrili calefiant. Tepidis siquidem existentibus febribus cōtingit saluari hominem, concocta in processu tēporis multitudine frigidi, atq; euicta à natura. Acuta enim febris, causa est & signum perniciosissimum. Causa quidem, quia prompta est ad dissoluendum corpora: signum autem, quoniam humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit, ut quæ neq; à calore febrili transmutetur. Febris uero quæ non est acuta, sed† mitior, permittit tēpore longiori à na- D tura multitudinem concoqui, cum non anticipet dissoluere hominem: non est autem signum adeo perniciosum sicuti uehemēs febris. Contingit eñ in tepida febre, etsi modice frigida multitudo fuerit, incalefactam permanere.

Mediocris μέτριος

Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum. XXX VIII

Si per totum animalis corpus morbus extenderetur, ex toto etiam æqualis fieret euacuatio. Fiunt enim sudores uel natura humiditatem superfluam euacuante, (quando & optime iudiciū fit) uel quando non continetur in corpore, morbi ratione. Sed siue hoc, siue illo modo fiant, membrorum patientium humiditatem euacuant.

XXXIX Et qua parte corporis calor aut frigus, ibi morbus.

Qua parte corporis insignis aut caliditas aut frigiditas fuerit, in ea morbum necessarium est esse. hæc siquidem exiit à temperie naturali, quæ sanitas est.

XL Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, uel rursus calefiat, uel color alter ex altero fiat: longitudinẽ morbi significat.

Dispositiones uariæ diuturniores semper sunt, quã quæ sunt uniusmodi, cum non possit natura in paruo tempore multas†conficere dispositiones.

XLI Sudor multus ex somno factus absq; causa manifesta, corpus uti pluri cibo significat. si uero cibum non accipienti hoc accidat: scire oportet quòd euacuatione corpus indiget.

Nonnulli ita scribunt aphorismum: sudor multus ex somno factus sine causa manifesta. Alij Sine aliqua alia causa. Verũ hæc etiamsi nõ adijciantur, millies in mille sermonibus ab ipso prætermissa intelliguntur: quia etiamsi non dicantur, tamen subaudiuntur à nobis: ut qui semel ab ipso didicerimus ꝙ qui à causa extrinseca, non ex dispositione corporis casus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionẽ. Hoc itaq; semper oportet meminisse. Quod uero in præsenti aphorismo docet: in uerbo, multus, adiecto, maxime consistit. Si enĩ sudor multus non esset, posset & propter uiriũ imbecillitatẽ, & corporis raritatẽ accidere. Ipsius uero multitudo, altera duarum causarum fit, uel propter ciborũ qui sunt recenter assumpti, immoderantiam, uel illorum qui antea. Quòd si propter recenter assumptos, prohibere oportet ne plures assumant: ꝙ si propter prius assumptos, euacuare.

XLII Sudor multus calidus uel frigidus superfluens, frigidus magis, calidus minus significat morbum.

De sudoribus qui in diebus iudicatorijs fiunt, dictum est prius: de ijs uero qui in toto morbi tempore apparent sine iudicatione, in hoc ostendit aphorismo: difficiliores quidem inquiens esse frigidos sudores, minus uero his malos, calidos esse. In dicant siquidem utriq; multitudinẽ adesse, sed alteri frigidã, qui & peiores sunt: alteri calidam, qui & minus illis sunt exitiales.

XLIII Febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ. Quocunque autẽ modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Quòd Hippocrates per uerbum, intermittere, accessiones intelligat quæ in quietem febre uacantem desinunt, manifestum fecit in hoc aphorismo, febres illas quæ per tertiam accenduntur, si quouis modo quieuerint, inquiẽs esse absq; periculo.

A Solæ enim illæ quæ in quietem febre uacantẽ desinunt ex his, periculo carẽt, etiam si uehemẽtissimam & satis longam habuerint accessionẽ. Si enĩ adeo breuis fuerit, ut in tertianis exquisitis, minori duodenis horis tẽpore circũscripta: non modo sine periculo talis est febris, sed etiam cito iudicatur: Si uero longior, ut si ad decem & octo horas prorogari contingat: est quidem & hæc citra periculum, sed tanto longior, quanto & eius accessio maior extiterit ꝙ tertianæ exquisitæ. Non absq; ratione autem eas quę in quietem febre uacantem desinunt, esse absq; periculo inquit: ut quę non ex inflammatiõe aliqua, neq; ex maligna humorum putredine occasionem habeant. Neutra enim harum ad quietem peruenit febre uacantem. B Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur, hoc est, siue uehemens siue longa fuerit accessio.

XLIIII Quibus febres longæ, ijs tubercula uel labores in articulis fiunt.

Nõ semper hoc, sicuti neq; quicꝗ aliud huiusce modi, sed magna ex parte uidelicet, contingere uidetur. Causa autẽ est manifesta. Nam propter multitudinẽ & crassitudinem uel frigiditatẽ, uel tenacitatẽ humorũ efficiẽtium febres, in longũ tẽpus morbi extenduntur, cum longũ exigant tẽpus ad coctionẽ. Par igitur est & tubercula ab eis fieri, & ad articulos superfluitatem decumbere. Siue autẽ per labores dolores intellexerimus, siue læsionẽ: C uterq; intellectus habet rationẽ aliquam. Vtrũq; enim horum ad abscessus sequitur.

XLV Quibus tubercula, uel in articulis labores fiunt, ij pluribus utuntur cibis.

De conualescentibus†docet. His enim repletis rationabile est plenitudinis casus aduenire & maxime ob uirium imbecillitatem.

XLVI Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili: letale est.

Non idem est si quis dixerit, si inciderit, & si incidat. Verbum enim inciderit, unum significat rigoris insultum: incidat uero plures. Semel igitur D rigore incidente, nondum liquet an mors, an iudicatio optima sit secutura. Potest enim & propter uiriũ imbecillitatẽ casus esse letalis: potest & iudicatio periculosa, bonũ tamẽ habere finẽ. Sæpius uero fieri rigorẽ febre nõ deficiente, & alioqui bonũ non est: in uiriũ autẽ factus imbecillitate, perniciosus. Nam si aliqua euacuatio rigorẽ subsequatur, quæ nullã facit intermissionẽ: propter utrũq; hominẽ dissolui uerisimile est, & quia uis imbecillis ferre nõ potest rigoris agitationẽ, & quia ab euacuatiõe dissoluitur. Si uero solus accidat rigor, nulla euacuatione subsequẽte: utroq; modo casus caret bonitate. Nã & sicuti mala causa, uim corporis tãget: & malũ signũ erit ultimã illius indicans imbecillitatẽ, quæ solita sit noxios humores in rigoribus euacuare, nunc autẽ id efficere nõ possit.

Excrea-

XLVII Excretiones in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ, omnes malæ. Et ſi bene exeũt, ſiue per alui excretionẽ, ſiue per urinas, bonæ. Siue uero nõ aliquid eorum quæ iuuant, per hęc loca excernitur, malũ.

Forte cõueniens fuerat doctrinæ aphoriſticæ, dici compendioſius, omnes prauas excretiones cum bene exeũt, ad bonum terminari. Hippocrates uero non ita locutus eſt, ſed primum quidem trium generum excretionum meminit, eius quæ per os fit, eius quæ per aluum inferiorem, & tertiæ quæ per urinas: deinde illius quę fit per os, magis particulatim. Non enim ſimpliciter dixit prauas excretiones bene exeuntes, bonas eſſe, ſed ſpeciatim ipſarum meminit, inquiens: Liuidæ, cruentæ, fœtidę, & bilioſæ. Vna autem communis eſt in hiſce omnibus ratio: Malæ excretiones ſunt prauarum ſigna diſpoſitionum: prodeuntq; ſæpius eodem modo quo in ulceribus putridis, à quibus liquores ſanioſi defluunt, nihil diſpoſitioni cõferentes: nonnunquam uero ſicuti pus, ex abſceſſu diſrupto bene expurgans partem patientem. Indicia uero quòd bene excernatur, maxima quidẽ ſunt & coctio & bona tolerantia, cũ ipſis uero & morbi ſpecies, & poſt ipſam tempus anni, regio, ætas, natura ægrotantis. Quod autẽ eſt in fine aphoriſmi, duobus modis ſcriptum inuenitur. In quibuſdam ut ſupra ſcriptum eſt, ſi uero non aliquid eorum quæ iuuant excernatur: In quibuſdam uero ſine particula non, hoc modo, ſi uero aliquid eorum, quæ iuuant, excernatur. Et erit ſecundum primam ſcripturam ſermo talis, ſi aliquid eorum quę non iuuant excreta, uidetur euacuatum: nõ eſt bonum. Secundum uero ſecundam ſcripturam, ſi aliquid eorum quæ iuuant, & ſunt animali cõuenientia, excernatur: non eſt bonum. Melior autem eſt ſcriptura prior.

XLVIII In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores uruntur, & ſitim habeat, letale eſt.

Dignum animaduerſione eſt nunquid huiuſce modi caſus poſſint in febre fieri intermittẽte. Ego enim neq; uidi, neq; animo capio. Videntur ſiquidem in pernicioſis tantũ accidere febribus, ut quę cauſones ab incendio nominantur, uel ſi aliter libet appellare, ualde malignis, ueluti lipyrijs. Nulla uero febris alia corpus intus urit cute refrigerata. Neq; enĩ mitior cauſon, neq; tertiana: quę duæ febres præ cæteris ſunt calidiſſimæ. Videtur itaq; non diſtinctionis gratia in aphoriſmo adieciſſe: In febribus non intermittentibus, ſed ſimilem protuliſſe ſermonem illi quo dicitur, Vertebræ autem quæ in ſpina ſunt: non quaſi in aliqua alia corporis parte ſint uertebræ, ſed ueluti ſi ita diceretur: Vertebræ, quibus hoc ineſt ut in ſpina ſint: ita & nunc ſermonem Hippocratis accipiemus: Si profundæ partes urantur, cute refrigerata, letale

A eſt. Fit autem hoc in nonnullis febribus nõ intermittentibus. Cauſa uero huius talis exiſtit: Quando aliqua fortis inflãmatio in corporis parte profundiori, uel eryſipelas euenerit: totus ex toto corpore ſanguis ad locum trahitur patiẽtem, atq; ideo uruntur profunda, cutis autẽ refrigeratur, ut fit in principijs acceſſionum.

XLIX In febre non intermittẽte, ſi labrum uel palpebra, uel ſupercilium, uel oculus, uel naſus peruertatur, uel non uideat, uel non audiat: iam debili exiſtente corpore: quicquid horum euenerit, mors proxima eſt.

Partium fiunt peruerſiones, extentis atq; cõtra- B ctis ad propria principia ijs qui ad eas nerui pertingunt. Quòd autem extẽdantur, accidit propter inflammationes, duros tumores, ſiccitates, & frigiditates immodicas. Hæc autẽ grauia ſunt quando prope neruorum originem fuerint conſtituta. Quare cum febris continua fuerit, & æger debilis, non abſq; ratione mortem eſſe uicinam eſt exiſtimandum: multo autem magis quando uel non audit aliquis, uel non uidet, propter uirtutis ſenſibilis debilitatem.

L Vbi in febre non intermittẽte difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, letale.

Fit nonnunquam ex eadem cauſa horũ utrunque, & difficultas ſpirandi, & delirium, patiente ce- C rebro: & tunc apparet ſpiritus (ut ipſe in Prognoſticis inquit) magnus ex multo interuallo, hoc eſt, magnus & rarus. Contingit & propter aliquam earum partium quæ reſpirationi obſeruiunt, paſſionẽ, ſpirandi difficultas. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis atq; pulmonis paſſiones, ſpirandi faciunt difficultatem. Hæc autem omĩa periculoſa ſunt, febre præſertim continua adiuncta: Nam ſemper cũ tali fieri conſueuerunt. Quare & hic uerba illa, Cum febri non intermittente, eadem uidentur ratione eſſe dicta, qua etiam in aphoriſmo antecedente.

LI In febribus, abſceſſus qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſi- D gnificant.

Sermo ita clarus eſt, ut forte Hippocrate non indiguerit. Liquet enim quòd eo ipſo quòd ad primas iudicationes non ſoluũtur huiuſcemodi paſſiones, ſint diu duraturæ.

LII Quicunq; in febribus uel in alijs morbis ſpõte illachrymant, nihil abſurdum: qui uero non ſponte, abſurdius.

Dictum quidem & in Prognoſtico, lachrymari non eſſe bonum ſignum, quando uidelicet oculus ipſe nullum affectum habet proprium ac præcipuum, ueluti lippitudinẽ, uel in palpebris aſperitatem, uel tale aliquid. Nam debilitas quædam oſtenditur potentiæ contẽtiuæ, quando etiã ſi talia non

non adsint, illachrymant. Non recte autem scriptum fuit absurdius comparatiue, melius enim fuerat absolute absurdum dicere. & mihi uidetur hic error culpa magis primi librarij, quàm ipsius Hippocratis contigisse.

LIII Quibus circa dẽtes in febribus quidam lentores nascuntur, ijs fortes fiunt febres.

Nec enim nasci possunt huiuscemodi lẽtores sine caloris multitudine pituitosiorem humiditatem exiccante.

LIIII Quibus plurimum siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum siti infestantur.

Siccas tusses illas nominant, in quibus nihil expuitur. Fiunt autem aliquãdo ob intemperiem instrumentorum quæ obseruiunt respirationi: aliquando fauciũ asperitate, uel aliquo tenui & pauco humore destillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madescunt loca quæ ad asperam pertinent arteriam, & ideo minus siticulosi fiunt. Nam si asperitas sola fuerit, propter motum in tussi factum, ex locis uicinis humor aliquis attrahitur: sic autem & si sola fuerit intemperatura.

LV Ex inguinum tumoribus, febres omnes malæ, præter diarias.

Febres diariæ omnes ab ipso uocãtur, quęcũq; sui ratione una die durant. Tales autẽ sunt & quæ ex tumorib. inguinũ proueniũt, quando ex causis manifestis consistunt. Alios uero tumores inguinũ qui sine causa manifesta fiunt, uerisimile est, ex uiscerũ inflammatiõib. fieri: atq; ideo febres quę unà cum ipsis eueniunt, malas esse.

LVI Febricitanti sudor superueniens febre nõ deficiẽte, malũ. Prorogatur enim morbus, & multam significat humiditatem.

Quòd oportuit hunc aphorismũ cũ altero paulo antea dicto coniungi, in quo dicit: Sudor multus, frigidus uel calidus semper fluens, ipse ostendit, & quo pacto talem sudorem dixerit esse malũ, & propter quam causam. Malus itaq; existit, quia cum hoc ꝗ morbum non soluit, ipsum etiam prorogari significat. Causam uero prorogationis, multam ait esse humiditatem: quam cum lõgiori tempore dissoluat ac concoquat natura, necessarium est morbum esse longum.

LVII Qui à conuulsione aut distentione neruorũ tenetur, febre superueniente liberatur.

Est quidem & distentio, neruorũ cõuulsio, sed nõ uidentur in ipsa partes conuulsæ: quoniã ęqualiter ante & retro tenduntur: atq; ideo præcipuũ illi nomen est datum distentio: ita ut omnes cõuulsiões sint numero tres, Gręcis uocabulis: Opisthotonos, id est tẽtio ad posteriora: Emprosthotonos, id est tentio ad anteriora: & Tetanos, id est ęqualis

A tentio, nominatę. Omnes uero cõuulsiones secundum ipsum fiunt uel ex repletione, uel ex euacuatione, partiũ uidelicet neruosarũ. Quæcũq; igitur conuulsiones ad febres ardentes sequuntur, has par est fieri ex siccitate. Quæcũq; uero suopte initio inuadunt, ex repletione habẽt generationem. His conuulsionibus febres aduenientes, partim quidem superfluam dissoluũt humiditatẽ, partim calfaciunt frigiditatẽ: quæ duæ sunt medicis remediorum intentiones. Non absq; ratione igitur in febribus †ardentibus letales sunt conuulsiones, non letales uero quæ febres antecedunt. Ardentibus, in Græco non est

LVIII A febre ardente habito, rigore subueniente, solutio.

B Ostensum enim est in sermõe De rigore, ob flauam bilem, quæ per mẽbra sentiẽtia ueloci motu defertur, fieri rigorẽ, post quẽ uidelicet & alui absoluuntur, & sudores & uomitus biliosi superueniunt. Bile igitur ex qua febris ardẽs habuit ortũ, expurgata, soluitur febris. Nam febrẽ ardentẽ fieri nouimus, quando æstiuo tẽpore uenæ exiccatæ acutos ac biliosos ad se liquores attraxerint.

LIX Tertiana exquisita, septenis circuitib. quod longissimum est, iudicatur.

Tertiana febris, ab ea quæ ardens nominatur, humore faciente nõ differt. Vtraq; enim à flaua bile fit. Differunt autem, quoniam febris ardens habet in uenis unà cum sanguine flauam bilem †plurimam & ebullientem: tertiana uero eandem bilẽ habet in totum corpus delatam ac motam. Exquisita igitur tertiana erit quę suijpsius naturã puram sincerãq; seruat. Seruat autem, ubi flauam bilem habet (ut dixi) delatam & motam, & præterea tẽpus æstiuum, & locum tempori similem, calidum uidelicet ac siccum, & hominis ætatem & temperaturam similem. Statim autem in tali tertiana accessio fiet cum rigore: & solutio cũ sudore, uel per uomitum aut aluum inferiorem flaua bile euacuata, uel omnibus istis pariter factis. Erit & huic tertianæ tempus accessionis minus multo quàm quietis. Duobus siquidem diebus, & totidẽ noctibus toto eius perfecto circuitu, exquisitam tertianam nunꝗ inuenies extra duodecim horas suã accessionem protẽdere. Talem igitur ait Hippoc. in septem circuitibus, quod longissimum sit, iudicari. Quod enim in continuis una dies potest, hoc in intermittentibus accessio. Ad istarũ igitur cõnumerationem, earũ fiunt iudicatiões. Hoc ipse in Prognostico innuit, ubi de quartana loquitur, ita inquiens: Fit autem & quartanarum consistentia ex ordine tali. Estq; à nobis obseruatum, tũ in quartanis, tũ in tertianis, fieri iudicationẽ ad numerũ circuituũ, non dierũ. Statim itaq; in tertiana febre septima ab initio accessio in tertiũ & decimũ incidit diem, & sępius in ipso morbus iudicatur, nõ expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis continuis acutorũ quidẽ morborũ terminus est quartus decimus, peracutorũ uero septimus: sic in intermit-

Redundantẽ πλεονάζουσαν

termittẽtibus, breuissimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum septimum. Rursus autem sicuti in peracutis, morbus poterat iudicari & in quinto, & quarto, & in tertio die: sic & in tertiana in eisdem circuitibus fieri solutionẽ cõtinget, non expectante natura septimum circuitum. Hippocrates igitur tertianã aliquando cũ adiectione exquisitam, talem nominat: aliquãdo uero simplici appellatione cõtentus, tertianam tãtummodo: sicuti & nunc quoq; consuetudo Græcorũ est, huiuscemodi res omnes dupliciter nominare.

LX Quibus in febribus aures obsurduerunt: sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata soluit morbum.

Dictum est ab ipso & antea surditatẽ fieri si biliosa excremẽta retineãtur, & ad caput recurrant: & talem solui surditatẽ, si aluus turbetur. Dictum est & nũc ab ipso hoc idem, & præterea de profluuio sanguinis è naribus. Etenim & hoc soluit surditatem, eam uidelicet quæ in febribus fit absq; ulla propria atq; præcipua instrumenti auditus passione. nihil autem mirum est si euacuatis aut transmutatis noxijs humoribus morbi cessant.

LXI Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.

Nescio utrum hunc aphorismum Hippocrates scripserit, an fuerit à quopiam ascriptus. siquidem in Prognostico dierum iudicãtium incremẽta ac cõposititiones fieri in quaternis edocuit, & in hoc ipso Aphorismorum libro, atq; in Epidemijs etiã, non modo die quartodecimo multos uidit iudicatos, sed & uigesimo, & quadragesimo, & sexagesimo, & octuagesimo. Iudicant autem ipsi & uigesimaquarta, & trigesimaquarta, & ab initio protinus quarta. Quomodo igitur ait nũc quòd nisi in diebus imparibus febris cessauerit, non sit fida iudicatio? Melius est itaq; pro imparibus scribere iudicatorijs, ut quibusdam uisum est. Multa siquidẽ exẽplaria in numero plurali, & imparibus, & diebus, scriptum habent.

LXII Quibus in febribus morbus regius ante diẽ septimum accidit, malum.

Morbus regius interdum quidem ex iudicatione prouenit, reponẽte natura ad totum corpus, & præcipue ad cutẽ, flauam bilẽ. Fit autẽ & huiusce modi casus, hepate se male habẽte. Ipsius uero affectus ex quibus morbꝰ regius solet aduenire, tres sunt, tumor durus, inflãmatio, & obstructio. Verũ tumor durus, diutinus morbus existit: inflãmatio uero & obstructio etiã repẽte fieri possunt. Ac regij morbi qui ante septimum accidunt diem, ex aliquo istorum ortũ habent: nam citius non potest iudicatoriè bilis ad corpus effundi. Ante septimũ itaq; diem, morbum regium esse malum, uerum existit: non tamẽ post septimũ uacare periculo, est pariter uerũ: neq; hoc nunc dictum est. Potest em̃ & inflammatio & obstructio longiori tẽpore permanere: ante septimum autem, iudicatoriè bilem effundi est impossibile. In quibusdam uero exemplaribus adiectum est aphorismo circa finem: nisi humores ex aluo prodeant. uolentibus ijs qui hęc adijciunt, per aluum bilem expurgari.

LXIII Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.

Cum bile per omnem corporis habitum mota rigores accidãt, & ob id singulis accessionibus expurgetur atq; euacuetur: nõ absq; ratione ad infebricitationem peruenit taliũ febriũ intermissio. Hoc igitur est quod nunc dictum est ab eo: quotidie febres soluũtur. ac si dixisset ægrotos quotidie sine febre fieri. Queadmodum autẽ si quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres cessant: sic & si tertio quoq; die, aut quarto. quod proculdubio etiam fieri uidemus & in tertianis, & in quartanis circuitibus, in quibus & febres soluuntur, & rursus redeunt. remanet tamen quædã dispositio præter naturam in corpore, à qua secũdum circuitum aliæ febres & ægritudines generantur.

LXIIII Quibus in febribus morbus regius septimo, uel nono, uel undecimo, uel quartodecimo superuenerit, bonum, nisi dextra pręcordia obduruerint. si uero non, non bonum.

Qui ante hunc scribitur aphorismus, absq; ordine mihi uidetur fuisse interiectus. Melius em̃ fuisset hunc qui nũc scribitur aphorismũ, illi fuisse cõiunctum, in quo ait: Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum. ut totus sermo talis procedat: Ante septimum quidem diem morbum accidere regium, malum omnino: post septimum uero, bonũ: nisi dextra præcordia obduruerint, id est, nisi aliquis malus affectus ex ijs quos antea diximus, uisceri hoc est hepati acciderit: expurgato quippe in ipso sanguine, & bile translata ex eius uenis ad meatus bilem excipientes. Siue autem obstructio fuerit in locis ad quæ transfertur, siue inflammatio aliqua, uel durus tumor: necessarium est omnino non expurgari sanguinem, & unà cum ipso bilem per totum corpus deferri, hincq; morbum regium generari.

LXV In febribus circa uẽtriculum & fortis ęstus, & cordis morsus, malum.

Quòd non solũ ei uisceri quod sua natura palpitat, cardia, hoc est cor, nomẽ fuit apud antiquos, sed etiam ori uentriculi, pro confesso habetur apud omnes: sicuti etiã q̃ cardialgian, id est cordis dolorẽ, huius partis dolores appellant: uerbũ autẽ cardiossein, id est corde morderi, plurimi exponentiũ aphorismos, pro cardialgein, id est corde dolere acceperunt: nõnulli ipsius uisceris motũ quendã palpitationi similẽ, per cardiogmon uerbũ, id est cordis morsum intellexerunt. Fortis itaq; uentriculi æstus à flaua bile in ipsius tunicis ebulliente generatur. Rationabiliter autẽ ijs qui ita sunt affecti, & uẽtriculi

uetriculi mordetur os, atq; ob id malus est casus. Si quis uero per cordis morsum crebrum & uelocem cordis motum, eum præcipue qui palpitationi similis sit intellexerit: extremũ ex eo malum significatur, uim uitalẽ maximo incendio laborare.

Cordis palpitatio, & tremum malum.

LXVI In acutis febribus conuulsiones, & circa uiscera dolores fortes, malum.

Febres uehemẽtes, ueluti ignis neruos exiccantes, eos extendunt atq; cõuellunt, atq; hoc modo malas afferunt conuulsiones. Nonnunq; uero & uiscera ipsa in tali affectu dolorẽ sentiunt, propter incendij uehementiam, ac siccitatem: atq; idcirco malum esse inquit. Peior autem fuerit si fortes dolores acciderint. Scimus autẽ propter inflãmationem, uel erysipelas, uel fortem obstructionẽ, uel abscessum aliquem, in uisceribus dolores fieri, sed uerisimile non est ut de his nunc sermo habeatur ab ipso. Manifestum est enim periculum, quod in ipsis est: necessario tamen non adiungitur cõuulsioni. Cũ Hippocrates in febribus dicit morbos febriles, intelligit quando febres ipsæ sunt passio, & non casus partis alicuius, quæ aliquo dictorum affectuum laboret.

Febris morbus. febris symptoma.

LXVII In febribus, ex somnis timores, uel conuulsiones, malum.

aph. 1. lib. 2. Dictum ab ipso & antea fuit q somnus lædens ægrotantẽ, mortalis est: qui autẽ non lædit, nõ est mortalis. ubi & exẽplum sermõis adijciẽs, inquit:

aph. 2. lib. 2. Vbi deliriũ somnus sedat, bonũ: uti somno existẽte aliquo ex quo deliriũ non sedatur, sed excitatur aliquando ac generatur. Verũ & hic alia dixit exẽpla noxæ ex somno adueniẽtis, timores, ac cõuulsiones. Quidam uero non timores scribunt, sed labores: Sane q; nos sæpe uidimus in morbis exitialibus & timores & labores & conuulsiones ex somno fieri. Hoc autẽ uidetur contingere quãdo in somnis ad cerebrũ humor infestus peruenerit, tũc magis intra q extra natura mota. At profecto ut à cibo ad somnũ conuersi, implent caput: sic in plethoricis dispositionibus, somni ipsum replẽtes, aggrauãt cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad atræ bilis naturã uergit, timores fiunt: sin talis non fuerit, labores ac cõuulsiones. Somniq; proculdubio semper nocerent, quatenus ad profundum & uiscera materia fluit, nisi coctiõis ratiõe plus afferrent utilitatis q sit damnũ quod ex motu ad interiora consequitur. Non solum autem in cerebro ipso mali humores aceruati tales afferũt casus, sed & in ipso ore uẽtriculi: quare & in somnis magis euaporant, cum incocti permaneãt; sicuti coctiones utiles somnos inducunt.

A cibo ad somnũ non nec. . . , replent caput.

Somni semper nocerent, nisi coctione iuuarent.

LXVIII In febribus spiritus offendens, malum. conuulsionem enim significat.

Spiritum intelligendum est ipsum dicere, sicuti in Prognostico, respirationẽ: qui ubi offendit, hoc est in medio sui interruptus substiterit, conuulsio-

A nẽ significat. Etenim fit mouentibus thoracẽ musculis ac neruis iam cõuulsioni paratis: qua dispositione insuper aucta, & plures occupãte partes, manifesta conuulsio hominẽ apprehendet. Cũ uero duplex sit in respiratione motus: alter quo spiritus fertur ad interiora, inspiratio dictus; alter quo fertũ ad exteriora, cõtrariã is accepit appellationẽ, expiratio nominatus. Offendit autẽ spirit? aliquãdo quidẽ inspirantibus, sicuti cũ ipse dicit: duplex intro reuocatio, ueluti inspiratio: Aliquando expirãtibus, sicuti cũ dicit: Et spiritus offẽdit extra delatus. In his igitũ, utriusq; partis respirationis seorsum meminit: in ꝓposito autẽ aphorismo de tota ipsa ꝓnũciãs, inqt: Spiritus offendẽs, siue in motu ad intra, siue ad extra, siue ad utraq; tale qd patitũ.

Spus offendens inspiratus, vel expiratus.

B

LXIX Quibus urinæ crassæ, grumosæ, paucæ, non sine febre, multitudo ueniens, ex his tenuis iuuat: præcipue uero tales ueniunt quibus ab initio, uel breui sedimentũ inest.

Coar. pr.

Non simpliciter urinas crassas dixit, sed & grumosas adiecit, duorum alterũ ostendens, uel crassitudinis quantitatem, uel consistentiæ inæqualitatem ac diuulsionem, ita ut plures ipsarum cõsistentiæ ueluti grumi circumscriptæ appareant. Nonnulli uero non grumosas scribunt, sed † cœnosas, sicuti Numisianus & Dionysius, per hoc uerbum fœtorem quendã simul ostendunt: quorũ alij, plus aliquid q alij demonstrantes: alij uero quasi crassitudinis quantitatem, nihilo plus hoc ipso docẽtes.

Gal. de dis. praes. 3.

βορβορώδεα

C Sermo uero Hippocratis totus nõ uidetur de urinis esse fœtorem habentibus, sed de paucis tantũ, ac crassis, ut ex opposito manifestat inquiẽs: Multitudo ueniẽs, ex his tenuis iuuat. Quare si hoc solum scriberetur: Quibus urinæ crassæ paucæ: nihil sermoni deficeret. Fiũt autem & sine febribus urinæ tales, natura expurgante per renes totius corporis superfluitates. Fiunt etiã cũ febre: in quibus quispiã forte existimaret ad cõtraria transmutationẽ non esse bonam: quoniam magna ex parte in febribus, ex urinis ab initio tenuib. fit ad crassiores cõuersio, tẽdente iam morbo ad solutionẽ. atq; ob id mihi uideũ ita scriptus ab ipso fuisse maxime aphorismus, id quod raro accidit, edocente. Contingit enim aliquãdo uel per initia morbi, uel

D nõ multo post urinas factas crassiores, propter grauitatẽ habere sedimen. His igiũ urinis sedimen bonũ signũ nõ est, sicuti alijs quæ ab initio tenues existentes, ratiõe totius morbi coctionis sedimen capiunt. Non absq; ratione autem crassæ urinæ fiunt multitudine paucæ, ut quæ uix renes pertranseãt. Cum itaq; simul maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata, simul & residuũ concoctũ fuerit: tunc excernuntur multo prioribus tenuiores. Melius est enim ita dicere & non tenues, absolute: queadmodũ dixit Hippocrates. Quæ eñ secundũ naturã sunt, nõ simpliciter tenues existunt, sicuti neq; crassæ, sed mediũ tenent inter utrumq; excessum: & cũ mediocritatem habeãt, crassiores quidem sunt atq; dicũtur aquosis, tenuiores uero grumosis

Crassæ urinæ paucæ: quia vix renes transeunt.

grumosis

grumosis. multæ uero cum ratione excernuntur, quia prius fuere retentæ: quo tempore crassæ existentes, difficulter exibant.

LXX Quibus urinæ † obuersæ quales sunt iumentorum, ijs dolor capitis uel adest, uel aderit.

Hunc nonnulli aphorismum cum superiori coniungunt, tanquam eius partem, ita scribêtes: Quibus autem urinæ obuersæ, hisce dolores capitis. Et uolunt quidã uerbum, obuersæ, contrarias urinas ostêdere ijs quas antea crassas et grumosas nominauit, hoc est tenues: nonnulli uero perturbatas. Falsum autem est quòd urinæ tenues sint cum dolore capitis. Videtur enim dolores capitis aliquando antecedere, aliquando simul esse cum perturbatis urinis. quales autem hæ sint, manifeste monstrauit inquiens: Quales sunt iumentorum, tales uero fiunt materia crassa ac densa à calore agitata. Hæ siquidem maxime & ab extrinseca caliditate uidentur in spiritum solui, sicuti bitumen, pix, atque resina. Nonnullæ igitur è talibus urinis longo tempore manent peturbatæ, nõnullæ uero cito sedimen crassum habent, & cito morbum solutũ iri significant. Quæ uero non resident, si uires affuerint, longum fore morbum ostendunt: si imbecillitas adsit, ægri mortem prænunciant. Hæc obiter à nobis sunt dicta, quoniã non carent utilitate. Quæ uero ad ipsum attinentia aphorismum adhuc dicere oportet, sunt ista: Vrinis perturbatis, capitis dolores necessario † aut adsunt, aut aderunt, ut inquit Hippocrates: quoniam spiritus flatuosus una cum calore prompte fertur ad caput. Non tamẽ si quis dolet caput, aut doliturus est, huic omnino tales sunt urinæ. Fiũt enim dolores capitis etiam ex calore solo, nonnunquam uero ex flaua bile, quæ uel in capite uel in uentriculo continetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, & propter aliquam loci obstructionẽ, uel spiritu flatuoso habente in parte ipsa generationem: quorum nihil talem facit urinam ex necessitate.

LXXI Quibus septima iudicatur, ijs nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia, ex ratione.

Sicuti in pluribus alijs seipsos imperitos artis Hippocratis ostenderũt plurimi eorum qui hunc eius librum exposuerũt: sic & in isto. Putant enim adiecta fuisse aphorismo cum dicit, Et alia ex ratione, quæcunq; ad somnos attinent, uel uigilias, uel respirationem, uel accubitum, uel surrectionem, uel tale aliquid aliud eorum quæ in Prognostico scripsit: ut si hæc omnia bene facta uideantur, post septimum futuram speremus iudicationẽ. Videntur autem ignorare maxima capita ad præcognitionem facientia. Vigilant enim magna ex parte, & grauiter se habent, ac febriunt uehementius ægri, quanto propius iudicationem accedunt. Plures aũt eorũ prope iudicationẽ etiam spirant difficulter. Non igitur signum quod ex urinis apparet, talibus indiget casibus ad firmiorem futuræ iudi-

A cationis spem, sed multis alijs quæ frequentius quàm istud apparent: de quibus nihil uidentur cognoscere qui audent Hippocratis libros exponere priusquam totam ipsius artem perdiscant. Nam quum quarta dies sit index, quemadmodum ipse docuit, & qualis sit futura septima, nunciet: omne quod in ipsa dignum effatu signum coctionis apparuerit, futuram septima die iudicationẽ ostendit; adeo ut non solum rubra aliqua nubes apparens, antea non uisa, iudicationem significet, sed & alba multo plus ipsa, adhuc autem magis & sublinamentum album, æquale, atq; consistens. Si uero uelociter admodum morbus moueatur: & coloris & substãtiæ mutatio sunt sufficientia signa futuræ iudicationis. Tenuis itaq; urina si mediocriter crassa B efficiatur, & si alba † rufa fiat: in tali morbo iudicationem significat. Vnius itaque signi nominatim Hippocrates meminit, urinæ uidelicet rubræ. Dignum autem existimat, ut sicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus quæcunq; futuras iudicationes ostendunt. Sunt autem hæc quæ in diebus ab ipso uocatis indicibus & contemplabilibus, fieri cõsueuere uel in urinis, uel in excrementis alui inferioris, uel sputis. semper enim omnia talia iudicationes significant, non tamen bonas semper. Solis enim coctionis signis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ iudicationes futuræ indicantur. Sensus ergo uerborum aphorismi talis est. Meminit autem nubis rubeæ tanquam signi perrari. Albæ enim frequentissimæ apparent: & sunt signum coctionis manifestum. Rubeæ uero raro fiũt: C Et nisi hoc in loco de ipsis dixisset Hippocrates, quòd in diebus indicantibus apparentes futuram nunciant iudicationem, forte nemo talem ipsis ad esse uim expectaret: siquidem Hippocrates colorem rubeum salutarem quidem, diutinum tamen esse uult. Nam in Prognostico ita ad uerbum scribit: Si uero urina fuerit subrubea, & sedimen subrubeum & lene: magis quidem hæc diutina quàm illa, sed admodũ salubris. Nũquid igit quarta die talis nubes apparẽs, futuram in septima iudicationem significabit, in alia autem aliqua indice non significabit, diligentius est inquirendum: quod in ipsis operibus est obseruãdum. Nam quantum ad rationes attinet, sunt ad utrãque partem argumenD ta, & magis ad alteram, quòd non significabit, nisi morbus ualde uehementer moueatur. Nam si quarto die fiat, æquale tempus priori, id quod sequetur, assumens, non est impossibile ut iudicationem ostendat. In undecimo autem apparens, non mihi admodũ uidet tribus solis egere diebus, sed etiam pluribus. Verissimum siquidẽ est colorem talem aliquid suffragari solutiõibus. Ego quidem raro signum tale in alijs diebus uidi præterquam in quarto. Cui igitur in septimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus. cui autem in quartodecimo, hic in uigesimo. Apparuit etiam cuidam alteri in undecimo, qui decimo septimo iudicatus est: rursus cuidam alij in eodem undecimo, qui uigesimo die fuit iudicatus.

LXXII Quibus urinæ albæ & perspicuæ, malę, præsertim si in delirantibus appareant.

Vrinæ tales extremam cruditatem significant, quare & morbos longos faciunt. quędam uerò ex ipsis, cum anticipauerint uires dissoluere, sunt perniciosæ, ueluti in delirijs. Nullum etenim uidi delirantem, in quo talis urina apparuisset, saluatum. Melius siquidē est ut sicuti totus morbus est biliosus, sic & urinę appareant biliosæ. Aquosæ aūt urinæ (tales enim sunt albę atque perspicuæ) magnam cruditatem ostendunt, & præterea flauam bilem uniuersam ad caput sursum rapi. Quibusdā enim urinæ perspicuæ, non tamen albæ, quæ quidem tenuem habent substātiam, colorem uero biliosum. Quæ uero perspicuæ sunt & albæ simul, sunt penitus aquosæ. Si igitur simpliciter scriptū sit, præcipue in delirātibus, horum uerborum intellectus est manifestus. Sin autem fini sermonis adijciatur, sicuti in alijs exemplaribus uidetur adiectum, uerbum, appareāt, sensus erit talis: Aquosæ urinæ malæ sunt: præcipue uero tales apparent in delirantibus qui exitio proximi sunt. Neque enim in omnibus, quemadmodum nonnulli huius libri expositores intellexerūt, nihil scientes ex ijs quę in ægrotis apparent. In quibusdā autem exemplaribus ita scriptus est finis aphorismi: Præcipue uero in delirantibus tales apparent: & est idem intellectus qui secundæ scripturæ antea à nobis dictæ.

LXXIII Quibus præcordia suspensa murmurantia, lumborum dolore superueniente, ijs alui humectantur, nisi flatus erumpant, aut urinæ multitudo proueniat. hæc uero in febribus.

Præcordia suspensa, hoc est ad maiorem tumorem ex multis causis deducta unam habent, spiritum flatuosum, de qua nunc differit dupliciter factam: nōnunquam ex aliquo affectu difficilem habente solutionem partium ad aluum attinentium: nonnunquam ex aliqua recenti occasione. Distinguit autem nunc Hippocrates ista. Nam prior dispositio cum murmure non fit. Extenta enim atque inflata instar utris redduntur in ea præcordia. Altera cum murmure fit. Sic autem nominatur spiritus sonus, cum neque magnus, neque multus extiterit, & cum quadam modica humiditate ad inferiora mouet. Accidit igitur tali murmure descendente ad lumborum loca, unà cum ipso tumorem ex præcordijs deportari. unde partibus quę hic sunt, ex ipso distētis, prouenit dolor: deinde hoc pacto, humore aliquando ad corpus distributo, solus spiritus flatuosus emittitur, nōnunquam uero unà cum humore. Iā uero humor distributus magna ex parte per urinas excernitur. Rectè ergo inquit in dictis signis aluum disrumpi, nisi anticipet seorsum quidem humor distribui, seorsum uero spiritus in intestinis retentus per sedem excerni. Cōtingit uero quandoque utrunque ad corpus distributum & spiritum & humorem, cito ad uesicam permeare.

A Quod uero in fine aphorismi scribitur, Hæc uero in febribus, tale aliquid mihi uidetur ostendere, A febribus molestari dicebant antiqui illos qui absque inflammatione, uel abscessu, uel dolore, uel erysipelate, uel (ut simpliciter dixerim) absque aliquo membro præcipue affecto, ægrotabant. Quòd si uel propter lateris inflāmationem, uel pulmonis, uel talis partis alterius, febricitarent: nō febricitantes ipsos nominabant, neque à febribus molestari dicebant: sed pleuriticos aut peripneumonicos, & alijs similibus nominibus, ueluti hepaticos & lienosos appellabant. Nunc itaque mihi uidetur Hippocrates duorum alterum uelle insinuare, uel quòd hæc quæ dixit, febribus accidūt in quibus nullum membrum affectum est: uel quòd & illis accidunt B morbis, non tamen ipsis aluus disrupta sit, uel flatus aut urinæ prodierint. Neque enim aliquo naturę motu mēbris spiritum flatuosum expellētibus, murmur in illis cōtingit fieri, sed ueluti casum tantummodo.

LXXIIII Quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu urina multa, crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.

Dictum est à me etiam prius quòd abscessus fiunt ad articulos ijs qui in his laborem passi sunt, et C qbus quouis modo in morbo articuli lassati sunt, & præterea in quibuscunque crassorum humorum multitudo longo tempore perdurauerit. Si itaque natura ualuerit per urinam expurgare corpus, æger ab abscessu liberatur, humorē ad articulos decubiturum, per uesicam euacuans. Satis autem habuit laboriosarum febrium ueluti in quodā exemplo meminisse, quæ initium ad urinam motionis in die indice accipiunt. His enim laboriosis hoc inest, quòd cito abscessus faciant, non expectantibus, ut aliæ, tempus prolixius. His uero ipsis & iuxta aurē fieri abscessus consueuere, sicut alijs prolixioribus multitudo plus ad inferiora decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiā subleuauit; uel sanguinis profluuiū patiuntur, aut parotidas, id est iuxta aures abscessus habent. D Quòd autē solutio hæc uelocior sit altera per urinas, non oportet dicere: quare & ipsi adiecit Hippocrates, breui admodū solutio fit, altera quæ fit per urinas euacuatione plures exigente dies. Quod autem quarto die dicitur, pro exemplo positum est: te uero oportet trāsferre ad omnes dies alios quicunque sunt contemplabiles & iudicatorij.

LXXV Si sanguinē aut pus mingat: aut renum aut uesicæ exulcerationem significat.

Siue in renibus, siue in uesica ulcus factum fuerit, siquidē in uase aliquo effatu digno constiterit, & præcipue cum aliqua excesione: sanguinis excretio consequitur, sine hoc autem puris tantūmodo.

Contingit

Contingit autem ut facto ulcere in aliquo urinæ meatuum, & pus & sanguis per urinam exeat. Hi uero renes ac uesicam interiacent, & oportet hos illis subaudire. Exulcerãtur autem magna ex parte ĳs qui in renibus lapidem habẽt, meatus urinarĳ, quando à lapide aliquo acuto aut admodũ magno obstructi excoriãtur. Nam ex ulceribus quæ in pene fiunt, etiam sine urina & pus & sanguis egreditur. Exit autem simul cum urinis aliquando pus disrupto abscessu in aliquo supiori loco. Quare (arbitror) plures expositores alterã scripturam magis probarunt, in qua coniunctio, &, scribitur, in hunc modum: Si sanguinẽ & pus minxerit, renum aut uesicæ ulcerationem significat. quasi alte ro solo scilicet, pure, per loca urinæ exeunte, fieri possit, ut sit signum non modo renum uel uesicæ exulceratæ, sed etiam alicuius partium superiorũ. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte aũt & uerbum, mingat, quod aliud ostẽdit quàm minxerit, in seipso continet distinctionem. Neq; enim idem est uel ita dicere, Si sanguinem & pus mingat: uel illo modo, Si sanguinem & pus minxerit: In uno enim uel duobus uel tribus diebus potuit minxisse pus disrupto abscessu ad urinæ instrumẽta. Multis autem diebus ac mensibus ubi hoc factum fuerit, renum aut uesicæ exulceratio significatur. Vtrum ipsorum magis sit, & dolor distinguit qui in differẽtibus accidit locis, & ea quæ cum urinis excernuntur: de quibus deinceps loquetur. Iam uero & de urinarĳs meatibus eadem est ratio.

LXXVI Quibus in urina crassa existente, carunculæ C paruæ, aut ueluti capilli unà exeunt, ĳs à renibus excernitur.

Paruæ quidem carunculæ renum substantiæ indicia sunt: qui uero uti capilli, nullo modo renum. Neque enim fieri potest ut ad talem substantię formam ren dissoluatur. nam qui hoc aiunt, renum ignorant naturam. At neque uesica resoluta aut exesa, ut quibusdam uisum est, tales urinę exeunt. Sunt enim huius particulæ, foliorum similes magis, sicuti & Hippocrates paulo post eas squamas appellat. Sed rei ueritas ita se habet: quod nobis sorte quadam sæpius uidere contigit. Quidam igitur alĳ medici, quamuis in operibus artis multum exercitati, raro se aiunt uidisse urinas tales. Vocãt D autem recentiores medici hanc passionem capillitium, quoniam capillis, & albis quidem magis similia uideantur quæ ab urina efferuntur. Nuper quidam talia corpora tam longa mingebat, ut incredibilis longitudo uideretur. nam quidam ex ipsis ad dimidium cubitum extendebantur. Hic autem toto ferè anno qui antecesserat, orobum & fabam comederat, sæpissimeq; caseum & tenerum & siccum. omnibusq; alĳs talia mingere contigit, qui cibis crassioribus uescebantur. Tali igitur humore in renibus aliquo modo usto, capillis similes substantiæ generantur. Saneq; modus ipse curandi, rationi quæ de causa habetur, attestatur. Nam ab extenuantibus atque incidentibus medicinis,

A adhibito etiam alio uictu humectãte, tales ægri curantur. Si uero tanta esset exulceratio renum aut uesicæ, ut eorum substantia dissolueretur: non modo nihil ex talibus medicinis iuuarẽtur, sed etiam supra modum irritarentur. In his itaq;, sicuti & in alĳs, Hippocrates dignus est admiratione, quum ipse eorum inuentor extiterit, quæ ne à pluribus quidem medicis ad hunc usq; diem ex signis fuere cõperta. Ipsa quoq; sermonis diligentia magnã habet admirationem, cum dicat talia ex renibus excerni. Neque enim sicuti in priore aphorismo renum causatur exulcerationem, ita & nunc dixit: uerũ simpliciter ex renibus inquit excerni: quemadmodum si aliquo mingente lapidem, ex renibus ipsum excerni dicamus, non quòd sit pars substantiæ eorum, sed quoniam in ipsis suam habuit consistentiam. Paruæ igitur carunculæ substantiæ renum ulceratorum re uera partes existunt. Qui uero ueluti capilli sunt: in renibus quidem consistentiam accipiunt, ueluti & lapides: non sunt autem partes eorum substantiæ. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphorismus sine particula, aut, legitur, Carũculę paruę ueluti capilli. Nullo enim modo carunculæ paruæ assimilantur capillis. Verum oportet inter uerbũ, paruæ, & dictionem, ueluti, mediam interponere coniunctionem, aut tanquam Hippocrates non de una re, sed de duabus faciat suo sermone mentionem, quarum una est, Carnes paruæ: altera uero, Veluti capilli. In ĳs igitur quæ sunt ueluti capilli, semper urina est crassa: quum pituitosa substantia quam uenæ aggregarunt, per renes expurgetur. In carunculis autem non est necessarium. Nunquam tamen talem uidi renum dispositionem: sed quæ sunt ueluti carunculæ, sæpius à me uisæ sunt in illis febribus, in quibus & quæ sunt similia orobis sedimina conspiciuntur, sanguine crasso in renibus, aut in hepate exusto. Non tamen ueras carunculas unquam uidi cum urina exeuntes. Puto igitur posse contingere quòd crassa urina ab ipso dicatur quæ secundum naturam est, & mediocris. Hæc enim tenui quodammodo opponitur. Neque nos latet quòd propriè quidem secundum excessus oppositiones ita nominantur: per abusionem autem, & medio & mediocri, extremorum nomina tribuũtur: cum & ad maximè crassum, tenue: et ad maximè tenue, crassum nominetur. Quod si ita accipiamus, sermo talis erit: Quibus in urina quæ tenuis non est, ea quæ diximus, exeunt: renum est passio. Si uero urina fit tenuis, totũ uenosum patitur genus. Eundem intellectum mihi uidetur etiam in sequẽti ostendere aphorismo.

Quibus in urina crassa furfurea quædam simul exeunt, ĳs uesica scabie laborat. LXXVII

Quando urina tenuis fuerit: haud secũdum naturam uenæ se habent. Cum uero non tenuis extiterit, sed mediocrem habuerit substantiã (in quo significato crassa accipere oportet hoc loco) ea quę simul

simul cum tali urina excernuntur, circa renes aut uesicam passionem ostendũt. Cum enim ex uenis urina ueniat, in renibus colετur, in uesica aggregetur: quicquid in ea præter naturam apparuerit, aut uenas aut renes aut uesicam male se habere indicabit, sicuti & nunc furfurea uesicam scabie laborare, quando uenæ nullum affectum habent. Feruntur enim et ex ipsis aliquãdo furfurea, cum earũ tunica patit, quemadmodũ & uesicę: uel cũ sanguis qui in ipsis cõtinetur, † à febre ardente peruritur. Aptior autem ad hoc est quicunque humor in eis crassior existit, & magis qui ueluti fæx sanguinis est, quem solemus humorem melancholicum nominare. Sicuti enim cutis superficies (quam superiorem pelliculam nominant) in scabie, lepra, atq; lichenibus tenue quiddã remittit, (quale est quod serpentum senectutẽ nominamus) sic ubi in partibus interioribus ea quæ est ueluti cutis, tale aliqd patitur, & casus erit passioni similis. Hac ratione igitur & uenæ ipsæ atq; uesica scabie laborantes, furfureos cortices unà cum urinis emittẽt. Distinctio autem fiet ex tenuitate ac crassitudine urinæ, ut antea diximus. Tenuis enim urina uenas; nõ tenuis autem uesicam pati indicabit.

LXXVIII Quicunq; sponte [repente] sanguinem mingunt, ijs à renibus uenulam ruptam significatur.

Quod dicitur, spõte, potest idem quod sine causa exteriori, ostendere: potest & quod ueluti repente, nullo casu præcedente, quales apparent uesica ulcerata. In ipsa enim uenã rumpi ex influẽtis sanguinis abundantia, quemadmodũ in renibus, est impossibile. Neq; enim per eius uenas sanguis percolatur, sed solum tantum quantum ipsi sufficiens est, pro alimento contribuitur. Præterea neque uenæ quæ in uesica, nudæ aut † instabiles natura sunt, sicuti quæ renum uentres subintrant, quæ & aperiuntur, & quæ aliquando disrumpuntur, propter humorum multitudinẽ ac crassitudinem qui in ipsis cõtinentur. Disruptio itaq; puri sanguinis facit euacuationem. Ora autem aperta non subito plurimum sanguinem effundunt, præsertim cum parua est apertio, sed paulatim atq; tenuius percolant: unde totam urinam subsanguineam efficiũt. Fit autem, ut dixi, & uenis uesicæ exesione laborantibus, sanguinis euacuatio, quam antecedunt ulceris signa in uesica existentis, hoc est loci & dolor, & pus, & sæpe ipsius corporis uesicę quædam ueluti frustula. Hac ratiõe igitur melius uerbum, sponte, pro repente, accipere: & non pro sine causa manifesta. siquidem sanguis ex renibus sæpius & sine causa excernitur manifesta, uase ex multitudine rupto, sed aliquando ob saltum uehementiorem, uel ex alto casum, uel ictum.

LXXIX Quibus in urinis arenosa subsistunt, ijs uesica laborat calculo.

Non omnino uesica laborat, sed contingit & renes: quare manifeste errat aphorismus, siue quia Hippocrates ipse dimidiam partem sermonis neglexerit, siue quia primus librarius omiserit. Siue enim in renibus, siue in uesica calculi generantur, unà cum urinis exeunt arenosa.

Si sanguinem mingant, aut grumos, uel stillicidium urinæ habeant, & dolor in imum incidat uentrẽ, & pectinem, & femen, circa uesicam labor est. LXXX

Duobus modis finis scribit aphorismi: in quibusdam exemplaribus, labor est: in quibusdã, morbus est. & ferè in hoc nihil inuicem scripturæ differunt. Communiter autem ambæ errant, si quis intelligat circa uesicam ab Hippocrate dici quasi ipsam uesicã laborare dixisset. Nam ij quos memorat casus, communes sunt omnibus quæ urinæ seruiunt instrumentis, uesicæ, renibus, urinarijs meatibus. Melius est itaq; hoc modo quę circa uesicã, accipere, nõ tanquam sola uesica significetur, sed & partes quæ illi annectuntur. Adhuc autem magis, ut ita accipiamus, hortabitur sequens aphorismus, in quo nõ quæ circa uesicam, ægrotare dicit, sed ipsius uesicæ esse exulcerationem: quum non idem sit, pati aliquid ipsam uesicam simpliciter solam, enunciare, uel quæ circa uesicam.

Si sanguinem aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit, uesicæ exulcerationem significat. LXXXI

Sanguis quidem & pus mingendo prodeuntia, omnium instrumentorum quæ urinæ obseruiunt, signa sunt communia; odor autem grauis, hoc est molestus, & adhuc magis squamulæ, sunt propria uesicæ. In pluribus igitur exemplaribus: Si sanguinem & pus minxerit, scriptum inuenitur. In quibusdam uero: Si sanguinem uel pus minxerit. Ostendet autem hæc scriptura secunda coniunctionem, aut, esse disiunctiuam, quasi utrumlibet horum quæ dicta sunt, ubi adsit, ulcerationem significet: altera uero uult ambo assidere, uel simul inuicem, uel alternatim.

Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur: ijs suppuratiõe facta & eruptione, solutio. LXXXII

Ob sermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphorismo suspicabitur quispiã. Promptum enim est unicuique intelligere, quòd in meatu urinario qui in pene est, (hunc enim meatum, fistulam urinariam nominant) si consistant tubercula, & mox rumpantur, fieri solutionem. Verum si diligentius animaduertimus, maius aliquid ex eo ostenditur. Contingit enim urinam aliquando retineri ob tale tuberculum: ex cuius disruptione sanitas proculdubio sequetur. Verum ex dictis quædam dubitatio suboritur, utrum solum uelit hæc quæ in hoc loco sunt nata tubercula, rumpi: uel sæpius quidem hoc accidere, fieri tamen posse ut etiam dissoluantur: uel exemplum solutionum unum hoc aliquod scripsit, diruptionẽ: quod uerius existit.

Mictio

LXXXIII Mictio noctu plurima facta, paruam signi-ficat deiectionem.

Quòd quidem necessarium sit uentris humore distributo, minorem fieri alui deiectionem, unicuique manifestũ. sed cum hoc et illud apparet, quòd eo unà cum cibis exeunte, aluus quidem humidior fit, atque ideo plura deijciet, urina uero paucior excernetur. Docebit autem nos hæc ipsa ratio & alui fluentis, & siccæ remedia. In quibus enim supra modũ humida aluus deprehenditur, ijs potum minorem exhibebimus, ac preterea illi uiam ad uesicam parabimus. In qbus uero siccior, & plus dabimus potus, & distributionem quantum fieri poterit, prohibebimus.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, LIBER QVINTVS,

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

CONVVLSIO ex elleboro, letalis est.

C Iis qui elleborum acceperunt, album dico: (hunc enim simpliciter elleborum nominare cõsueuerunt, non sicuti nigrũ, cum adiectione) ijs inquam si ex purgatione cõuulsio aduenerit, casum ait esse letalẽ. Fit enim non ab initio purgationis, quãdo periculum est ne homo stranguletur: sed quando uomentes uehementius lacerãtur, propter ipsam quidem maxime quæ fit in motibus † distentionem laborantibus neruis, ob illam quã habent cum ore uentriculi in patiendo societatem, in quo & aliàs uidimus, ubi fortius mordetur, fieri conuulsiones, sicuti adolescenti qui æruginem euomuerat. Præstat enim æruginem, nõ æruginosum uomitum illum nominare. Erat enim talis qualis quæ uera ærugo nominatur, florẽtissimus: uerum inter uomendum, totum corpus conuulsum est: et ærugine euacuata, febris statim & conuulsio cessauit. Tale autem erat quod euomuerat, sicuti si quis optimam æruginem aqua perfunderet, adeo ut ex eorum unione talis substãtia exultaret, quæ defruti crassitudinẽ repræsentaret. Non impossibile est igitur (ut dixi) & per compatiendi ad os uentriculi societatem fieri conuulsionem ex elleboro albo, & hæc foret † conuulsio minus periculosa. Contingit autem & propter ipsam euacuationẽ supra modum ipsis purgatis conuulsionem aduenire: sicuti & cholerã patientibus, contractiones frequenter adueniunt, maximeq; eorum qui sunt in suris musculorũ. Sed neq; illud est impossibile, propter pharmaci efficaciã ex neruis humiditates ad se attrahentis, atq; ideo tunc eos male afficientis fieri conuulsionem. Sed et ellebori aliquando ui ad sui distributionẽ impulsa uehementius, contingit neruorum substantiã uiolentius exiccari. Ipse † enim

cõtractionem
συντονίαν

μετριώτερος ὁ σπασμός

al. autem

A nos docuit Hippocrates, quòd fit cõuulsio ex repletione & inanitione, corporum uidelicet neruosorum, à quibus secundum electionem motus perficiuntur. Sunt autem hæc, nerui, ligamenta, musculi & tendones. Sicut enim in exterioribus uidemus lora & chordas extendi, ubi uehemẽtius exiccentur, aut multa madeãt humiditate: sic & in corporibus animalium, par est fieri non raro conuulsionem. Liquet igitur quod ex repletione conuulsio, sanabilis est per euacuationem. Ea uero quę fit ex inanitione, & neruorum siccitate, nõ facile admittit curationem. Fit autem (ut dixi) & propter compatiendi societatem conuulsio: quam non debemus existimare fuisse ab Hippocrate pretermissam. Eam enim quæ primum fit, cõuulsionem o-

B stendit, cum ait cõuulsionem ex repletione atque inanitione generari. Et quidẽ nouimus etiã morsus ratione fieri in ore uentriculi singultum, adeo ut quispiã & neruos itidem pati existimauerit. Et uidebitur ista conuulsio ijs qui ab elleboro purgati sunt, non dicta ab Hippocrate, aliquando fieri: nisi per Iouem illam dixerit quispiam fieri exinanitione, cum humores mordaces uim habeãt exiccandi. Hi itaq; modi sunt eorum qui ex elleboro conuelluntur. Sanatur autem ex ipsis & qui propter morsum, & qui propter distentionem ex uomitibus fit. quæ autem ex siccitate accidit, insanabilis est. Nõ absq; ratione igitur totum hoc genus Hippocrates ait esse letale, quoniã nonnullæ eius species cum difficultate sanantur, una autem insa-

C nabilis est.

Conuulsio ex uulnere, letalis est. II

Sicuti in eo qui hũc antecedit aphorismo, mortalem dixit esse conuulsionem, (quod idem est ac si diceret periculosam, atq; ad mortem sæpius terminãtem) sic & nunc eam quæ fit ex uulnere conuulsionem, letalem dixit esse, non tanquam ex necessitate ac semper mortem afferentem, sed tanq; admodum crebro. Sic & in multis ex prioribus aphorismis, letalis nomine uisus est uti. Ex uulneribus igiť fiunt conuulsiones ratione sequentis ipsa inflammationis, ubi partes neruosas attigerit. Et primum quidem uidentur conuelli quæ è directo sunt partium inflammatione laborantium: deinde

D postquam et principium attigerit ipsum, passio ad totum extenditur corpus.

Vbi sanguis plurimus fluxerit: singultus aut conuulsio superueniens, malum. III

Non aliud quidem ostendi, est existimandum ex priori nomine letale, aliud autem nũc cum malum dicit: Consueuit siquidem Hippocrates casus illos ita nominare, quos letum sæpe subsequitur. Si cui uero per magis & minus differre hæc nomina uideãtur: maius periculum per uocem letale, quàm per malum, ostẽdetur. Quæ igitur fit ex plurima sanguinis profusione conuulsio, ex altero genere causarum ipsam efficientium cõsistit, ut antea dictum est.

Ex su-

IIII Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

Quod aliquando ijs qui elleborum sumpserũt, diximus fieri: hoc nunc ostendit in omnibus qui quouis modo purgantur. Conuelluntur enim qui ultra modum purgãtur, easdem ob causas quas diximus in ijs, qui elleborum assumpserũt, & ijs qui hac ratione laborant, non paruum periculum imminet: siquidem multo peior est ea quæ fit ex inanitione conuulsio, altera quæ fit ex repletione. Quòd autem & singultus conuulsio sit stomachi secundum Hippocratem, nos utiq; nouimus.

V Si ebrius quispiam repente obmutuerit: conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam peruenerit qua soluuntur crapulæ, uocem recuperet.

Repletis neruis talis conuulsio fit. Solet autem facillime eos replere uinum, ut quod calidam habeat temperaturã. talis siquidem natura prompte omnia subintrat, præsertim quum non admodum crassam substantiã habuerit. Substantiæ igitur copia uinum neruis affert conuulsionem. Rursus autem qualitate sanat eam quam fecit dispositionẽ, neruos calefaciendo atq; exiccando. & si hoc aliquando facere nequeat, mortem subsequi est necessarium. Qua aũt ui diximus uinum sanare conuulsiones, eadem uidelicet & febris sanat. Hic uero maxime obseruanda est Hippocratis consuetudo, qui mutos nominat illos q quouis modo obstupuerunt. Sed proprie stupor nominatur totius corporis insensibilitas atque immobilitas repentina. Hanc itaq; dispositionem consueuit Hippocrates ex uno casuũ nominare: & fit proculdubio neruorum principio patiẽte. Neq; enim aliter potest omnino cõuelli corpus, antequam id principium patiatur, uel principaliter, uel per compassionem, altero prius patiente membro. Liquet autem omnem noxã ex uino factam, à Græcis crapalen nominari. Sicq; nonnulli uocabulo fecere etymologiam, carenon pallesthæ, qđ significat caput concuti. Horam autem qua crapulæ soluũtur, tempus nominauit. Est autem hoc tempus non præcisum, neq; circumscriptum omnibus una mensura. Quidam enim postridie à crapula sunt liberati, quidã uero sequenti nocte, quidã uero tertio die prorsus: & fit hoc pro multitudine ac ui epoti uini, & eius qui potauit natura. Sicuti igitur neq; cibus unum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum, sic neq; uinum. Aut igitur oportet nos ægri naturam habere experientia cõpertam, aut postremum terminũ obseruare: in quo si neq; febricitare, neq; loqui anticipauerit, conuulsus morietur omnino.

VI Quicunq; à distentione corripiũtur, in quatuor diebus pereunt. si uero has effugerint, sani fiunt.

Distentio morbus peracutus est, ut quę composita sit ex illa quam Græci emprosthotonon, id est ad anteriora distentionem: & opisthotonon, id est ad posteriora distentionem nominãt: Atq; ita merito citius in ipsa fit iudicatio, non tolerante natura longiori tempore quem fert distentio laborem. In primo igitur circuitu dierum iudicatoriorũ passio iudicatur.

VII Quibuscunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt: quibuscunque autem uigesimoquinto, commoriuntur.

Proprie quidem passionis mutationes nominant, quando ex una parte transeunt ad aliam: per abusionem autem & omnes solutiones ita nominantur. & mihi uidetur, Hippocrates secundi significatus usus esse appellatione. Nõ modo enim ad alias partes translatis ijs qui morbum comitialem faciunt humoribus, soluitur passio, sed etiam omnino curatis. Sunt enim hi crassi, frigidi, & pituitosi. Cessant autem & ob ætatem ad sicciorem naturam transmutatam, & ob exercitationem, & uictum exiccantem, adiunctis ad hæc idoneis medicinis. Verum Hippocrates nunc solum eius meminit mutationis, quæ ex ætate fit: à qua docti, & formam uictus unà cum medicinis inueniemus. Quod igitur in altera parte aphorismorum dicit: „Qui morbo comitiali laborant, si iuuenes fuerint, „mutationibus maxime ætatis & regionum & ui„ctus, liberantur: hoc nunc in ipsis passionibus declarauit, morbos comitiales qui ante pubertatem fiunt, cessare dicens ex ætatis cõmutatione: qui uero ultra uigesimũ quintum annũ processere, commori inquiens. Vnde liquet quòd pubertatis tempus, usq; ad uigesimum quintũ annum extendi arbitratur, sumens initium post secundam septimanam. Liquet autem quod neq; omnibus sanabitur passio ex pubere ætate, nisi & alia recte gesserint: neq; quibus in hac accidit, omino permanet, si bonam uictus rationem adhibeãt. Verum quòd non habeant ex ætate sanationem, sed quãtum ad eam attinet, passio cõsenescat, liquidò ostendit. Non tamen adhuc manifeste dictum est, quamuis uideatur manifestum ijs qui negligentius accipiunt uerba illa. Quibus uero uigesimoquinto anno, commoriuntur. Neq; enim ijs solis passio cõmoritur, quibus uigesimum quintum annum agẽtibus aduenit, sed multo magis etiam ijs qui ultra hanc ętatem progressi sunt. Addẽtes igitur sermoni Hippocratis illud quod deest, uerum ex omni parte ipsum faciemus: Morbi comitiales qui quidem ante pubertatem fiunt, in eius ætatis tempore finiunt: qui ultra pubertatem procedunt, commoriuntur. Tempus autem pubertatis est post quartumdecimum annum usq; ad uigesimum quintum. Est autem & alia scriptura talis: Quibuscunque uiginti quinq; annorum fiunt, multi cõmoriuntur. significante uerbo, multi, idem quod plurima ex parte.

VIII Quicunq; morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad suppurationem uertuntur.

Eam

Eam quæ fit per ſputa euacuatione͂ humorum facientium morbum lateralem, ſolet Hippocrates purgationem ac repurgationem nominare: ſicuti & iſtos expuere, purgari, tã in libro De uictu acutorum, quàm in Prognoſtico nominauit. Verum nũc & tempus præfinit purgationis: in quo ſi non fiat, ad ſuppurationem ait morbum uerti laterale͂: aut omnem quæ fit ad pus tranſmutatione͂, ita nominans, (ſicut & in Prognoſtico ſepius) aut eam quæ fit inter thoracem & pulmonem, puris effuſionem. fit enim utrunq; horum, quando morbo laterali laborantes non expurgãtur per ſputa. Verum, ſecundũ ex ijs quæ diximus, ipſe in ſequentibus eruptionem ſuppurationis nominauit.

IX Tabes fiũt maxime ætatibus à decimo octauo uſq; ad trigeſimum quintum.

In ſuperioribus aphoriſmis quando morbos ſecundum ætates enarrabat, Iuuenibus dicebat, ſanguinis ſputa, tabes. Nunc uero etiam numerũ appoſuit annorum, non propterea eadem rurſus ſcribens quę antea, ſed propter paſſionum thoracis atque pulmonis cõmunionem. Propter quid igitur iuuenes his morbis præcipue corripiantur, antea diximus: de annis autem ætatum nũc determinandum, quoniam & Hippocrates dixit tabem maxime fieri ætatibus à decimo octauo uſque ad trigeſimum quintum. Quod enim ætatibus numero plurali dicitur, quãdam habet ſignificationem, quòd non eandem Hippocrates ætate͂ exiſtimat eſſe mediam inter annos enumeratos. Neq; ſane una eſt, ſi diligentius cõſideremus: uerum ea quæ eſt à decimooctauo uſq; ad uigeſimum quintum annum, adoleſcentium eſt: quę autem ab hinc uſq; ad trigeſimum quintum, iuuenum.

X Quicunq; ab angina liberantur, ijs ad pulmonem uertitur, & in ſeptem diebus pereunt. ſi uero has effugerint, ſuppurantur.

De tranſmutatione nunc ipſi eſt ſermo, quæ fit ex angina ad pulmonem: quam ait plerũq; ante ſeptimum diem occidere, ægro uidelicet ſtrangulato: ſi uero id tempus poſſit euadere, fluxiõe in pus conuerſa, ſuppurari.

XI Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extuſſiunt, graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, letale.

Eas quæ ſunt in pulmone ulceroſas diſpoſitiones, nunc tabes nominat, in quibus iubet odorem diligentius perpendi, id quod expuit, carbonibus iniiciendo. Sicut autem prius in ulceribus ueſicæ, odorem dixit graue͂ ſentiri, ita & nunc tabidorum ſputum grauiter olere. Si uero & ex capite capilli defluant ita affectis, letalem eſſe notam: quoniam & maximus alimenti defectus oſtenditur, atq; aliquando humorum corruptio.

XII Quibuſcunq; tabe laborantibus, capilli à capite defluunt: ijs alui profluuio ſuperueniente, moriuntur.

De ijs qui ex tabe iam morti uicini ſunt, nunc ſermo habetur: quos etiam male ſe habere oſtenderat in defluuio capillorum. Alui autem profluuio ſuperueniẽte, mortem appropinquare opinãdum: cum hic caſus, & mala cauſa, & malũ ſignum exiſtat. Fit enim ex uirium imbecillitate, quæ præterea ex ipſo caſu fiunt imbecilliores.

Quicunq; ſpumoſum ſanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit. XIII

Et pleraq; exemplaria, et quamplurimi huius libri expoſitores norunt aphoriſmum in hæc uerba ſcriptum: Quicunq; ſanguinem ſpumoſum euomunt, ijs è pulmone eductio fit. Et quidam ipſum exponentes, aiunt uerbum id multitudinem ſignificare, ac propterea à proprio eſſe trãslatum: aperte mentientes contra id quod apparet. Sæpe enim uiſus eſt ſanguis ſpumoſus abſq; multitudine euomi. Si igit ita Hippocrates re uera ſcripſit, ipſum abuſum fuiſſe uocabulo dicemus. Neq; enim ſanguis multus, ex pulmone eductionem ſignificat: paucus uero, ex alio loco. Si uero, expuunt, aut extuſſiant ſcriptum ſit: tunc proprio uſum fuiſſe uocabulo, & oſtendere ſanguinem talem carnoſam pulmonis ſubſtãtiam (quæ eſt ipſius uera ſubſtantia) affectam ulceribus eſſe. adeo ut uere quide͂ dicatur ſolius pulmonis ulcera ex ſpumoſo ſanguine indicari: non uere autem, ulcerato pulmone, ex neceſſitate ſpumoſum expui. Sæpius em̃ uidimus quibuſdam ex alto cadentibus, & calcitratis, atq; in palæſtra percuſſis, ab illa maxime ictus parte in qua cuipiam ad ſolum ruẽti, alter ſuper thoracem inciderit, ſanguinem plurimum bene coloratũ expui cum tuſſi ſine ullo dolore: quem ratio dictat ex aliquo pulmonis uaſe diſrupto prodire.

A tabe habito profluuiũ alui ſuperueniens, letale. XIIII

Paulo antea dixerat, tabidis cum ſputum graue olet, & capilli à capite defluunt, alui profluuio ſuperueniente, mortem ſubſequi. Hic uero ſimpliciter dixit eſſe letale ſuperueniens alui profluuium in tabe, nulla facta, neq; de ſputo, neque de capillis mentione, tanquam illud ſolum ſufficiat mortem ſignificare, nõ tamen ita è proximo, neq; tam cito ſecuturam, ſicuti cum defluuium capillorum adiungitur.

Quicunque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur à die qua fit ruptio, liberantur. Si uero non, ad tabem tranſeunt. XV

Addens ſuo ſermoni, ruptionis, uocabulũ, manifeſtum fecit ſe de illis loqui in quibus lateris inflammatione in ſuppurationem conuerſa, deinde diſrupta, in ſpacio thoracis atq; pulmonis intermedio pus continetur. His enim omnibus, niſi ut plurimũ in quadraginta diebus puris euacuatio fiat per

per spuitiones purgati; necessariũ est pulmonem A exedi, pure processu temporis putrescẽte. Morbo igitur laterali diem quartum decimum terminum posuit purgationis, suppuratis autem quadragesimum. Dictum autem est plenius de differentia & aliorum dierum iudicatoriorum, & horum, in eo tractatu qui inscribitur De diebus iudicatorijs. Quare si quis uniuersam illam legerit contemplationem: ea quę ab Hippocrate de diebus iudicatorijs dicuntur, promptius assequetur.

XVI Calidum, ubi quis sæpius eo utatur, hæc mala affert, carnium effœminationem, neruorum incõtinentiam, mentis torporem, profluuia sanguinis, animi defectionem: hæc, ad quæ mors. B

De calidi & frigidi usu immodico & modico dictum est non parũ et in libro De usu humidorum. Dicta sunt autem & hoc in loco aphorismorũ omnia ferè capita, & primũ hoc ipsum, quòd calidum si quis eo ultra modum utatur, has facit passiones, carnium effœminationem, hoc est debilitatem: dictum est enim nomen per trãslationem, quoniam fœmina debilior est masculo: cui astipulatur hoc quod subiungitur, Neruorũ incõtinentiam. Nam et hi fiunt imbecilles, eorũ substantia à calore dissoluta. Et rursus mentis torpor, mentis est imbecillitas: ita scilicet substantia cerebri, sicuti etiam neruorum, dissoluta. Eodem modo & calidi usus immodicus facit sanguinis profusiones in illis utiq; corporis dispositionibus quæ ad sanguinis profusionem apta sunt. Sequuntur autem ad sanguinis C profusiones, defectus animi, et ad hos mors, sicuti et ad alia prius dicta: sed ad illa quidẽ tempore pluri, ad hæc quidẽ magis, ad hæc uero minus: ad sanguinis uero profusiones, et animi defectus, statim. Scriptus est autem finis aphorismi uario modo in exemplaribus: scripturæ uero omnes dictam sententiam ostendunt. Est autem una hæc: His mors. altera uero hæc: In quibus mors. tertia hæc: Quibus mors. alia: Hæc ad mortem.

XVII Frigidum autem cõuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles.

Immodicum scilicet frigidũ hæc facit, conuulsiones, distẽtiones, & neruorum refrigerationem. D Sicuti enim non oportet ipsorum substantiam ab immodico calore dissolui, sic neq; ultra modũ conuenientem refrigerari, & in unum cogi ac cohiberi. Ac sanè quidem liuores ex refrigeratione fiunt, & rigores febres aduocãtes. Melius autem fuisset ita dicere: Rigores facientes & cõuulsiones, & distentiones, & liuores, & febres. Plenius autem de his seorsum diximus in libro De sympt. causis.

XVIII Frigidũ, inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ: calidum uero utile.

Quęcunq; partes sunt natura frigidiores, (sunt autem in animalibus tales, quęcunq; sunt penitus exãgues) citius ac magis ab immodico frigidi usu offendũtur: ijsdem autem rationabiliter calidum conuenientius.

XIX Quæcunque refrigerata sunt, excalefacere oportet, exceptis ijs quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.

Hoc quod nunc dictum est, haudquaquã euertit illud theorema, Contrariorum contraria esse remedia: de quo plenius diximus in eo tractatu qui De arte curatiua inscribitur: in quo ostendimus aliud esse theorema maxime necessarium, illa prius curari præcipiens quæ magis urgent, hoc est, quæ maius periculũ afferunt, sicuti & nunc profluuium sanguinis. Ad hoc igitur prius obsistendum est: atque ita deinde quod passum est, ad bonam temperiem est reuocandum.

XX Vlceribus frigidũ quidem mordax, cutẽ obdurat, dolorem insuppurabilẽ facit, liuorem obducit, rigores febriles, cõuulsiones, distẽtiones.

Si proprio utamur uocabulo, calidum mordax est: sensus autem similitudine, & frigida aqua uocatur mordax: non cum in cutem simpliciter incidit, sed ulceratã. Nam quod mordax futurum sit, eius quod morderi debeat substantiã oportet peruadere, quod in cute secũdum naturam se habente, frigida aqua non potest efficere: quoniam densior est cutis, quàm pro eius substantia. In ulceratis autẽ, ut quæ rariora sint, peruadere potest eorum substantiam, in profunda subintrans. Dictum autem est plenius de natura mordaciũ, in libris De potentia simplicium medicinarũ. Vlceratis igitur frigidum est mordax: integris autem non solũ mordax non est, sed & cutem facit duriorem, eius densando substantiã. Et quidem dolorem efficit insuppurabilem, natiuum refrigerando calorem, qui ulcera ad suppurationem perducit, & ea difflari prohibet quæ dolorem efficiunt. Quæ autem sequuntur, prius etiam dicta sunt ab ipso, & liuores, & rigores febriles, & conuulsiones, & distentiones.

XXI Est autem ubi in distentione sine ulceratione, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ aquę multa perfusio calorem reuocat. Calor autem hæc soluit.

Quæ raro iuuent frigidum ac calidum, post ea quæ ante dixit Hippocrates, deinceps prosequitur: & primum quidem de frigido inquit, ut in distentione (liquet autem quòd & in omni alia conuulsione) in medio æstatis tempore, cum bene carnosus fuerit æger, ac iuuenis, frigidæ aquæ perfusio calorem reuocãs naturalem, passionem sanet. Vnde et manifestum fit, quòd non sua ui frigida aqua morbum tunc sanat, sed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnosis reuocationẽ caloris facit. In alia igitur ætate nil proderit: quoniam neque reuocationem efficit, quando neque in hac ullo anni tempore, pręterquam æstate media. Nam aquæ frigidæ occursus aut uincit natiuum calorem, aut

collígit

colligit. uincit quidem cum debilis fuerit: colligit A autem cum fortis, ipsum continens ac difflari prohibens. Excipit aũt eas quæ sunt cum ulcere conuulsiones, ut quæ nunquam ab aqua frigida sanari queãt, neq; si æger iuuenis, & natura calidus fuerit, & æstiuo anni tempore, ac regione calida: quoniam (ut & ipse antea dixit) ulceribus frigidũ mordax, dolorem insuppurabilẽ facit. Iis igitur qui in ulceratione conuelluntur ob neruosorum corporum inflãmationem, contrarium uehementer est frigidũ, ut quod neq; ulcus iuuet, neq; corporum neruosorum dissoluat inflammationem.

XXII Calidum suppuratorium, non in omni ulcere, magnum ad securitatẽ indicium; cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, conuulsio- B nes, & distentiones mitigat: & ex ijs quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem: plurimum autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipue, eorumq; maxime qui in capite ulcera habent, & quæcunq; à frigore moriuntur, uel ulcerantur, et repentibus comesis, sedi, pudendis, utero, uesicæ. his calidum amicum & iudicans, frigidum inimicum & perimens.

Sicuti frigidum cõuulsiones & distentiones facere natura aptum, tamen sanat aliquando, quanquam raro, distentionem: sic & calidum quantum ex sui natura ad suppurandum efficax, est aliquando prohibens suppurationem. siquidem ulcera pu- C trida, & simpliciter omnia quæ fluxiones habent, adeo non suppurat calidũ, ut his etiam plurimum noceat: atq; hæc ambo in unum cõiunguntur: nocere ulceribus, & minime suppurare: sicuti cõtrà, prodesse, ac suppurare. Maximum etenim est ulceri signum ad securitatem, & pus, & medicamen quod habet id faciendi facultatem. Nihil enim male potest aduenire ulceri pus generãti. Quæ igitur conuulsionem afferunt, nõ suppurantur omnino. Similiter autem & quæcunq; ulcera sunt putredini obnoxia, et quæ partes circumstantes exesas hãbent, atq; hæc difficulter ad cicatricem perducuntur, uniuersa & minime suppurantur. & quæcunque ex malis ulceribus proprijs nominibus insi- D gniuntur, ueluti quæ cancrosa, chironia, telephia, & phagedenica, id est carnem comedentia nominantur, omnia & ipsa non suppurãtur. Maximum igitur signum ulceri ad securitatẽ, est pus: & hoc potes conijcere ex calidi usu. In quibus enim non congruit, uidebis hæc à calido insuppurabilia per- * durare. Deinceps autem calidi opera quæ frequenter apparent, enumerat. Etenim cutem induratam mollit, & crassatam extenuat, & dolorem sedat, & cõuulsiones ac distentiones mitigat: nec sicuti frigidum dolorem insuppurabilem efficit, quoniam est à natura nostra alienum, quæ est calor natiuus, quem tamen coauget ubi mediocriter adhærescit. Calor uero extrinsecus facit hæc omnia quæ dicta sunt, nonnullaq; concoquendo, & ad melius alterando: quædam discutiendo, et euacuando noxia, ad sanitatem perducit. quòd si non ex toto sanet, saltem dolores mitigat. In capitis uero dispositionibus & hæc eadem facit, & eas quas carebarias, id est, capitis grauitates nominant, sanat, concoquens atq; dissoluens quæcunq; molestant. Et quidem fracturis ossium utilissimum est, & magis nudis, hoc est, carne exutis: adhuc autẽ magis ijs quæ in capite fiunt. nam talia frigidum maxime offendit: ut quod non ossibus tantum, sed ipsi quoq; cerebro sit inimicum. Iam uero & quæcunq; partes ex algore emortuæ sunt, ijs calidũ remedio est: sic quæ frigidum exulcerat, sicuti hyberno tempore calcanea, & digitos, & extrema omnia, horũ quoque remedium est calidum. Sanat etiam serpentia comesa, quamuis ab humore bilioso calidoq; fiãt. nam propter exulcerationẽ frigidum est ipsis inimicum, ut quod ulcerũ mordax existat. Sic & omnibus quæ sunt in sede dispositionibus, amicũ quidem est calidum, contrarium uero frigidum, quoniam neruosa sedes est, frigidũ uero neruis est inimicum, & quoniam per communicationem frigiditas facile ex sede ad uentrem ascendit, & eodem modo caliditas. Sic & utero & uesicæ calidũ quidem, amicum & iudicans: inimicum uero & occidens, frigidum. nam & hæ pariter neruosæ sunt, et supraiacentib. partibus facile tradũt frigiditatem. Quòd autem in omnibus quæ in aphorismo dicuntur, cõmuniter pronunciauit his calidum esse amicum & iudicans, frigidum uero inimicum & occidens, liquet, etiamsi à me non dicatur.

In his frigido utendum, unde fluit sanguis, XXIII aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa unde influit; & quæcũq; inflammationes uel inflammina ad rubrum & subcruentum sanguine recenti tendunt. nam ueteribus nigredinẽ affert. Erysipelas etiam non ulceratũ iuuat. nam exulceratum lædit.

Eas quas facit frigidum utilitates, ac mala, hoc transigit aphorismo. Primum, in quibus sanguis fluit aut fluxurus est, inquiens cõferre ipsum, non ipsis partibus manãtibus sanguine admotum, (ulceribus enim frigidum mordax) sed circumstantibus, & illis præcipue unde aliquid ad ulcera profluit. Et quidem ait omes iuuare inflammationes, quas sic ipse nominat inflãmina, ueluti ab aliqua succẽsa flamma, propter humorum à quibus fiunt, caliditatem. Nam & hæc frigido gaudent. Videntur autem hæc omnia intuẽti, colore rubra & subcruenta, recenti scilicet, & non antiquo suffusa sanguine. Nam sanguis antiquus, floridum nõ habet colorem. Quare frigido admoto liuere, & nigras fieri contingit partes patientes. Eodem modo & erysipelas non exulceratum iuuatur à frigido, sicuti ulcerato mordax est frigidum, et dolorem affert: & hac ratione nocet, cum partes dolentes semper ad seipsas moueant fluxiones.

XXIIII Frigida qualis nix & glacies, pectori inimica, tusses mouent, & sanguinem, & destillationes.

Hactenus de aqua calida & frigida sermonem habuit, nunc autem de niue & glacie differit, illud ostendens, quòd tanto magis hæ nocere possunt, quanto sunt aqua frigida frigidiores, & quòd thoracis partibus sunt inimicissimę, cum & tusses moueant, & uasis plerūq; disruptis sanguinem manare faciant, & ex capite destillationibus thoracē offendāt atq; pulmonem: nam has quoq; nix facit & glacies, cerebrum refrigerantes.

XXV Tumores articulorum atque dolores absq; ulcere, et podagricos quoq;, atque conuulsa, horum plurima frigida aqua large effusa leuat, & extenuat soluitq; dolorē. nam modicus torpor dolorem soluit.

Quòd quidem aqua frigida horum plurima iuuet, ostendit. Sed quænam hæc sint, dicere prætermisit: tanquam ex illis quæ antea dixit, non sit admodum difficile inuenire. Quæcunq; enim inflammationes, uel inflammina ad rubrum & subcruentum recenti sanguine tendunt, à frigida ait aqua sanari, quæ influxum scilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat: quapropter & dolorē in talibus soluit, quia eius causam abscindit, refrigeratio etiā partium largior, affert torporem mediocrē, qui & ipse dolorem soluit sensum hebetando.

XXVI Aqua quæ cito calet, & cito refrigeratur, leuissima est.

Non pondere talem esse leuissimam dicendum est. Sic enim nihil magnum edoceret, præter id quòd per quendam circuitum illud inuenit, quod facile erat statim inuenire. Nam si pondere leuiorem aquam dignoscere quærit: promptum ipsi fuit ad proprium eorum quæ ponderantur iudicium rem deducere, eiusq; per lancem ac pōdus inquisitionem facere. Sed nunc leuiorē dixit aquam quæ uentrem non grauat, & quæ cito permeat: sicuti isti contrariam, grauem uocamus, quæ cito non permeat. Liquet autem quòd non solum hoc iudicium existit uirtutis aquæ, sed quòd cum alia in propatulo sint, et ab omnibus nota, hoc uero aliquid habeat artificiosum: sic ad id prodendū scriptis, Hippocrates uenerit. Sed quænam sunt alia? Primum quidem, si neq; turbida, neq; cœnosa: deinde si, neq; in gustu, neq; in odoratu aliquam absurdam qualitatē pręse fert: tum & illud quod nūc Hippocrates dixit, si cito refrigeratꝰ & calet. nam perspicuum existit, talem esse bene alterabilem. Si cuti autem cibi uirtus est esse bene alterabilem, ita & aquæ: siquidē facile transmutari uolumus quicquid concoqui debeat ab instrumentis quibus est coctionis munus à natura demandatum. Quicunque uero sola potantium dispositione, optimam aquam iudicāt: certissimo quidem utuntur iudicio: uerum si hoc tantū assumpserint, nō recte faciunt. Prius enim oportet de aqua ex dictis signis iudicare, antequam ad talem ueniant experientiam.

XXVII Qui noctu bibere appetunt, ijs admodum sitientibus, si superdormierint, bonum.

Neq; si dandus, neque si minime dandus sit potus ijs qui noctu admodum sitiunt, quicquā ostendit, sed hoc tantum, quòd superdormire, confert. Coquitur enim per somnū, ut liquet, & subdescendit id quod efficit sitim. Non tamen illud est in obscuro, quòd ualde sitientibus potus est dandus, siue ex potatione uini meracioris, siue ex defectu potus sitis aduenerit. Nam & defectui exhibēdo succurrere: & illam quę facta est ex uino caliditatem, aqua restinguere, theorema est salubre. Si tamen modice sitierint, nō omnino eis dādus est potus, sed abstinendum, siue ex defectu humidi tale quid patiantur, siue ex nimia uini potatione contingit enim & hos ex somno iuuari.

XXVIII Suffitus aromatum, muliebria ducit: sæpius uero & ad alia utilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.

Muliebria dicit, ut liquet, ea quæ ex utero mulieribus euacuātur in menstruis purgationibus, & à partu. Clarum etiam illud est, quòd & hoc in loco, illas quæ uel propter uteri inflāmationem, uel euersionem, aut talem aliam causam non purgantur, non aliter recte curabimus, quàm eam curantes passionē, cuius est casus suppressio menstruorum. Illas uero quæ sine hac passione parcius purgantur, ijs qui nunc ab ipso docētur suffitibus, curat. In his eñ uel sanguinis crassitudo causa est retentionis, uel obstructio uasorum quę pertingunt ad uterum, uel eorundem obseratio, totiusúe ipsorum substantiæ densatio. Quodcunq; uero dictorum in causa fuerit, ex aromatib. suffitus sanat dispositionem: qui ui sua aperit uasorum fines obseratos, extenuatq; humorum crassitudinem, et obstructiones incidendo remouet. Multoties uero & ad alia, inquit, utilis esset, nisi capitis faceret grauitatem. Nam totū corpus poterat continue suffiri per uterum in omnibus frigidis atq; humidis dispositionibus, nisi timeremus illam quę fit ex suffitu, capitis grauitatem, præsertim in febribus. Quòd uero omnia ferè aromata natura apta sint facere capitis grauitatem: & experientia ostendit, & ratio docet. Quæcunq; enim satis calefaciunt, omnia capitis grauitatem causant, utpote sui natura calido superiora petente. Calida autem est sufficienter omnium aromatum natura, præcipueq; Casię, Costi, Cinnamomi, & Amomi.

XXIX Grauidas purgare turgente materia à quarto mense usq; ad septimū, minus uero has. Recentiores autem et seniores uereri oportet.

Hic aphorismus dictus est antea ubi de purgatione sermo habebatꝰ. Sed & hic ubi de muliebribus agitur, in quāplurimis exemplaribus inuenitur. Quidam uero eximunt ipsum, ne bis scriptus inueniatur.

inueniatur. Noua autem expoſitione non indiget præter illam quam retro ſcripſimus.

XXX Mulierē utero gerētem capi ab aliquo morbo acuto, letale eſt.

Neq; abſq; ratione. Si enim ſit cum febre morbus, neceſſe eſt ipſum febres habere cōtinuas. Talis enim eſt morbus acutus: et in hoc duplex eſt periculum: Vnum quidem propter febrem ipſam fœtum occidentem: alterum uero quòd ex longo interuallo cibum dantes, ex alimenti defectu fœtum deſtruemus. Si uero ut hunc ſeruemus, non uerebimur crebro cibum exhibere, febres cōtinuas uictu intempeſtiuo augentes, matrē occidemus. Sic & ſi abſq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, ueluti morbus comitialis, morbus attonitus, quē Græci apoplexiā uocant, cōuulſio, diſtentio, propter magnitudinem morbi & acutiem, impoſſibile eſt laborantem euadere.

XXXI Mulier utero gerēs, ſanguine miſſo ex uena, abortit, & magis ſi fœtus ſit maior.

Ex defectu alimenti fœtus deſtruitur, non modo miſſo ſanguine ex uena, ſed etiam ex longiori inedia. Oſtendemus autem hoc ipſum paulo poſt & per alios aphoriſmos. Non abſq; ratione autem & maior fœtus magis deſtruit̄ miſſo ſanguine ex uena mulieris, quia plurimo indiget alimento.

XXXII Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio.

Non abſq; ratione. Erit em̄ † retractio ſimul atque euacuatio ſanguinis ad ſupiora tendētis. Hoc quidem igitur & experientia cōprobat utiliter fieri: nos uero ab ipſa excitati, opera quæ bene à natura geruntur, imitabimur: & mulieres hac paſſione laborantes, miſſo ſanguine è uena, uacuabimus.

XXXIII Menſtruis deficientibus, ſanguis ex naribus fluens, bonum.

Quòd quidem ſit neceſſarium eum qui ſingulis menſibus bene euacuatur ſanguinem, quando ob aliquam diſpoſitionē fuerit retentus, mulierem lædere, & quòd per aliam partem euacuatus, omnem corporis tollet læſionem, unicuiq; eſt manifeſtum. Cū uero multa ſint loca per quæ poteſt euacuari, omnibus alijs aut maius, aut minus ineſt detrimentum: ſola quæ fit per nares euacuatio innoxia eſt, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamen ſi aliqua etiā alia euacuatio ſine noxa eſt, propterea aphoriſmus eſt falſus. Neq; enim quòd ſola per nares euacuatio deficientibus menſtruis bona ſit, dixit: ſed hanc ſimpliciter laudauit, non adiuncto quòd ſola. Si quis igitur eam quæ fit per ſedem, dixerit ita affectis mulieribus utilem eſſe, non aduerſatur aphoriſmo. Videtur enim aliquando Hippocrates per unum exemplū de ſimilibus omnibus pronunciare.

XXXIIII Mulieri in utero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.

A Ratione euacuationis & nunc Hippocrates inquit, periculum abortus eſſe, quemadmodū & antea in miſſione ſanguinis è uena, oſtendebamus.

Mulieri quę uterinis moleſtatur, aut difficulter parit: ſuperueniens ſternutatio, bonum. XXXV

Vnum in aphoriſmo uerbum habet obſcuritatem, uterinis. Nonnulli enim per id accipiunt omnes quæ utero adueniūt diſpoſitiones: nōnulli uero illas tantum in quibus paſſio contingit, quā uocant uterinam ſtrangulationem: quæ tamen nō eſt uere ſtrāgulatio, ſed defectus anhelitus: alij choria, id eſt, ſecundas intelligunt. nam & has uteros nominant. Verum hi aperte aberrant, quamuis maxime uerum dicere uideātur: quòd ſecundæ contentæ in utero, ex ſternutatione diſrumpuntur. Alius

B enim de his aphoriſmus eſt ab ipſo perſcriptus. Et plurimum refert, an uterū dixeris, an uterina. Falſum eſt etiam illud, de omnibus uteri paſſionibus dictum eſſe ab ipſo ſermonem. Neq; enim exulcerationes, neq; inflammationes, neq; eryſipelata, ſicuti neq; abſceſſus, ſternutatio iuuat. Verū autem hoc, quòd in uterinis ſtrangulationibus ſuperueniente ſternutatione, patiens aliquantulum leuat, non ſolum quia bonum eſt ſignū ſternutatio ſponte adueniens ijs quæ ita ſe habent mulieribus, ſed quoniam & cauſa, ut quæ ſit huius paſſionis remedium. Signum itaq; bonum exiſtit, quia naturam oſtendit quæ prius obſtupuerat, excitari ac reuiuiſcere, & propriarum meminiſſe motionum: quando aliquam eijcit ſuperfluitatē. Oſtenſum eſt enim

C in libro De cauſis accidentium, ſternutationē hoc modo fieri. Cauſa autem ob quam iuuat, eſt, quia uehementiore concuſſu atq; feruore, partim quidem naturā excitat, partim uero excernit quæ partibus corporis firmiter infixa adhærebant. Sic em̄ & ſingultum ſanare ſolet.

Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tempus uenientes, purgationē indicant eſſe neceſſariam. XXXVI

In multis exemplaribus ſcripturam ita ſe habentem poſſumus inuenire: Mulieri menſes tardi, nec per idem ſemper tempus uenientes. Poſſunt igitur & menſes tardi, hoc eſt, qui poſt conſuetū ueniunt

D circuitum, purgatione indigere humoris pituitoſi, ob quē & decolores fiunt, non tamen egemus hac ſola neceſſario. nam & per extenuantem aliquādo uictum tales diſpoſitiones ſanauimus. Scriptū autem eſt à nobis de hoc extenuanti uictu, libro uno ſeorſum. Suffitus inſuper aromatum idem facit, et qui eandem iſti uim habent peſſi adhibiti, epotaq; medicamenta quæ incidunt, & humorum craſſitudinē extenuant, quale eſt quod ex calamentho fit, quo nos aſſidue utimur, quodq; ſæpius tardantes menſium purgationes exciuit. Nam intentio ſanationis in ipſis eſt, cum ora uaſorū aperire quæ pertingunt ad uterū, tum ſanguinem extenuare. Ac ſane quidem purgatio totius corporis, ut dixi, quando craſſi euacuantur humores, tales ſanat diſpoſitiones

tiones. Si uero, decolores, scriptum sit, multo magis purgatio sanabit ita se habẽtes mulieres. Neq; enim propter humorem pituitosum tãtummodo, sed & propter melãcholicum & biliosum menses fiũt decolores. Quomodo igitur dignoscere oporteat humorem superabundantẽ, ipse in primo De muliebribus docuit: nunc autem ꝙ per purgationem euacuandum sit, idem monstrauit. Verba aũt illa, Nec per idem semper tempus uenientes, huic scripturæ magis cõsonant, ut totus sermo sit talis: Si menses decolores fiant, & nõ per idem tempus ueniant quo antea uenire cõsueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit eñ in mulieribus quæ malos humores habent, non modo decolores apparere menstruas purgationes, sed etiam tempus periodi nõ seruari: siquidem crassiores fuerint humores, & difficilius fluentes ĳs qui secũdum naturam se habent, morando, & longius tempus expectando: sin autem contrarĳ, hoc est, humidiores ac tenuiores, consuetum terminum anticipando.

XXXVII Mulieri utero gerenti si mammæ graciles repente fiant, abortit.

Hic pariter aphorismus ex illorum numero est quos diximus defectum alimẽti fœtu significare. Communes enim quędam uenæ sunt mammis ac uteris: quæ ubi parum habuerint sanguinis, graciles quidem mãmas reddunt, inedia uero nonnunquam fœtum perimunt, nonnunq; etiam ad excretionem excitant, illam ob causam quam ipse in libro De natura fœtus, per hæc uerba explicat: Alimentum atq; auctio à matre ueniens, nõ amplius est infanti sufficiens, quando decem menses præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit eñ à sanguine ad se id quod est dulcissimũ: & simul etiã lactis parte aliqua fruitur. Vbi uero hæc illi rariora fuerint, & iam infans molẽ corporis habet, plus cibi requirens ꝙ illud quod adest: calcitrat, & mẽbranas disrumpit. Liquet igitur ꝙ et ante decem menses fœtus est indigens alimento, & calcitrans, ac membranas disrumpens, initiũ partus matri affert.

XXXVIII Mulieri utero gerenti si altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit: & si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si uero sinistra, fœminam.

Quod suprascriptus aphorismus de ambabus mammis dicebat, hoc in altera iste dicit. propter illam uero quam diximus de uenis cõmunibus causam: is qui è directo est mammæ factæ gracilioris fœtus abortum patitur. Quòd aũt existentibus geminis, altero mare, altero fœmina, si dextra quidem mãma gracilis fiat, solus mas: si uero sinistra, fœmina sola corrũpatur: ex illa ipsius pendet opinione, qua mares quidem in dextris, fœminas uero sinistris magis concipi opinatur.

XXXIX Si mulier quæ neq; grauida est, neq; peperit, lac habet: huic menstrua defecerunt.

Ratio quidẽ longior existit: & oportet illũ qui eam exquisite assequi debeat, exercitatũ esse in libris De potẽtĳs naturalibus. Tantũ tamen de his nunc à nobis dicetur, quãtum breuissime dictum possit ad præsentia cõferre. Hoc quidẽ commune est omnibus animalis partibus quæ aptæ sunt humores aliquos utiles generare, aut ad usum aliarũ partium, aut ad generis propagationẽ, aut ad conceptus nutritionẽ, esse humorem illum quãdã ueluti superfluitatẽ alimenti partis ipsum generãtis. Non enim quia norit ad quid utilis erit humor animali, ipsius facit pars generationẽ, nisi debeat talẽ habere intellectũ, qualem habere ciuitatum gubernatores arbitrãtur oportere: sed animalis quidem opifex illum habet intellectũ, ipsa autem pars (ut ostẽsum est) potentĳs regitur naturalibus, cũ alĳs quibusdã, tum alteratiua, per quã assimilat alimentum sibĳpsi. Quantũ igitur alimenti ab ipsa alterati fuerit nutrito corpori exquisite assimilatũ, illi apponĩt parti, ac nutrit eam. & hoc est quod ipse ait: Alimentũ est, quod alit, & quod est ueluti alimentum, & quod debet alere: superfluũ uero, quod superest. similis autẽ naturæ partis humor existit, in ossibus quidem id quod in cauernis eorum continetur, in hepate uero, sanguis. Ex hoc genere est & spumeus humor qui in carne pulmonis cõtinetur, & qui in articulorũ cõpagibus glutinosus humor, & id quod in testibus, & assidentibus uocatum semen, & qui in lingua, cui nomẽ saliua. Sunt autem & quidam in mammis adenes, uim habentes id quod ad eos influat, † alterandi. Cum ergo hi sint exangues & albi, proprium efficiunt humorem, talem qualis est lac, eiusq; maiorem copiam, quo plus alimenti defertur ad ipsos. Plus uero defertur octauo & nono mense conceptionis, quãdo abundanter oppletæ sunt cõmunes uenę mammarum & uteri, sicuti in animaliũ prægnantium dissectionibus manifeste conspicitur. Fit autem & tale quandoq;, licet raro, cum mulier grauida non est, quãdo ad similem peruenerint uenæ repletionem ex menstruorũ retentione: cuius nunc dispositionis Hippocrates meminit.

XL Quibuscunq; mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.

Quòd quidem sanguis ad mammas feratur, deinde ab adenibus qui ibi sunt, in lac transmutetur, in pręcedenti scriptũ est aphorismo. Nunc autem quando intransmutabilis manserit hic qui ad eos sanguis peruenerit, furorem ait Hippocrates significari. Ego quidem nondum hoc accidisse uidi: & siquando eueniat, ex ĳs est quæ raro eueniũt. Hippocrates uero, ut qui uiderit, scribit. & si uerũ sit, talem ipsius oportet causam existimare: Adenum natura, illorũ præsertim qui in mammis sunt, exanguis proculdubio est, & frigida: omne enim exangue frigidũ. Atq; ideo sanguinem qui defertur ad ipsos, ad frigidius cõmutãt. Quanto enim adenes hi sunt hepatis carne frigidiores, tãto lac sanguine. Cũ igit̃ plurimus aliquando sanguis & feruẽs per totũ labit̃ corpus, & caput ꝑcipue petit: in furorẽ

uertuntur

uertuntur, quoniam sanguis talis occupat caput. Qui uero ad mammas defertur: ad cōtrariam naturam alterari non poterit ita ut lac fiat, tū propter feruorem, tum propter exuperātiam.

XLI Si uelis noscere an cōceperit mulier: cum dormitura est, ei aquam mulsam potandam da: & si alui tormina patietur, concepit: si minus, non concepit.

Tormina fiunt quidem propter mordacitatē, fiunt etiam propter spiritū flatuosum, qui facilem non habet exitum. quæ tormina fieri nunc est arbitrandum in mulieribus quæ conceperunt, propter eam quæ fit ex utero angustationē. Dat autē aquam mulsam mulieri dormituræ, crudam uidelicet: quoniam qualitas flatuosa (si noscere uolumus) est necessaria: uolēs & quiescere simul, & plenam esse cibis mulierem: hæc enim ambo conferent ad torminum generationem.

XLII Mulier si marem concepit, bene colorata est: si uero fœminam, male colorata.

Vt ad seipsam muliere collata uidelicet, non autem ad alteram, dictum est ab Hippocrate indiciū quod ex bono colore ac malo sumitur. Nam quæ fœminā concepit, minus seipsa colorata apparet: quoniam frigidior est fœmina mare. Nunc͛ uero talem concepisset, nisi & uiri semen & uterus mulieris frigidior eo tempore fuisset in quo cōcepit. Quare quod dicitur, ex eorū numero est quæ sæpius eueniūt. Contingit enim ita omnia recte agere mulierem post tempus cōceptionis, ut bene colorata fiat. Liquet autē ꝙ & alia signa sunt quæ significent marē esse conceptū: sicuti ipsius conceptus plurimæ ac ualidæ motiones: quæ tamē neq͛ ipsæ, signa perpetua sunt. Contingit enim aliquando, licet sit rarū, ꝙ cōcepta fœmina sit mare robustior, & multis ac ualidis motibus moueatur: contingit etiam ut aliquādo mas sit debilior fœmina, ac paucioribus debilioribusq͛ motibus cieatur.

XLIII Si mulieris grauidæ in utero sit erysipelas, letale.

An solum erysipelas in utero mulieris grauidæ constitutum, putat esse letale, an illam etiam quæ proprio nomine dicit͛ inflāmationē? Quòd enī facto in utero erysipelate, fœtus moriatur ex necessitate, manifestū est. quandoquidē & febres acutæ aliquādo sine inflammatione ipsum interficiunt. An uero utero inflammationē patiente, possit aliquando fœtus uiuere: dignum est inquisitione.

XLIIII Quęcunq͛ pręter naturā tenues existentes, utero gerūt, abortiūt prius ꝙ͂ crassescant.

Secundum tres modos intellexerunt expositores libri huius, præsentis aphorismi sententiā. Quidam enim omnino arbitrantur ipsas abortire: quidam uero si nō crassescāt & reficiātur, sed maneāt absq͛ refectione, ac tenues: quidā uero cū reficiuntur, tūc maxime eas existimant abortire, quod minus uidetur, ꝙ͂ prius dicta, uerisimile. Verūtamen ita exposuit Numesianus, dictū inquiēs esse aphorismū in ijs quæ præter naturā extenuatæ sunt, & prius refici deinde cōcipere debent, quas nō posse refici ait absq͛ ꝙ sanguis ad cōceptus alimentū deputatus, ad eius quæ concepit nutritionē assumatur: quare nō absq͛ ratione fœtus sufficienti indigens alimento, corrumpitur. Sed & uerba illa, Præter naturā tenues, quidam ita acceperunt, sicuti Numesianus, ut præter suiipsius naturā grauida mulier sit extenuata. Quidam uero magnū excessum dicunt significari, uolente Hippocrate nobis insinuare, nō quòd mediocriter extenuatæ, id ex necessitate patiantur, sed quæ ualde sunt extenuatæ. Vtraq͛ autem expositio non caret ratione.

XLV Quæcunq͛ mediocriter corpora habentes abortiunt secundo aut tertio mēse sine occasione manifesta, ijs acetabula uteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere fœtum continere, sed disrumpuntur.

Sine manifesta occasione ait, febre uehemente, uel alui fluxu, uel profluuio sanguinis, uel erysipelate in ipso utero cōstituto, uel saltu grauidę mulieris uehementiore, uel clamore, uel tristitia, uel ira, uel timore, uel uictu parciore, uel alio tali aliquo actu seu passione. Est enī uerisimile, in his esse plena mucore ora uasorū uenientiū ad uterū, ex quibus secundæ pendent: quę ora, acetabula nominauit: non (sicuti quidā arbitrātur) adnatas ipsis carnes adenosas. Nam ut ipse inquit in primo lib. De passionib. muliebribus, si acetabula plena fuerint pituita, mēstrua fiunt pauciora, & Praxagoras in primo De naturalibus: Acetabula inquit sunt ora uenarū & arteriarū, quæ feruntur ad uterum.

XLVI Quæcunq͛ præter naturam crassæ, non concipiunt utero: ijs omentum os uteri comprimit, & prius quàm extenuentur, non concipiunt.

Verba, præter naturam, dupliciter etiam hoc loco accipiunt. quidam enim excessum significari arbitrantur: quidam præter ipsius mulieris grauidæ naturam. Verior est autem prior acceptio: nam ab omenti pinguedine comprimitur atq͛ angustatur uteri os ijs quæ supra modum crassę sunt. appellat autem nūc os, illud quod intus est, ubi uterus quidem desinit, collum uero incipit: quod magis proprie os uteri diceretur. Nam altera colli extremitas quæ mulieris pudendis cōiungitur, non uteri, sed ipsius colli os haud sine ratione uocaretur.

XLVII Si uterus in coxam uergens suppuratur, necesse est linamentum fieri.

Quam necessarium est fieri per linea fila curationem, linamētum nominauit. Quòd autem uterus suppuratus, & præsertim ad exteriora, (nam hoc nunc uidetur dicere) curatione tali ex necessitate indigebit, non est obscurum.

XLVIII Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ uero in ſiniſtris magis.

Quòd propter temperaturā quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit, fœtus maſculus generatur, in commentarijs De ſemine, eſt demonſtratum. Calidior uero temperatura fœtibus aduenit non minime ob locum qui eſt dextra uteri pars: hæc autē calidior exiſtit, propter hepatis uicinitatem. Conferet autem aliquid ad cōceptus caliditatē & muliebre ſemen profuſum quidem ex proprijs teſticulis per utrunq; corniculum, partim in dextrū uteri ſinum, partim in ſiniſtrum, diſſimile tamen: ut & hoc ipſum oſtendimus; ſiquidem ſeroſior eſt atq; frigidior genitura quæ in ſiniſtro teſticulo continetur: & iuxta hoc conceptus in læua parte uteri ſtatim initio conſtitutus, nō abſq; ratione eſſet frigidior. Dictum autem eſt de omibus talibus ſufficienter in quinto libro Sectionum Hippocratis.

XLIX Vt ſecundæ procidant, ſternutatoriū impoſito, & nares apprehendito, & os.

Non cum accentu circumflexo ultimam ſyllabam uerbi ὑστέρων, legere oportet, ut ſignificet uterū, ſed cum graui, ut ſecundæ intelligantur. Neque enim uult uteros ipſos excidere, tētione facta cum medicinis ſternutare facientibus, ſed ea quæ χόρια uocantur atq; ſecundæ.

L Mulieri ſi uelis menſtrua cohibere, cucurbitulam quammaximam ad mammas appone.

Sicuti menſtruorum quæ aut nullo modo, aut parce fluunt, curationem Hippocrates docuit: ita & nunc illorum quæ ultra modum euacuātur docet, iubens nos cucurbitulam quammaximam ad mammas apponere. Melius eſt autem non mā̄mis ipſis cucurbitulam adigere, ſed inferius ſub ipſis eā affigere, potiſſimū, ubi ſunt uenæ quæ ad ipſas deſubter ueniunt. ſaneq; nonnulli his uerbis aphoriſmum ſcribūt, Cucurbitulā quāmaximā ſub mā̄mis pone. Vult autē quamaximā eſſe cucurbitulā, ut fortiorē faciat ex utero ad ſuperiora attractionē, per cōmunes id uenas artificioſe molitus.

LI Quæ utero gerunt, ijs uteri os cōprimitur.

Maximū hoc eſt mulieris quæ cōcepit indiciū, ſi obſtetrix potuerit immiſſo digito os uteri tangere. Statim enim cū ſemē intra ſeipſas acceperint, totum ſui interius ſpatium contrahunt, & os claudunt. Videtur autem & propter durum tumorem & inflammationem os uteri comprimi. Diſtinguitur q; ab eo qui in grauidis, ex duritie uteri.

LII Mulieri utero gerenti ſi lac multum è mā̄mis effluat, fœtum imbecillem ſignificat. ſi uero mā̄mæ ſolidæ fuerint, fœtū ſignificant ſaniorem.

Illo uidelicet tēpore fluit lac quibus uiſum fuerit fluere, quando natura fert ut in grauidis generetur. Neque enim in primis generatur menſibus. Quòd autem omnino fluat, & non maneat intus, A hoc ideo fit, quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum uero colligitur oppletis uenis cōmunibus quæ à mā̄mis pertingūt ad uteros. Sed adhuc magis implentur quando minimum conceptus abſumit. Hoc uero ipſum fit ob eiuſdem conceptus imbecillitatem. Liquet igitur quòd neq; mā̄mas tenues oportet apparere, ſicuti in muliere nō grauida: (hoc enim ſignum defectum ſanguinis oſtendit, & hac ratione fœtus in ipſis corrumpitur) neque ideo plenas ut lac effluat, ſed tantum ſubleuari, ut ſolidæ tangentibus uideantur. Media ēm eſt hæc conſiſtentia inter renitentes propter nimiam repletionem, & molles ac laxas propter defectum ſanguinis. Quare merito laudat hoc ſignum Hippocrates, ut quod indicio ſit neq; fœtum eſſe imbecillem, neq; deficere ipſi alimentum. B

LIII Quæ corrupturæ ſunt fœtus, ijs mammæ extenuantur. Si uero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.

Prius dixerat: Mulieri utero gerenti ſi mā̄mæ repente extenuentur, abortit. Dixerat etiam, Et ſi altera mā̄ma extenuetur geminos habēti, alterius fœtus abortum ſecuturum. Nunc uero ordinē cōſecutionis commutauit, & non à ſignis, ſed à mulieribus fœtum corrumpētibus fecit initium, ipſis præcedere inquiens mā̄mas tenues. Non eſt autē omnino idem ſi dicatur, ad mammas tenues ſequi C corruptionem, & futuræ corruptioni mammas tenues præcedere. Qui enim ait ad mammarum extenuationem ſequi corruptionem: hic iſtud ſolum oſtendit eſſe ſignum futuræ corruptionis. Qui uero dicit, ijs quæ debent corrumpere fœtus, mammas extenuari: hoc ſolum uidetur oſtendere ſignū præcedere fœtus corruptionem. Quare diligētius inquirendum eſt, & obſeruandum in ijs quę apparent in mulieribus grauidis, nunquid aliter fœtum corrumpant nec ne, ſed ſemper præcedat mammarum extenuatio: an ſaltātibus, uel magnopere uociferantibus, uel ira excandeſcentibus, uel nimio repente pauore correptis, contingit quidē interdū mā̄marū non præcedere extenuationē. Contingit autē & in quibuſdam ut propter magnitudinē febris, aut factum in utero eryſipelas, uel mucorem D acetabulorū, aut aliquid aliud tale, fœtus corrūpatur abſq; mammarū extenuatiōe. Cæterū uidetur Hippocrates exiſtimare hanc ſemper præcedere: & mihi ſæpius obſeruanti, uiſæ ſunt in ſupradictis occaſionibus ante corruptionē mā̄mę fuiſſe extenuatæ. Nunquid igitur quando citra aliquam huiuſcemodi cauſam mammæ extenuantur, defectū ſanguinis eſſe in cauſa exiſtimare debemus: qui in uenis eſt utero mā̄misq; cōmunib⁹: unde propter inediā fœtus corrūpitur: In alijs uero cauſis in quibus aut propter paſſionē, interit, aut diſrūpitur fœtus, cū ipſum mēbranę cōtinentes diuelluntur, natura os uteri adaperiēte, et dolores excitāte, ob has ipſas cauſas ſanguinē ad genitales deferri partes.

Hæc

Hæc enim eſt quædam ratio cõmunis, in quibus A natura aliquid uiolenter excernit,ut eo ſanguis ac ſpiritus tendat:quibus duobus ueluti inſtrumẽtis natura utens, ea quæ infeſtant, per uim expellit. Atq; hac ratione dolentibus partibus inflãmationes adueniũt,natura excernere atq; expellere cauſam doloris properante:ut uero hoc faciat,ſanguine ac ſpiritu locum implẽte. Hæc itaq; à me dicta ſint in primam partẽ aphoriſmi. Secũda uero quæ ſequitur (in qua contrariæ mammarum meminit diſpoſitionis)talis eſt: Si uero rurſus mammæ duræ fiant. Cum uero dictio rurſus,duo ſignificet in huiuſcemodi locutiõibus, alterum quidẽ quod antedictæ coniungitur diſpoſitioni: alterum uero quod per alia uerba dici conſueuit uice uerſa: mihi uerius, & magis Hippocratis ſententiæ cohærere uidetur ſecundum ſignificatum:ut quod in toto dicitur aphoriſmo,ſit tale:Mammæ quidem tenues omnino præcedunt fœtuum corruptionem: & non poſſunt iſti corrumpi ſine earum extenuatione præcedente. Duræ uero, corruptionem quidem non ſignificant, ſed dolor quidem dictarum partium ad ipſas conſequitur: ut ſicuti mammę tenues,defectus ſanguinis ſignificationẽ habent: ſic duræ multitudinis: differentes uidelicet ab illis quas paulo ante dixerat ſolidas : in quibus rurſus reponente natura ad quaſdam partes materiã inutilem, illæ dolent, ſed fœtus nullam habet offenſionem. Quęſtio autẽ occurrit hoc loco, ob quam cauſam ad corpus uteri natura nunquam materiã reponit inutilem, & non facit inflammationẽ: uel C cur inflammato utero, fœtus non corrũpitur. An quod ab Hippocrate dicitur, aliud eſt? Neque enim quòd nũquam ad mammas duras corruptio fœtuum ſequatur, putandum eſt fuiſſe ab Hippocrate dictum,ſed quòd nõ ſemper, quẽadmodum in tenuibus: uerum ſi ad alterum locũ natura reponat ſuperfluitates, (quod ex dolore cognoſcimus)corruptio non ſequitur. Et fiet rurſus, ſi ita intelligamus,ſermo talis:In mulieribus quæ fœtũ corrupturæ ſunt, ſemper mammæ extenuatæ præcedunt:duræ autem ac plenæ,non ſemper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. Si uero ad uteros ipſam expellat, fient & tũc omino tenues. Nam ſecundũ Hippocratis(ut apparet) ſententiam , etiam ſi propter D aliud quicquam, & non ob defectũ alimenti abortus fiat, omnino præcedet mammarum gracilitas, ob cauſam antedictam. quare etiamſi ob acetabulorũ humiditatem conceptus effluet, tunc etiam ipſum natura expellente ad excretionẽ, motio ſanguinis erit ad uteros, & hac ratione mammæ fient graciles magis quàm prius erant.

LIIII Quibus os uteri durum eſt, ijs uteri os comprimi eſt neceſſarium.

Dictum eſt & antea q os uteri comprimi, commune eſt ſignum & tumoris alicuius in eo præter naturam exiſtentis, & conceptionis in muliere, & quòd oportet id ex duritie diſtinguere. Grauidis enim molle eſt, & ſecundum naturã: Durũ autem in quibus eſt tumor pręter naturam, ſiue ſit inflammatio, ſiue tumor durus. Melius itaq; fuerat hunc aphoriſmũ poſt illũ ſcribere in quo dicebat: quæcunq; utero gerunt, ijs os uteri compreſſum eſt.

Quæcunq; utero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. LV

Accidit quibuſdam grauidis in quibus uitioſi humores prius q̃ conceperint, ſunt aceruati, non nunq; à febribus adeo uehemẽtibus corripi, ut ex neceſſitate abortiant: nonnunq; uero à mediocribus quidem, ſed cum non purgentur ſufficienter, aliquid ſupereſt reliquiarum humorum in corpore uitioſorum, ex quibus febres erant conſtitutæ, utpote nõ potentibus medicis mulieri grauidæ aliquod ualidum auxiliũ adhibere, aut exquiſita uictus ratione in ipſis uti. Ob hanc igitur cauſam febris in ipſis frequenter reuertitur, & magna tẽporis parte grauiter ſe habẽt. Non ſine ratione igitur fœtus aliquãdo nequit obſiſtere, ſed ex febre & uitio humorum corrumpitur: nõnunquã uero perdurat quidem uſq; ad tempus partus, ſed cum & ipſe ualetudinarius ſit, ut qui longo tempore laborauerit, & matrem habeat imbecillem, nõ ſine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum uigore eſt opus, & grauidæ mulieris, & infantis.

In fluxu muliebri ſi conuulſio & animi defectus aduenerit, malum. LVI

Non ſtatim, incipiente fluxu hæc fiunt, ſicuti nec aliorum ullum, quęcunq; in ſequenti ſermone quibuſdam alijs ait aduenire, ſed cũ uel uehementior fuerit, uel diu perdurauerit. Defectus quidem animi, communis omis immodicæ euacuationis eſt caſus: conuulſio uero etſi nõ cõmunis exiſtat, ad plures tamen ex ipſis conſequitur, & magis, ſi pars quæ patitur, neruoſa fuerit.

Si menſtrua plura fiant, accidũt morbi: & ſi non fiant, ex utero morbi contingunt. LVII

Quibuſdam medicis uiſum eſt ex multitudine quidẽ plurimos fieri morbos, ex defectu autẽ nullum. Verũ Hippocrates arbitratur etiam ob defectum fieri aliquando morbos, non ſolũ in mulieribus, ſed etiã in uiris. Siquidẽ ad defectus conſequitur aliquando ſiccitas, aliquãdo frigiditas, aliquando utrunq;. Oſtẽſum autem eſt q intemperaturæ quæcunq; tantam habent magnitudinẽ, ut poſſint iam lædere operationẽ, ſunt ex morborũ genere. Verũ quantum ad hoc, neq; falſum, neq; obſcurũ eſt quicquã ab Hippocrate dictum. Quatenus autem, in pluribus quidẽ menſtruis ſimpliciter dixit fieri morbos, neq; ex utero, adiecit; in defectu autẽ eorũ, iſtud adiunxit, dignũ eſt inquiſitione, nunquid in utriſq; affectibus dictis, cõmuniter, ex utero, ſubin-

ro, subintulerit, an tantũ hoc propriũ sit defectus menstruorum. Hoc autem scire exquisite, est impossibile, nisi omẽs nouerimus causas ob quas uel plura quàm opus sit, uel pauciora ueniant menstrua. Possibile est igitur immodicas fieri mẽstruorum euacuationes, si ora uasorum quæ pertingũt ad uterum, ultra modum aperiantur; & si sanguis uel calidior, uel tenuior fiat, & si totũ corpus propter malum habitum aliquem aggrauetur sanguine, quem licet modum naturæ cõuenientem sua multitudine non excedat, expellit ad uenas quę in utero sunt, ut fluxionibus accidit ex una parte ad aliam. Eadẽ uero menstrua possunt fieri pauciora, uel quia uenæ ferentes ad uterum menstruam purgationem, comprimũtur, uel obstruuntur ob crassitiem sanguinis, siue frigiditatem, & robur ipsorum quę in utero sunt uasorum, adeò ut quod influit, non admittant. Quodcunque autem horum fuerit, necesse est processu temporis & ipsum uterũ pati aliquam aut similem inflammationi dispositionem, aut erysipelati, aut duro tumori, aut cancro, quibus denuo totum cõpatitur corpus. In immodicis uero euacuatiõibus nulla talis accidit uteris passio, adeo ut per compatiẽdi rationem totũ corpus unà laboret. quare fit uerisimilius in sola retentione menstruorum dixisse Hippocratem morbos contingere ex utero.

LVIII Recto intestino aut utero inflammationem patiente, urinæ stillicidium accidit; & renibus purulentis urinæ aduenit stillicidium. hepati autem inflammationẽ patiẽti singultus aduenit. C

Quando aliquis parum, & frequenter mingit: hæc passio urinæ stillicidium nominatur. & fit aliquando ex imbecillitate potentiæ retentiuæ in uesica; nonnunquam uero ex acritudine urinę. imbecillitas ergo fit propter intemperaturam, & aliquẽ tumorem præter naturam. acritudo autẽ uel propter renum passionem, uel quia talis ad ipsos uenit ex uenis superfluitas serosa percolata. Recte itaq; Hippocrates inquit urinæ stillicidium recto intestino, & utero inflammationem patiente, & renibus suppuratis aduenire. In recto quidem intestino & utero, per compatiendi rationẽ uesica patiente: in renibus autem purulentis, pure per uesicam euacuato. Hoc igitur sui acritudine mordens uesicam, excitat ad excretionẽ. In uteri autem uel recti intestini inflammatiõe, uicinitatis ratione pati uesicam est necessarium, ut quæ & intemperaturam participet & inflammationẽ; & præterea prematur atq; angustetur à tumoribus præter naturã qui in illis existunt. Dictum autem est à me etiam prius quòd nõ simpliciter alterius passio alteri aduenire apta est, nisi cum magnitudinẽ habet essatu dignam. Sic igitur & hepate inflammationem patiente singultus accidit propter neruorum communicationem, non quidem semper, sed quando ad maximam attollitur inflammationem.

LIX Si mulier non concipit, scire autem uelis si A conceptura sit, pannis circumtectam desubter suffias: & si odor uideatur per corpus ire ad nares & os, scito quòd ipsa nõ ex seipsa sterilis est.

Verbum, suffias, materiam indicat quæ naturã habet ut suffiri possit, thus uidelicet, & myrrham, & styracem, & quæcunq; alia talia quæ calidam habent temperaturam, & sunt satis odorata. Vult enim in totũ corpus ferri uim quæ ab ipsis manat, ut cum & os & nares attigerit, à muliere manifeste sentiatur. In ijs igitur solis totum non peruadet corpus qualitas suffitorum, quibus durum est ac densum uteri corpus. cum uero sit tale, non est aptum ad conceptionem: sicuti & paulo post ipse inquiet: Quæcunq; frigidos habent uteros & densos, non concipiunt. B Quod autem in fine aphorismi scribitur, Scito quòd ipsa non ex seipsa sterilis est, indicat eius rei necessitatem. Sæpius enim ut permaneat genus alicuius sacerdotis, uel regis, student ciuitates ut prolem habeant mares seu fœminas in quibus uel solis genus consistat. atq; ita ubi mulieres non concipiunt, quæritur utrius causa hoc accidat, ut facto diuortio mulieres concipiãt. & hanc Plato in Theęteto innuit esse bonarũ pronubarum artem. Totus autem sermo dicetur paulo post, quãdo omẽs exposuerimus qui ad ipsum pertinent aphorismos.

Si mulieri utero gerenti purgationes eant, impossibile est fœtum esse sanum. LX

Et uerbũ, purgationes, numero plurali dictum, & ipsi uerbum, eant, adiunctum, ostendunt nõ esse paucum illum qui excernitur sanguis, neque semel, sed sæpius, & multum. Qui enim semel aut bis paucus excernitur, in multis apparet absque hoc quòd fœtus patiatur. Cum uero nihil deficit multitudini purgationis menstruorum, & seruat deinceps terminum circuituum per menses, impossibile est fœtum esse sanum. siquidem ille qui fortis est, ad sui alimentum utitur sanguine qui ex toto corpore ad uteros fertur. Excretio uero quæ in grauidis fit, uidetur ex uenis quæ in cõllo sunt, apparere. Nam ab interioribus quę sunt in cauitate uteri, secundæ pendent, quare nihil per illas potest in muliebrem sinum excerni. D

Si mulieri cessent purgationes, neq; febris, neq; rigor superueniat, & fastidia incidant: iudica ipsam in utero habere. LXI

In his quæ recte purgantur mulieribus, & quibus repente sine causa manifesta supprimũtur purgationes, sermonẽ fecit Hippocrates, docens nos ea quæ plurimæ mulieres ipsa experientia didicerunt. Cum enim fastidium patiuntur mẽstruis suppressis, tunc se cõcepisse cõijciunt. Fit autem fastidiũ eadem qua pica, ratione, læso ore uentriculi in mulieribus grauidis. Interdum autem cõtingit & propter uitiosos humores totũ corpus occupãtes, tale ali-

tale aliquid accidere: uerum hoc cũ horrore & febre patiuntur, & his distinguuntur à grauidis.

LXII Quæcunq; frigidos & spissos uteros habẽt, non concipiunt. Et quæcũq; præhumidos uteros habent, non concipiunt. extinguitur enim in eis genitura: Et quæcũq; siccos magis & adurentes. nam ex defectu alimẽti corrumpitur semen. Quęcunq; uero ex utrisq; mediocrem habent temperaturam, eæ fœcundæ sunt.

Si mihi liceret omnibus aphorismis ordinẽ congruentem apponere, non essem ueritus paulo antea dictum aphorismum in hũc locum transferre: ut finito sermõe De purgatiõibus, ille qui de ipsis esset uteris, deinceps scriberetur, docẽte ipso quot modis mulieres steriles fiãt. Primus igitur in ipsis erit aphorismus in quo dixit: si mulier non concipit, scire autem uelis si conceptura sit, pannis circumtectam desubter suffias. Secundus autem iste qui nunc est nobis propositus, cuius summa est, quòd bene temperati uteri ad conceptionem sunt idonei: male autem temperati, si parum à bonitate recedunt, difficulter concipiunt: sin nimium, mulieres steriles reddunt. ita ut simul etiam detur intelligi, unde uiri sint steriles. sed hoc multos latet. Qui uero ea quę dicta sunt, diligẽtius considerat: primũ quidem sciet quam ob causam & quidam uiri omnino steriles sunt. Secundo loco, post hoc de uiris quidem ac mulieribus bonã habentibus temperaturam q; semper generabũt, etiam si cum malam habentibus coeant. De habentibus autem malam temperaturam, quòd cum solis ijs qui contrariam habent, coëuntes, gignẽt. Prius autem dicetur de mulieribus sterilibus, quarum uterus statim ab initio est male temperatus, exuperante scilicet uel una duarum qualitatum, uel duabus: quẽadmodum in cõmentarijs De temperaturis determinauimus, ostendentes octo esse numero omnes intemperaturas: simplices quidem quatuor, quarũ nũc & Hippocrates meminit, compositas autem alias quatuor his simplicibus inuicẽ complicatis. Vbi igit immodica frigiditas adeo exuperat, ut uterus spissior efficiatur, angusta quidẽ sunt supra modum ora uasorũ quæ ad ipsum pertingunt; mulieres uero steriles redduntur, cũ secundæ nõ possint uasorũ orificijs adnasci: neq; si hoc fiat aliquãdo, possit bene nutriri cõceptus. uel eñ nullo modo fiunt in hisce mulierib. purgatiões, uel omino paucę, & hę ipsæ uitiosę, solo tenuiore atq; aquosiore sanguine perlabente. Sed & hæc quoq; ora facile obstruũtur cum propter natiuam angustiã, tum quia magna ex parte hæ mulieres humorem aggregant † pituitosum. siquidem & corpus totũ ut plurimum est uteris simile. Contingit autem & maris semen in talibus uteris refrigerari, nisi sit natura calidissimum. De prima itaq; frigida temperatura Hippocrates fecit mentionẽ, inquiens, Quæcunq; frigidos & spissos uteros habent, Non per Iouem uolens simul coniungere in ipsis cum frigi-

φλεγματώτερον

A ditate densitatem, ueluti si siccitatem, aut humiditatem addidisset. Harum enim neutra semper consequitur frigiditatẽ: & propterea ipsi modo una, modo altera adiungitur. Densitas uero ex necessitate ualde frigidos uteros comitatur, ob quam nõ possunt concipere, ut diximus. Quare ita sermonẽ totum huius aphorismi accipiemus. Quęcunq; frigidos uteros habent, non concipient, propter substantiæ ipsorum spissitudinem. Cur uero spissitudo aduersetur conceptioni, dicere prætermisit, ut nobis potentibus intelligere. Et quæcunq; uteros nimis humidos habent, non concipiunt. extinguitur enim genitura, quemadmodum in terra palustri cerealia semina. Et quæcunq; siccos siue adurentes habent uteros, propter defectum alimenti

B non concipiunt. Nam in siccis uteris tale quiddã accidit, quale ubi, aut arenæ, aut argillosæ terræ, aut petrosæ mandantur semina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale ubi ualde calidæ terræ semina committuntur, quemadmodum in æstibus sub Cane contingit. Sic itaq; quatuor qualitatum Hippocrates meminit, singularũ seorsum facultatem exponens: ut si quando inuicẽ misceatur, manifesta sit earũ commistio. Post hęc autem inquit: Quæcunq; uero ex utrisq; modicetẽperatæ sunt, fœcunditatem habent. Ex quibus autẽ utrisq;: nõ profecto ex qualitatibus, (sunt enim quatuor) sed quæ sunt secũdum ipsas oppositionibus. Sicuti enim dictum est in libro De temperaturis, una quidem est bona tẽperatura, mistis mo-

C dice inuicẽ calido ac frigido, altera uero humido ac sicco. & fieri potest ut sit aliquis uterus secundum unam quidem oppositionem bene temperatus, secundum alterã uero male. Sed ne mulier cõcipiat, potest uel altera efficere intẽperatura. Mulierem uero esse fœcundam, sine ambabus bonis temperaturis est impossibile. Hippocrates itaque sicuti totum sermonem anteriorem de mulieribus scripsit, sic & nuper dictum de ijs quas habẽt uteri temperaturis conscripsit, nec tamen addidit de uiris sermonem, uel quia promptum nobis sit ex ijs quæ dicta sunt, easdem intemperaturas ad semẽ trãsferre, uel quia distulit in posterũ, sed postea oblitus est. Quidã tamen alterũ deinceps aphorismũ de marib9 ascripsere, cuius initiũ est. Similiter

D & in maribus. Sed probatissimi aphorismorũ expositores aiunt ipsum ab Hippocratis mẽte & elocutionis modo manifeste deficere. Ac proculdubio ad proportionẽ illorũ quę de mulieribus Hippoc. scripsit, licet nobis ad uiros transeuntibus dicere, q; uel propter temperaturæ frigiditatẽ nõ bene semen concoquitur: atq; ideo si mediocris sit intẽperatura in ipso, indiget utero calido sufficiẽter. Si uero immodica sit, est omnino sterile, uel ꝑpter humiditatẽ rursus nõ cõcoquit: & hoc etiam indiget, si modica sit intẽperatura, utero calidiori ac sicciori: sin immodica, sterile est. Eodem modo & propter excedẽtẽ calorẽ semẽ fit tosto simile. Ob siccitatẽ uero, ubi primũ excidit, neq; extendi potest: quod maxime est necessariũ si mulier debeat

conci-

concipere. Ostensum est enim in sermone de semine, nisi per uteri cauitatē parte plurima semen extendatur, mulierem non concipere. His igitur ueluti quibusdam elementis à nobis astructis, deinceps dicamus id qd paulo ante dicere distulimus, quod etiam in Platone in Thæteto proponitur. Inquit enim & hoc esse maximum opus obstetricum, scire coniungere inuicē corpora apta ad cōceptionem, (quod nunc in sermone dictum est) & simul posse discernere qui uiri sint infœcundi, & quæ mulieres steriles. Nam immodicæ intemperaturæ, horum sunt causæ. modicę uero si sint, & cōtrarijs coniungantur, tunc concipient mulieres, si uero similibus, non cōcipient. Neq; enim fieri potest ut frigidum semen in utero frigidiore sit fertile quemadmodum in licciore: idem & de duobus aliis sentiendum, sed indiget semen quidem frigidius, utero tanto calidiore, quanto deficit ab optima temperatura: & humidius licciore: eodem modo & in alijs. Cognitio autem omnium immodicarum uteri intemperaturarum est quam pauloante dixit Hippocrates in suffitu qui per aromata fit. Frigiditas enim spissitudinis ratione nō permittit usq; ad os & nares ferri aromatum exhalationem: eodem modo & siccitas. Humiditas uero sicuti ab ipso dicta est extinguere geniturā, sic & aromatum qualitatem. Reliqua est uehemēs caliditas quæ qua uincit ratione aromatum facultatem, alterat atq; corrumpit: ac propterea non permittit ipsam seruantem suæ naturæ synceritatem, ad os & nares ferri. De hisce etiam naturis suffitus aromatum sufficientem cognitionē præstabit: qui si eam præstare non sufficiet, ex aliis indicijs nobis erit talis natura inuestiganda, hoc ipsum primū cognoscētibus, quòd rara admodū est huiuscemodi tēperatura in mulieribus. siquidē fœmina est mare frigidior. Vnde ob hoc ea quā facit Hippocrates ex aromatū suffitu dignotio, in sterilib. mulieribus utilissima est; uel quia omnis immodica intemperatura isti subijcitur, uel quia rarissime una ipsam subterfugit in mulierib. illis quæ tenues apparent, nigræ, & hirtæ: ita ut ex his signis percipiatur earum immodica intemperatura sine suffitu aromatum.

LXIII Similiter autē & in maribus. Aut enim propter corporis raritatem spiritus extra fertur, ut semē non transmittatur ad os, uel propter spissitudinem humor non exit foras, uel propter frigiditatem non concalescit, ita ut ad hunc colligatur locum: uel propter caliditatem hoc idē accidit.

Qui hunc interposuit aphorismū, neq; proprias uoces intellexit. Nam cum profiteretur eundem in uiris sermonem se facturum sicut Hippocrates in mulieribus scripserat, nō adimpleuit hoc. Cum enim ille de quatuor intemperaturis fecisset mentionem, oportuit hunc etiam quatuor in maribus, ut nos fecimus, in medium adducere: uerum non sic iste, sed primum quidem corporis raritatem statim damnat, quæ in mulieribus fuit prætermissa. Deinde nec eius sermo, si ipse seorsum diligentius examinetur, uerus deprehendetur. Conspiciūtur siquidem uiri non pauci qui licet corpus rarū habeant, semen tamen habent fœcundissimum. neq; id mirum. Raritas siquidem corporis in calidioribus atq; humidioribus prouenit tēperaturis, quę potissimū plurimo semine & fœcundissimo abundant. Nam & materiam habent ex qua semen generatur copiosum, & uim à qua cōcoquitur. Eiaculatur autem semen uasorum feminalium intentione cōpressum, nō spiritus occursu propulsum. siquidem in semine substantia spiritualis cum humore miscetur, quæ & ipsa indiget exprimētibus, sicut & humiditas tantū siccitatē ex cedens, quanto & celerius foras eijcitur, & ad longius spatium fertur. Hæc igitur sunt ab eo ignorata qui aphorismum adiecit, & præterea cum ait humorē propter spissitudinem non exire foras. Si enim alium humorem à semine dicit, sermo delirus est. Si uero ait semē propter corporis totius spissitudinem non exire foras, ignorat omnino quæ sit structura instrumentorum quę seminaria uocantur. melius enim fuerat ipsorū causari angustiā. Sed & quod deinceps est dictum, usq; ad aliquid uerum, nō habet id quod sequitur, intelligibile. Nam quòd propter tēperaturæ frigiditatem semen non concalescat, ac propterea sit infœcundum, uerum existit: quòd autem colligi nequeat ad locū hunc, superfluo adiectū est, præter id quod neq; locus ab ipso explicatur, sed à nobis intelligendus relinquitur: & tamen id uerbum hunc ad ea quæ prius dicta sunt, habet relationem. Sed hæc quidē parua sunt: Qui uero circa finem error, est magnus, cum dicat propter ipsius caliditatem hoc idem euenire. nam manifeste ad illud quod antea dictū est, sermo iste refertur. Dictum autē antea fuit quòd propter frigiditatem non adeo concalescat ut ad hūc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non cōcalescere, neq; colligi in uasis seminarijs semen. Hoc autem est aperte absurdum. Nam torreri aut assari, aut tale aliqd semen pati propter calorem, rationem habet: non cōcalescere autem, est omnino perabsurdum.

Lac dare caput dolentibus, malum: malū uero & febricitantibus, & quibus præcordia suspensa murmurant, & siticulosis: malum autem & quibus in febribus acutis biliosæ sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi deiectio facta est. Conuenit autem & tabidis dare qui nō ualde multum febricitant, & in febribus longis, & paruis, si nullum ex supra dictis signis affuerit, & præter rationem consumptis. LXIIII

Quòd lac facile alteretur, & quòd duplicem habeat alterationem; quādo pluri quidem adhæret calori

calori, statim euaporans: quando autem pauco, cito acescẽs: tibi licet perdiscere, partim statim cum ex mãmis excidit, ad ignem elixãti: partim ipsum iacere per seipsum permittenti. Nam & elixatum in uaporem abit, & sibi dimissum omnino acescit cito, uel tarde. Sic autẽ & in sanis, si non bene concoquatur, in quibusdam acescit, in quibusdam autem euaporat. in uẽtriculo quidem frigidiore prorsus acescit, in calidiore uero euaporat. Lac uero bene concoctũ, nutrit, & bonos facit humores: & dum concoquitur, pariter attollit præcordia, ac caput petit. Hos effectus & passiones in sanis etiã uidebis. Verũ quæ ægrotis accidunt, percurrit Hippocrates: quæ† semper quidem experiri uolentibus manifestantur: & possunt etiã ante experientiam cognosci. Vbi enim in ijs qui integra sanitate fruuntur, uidemus lac capiti dolorem afferre, & præcordia inflare: non est admirabile, colligere ꝙ ijs qui iam caput dolent, uel suspensa habent præcordia sit inimicissimum. Recte autẽ dixit præcordia suspensa, licet dicere potuerit inflata & flatuosa. Neq; enim hæc sola potest lac offendere, sed & alia omnia quæ sunt quouis modo suspensa, propter aliquam talem qualis est inflammatio, uel erysipelas, uel tumor prædurus uel laxus, passionem. Adhuc autem magis si abscessus nondũ sit in præcordijs disruptus, est enim his etiã lac inutile. Hęc itaq; omnia uno uerbo significat Hippocrates, inquiens: præcordia suspensa. Nocere autem ait & murmurantibus lac, quæ alia sunt ab inflatis & distentis. flatuosa siquidẽ ac uentosa & hęc sunt. Maior itaq; offensio distentis præcordijs obuenit, minor uero murmurantib. sed tamẽ his quoq; lac est inutile. Acescit enim in ipsis. Serũ tamẽ lactis sale & melle cõdientes, plurimis talibus exhibuimus, iuuantur enim citata ipsis aluo. Sitientibus quoq; malum inquit lac esse. euaporat enim in ipsis, siue natura siticulosi sint, siue ex aliqua occasione sitis aduenerit. Et biliosa deijciẽtibus, in quibus etiam dicerem ipse lac euaporare: nõ minus ꝙ in ijs qui talia euomunt. Nam in uniuersum didicimus ꝙ celerrime ab omnib. causis calidis lac in uaporem commutari. Rationabiliter itaq; & ijs qui acute febricitant, nocet. mihiq; uidet sermo melius in hũc modum se habere, Malum autem & quibus biliosæ deiectiones, & acutis febribus. Neq; enim ambobus simul iunctis tãtummodo noxium est lac, sed seorsum in utroq;. His igitur passionibus lac plurimũ aduersatur. Vtile autẽ est ijs quæ sequuntur, de quibus est ab Hippocrate scriptum in hũc modum, Conuenit autem tabidis non ualde febricitantibus dare. Nam primum de tabidis facit mẽtionẽ. Intelligendũ est autẽ ipsum ita nominare illos qui tabem ex ulcere pulmonis patiũtur. Nam alios qui alia ex causa sunt extenuati ipse deinceps nominat in uerbis illis quorum initium est, Et in febribus paruis. Commune autem in omibus qui lacte indigent, quòd cibus bonum generans succum, & qui cito per uenas distribuatur, illis est necessarius. Neq; mirandum est si lac dicimus bonũ

A succum generare, etiam si aliquid habeat flatuosum. Nam in uniuersum, bonum succum generare dicimus quęcunq; post coctionem ad bonũ humorem transmutantur, hoc est, ad sanguinem. hic enim humor est nobis amicus. Cur autem cum dixisset, Cõuenit autem tabidis, adiecit, Non ualde multum febricitantibus, mihi uidetur dignum inuestigatione non parua. nam sufficiebat etiam sine ualde dicere. Nunquid igitur & multũ febricitantibus lac exhibet: solis autem ijs qui ualde multũ febricitant, haudquaquam exhibẽs? an ab aliquo adiectum fuit uerbum, ualde, sicut & pleraq; alia. Hæc itaq; quispiam per ocium inquirat. Sciat autem hoc nunc à nobis discens, multum febricitantibus lac dandum non esse. Miror autem quomo-
B do in illis in quibus lac dari iubet, ascripsit, Si nullum ex supradictis signis affuerit, cum sit à breuitate aphoristica alienum. id enim erat ex ijs quæ prius dixerat, cognitum, etiam hoc nõ adiecto ꝙ dandum est tabidis, & præter rationẽ extenuatis lac, nisi caput doleat, aut præcordia intumuerint, aut biliosæ sint deiectiones, aut tale aliquid aliud ipsis adsit. An nõ simpliciter, neq; semper seruare breuitatẽ uidetur Hippocrates, sed in quibus magnum aliquod periculum imminet si neglig ẽtius quod ab ipso docetur, accipiatur, in his bis terúe repetere eadem non ueretur.

Quibus tumores in ulceribus apparent, non conuelluntur maxime, neq; insaniunt: uerum LXV
C his euanescentibus, derepẽte, quibusdam à tergo conuulsiones & distentiones fiunt, quibusdam ante insania, uel dolor lateris acutus, uel suppuratio, uel difficultas intestinorũ, si tumores sunt rubicundi.

Omnes præter naturam tumores Hippocrates œdemata, id est, inflationes nominat, sub quibus uidelicet etiam tumentes inflãmationes continentur, Quamuis hoc ipsum nomen inflammationis antiqui omnes magis inflammationibus quæ sine ullo sunt tumore, adaptabãt. Quod igitur dicitur, tale est: Quibus tumores ulceribus adueniunt, nõ admodum conuelluntur, neq; insaniunt. Hoc autem indicio est quòd nonnulli quidem in ipsis cõ-
D uelluntur & insaniũt, sed raro hoc patiuntur, quãdo uidelicet magnitudinem effatu dignam uel malignitatẽ aliquã assumpserint. Si uero tumores de repente euanescant, cõuulsiones ac distentiones, quando in partibus retro, hoc est, in dorso ulcera fuerint. Quæ uero deinceps dicũtur, si in partibus anterioribus fuerint, consequi dicit. Posteriora siquidem neruosa sunt, anteriora autem uenosa atq; arteriosa. Quando igitur ab ulceratis partibus humor qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem se contulit: in partibus quidem retro neruosis conuulsiones fient ac distentiones: (nam hę sunt neruorum passiones) in anterioribus uero insania, si feratur ad caput: lateris autem dolor, si ad thoracem humor conuertatur. Sæpius uero & hi suppu

suppurantur, si humor non dissoluatur. Difficul- A
tatem uero intestinorũ fore inquit, si tumores rubri fuerint & repente discedant: illam dico intestinorum difficultatẽ, quam sanguineam nominant, quæ est sanguinis euacuatio per intestinum absq; exulceratione. Quòd igitur si uel in dorso, uel in partibus anterioribus illi oppositis contigerit aliquando tumores derepente euanescere, in tales ægri incidunt passiones, nos uidimus, nõ tamẽ ipse nobis Hippocrates manifestauit si de his partibus solis loquatur, an simpliciter de omĩbus, ita ut crura etiam & brachia hoc sermone comprehendantur. In tibijs itaq; nõ sunt in partibus anterioribus musculi in chordas ualidas desinentes. In coxa uero in partibus genu anteriorib. magnã uidemus chordam: in qua per compatiendi rationem, ratio- B
nabile est magis fieri conuulsionem, quàm in aliquo musculorum qui sunt in partibus coxæ posterioribus. Sunt enim omnes carnosæ. Quare uerũ non uideretur id quod uniuersaliter ab Hippocrate dicitur, quòd ex partibus tantum posterioribus accidunt conuulsiones. Videtur quidem magna ex parte id fieri, non in cruribus modo, sed etiam in brachijs, forte quoniam hæ partes omnes è directo sunt dorsalis medullæ. Nascuntur autẽ ab hac & membrorum extremorũ, & dorsalium musculorum nerui.

LXVI *Si in uulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum.*

Potest & ultimo aphorismi uerbo, malum, ad- C
iungi ingens: potest & priori parti coniungi. Fiet enim sermo talis: Vulneribus prauis existẽtibus, si tumor non appareat, ingens est malum. Vel talis, Vulneribus prauis existẽtibus, si tumor ingẽs nõ appareat, malum. Contingit autẽ & uerbũ, ingens, communiter dici, ac si ita dixisset: Si uulneribus prauis existentibus, tumor ingens non appareat, ingens est malum. Melior uero ex tribus sermonibus meo quidem iudicio hic est: Si uulneribus prauis existentibus, tumor non appareat, malum est ingens. Dictum autem est & antea quòd tumor generaliter dicitur de omnibus tumoribus præter naturam. Vulnera autem praua dici existi- D
mandum est quæ sunt in capitibus aut finibus musculorum, & maxime neruosorum. Nam in capitibus musculorum, musculis nerui adnascuntur, ex finibus autem chordæ oriuntur. Sicuti igitur paulo prius damnabat omnes derepẽte euanescẽtes, ita nunc illos qui neq; omnino adueniunt uulneribus prauis. Nam & in his suspicandum ne humores ad uulnera defluẽtes, ad partes principaliores transmeent. Hoc in illis præsertim fieri uulneribus est existimandum, in quibus adest quidem dolor, & propter ipsum omnino aliquid influit, sed à medicis reprimitr ualde infrigidantibus aut astringentibus medicamẽtis: nam si dolor absit, neq; fluxio mouetur. Maxime autem dolores patiũtur partes neruosæ, quæ medicinas calefacientes atq; exiccantes desiderant.

Molles boni, crudi uero mali. LXVII

Hic sermo pars est antecedentis, docente Hippocrate omnes tumores quicunq; molles sunt, bonos esse: contrarios uero prauos. Proprie igitur molli opponitur durum atq; renitens: Hippocrates uero crudum ipsum nominauit. Neq; enim fieri potest ut sit tumor renitens bene concoquente mẽbri natura humores ad ipsum confluentes.

Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta uena incisa prodest. LXVIII

Nõ solum studet Hippocrates ubi sit opus euacuare, sed cum auersione. Auersio autem ad contraria fit, secundum longitudinem quidem supra & infra, secundum latitudinem uero hinc & inde, hoc est, à dextris & à sinistris, secundum altitudinem uero ante & retrò. In doloribus itaq; partis capitis posterioris, cũ auersione nũc euacuatio ex fronte fiet: sicuti anterioris ex occipite. Sic itaq; diuturnæ oculorũ fluxiones sæpius sanatæ sunt, ex partibus secundum occiput sanguine misso, unà cum cucurbitulæ usu.

Rigores incipiunt mulieribus quidẽ ex lumbis magis, & per dorsum ad caput, sed & uiris parte corporis posteriore magis quàm anteriore, ueluti femorum, cubiti. Sed & cutis rara: indicio autem est pilus. LXIX

Rigores omnes incipiunt quidem cum sensibili frigore: paratiores autem nõ solum ad suscipiendam, sed etiam sentiendam frigiditatem, sunt dorsi partes: quare nõ absq; ratione hinc rigores inchoant: & hi citius fiunt mulieribus, quoniam fœmina est natura frigidior atq; imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium neruorum, scilicet caput, celerrime facta per spinalẽ medullam compassione, quoniam & ipsa, natura frigida est, sicut & cerebrum, & propter substantiæ mollitiem ut cerebrum alterationem facile suscipit. Ex partibus autem anterioribus rigores nòn inchoant, quoniam calidiorem habent quàm partes posteriores temperaturam. huiusq; argumentum sumit ex cutis raritate: rursusq; raritatis ex pilorum multitudine. Dictum est autem à me de generatione pilorum sufficiẽter in commẽtarijs De temperaturis.

A quartanis capti, non admodum à conuulsionibus capiuntur. Si uero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur. LXX

Quæ quidem fit ex euacuatione cõuulsio, acutissima est & perniciosissima: quæ uero ex repletione partiũ neruosarum, qualis in morbo comitiali, neq; a cutissima, neq; similiter periculosa. Meminit autem Hippocrates nunc non de tali cõuulsione. nam uerba, capti, & capiũtur, longitudinem temporis ostendunt. Hanc itaq; conuulsionem quartana non solum prohibet fieri, uerum si præfuerit, soluit.

soluit. Fit autem ab humoribus lentis ac pituitosis qui partibus neruosis inferti sunt. Cũ uero horum humorũ duplex sanatio sit, excretio scilicet & coctio, ambas habet quartana; excretionem quidem ex rigore, (hæc enim sola agitatio sufficiens est crassum excernere humorem) coctionem uero, caloris febrilis ratione, qui rigorem consequitur.

LXXI Quibus cutes circuntenduntur aridæ & siccæ, sine sudore moriuntur: quibus uero laxæ & raræ, cum sudore moriuntur.

Morituri qui quidem squalidas, duras & siccas habent cutes & extentas, sine sudore moriuntur: qui autem contrario modo, laxas uidelicet & molles & raras, cum sudore moriuntur. prioribus siquidem humiditas uel omnino deest, uel cuti: alijs uero & cuti inest.

LXXII Qui regio morbo laborant, nõ multum uentosi sunt.

Ventosos ab ipso nũc dici est existimandum illos qui in uentre colligunt multitudinem uẽti flatuosi, qui uel per ructus uel flatus excernitur, uel remanet, & extendit quæ ibi sunt. Fit autem hoc nõnunq; quidem ob debilitatem, & partiũ ad uentrem attinentium imbecillitatem; nonnunq; uero ex pituitoso, & frigido humore. Hi itaq; qui propter pituitosum humorem uentosi sunt, contrarij sunt laborãtibus regio morbo, qui ex bile accidit. Quare hi nunq; ob humoris exuperantis naturã uentosi fiunt. Contingit autẽ ipsos ob partium imbecillitatem fieri aliquando uentosos. Quare sermoni adiecit, Non admodũ, continuitatẽ quidem negationi adimens, ostendens autẽ maiori ex parte quod dixerat, fieri. Neq; enim admodum inuenire contingit regio morbo laborãtes, habere partium ad uentrem attinentium imbecillitatem.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, LIBER SEXTVS, NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

I

I In longis leuitatibus intestinorum, si ructus acidus fiat qui prius nõ erat, signum bonum.

LEVITAS intestinorũ est uelox exitus eorum quæ comedũtur atq; bibuntur: quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. Si quis uero uellet breuiorem afferre definitionem, diceret esse priuationem coctionis, cũ neq; quoad cõsistentiam, neq; quoad colorem, uel odorem, ullamue omnino qualitatẽ, in uẽtriculo facta fuerit mutatio ciborum. Tale autem nomen hæc passio sortita est, existimantibus illis qui prius talem ei indiderunt appellationẽ, fieri ipsam propter intrinsecæ superficiei intestinorum leuitatẽ,

A ob quã cibos qui continentur in eis, non amplius apprehẽdunt, quos cũ suã seruarẽt sibi à natura insitam asperitatem, retinebãt. In pluribus ita alijs, qui primi nomina rebus imposuere quamuis sint collaudandi: non tamen eas in leuitate intestinorũ accepto, cum ignorauerint quòd ipsius uentriculi proprium est cibos amplecti, ac se circũstringendo, certo tempore detinere, & rursus ad inferiora dimittere. Et sicut in uesica fit urinæ stillicidium, non expectante ut illa colligatur, sed statim tanq; mordentem aut aggrauantem expellente: sic & in uentriculo ueloces exitus. hæ enim sunt cõmunes omnium excretionum causæ, quas si illi sciuissent, qui primi hãc passionem leuitatem intestinorum nominarunt, talem de ea opinionem abiecissent; B & uice eius, totius uẽtriculi atq; intestinorum imbecillitatem in causa posuissent, ob quam hæ partes corporis grauatæ à cibis assumptis, ipsos cõfestim excernunt. Fieri uero potest etiam aliquãdo ut à quorundam humorum mordacitate in superficie exulceratis fiat hæc passio, etsi ipsa uis non multum patiatur: nam & tunc erit necessarium, ut permeantibus cibis, partes exulceratæ dolorẽ sentiãt, atq; ideo deorsum illos propellant, & à seipsis q; citissime emittant: quo in omnibus partibus facto, uelocitas exitus subsequetur, & nullũ fiet initium coctionis. Verum tali intestinorum leuitati cuiusdam morsus inerit sensus. In illa uero quæ accidit propter uentriculi atq; intestinorum imbecillitatem, absq; ullo doloris sensu fient deiectiones.

C Adest autem & hęc haud parua utriq; differentia. Quæ enim abrasa fit, humorum acritudine in uentriculi atq; intestinorũ superficie, cessante humorũ malignitate, statim sanat, cibis ac potibus qui uim densandi habent. Quòd si longiori tempore perseueret, in alterã passionẽ quæ dysenteria, id est difficultas intestinorũ nominatur, transmutatur. Quæ autem potentiæ retentiuæ sequitur imbecillitatẽ, omnino quidem fit ex intemperatura, sed uel ipsorum corporum quæ iam habitum quendam nõ facilẽ solui contraxerunt, est dispositio, uel propter humorem aliquem qui in uentriculo atq; intestinis cõtinetur, euenit: ex quibus humoribus unus est pituita, Vnde & acidos ructus, qui tali passione laborant, habent, quos Græci oxyregmias nominant, D qui sine aliqua pituita quandoq; in uentriculo frigidiore fiunt: & in quibusdam leuitatibus intestinorum quæ ex frigiditate ortũ habent, unà fiunt, sed progressu temporis cessant. Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in uentriculo retinentur, procedẽte autem atq; aucta passione, neq; hoc tempore retinẽtur. In quibus igitur paruo remanẽt tempore, fit quoddam ueluti initiũ coctionis, & propter hoc non sortitur effectum. Nos uero didicimus imperfectas coctiones ex frigiditate prouenientes, ructus acidos facere. In quibus autẽ cibi nullum habent coctionis initium: neq; ulla ab initio fit in qualitate mutatio: quare neq; ructus acidi, nisi pituita præsertim acida in uẽtriculo abundet. propterea Hippocrates non simpliciter dixit

bonum esse signum acidos ructus in leuitatibus intestinorum, sed primum quidem, in longis, adiecit, quasi cum incipientibus, ut dictum est, sæpius una eueniant; deinde ubi prius nō fuerint, inquit. Quæcunq; enim à pituita uentriculum refrigerante fiunt leuitates intestinorū, semper cū ipsis sunt acidi ructus, ut casus quidam. Illis igitur quæ neque incipiunt, neq; ex pituita fiunt, non insunt acidi ructus. quòd si aliquando fiant, significat tantū iam tempus cibū in uētriculo retineri, quòd principium mutationis accipiunt, & naturam suorum operum reminisci. Hactenus mihi uideor expositoris officium satis impleuisse. Siquis autem eorū quæ dicta sunt, uult capita omnia scientia comprehēdere: in tractatu qui De potentijs naturalibus inscriptus est, non paucas habet de uentriculi uiribus demōstrationes: in causis autem accidētium, de omnibus quæ uelociter excernūtur. Quoniam uero Erasistratus in secundo De uentriculo mētitus est de medicis se ætate superioribus, turbauitq; & confudit intestinorū leuitatis notionem: melius mihi uisum est hæc etiā superaddere, ac primum ipsius Erasistrati uerba subscribere, quæ ita se habent: De ea quæ leuitas intestinorum nominatur, dicēdum: quā priores medici in tres partes diuiserunt, in difficultatem intestinorum, in leuitatē intestinorū, & tentionem. quidam tamē, in ijs quæ excernuntur, differētias considerantes passionis, atq; dicentes, quādo sanguinolenta atq; mucosa exeūt quæ à uentriculo fuere concocta, tunc difficultatē intestinorū nominabāt: si uero exeuntia cruda, mista autem sanguinolentis atq; mucosis, leuitatem intestinorum uocabant: cùm uero biliosa mista cū sanguinolentis atq; mucosis excernuntur, tentionem passionem appellabant. Hæc igitur Erasistratus inquit, nescio qua ductus opinione, adijciens crudis excremētis mucosa ac sanguinolenta. Hoc enim nullus apposuit, neq; eorū qui eius ætate claruerūt medici, ueluti Philotimus, Herophilus, & Eudemus, neq; eorum qui post ipsum fuerūt usq; ad iuniores istos Archigenis sectatores, neq; quos ipse citat priores medici, hoc est ipso Erasistrato seniores. Diocles siquidem in libro De curatiōe & causa passionis, scribit in hunc modum: Tertia fit magna ex parte ex difficultate intestinorum. uocatur autem leuitas intestinorum, ad quam sequitur deiectio humida ac spumosa, & cruda, & multa, & cita post cibum assumptū, ac potum. Praxagoras autem in secundo De assidentibus, inquit: Intestinorum leuitate laborantibus, quoniam lubricū est intestinum, ieiunum præsertim, necesse est cito ciborū fieri deiectiones. Post hæc deinceps quòd necessarium sit cito exeuntia, esse omnino cruda, Praxagoras scribit, maximā quidē passionis proprietatē in cita ponens deiectione: quòd uero cibi omnino incocti permaneant, hoc unum faciēs ex ijs quæ necessario consequuntur. Neq; enim quia omnino incocti permanēt cibi, ideo cito deijciuntur: sed quia cito deijciūtur, idcirco nullam habēt coctionē: atq; ideo nos, & alij cōplures medici, A citam ciborum nullam habentium coctionem deiectionem dicimus esse leuitatem intestinorum. Ad hunc modum & alij antiqui medici de ipsa sentire uidētur. Nam in libro De passionibus Hippocratis, siue eius sit is liber, siue Polybi eius discipuli, hæc de leuitate intestinorum scripta inueniuntur: Cibi deijciuntur imputridi, humidi, absq; dolore, corpus autem extenuatur. Liquet uero fuisse morem antiquū uiris istis, uocare imputrida quæ nos incocta nominamus. In libro autem De uictu salubri, qui & ipse Hippocrati ascribitur, (licet qui adulterinum censent, nōnulli ad Aristonē, nōnulli ad Philistionē, quidam ad Pherecydem referāt) scribuntur hæc uerba: Patiuntur nonnulli talia, cibus eis deijcitur humidus, incoctus, non propter B morbū, ueluti leuitatem intestinorū, neq; aliquē ipsis affert dolorē. Hi quidem omnes Erasistrato seniores. Sed ut diximus, mille alij qui omnes Erasistrati ætate & postea uiguerunt, in eandem sententiam de intestinorum leuitate scripserūt. Quare nescio qua causa ductus de priscis hominibus mentiatur, illos inquiens arbitrari in leuitatibus intestinorum sanguinolenta atq; mucosa cibis incoctis commisceri.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruūtur: quibus uero contraria, salubrius degunt. II

In siccioribus secūdum naturam temperaturis nulla omnino superfluitas manifesta neq; sensibilis C per nares effluit ex cerebro, sicuti neq; per cutē sudor: sed illa quæ à medicis difflatio occulta nominatur, superflua extenuata in modum uaporis euacuat. Humidiorib. uero naturis sensibiles fiūt superfluitates, præsertim cerebri, quoniam est natura frigidius. eisdemq; genituram, hoc est semen ipsum, ait esse humidiorem: sicut in siccioribus aquosa humiditate cōsumpta, crassius ac siccius est semen. Eos igit̃ qui sunt humidiores, siue cerebro tantum, siue corpore uniuerso, non contingit salubrem uitam omnis expertem noxæ traducere, uerum cōtinuo destillationibus ex parua occasione capiuntur. & si superfluitas eis ad inferiora per palatum descendat, partes subiectę offenduntur, fauces, guttur, aspera arteria, pulmo, gula, uētriculus. D Tusses itaq; in ipsis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditatesq;, & uentris profluuia, est necessarium, nonnunquam uero & difficultates intestinorum, quādo quod destillat † salsum quodammodo fuerit. Dixit autē & ipse de his in libro De aquis, aere, & locis, sicuti & in libris De morbis ac passionibus.

In longis difficultatibus intestinorū, inediæ ex fastidio, malum, & cum febre peius. III

Difficultates intestinorū † fiunt quidem ex humoribus acribus, sunt autem intestinorum exulcerationes primum quidem summa parte abrasorū, progressu autē tēporis & profundiora, habētium

ulcera

ulcera & ut plurimũ putrilagini obnoxia: quo maxime tempore etiam uentriculus ipsis cōpatiens, ad cōcoquendum ineptus redditur: qua offensione magis ac magis ad superiora perueniente, cum & os uētriculi afficitur, cibū fastidiunt, hoc est nō appetūt. Sunt etiam & qui ab initio nonnunꝙ cibum fastidiant propter malos humores fluētes ab hepate, à quibus diximus abradi intestina, præsertim cum hi amaræ bilis naturam habuerint. Nam pars eorum superfluitans, ad os uētriculi effertur. In longis uero difficultatibus intestinorum cū hic casus euenerit, mortem quãdam ipsi iam aduenisse uentriculo cōpatiendi ratione significat, ob quã omnino interijt appetētia, opus ad uitam necessarium. Si uero unà cū inappetentia febris adueniat difficultati intestinorum, duorū alterū est, uel putredo aliqua circa ulcera, uel digna effatu inflãmatio: atꝙ ita, ut dictum est, toto iam patiente uentriculo, ægri se habent exitialiter.

IIII Vlcera circumglabra, praua sunt.

Quando uel pilos uideris defluentes à circumiacentibus ulceri locis, uel cutē squamulas è summa parte dimittere: scito ijs qui ita se habent, prauos humores ad partē cōfluere, qui ulcus erodūt. Neꝙ enī si radices quidē pilorū possunt corrūpere, loca ulcerata ad cicatricē peruenire sinent.

V Dolores qui sunt in lateribus & pectoribus atque alijs partibus, an multum differant, perdiscendum.

Perdiscere oportet non modo locum dolentē, qualisnam sit, sed & magnitudinem doloris in eo, quanta sit. Hoc autem confert & ad loci patientis dignotionem, & ad præcognitionē, eorū quæ circa ægrū futura sunt, & præterea ad curationis intentionem. Si ergo in lateribus magnus fuerit dolor, primū hic esse nō potest quin patiatur mēbrana quæ subcingens nominatur: secūdo autem nō est absꝙ periculo: deinde & maiori indiget curatione: siquidem ad clauiculam dolor pertingat, uenæ sectione: si uero ad præcordia, purgatiōe: quēadmodum ipse in libro De uictu acutorum edocuit: sin autem mediocris fuerit dolor, & præterea non pungat, ut qui in membrana subcingente est, neꝙ ad clauiculam aut præcordia pertingat, contingit ipsum carnosis costarum partibus patientibus fieri, atꝙ ideo neꝙ esse periculosum, neꝙ magno auxilio indigere. Sic & in singulis alijs partibus doloris magnitudo est consideranda: uelut si renum pars carnosa patiatur inflammationem, dolor est grauis: quēadmodum & ipse inquit in Epidemijs, ita illū nominans, qui ueluti cuiusdam pōderis loco incūbentiū inuehit sensum. Alijs uero partibus quæ sunt in rene, patientibus: dolor sentitur acutus. Dico autē alias partes tunicã hūc obtegentē, & uentrē eius interiorē, & eas quæ ad hūc terminãtur arterias ac uenas: ac præterea ortus uasorum urinariorū. Sic præterea se habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnosa inflammatione patiente, grauis fit dolor: tunica uero circumducta, uel uasis, acutus: & ipsius doloris acuti quãtitas maior aut minor, causæ facientis affert indicium. humor siquidem biliosus & acutus dolorē auget, sicut & spiritus flatuosus non habens exitum: exoluit autem pituitosus. Nō solum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indiciū, sed etiã quantitatis. Augetur enim cuiuslibet causę efficientis opus, eius aucta substantia. Si igitur uniuscuiusꝙ doloris uolens à nobis magnitudinem cōsiderari, hunc aphorismū scripsit Hippocrates: sufficienter ipsius usum exposuimus. Si uero non solum quoad magnitudinem, dolorum differentiam dicit fore cōsiderandam, sed generalius adhuc quiddam, ac ueluti uniuersalius ostendit, cōsulens nobis omnes effatu dignas dolorum differētias inspicere: maiorē adhuc ex eo fructum utilitatis percipiemus. Fietꝙ huiuscemodi sermo: Non simpliciter partium dolorē cōsiderare oportet: neꝙ arbitrandū eandem esse in omnibus dispositionē: ueluti si prius quidem Dion, postea uero Theon costam doluerit: non eodem modo utrūꝙ se habere existimandū, sed discere oportet nūquid multū inuicem in dolore differãt, an quodãmodo similes existant. Fit autem hoc ex duobus perspicuum, & ex doloris specie, & ex uehementia. Ex specie, si pungenti similis uel tendenti, uel torporem inducenti, uel grauãti, uel stimulanti, uel exedenti, uel ferieti, uel continuus, uel cum intermissione, uel æqualis, uel inæqualis. Ex uehementia, quis sit maior aut minor, aduertendum: quæ paulo antea quoad magnitudinem differentia in doloribus dicebatur. Consueuere siquidem medici uerbo abutentes, omne uehemētius, maius nominare, quamuis non ad quantitatem sed ad qualitatē id pertineat. febrem enim quæ suam habet in caliditate substantiã, magnã uel paruam uel mediocrē omnes nominare non desinunt. Quare non est mirandum si & dolorē uehementiorem, maiorem appellant. immo uero non est admiratione dignum si quæ ab inuicem specie distant, magnū aiunt habere discrimen: ueluti dolorem qui ponderis cuiusdam similitudinem gerit, ab eo qui uidetur ferire, uel aliqđ aliud pati ex ijs quæ antea diximus.

VI Renum & uesicæ uitia in senioribus difficulter sanantur.

In senibus uix (inquit) sanantur, hoc est multò negocio ac tempore longo quæ in renibus ac uesica sunt uitia, quoniam earum opus indesinens est, quiete autē opus est si quid sanari debeat: & quia per ipsas euacuat superfluitas acris, apta irritare, siue ulcus, siue inflammatio, siue aliqua alia passio in ipsis constiterit. Multo autem difficilius sanantur in senibus uesicæ passiones: quoniam & omes alij morbi, præcipueꝙ longi. Tales autem & ipse superius dixit commori omnes.

VII Dolores uentris sublimes, leuiores: qui uero non sublimes, fortiores.

Sublimes nunc intelligẽdi ſunt, non ſecundum longitudinem corporis, ſed profunditatem. Interſtringuntur autem hi in locis ad uentrem attinentibus, interiore abdominis membrana, adeo ut quicunq; ſupra hanc fiunt, ſublimes uocentur: qui uero infra, hoc eſt in ipſis inteſtinis atq; uentriculo, non ſublimes dicantur. Liquet autem quòd tales recte dixit eſſe fortiores.

VIII Aqua inter cutem laborãtibus, ulcera in corpore facta difficulter ſanantur.

Docuit ipſe in libro De ulceribus, non prius ad cicatricem perduci ulcera, quàm ſufficienter exiccentur: hoc autem non facile fieri in iis quos aqua inter cutem male habet, ob humiditatis immoderantiam.

IX Latæ puſtulæ non admodum pruriunt.

Sicuti tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniam quædam tendunt in acumẽ, & altum petunt: quędam ad maiorẽ extenduntur locum, non tamẽ in altum attolluntur: ſic & puſtulæ nonnullæ ſublimes, nõnullæ latæ fiunt. Sublimiores autem puſtulæ atq; tubercula à calidiore humore generantur, humiliores autẽ à frigidiore. Quare ob duplicẽ cauſam latæ puſtulæ nõ admodũ pruriunt. Difflantur enim in latitudinem extẽta, & facientem ipſas humorem minus acrem habent.

X Caput dolenti, & circũdolenti, pus uel aqua uel ſanguis effluens per nares aut os aut aures, morbum ſoluit.

Plura & alia ſic oſtenſus eſt Hippocrates dicere: in quibus niſi quis animum aduerterit, uidebitur quod ab ipſo dicitur, ſolum ad curationẽ paſſionis proficere, aliud uero nihil. Verum ipſe non hoc tantũ dicit, ſed ſimpliciter quòd pus uel aqua effluens per nares uel aures, morbũ ſoluit. Quòd ſi utiq; conuertens dixiſſet, quẽadmodũ ego nũc, ſermo foret irreprehenſibilis: Quãdo uel propter inflammationem, uel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fieri dolorem cõtigerit, tunc inflammatione ſuppurata, aut humore excreto, ſolutio fit morbi. Si uero propter ſpirituum flatuoſum, aut ſanguinis multitudinẽ, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura, dolor acciderit, per alia ſanabitur.

XI Atra bile uexatis, & renum paſſionibus: hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.

Non ſolum ratione euacuationis hæmorrhoides ſanant huiuſcemodi paſſiones, ſed & ipſa qualitate humoris euacuati. Hę etenim ſanguinẽ craſſum cõſueuerunt euacuare, humore plenũ melancholico talem habentẽ in ſanguine cõſiſtentiam, qualis eſt in urinis fæx: quare nihil mirũ ſi atræ bili & renũ paſſionib. cõferũt hęmorrhoides, ut quę humorẽ fęci ſimilem euacuare natura aptæ ſint.

XII A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una

A non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, uel tabem aduenire.

Hęmorrhoidas fieri impoſſibile abſq; hoc quòd propter multitudinem & craſſitiem ſanguinis ora quarundam uenarum aperiantur, hepate ad ipſas reponente fæculentum ſanguinem & melancholicũ. Si quis igitur ei hoc intercludat iter, ſimul duritiem in hepate facit, ſimul multitudine grauans ac craſſitie, calorem in ipſo natiuũ extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna ſuperingeſta ſuffocant ignẽ atq; extinguunt. Si igitur à natiuo calore generatur ſanguis, perſpicuũ eſt quòd ipſo extincto non generabitur amplius. A qua uero inter cutẽ fit cũ B ſanguinis generatio fruſtratur. Quòd ſi aliquãdo poſſit hepar propellere multitudinẽ ad uenas pulmonis, hic uaſe aliquo rupto tabidi fiunt. Non fruſtra igit conſulit unã ſaltẽ ſeruare hæmorrhoidẽ, ut per hanc euacuetur fæculenta ac uitioſa materia hepatis, præſertim in quibus ſolita eſt tempore longo per tales uenas excerni.

A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat. XIII

Autor eſt ipſe, ſicuti conuulſionẽ, ita & ſingultum, uel ex inanitione, uel plenitudine fieri. Quando igitur à plenitudine fit (magna autem ex parte ita fit) uiolento opus eſt motu, ut ueluti concuſſæ ipſum efficientes humiditates difflentur atq; euacuentur. C hoc autem facit ſternutatio. Eos uero qui ex inanitione fiunt (qui ſunt rariores) non ſanat ſternutatio. Quòd uero ex plenitudine ſingultus iugiter fiat, indicant pueri crebro ſingultientes cũ ſunt repleti. Rigor autem & frigiditas omnis, qui omnia neruoſa corpora efficiunt ad difflandũ difficilia, ſunt cauſa ut hæc repleantur, atque ideo in ipſis ſingultiunt.

Ab aqua inter cutem habito, ſi aqua è uenis in uentrem defluxerit, ſoluitur morbus. XIIII

Et hoc exemplum eſt earum quæ ſponte fiunt & utiliter euacuationum. Spontaneum autem dicimus nõ quod ſine cauſa fit, ſed quod noſtra cauſa non fit. Quando enim data à nobis medicina aquam trahente, talis fiat euacuatio: non amplius hanc ſpontaneam nominamus. D

A longo alui profluuio habito, ſpontaneus uomitus ſuperueniens, morbum ſoluit. XV

Et hoc pariter exemplum eſt eorum quæ recte fiunt à natura, quod medicũ imitari oportet. Vtilitas uero prouenit retractionis ratione.

A morbo laterali uel pulmonia habito, alui profluuium aduenienſ malum. XVI

Cum partes aliquæ patiuntur, non ſimpliciter aliæ compati ſunt natura aptæ, ſed cum forti paſſione detinentur. Secundum hoc igitur, & hepate fortiter patiente, ſingultus ſuperuenit, cõpatiente

stomacho

stomacho: tussis autem, & difficilis anhelitus, com patientibus ijs quæ respirationi obseruiunt instrumentis. Sic & his ipsis pessime affectis hepar compatitur. & hoc ipsum manifeste ostendit Hippocrates, cum non simpliciter dixerit, In morbo laterali uel pulmonia aluum turbatã esse malum signum; sed adiecerit, habito, ac si dixisset detento atque uexato homini à talibus passionibus profluuium alui superueniens, malum esse signum, quoniam ita se habentibus id solet aduenire, cum nõ bene possit amplius hepar ad se trahere alimentũ, neque conuertere in sanguinem, & quãdoque uentriculus alimentum corrumpat. In mediocri aũt morbo laterali atque pulmonia profluuium alui superueniens potest interdum prodesse, ratione euacuationis, et magis cum signa coctionis apparuerint inesse passionibus, neque adest timor, sed morbus est citra periculum. Communiter autem & in his, & in omnibus alijs quæcunque eodem modo dicuntur, illud meminisse oportet, † quòd nullus alius extemporaneus & manifestus casus superuenerit, ueluti & nunc ut alui profluuium non ex cibo aut potu aliquo, sed morbi ratione contingat. Nam si alia ex causa, & non ui morbi fiat, non potest eius morem significare: siquidem oportet secundum aliquod signum et quod ab ipso ostenditur, connecti.

XVII Lippientem alui profluuio corripi, bonum.

Non ut signum, hoc lippientibus bonum ab eo dictum est, sed ut causa, quia humorum abundantia simul euacuatur, atque ad inferiora retrahitur. Est autem & hoc apud ipsum exemplũ unum eorum quæ sponte & utiliter euacuãtur, quod medicum imitari oportet, & proculdubio sic etiam omnes faciũt, in lippitudinibus aluum & clysteribus & purgationibus subducentes.

XVIII Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo, aut aliquo ex tenuiorib. intestinis, aut uentriculo, aut iecore, letale est.

Hoc uerbum, letale, Hippocrates sępe in alijs libris, & in hoc etiam protulit de ijs qui ex necessitate sunt morituri, sæpe etiã de ijs qui magna ex parte. Quare nunc quoque manifestũ non est, nunquid omnino secuturam mortem discissis his partibus, uelit ostendere, an in quibusdam raro homine seruari contingat. Quòd igitur cor uulneratum mortem afferat necessario, unum ex ijs est quæ in confesso habentur: non tamen in alijs æque recipitur, uulnus quodcunque mortẽ afferre ineuitabilem, sed illud quod magnum est, atque profundum: quod rationabile est à uerbo, discissa significari: ut tota uesicæ tunica diuisa usque ad interius spatiũ intelligatur: atque in singulis alijs eodem modo. Siquidem in uesica, confessum est, tale uulnus non coalescere, sicut & in parte septi neruosa, & in tenuibus intestinis: in uentriculo autem dubitatur. nam quosdam in eo uulneratos dicunt aliquando, sed raro, fuisse sanatos. Hepatis autem non solum profundum uulnus in fibris eius factum, sed etiam fibram

A abscissam aiunt fuisse sanatã. Neque nos latet quòd in libro De uulneribus exitialibus, quędam ex his eius libri autor conatur sanare. Quòd uero partes ipsæ diuisæ agglutinari nõ possint, in corde quidẽ ac septo transuerso ex iugi eorum motu cõtingit: in uesica autẽ, quia neruosa est ac tenuis & exanguis: nam eius collũ uidemus quotidie sanari cũ lapis extrahitur, quoniam carnosum est. Hepar uero uulnera habet plurimo manantia sanguine: atque idcirco prius moriuntur, qui ita sunt uulnerati, quàm uulnera agglutinari possint: hoc autem ita uult intelligi ut etiam uena sit dissecta. Ob hoc ipsum igitur, nec qui uulnera in summa eius parte consistentia aiunt sanari, nec qui fibras hepatis abstulisse, uerum uidentur dicere. Cerebrũ autem uulneratum

B sæpe sanatum uidimus, semelque in Smyrna Ioniæ, uiuente adhuc præceptore Pelope: è uulnere effatu digno. Hoc itaque rarissimum est. Verum autem est quòd magna uulnera quæ consueuit Hippocrates nominare discissiones, afferunt mortem, fatenturque omnes uulnera cerebri quæ usque ad aliquem eius uentriculum penetrãt, afferre mortem. Tenuium autem intestinorum natura, et uentriculi magis, non parum participant carnosæ substantiæ: & ideo in summa parte uulnerata sæpius agglutinantur: Tota autem discissa usque ad eorum cauitatem, rarissime. Hoc autem nõ tam propter eorum substantiã mihi uidetur accidere, quàm quod non possumus æque intrinsecus sicut extrinsecus medicamentum uulneribus imponere. Quapro-

C pter is qui librum De uulneribus perniciosis conscripsit, siue Hippocrates fuerit, siue quis alius, sanare uentriculum per potiones conatur.

XIX Cũ discissum fuerit os, aut cartilago, uel neruus, aut genæ particula tenuis, uel præputium, neque augetur, neque coalescit.

Augeri uocat talem aliquam generari substantiam qualis est abscissa, sicut in cauis ulceribus uidetur caro germinare: coalescere autem quãdo discissi corporis labra agglutinantur. Quòd igitur neque cartilago, neque os generentur, est in confesso. An uero agglutinentur, nonnulli dubitant, Inquiunt enim perspicue uideri ossa perfracta agglutinari. Sed aberrant, & doceri possunt in brutis quo-

D rum pars aliqua fracta cõtraxit callum. Hęc enim, seu uiua, seu mortua, si quis uelit inspicere dissecãdo, uidebit manifeste à callo ueluti uinculo quodam circumducto partes ossium discissas esse constrictas: quas si abraserint, fracturæ profundum uidebunt non agglutinatum. Sic igitur de ijs quæ diximus, ambigunt, nonnulli augeri dicentes, non tamen coalescere: quidam uero etiam coalescere, sed raro. augeri igitur illa desiderant, quæ per excessum sunt ulcerata. & nullum uidi taliter affectum cui non increuerit caro. Agglutinari autẽ illa quæ diuisa sunt, & nõ discissa. Hęc enim inuicem differunt, cum discissa diuisionẽ habeant usque ad finem peruenientem: quæ nũc Hippocrates inquit non coalescere, non ob id tantum quòd neruosa sunt

atque tenuia, sed quoniam etiam, eo quòd talem habent naturam, labra uulneris non sunt parum à se inuicem distantia. A

De morbis. XX Si in uentrem sanguis pręter naturam effunditur, necesse est suppurari.

Per ventrem, omnem cavitatem intelligit. Quidam sine articulo, uentrem scribunt, uolentes omnem significari cauitatem, quibus astipulatur, quod praeter naturam adijcitur: per quam adiectionem tale quiddam ostendit Hippocrates, Si unquam sanguis à propria cauitate in aliam quancunque cauitatē peruenerit: ut sanguis permaneat, est omnino impossibile. Sic igitur & in inflammationibus, & illis quas Graeci ecchymoses nominant, fieri uidetur. In inflammationibus quidem, B per minimas partes disperso sanguine ad eas quae sunt in musculis cauitates, quas sola ratione contemplamur: in ecchymosibus autem in spatia effuso quae uasis circumiacent. Suppurari autem non est rectè dictum, cum nomen sit unius mutationis in sanguine factae. quare nonnulli ipsum ad generalius transferunt, hoc est ad corrumpi, id ab ipso dicentes significari. Sic enim fieri uidemus, non permanere sanguinē, cum à suo loco exciderit, sed aliquando suppurari, aliquãdo † liuescere, aliquãdo in grumos uerti, pręsertim quando in magnam cauitatem exciderit praeter naturam.

Suppurari pro corrumpi hic sumitur. als. nigrescere μελαίνεσθαι

XXI In insaniētibus si uarices uel haemorrhoides superuenerint, insaniae solutio.

Insania hic pro melancholia. Hic insaniam illam quae proprie melãcholia dicitur, uocat, non illum qui fit ex bile furorem. sunt autem uarices uenae latiores in coxis & cruribus: quae ex crasso & melancholico † humore contingunt, adeo ut pellente natura ad partes ignobiliores eos qui insaniam efficiunt humores, praesertim cum melãcholici fuerint ac crassi, dictarum passionum generatio sequatur, & insaniae solutio.

varices, quid. αἵματος

XXII Quaecunque rupta ex dorso ad cubitum descendunt, uenae sectio soluit.

Melius quidã scribunt: Quicunque dolores. nam ruptum ipsum descendere, unum est impossibiliũ: siquidē diuulsa ac rupta musculi parte carnosa, fit ruptum. Videtur itaque nonnunquam manifeste admodum collectus in loco ruptionis sanguis: & discussione sanatur. Reliqui uero qui sunt in dorso dolores, ex defluente humore generãtur, interdũ solo, sed magna ex parte crasso ac flatuoso spiritui associato: quē excipere oportet atque euacuare per uenę in cubito existētis sectionē, quãdo huc apparet fluēs. Est enim eius praeceptũ, secũdum quod humores repũt, facere euacuationes. Idemque significãt uerba haec: Eò ducendũ est quò repũt, per loca opportuna. Si aũt de ruptis sermo est scriptus ab eo: eos qui fiunt cõpatiēdi ratione dolores, intelligendũ est dici ab ipso descendere ad cubitos, nõ ipsam carnosae partis diuisionem. Nam fieri potest ut & talibus uenę sectio utilis sit, communi euacuationis ratione. D

Dolores in dorso ex defluente humore fiunt. aph. 21. lib. 1.

Si timor atque mœstitia longo tempore perseuerent, ex eo atra bilis significatur. XXIII

Si quis non ex causa manifesta metuat, aut mœstus sit, atrae bilis casus manifesti sunt, † etiã si non diu praecesserint. Quòd si propter causam manifestam incipientes, diu postea perseuerent, non te lateant insaniã significare. Nam & plures uisi sunt furore corripi, qui ab excandescentia, uel ira, uel mœstitia principium habuit, ipso scilicet corpore tempore illo prompte se habente ad incidendum in tales passiones.

et magis, si diu durarint, καὶ μᾶλλον ἢν τῷ χρόνῳ ... τα

Si quod intestinorum graciliũ discindatur, non coalescit. XXIIII De morbis.

Hoc & in aphorismo paulo antea dicto mõstrauit, cuius initium, Vesica discissa, uel cerebro. Nescio igitur quo pacto nunc frustra fuerit ascriptus. Idem autem uidimus, & in pluribus alijs aphorismis: quos melius fuerit eximere.

Erysipelas ab exterioribus uerti ad interiora, non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora, bonum. XXV De morbis. Progn. 3. Coac. 369.

Non solũ erysipelas, sed aliud quodcunque quod ex profundis & principalioribus partibus trãsfertur ad cutem, bonum esse signum ac causam debemus existimare. Contrà uero si ad interiora & profunda transmutetur, malum. Sed & alia multa uidetur dixisse Hippocrates quaedam ueluti exempla sermonum uniuersalium, à quibus eius quod solet euenire, experientiam possumus habere manifestiorem. Talia etenim exempla oportet esse. C

Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur. XXVI

Vtrũ Hippocrates tales sermones scripserit, ut exēpla magis generaliũ atque uniuersaliũ sermonũ, an alij interposuerint, cęteris inquirēdũ relinquentes, illud tantũ in ipsis obseruabimus, quod & antea dictũ est, & nunc in febre ardente dicet. Quae enim hanc febrem efficiũt causae in uenoso genere existentes: quãdo ad neruos transferunt, primum tremores faciũt: cõpatiente uero principio, etiam deliria. Sicuti igitur in febre ardente translatio, sic & in omni alia febre potest fieri, & om̃ino ex arterijs & uenis ad neruos transfluxus humorũ noxiorum, sicuti rursus ex neruis ad has. Improprie igitur dictũ est febrem ardentē à tremore solui. Haec enim solet Hippocrates dicere quibusdã superuenientia, eorum soluere consistentiã, quaecũque prorsus hominem liberant, non quae alteram generant passionē quę nihilo minus quam prima sit periculosa.

Febris ardens a tremore sol... impr...

Quicunque suppurati, aut aquam inter cutem patientes uruntur aut secantur: si pus aut aqua uniuersim effluxerit, omnes moriuntur. XXVII

Suppuratos praecipue consueuit nominare qui pus habēt in spatio inter thoracē atque pulmonem: quos Suppurati.

quos

quos quomodo urere oporteat, dixit in libro De passionibus: cuius initium, Pulmonis arteria. Quidam hunc librum inscribunt de suppuratis. Vstione igitur indigent qui plurimum habent pus, adeo ut desperent per sputiones posse expurgari. Hos uero ipsos & difficultas anhelitus uehementer infestat ex loci angustia: quæ etiam nos cogit ut eos uramus. In ijs autem qui aquã inter cutem patiuntur, illæ quæ à Græcis paracenteses, id est punctiones nominant, magis quàm ustiones medicis sunt cõsuetæ. Verum quod cõmune est ustioni ac punctioni, nunc sanè Hippocrates cõsulit caueri, hoc est multam ac subitam euacuationem. sic enim uidetur cõtingere, uti ait. scriptum est etiam ab Erasistrato exquisitius de ijs qui aqua inter cutem laborant, in pluribusq; compertum dicit experiẽtia, multam ac subitam euacuationem febres & mortem afferre. Videmus autem & in alijs partibus æque atq; in thorace, quãdo aliquis magnus tumor suppuratur, periculosum esse subito multum euacuare, cum euestigio deficiat anima, uiresq; concidant, nec postea debilitas ista facile remedium habeat. Videtur itaq; in his propter magnam uulneris distantiam, & puris acrimoniam, ora quorundam uasorum arteriosorum adaperiri, quæ prius ueluti quoddam operculum pus cõtinebant: quo uniuersim euacuato, multi cum eo spiritus exeunt atq; excernuntur: unde periclitantur. In aqua uero inter cutem nõ modo ob hanc causam ea laborantes offendũtur, sed & duricies uisceris, ut quæ non amplius sustentatur ab aquosa substantia, & septum trãsuersum deorsum trahit, & uiscera quæ sunt in thorace.

XXVIII Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt.

Eunuchos sectio testiculorũ similes efficit fœminis. Sicuti ergo in eis caluities nõ accidit, sic neque in eunuchis, † propter temperaturæ humiditatem. Nam eunuchos podagra nõ laborare, Hippocratis quidem tempore uerum extitit: nunc uero non amplius, propter immodicum ocium, & uictum intemperantem. Res autem tota ita se habet. Necesse est pedes natura esse imbecilliores, si quis podagra corripi debeat: sicut & cerebrum, si morbum comitialem passurus sit. non tamen est omnino necessarium alterutrum pati, si nihil in uita deliquerit. Disces autem aperte quòd imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandam passionem, ex intermedio tempore accessionum: in quo prorsus non infestantur, quamuis natiua imbecillitas continua sit. Clarum est autem hoc, & in podagricis manifestissime apparens, quòd influẽte aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si nunquã igitur hic humor influeret, liquet quòd neq; unquã accideret passio. Non influet autem si semper uacãs superfluitatibus corpus extiterit. Erit autem uacans superfluitatibus, si mediocri utatur exercitio, & homo bene cibum cõcoxerit: unde & desidiæ & crapulæ eis nocent. Nocent etiam multa & potẽtia uina bibere, præcipuè cum aliquis ea ieiunus potauerit. Hæc enim neruosam substantiã promptissime offendũt, sicut & coitus. Aetate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant, propter uitæ moderantiam: nostris uerò temporibus usqueadeo auctis edulijs ut nihil eis addi posse uideatur, infinita est podagrarum multitudo, quum nonnulli sint qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus atq; ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant uina potentia, ac uenereis utantur immoderate: nonnulli uero & si non in his omnibus, in uno saltem aut duobus delinquãt. Atqui peccatum magnum cum fuerit sæpe in uno eorum quæ diximus, deliquisse sat est. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripiũtur, quamuis nullum habeant usum uenereorum. Talis enim est eorum desidia, ingluuies, ebrietas, ut etiam sine uenereis podagra corripi possint. Hæc eadem & de articulari morbo dicta existimes. omnes siquidem qui eo laborant, magna ex parte prius podagrici fiunt. Accedit ad has causas ob quas plerique incidunt in podagras, quòd multi & patres & auos habuere podagricos, in quibus semen erat uitiatum, atque ideo filijs uehemẽtiorem fecerunt partium imbecillitatem.

Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. XXIX

Mulieres non fiunt podagricæ, ratione euacuationis. Ostensum est enim in præcedente sermone, quòd nisi humores superabundauerint, ex sola partium imbecillitate non potest podagra fieri. Verum rursus & hic, prius quidem erat uerum, ubi non omnino menstrua defecissent, quia parua erant delicta quæ ætate superiore mulieres admittebant: nunc uero ob eorum magnitudinem, quædam podagra laborant antequam menstrua deficiant, cum nonnullis pauca exeant, nonnullis autem uel mediocria.

Puer podagra non laborat ante usum uenereorum. XXX

Quòd magnam uim habeat ad podagræ generationem usus uenereorũ, liquet etiam in pueris, quemadmodum paulo antea & de eunuchis dicebam. Eunuchos itaq; uidimus quosdam podagra laborantes, pueros autem non uidimus. Verum si quis tali est passione correptus: unà cum hoc quòd & genuũ articuli & manuũ intumuerunt, in quendam articularis morbi modum repente incidit ob plenitudinem, ex multis cruditatibus aceruatam.

Dolores oculorum, meri potio, aut balneũ, aut fomẽtum, aut uenæ sectio, aut medicamentum epotum soluit. XXXI

Singula horum quæ dixit, magis experiẽtia, quàm ratione aliqua uidetur mihi Hippocrates cognouisse. Nil enim mirum si homo dolens cum isset ad balneum, dolore fuit liberatus: uel si nõ permissus bibere uinũ, deinde nullã ex hoc sentiens utilitatẽ, motus est ad bibẽdum, alioqui multum appetens uini

uini, & posthac melius se habuit. Sicut igit̃ & plura alia quę medici hoc modo inspexere, sunt ab eis scripta absq; aliqua determinatione: ita & hæc mihi collecta uidentur ab Hippocrate, neq; ut rationali dicēte, dispositiones, neq; ut Empirico cōcursus. Cæterum utilitas quæ nobis potest aduenire ex sermonibus hoc modo scriptis, est inquirere dispositiones in quibus meri potio, & balneū, & singulorum eorum quæ seriatim dicta sunt, utile sit: quod & mihi contingit. Nam & si prorsus esse aliquos credebam oculis dolentes, quorum nōnulli meri potionibus, nōnulli balneis iuuentur, fidem Hippocrati adhibens (neq; em̃ scripsisset, si non uidisset) non tamen ab aliquo præceptorū tale auxilium ægris adhibitū fuisse cōspexerā: Itaq; primo cum oēs quęsiissem dispositiōes in quibus necessarium est non in oculo tantum, sed & in alijs partibus fieri dolores: deindeq; mihi ipse persuasissem eas adinuenisse, postremo consideraui earum indicia dispositionū: & postquam his etiam fidem adhibui, ausus sum remedia afferre dolētibus: ac primum quidem adolescētem balneaui, cui medicus non absq; ratione in die secundo ab initio uenam secuerat, & deinceps curauerat medicinis quas experientia cognouerat, cum inflammatio sola obsideret oculos. Dolebat autem uehementissime per quosdam insultus, in quibus aiebat ipse sentire se acutos humores, qui uniuersim fluebant ad oculos, quibus excretis licet uehementia doloris sedaretur, non tamen dolor omnino cessabat. & hoc illi per totam quintam accidit diem, maius semper habens incrementū. Cum igitur dolorem nō posset tolerare, me & quēdam alterum ex ocularibus medicis aduocauit tunc in urbe Roma probatissimum. Illi itaq; uidebatur utendū esse collyrio quodam ex eis quę emplastica nominant & anodyna, id est dolorem sedantia: cuiusmodi sunt quæ ex cerussa lota, amylo, et †papauere cōponuntur. Nam sic maxime sperabat posse reprimi per emplastica id quod influebat, et simul sensum per† infrigidantia torpescere. Ego uero ab initio suspecta habui talia medicamenta. Neque enim uehementes reprimunt fluxiones, sed excerni prohibent: atq; ideo si humores fluentes acres extiterint, corneam erodi contingit: si uero multi, extendi ac uehementer irritari, ac si rumperetur: ex quibus nisi medicamentum fuerit magnopere stupefaciens, dolores impatibiles excitantur. Si uero fuerit adeo uehementer stupefaciens, ut ex eo oculi maximam inflammationem non sentiant, necessarium est, simul uim uisoriam adeo lædi, ut cessante inflāmatione, uel debiliter uel nihil omnino uideant: simul quandam præduram dispositionem, & quæ difficulter sanari possit, in oculorum tunicis relinqui. Cum igitur ista nouissem, atq; animaduerterem humorem influentem non paucum, ualdeq; & acrem & calidum: primum fomento utendum censui, experientiæ gratia, tanquam ex ea certius cogniturus qualisnam foret dispositio. Solet enim in his fomentum parumper quidem dolorem mollire, sed alte-

A ram fluxionem aduocare. Qua enim ratione potest id quod in oculis continetur, discutere: eadem ratione alteram quoque ex uicinis locis attrahere ualet. Verum quamprimum et aquam calidam & spongiam afferri iussi, æger ipse se dixit expertum esse sæpius tota die id remedium, ac primum dolorem imminuere, sed paulo post maiorem adducere. Quæ ego cum audissem, medicū ocularem expectare iussi, ipsi promittens me etiam absq; frigido medicamēto ægrum à dolore liberaturū. Cum autem solo balneo usus essem, ita dolorem sedaui, ut tota nocte dormiret æger, nec semel aliquem eorum qui iuxta dormiebant, aduocaret. Ab hinc in reliquis in quibus per signa cognoui influere quidem humores acres ad oculos, non tamen corpus

B esse plenū: balnei usu dolorem sanaui. Adolescens item alius fuit qui quòd uicinus urbi nō erat, oculorum inflammationem pluribus iam diebus ruri passus fuerat, hunc quia in eodem statu perseuerabat, in urbem profectum intuitus habere oculos, squalidos quidem, sed ualde tumidas ac plenas sanguine eas quæ in ipsis uenas erant: iussi ut quum se lauasset, potu uteretur meraciore, et ita se sopori traderet. quod & factum est. somnus enim profundus ipsum inuasit, & mane sine dolore surrexit: mihiq; fiduciam præbuit ut in quibus sanguinis copia crassioris in oculorum uenulis contineretur, sine plethorica totius corporis dispositione, uterer uini potione, ut quæ diffundere sanguinem atq; dimouere possit, suiq; motus uehementia obstructio

C nes aperire. Cæterum hæc quidem remedia doloris oculorum potentia sunt. Securissimum autem est fomentum, & omnino aliquam afferens utilitatem, uel tanquam signum ad dignotionem, uel tanquam causa sanitatis oculorum. Nam cum nihil omnino influit in oculos, fomētum dissoluens eam quæ in ipsis continetur superfluitatem, oculis sanitatem restituit. Cū uero adhuc influit: primo quidem cum adhibetur, suo calore aliquod affert uel mediocre leuamen. Quòd si paulo post dolorem auget, tunc fit signum dignoscitiuum, ex quo nos dispositionem comprehendentes, ad totius corporis euacuationem peruenimus: ipso quidem sanguine redundante, per uenæ sectionem: malitia uero humorum infestante, per purgationem. neq; e-

D nim difficile est admodum ab humorū malitia sanguinis copiam distinguere.

Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur. XXXII

Sicuti psellizesthæ, id est balbutire, prolationis uitium est, non uocis: sic & traulizein, eiusdē significationis uerbum, non potente lingua exquisite eas dearticulare uoces quæ per t & r proferūtur, qualis est hæc ipsa traulus, & similes hę, trepidus, tremit, tradit, trochum, tristis, & quæcunq; aliæ tales. Hæ siquidem omnes exigunt linguam se ampliantem ac prioribus dentibus innitentem. Cum igitur in aliquibus lingua fuerit imbecillior, male innititur, & sonum t & r dearticulare nequit, atque ita ad t & l, pronunciandum labitur. Hoc autem

autem ei cõtingere poteſt quia quoquo modo ſit A breuior quàm ipſi conueniat: quod tamen rariſſimum exiſtit. & quia molliorem atq; humidiorem habet temperaturam, quam ob cauſam & pueri balbutiunt, cum tale quiddam ipſis in loquendo contingat, quale etiam in ambulãdo euenit. nam et ambulare nonnulli quidē prorſus non poſſunt, nonnulli uero non ſufficienter, cum cruribus nequeāt propter mollitiem firmiter inniti. Quibuſdam etiam ætate integra, inter loquendum fatigatis, balbutire cõtingit: ſicut & illis qui plurimum tibia cecinerint, & quibus uires ex morbo plurimum ſunt debilitatæ, & quibus demũ lingua eſt uehementer exiccata. Verum ſiccitas tanta nulli ineſſe poteſt qui habitum ſeruet naturalem: atque ideo ſolius humiditatis immodicæ in iis qui na- B tura balbutiunt, id linguæ detrimentum caſus eſt, cum eius muſculi nequeant firmiter ſtabiliri: atq; hoc ipſis poteſt accidere uel propter ſuã, uel propter neruorũ imbecillitatē, quos uidelicet à cerebro ſuſcipit. Quare et ebrii aliquãdo balbutiũt, partim quia multa humiditate perfunditur cerebrũ, partim quia etiam ab ipſius multitudine prægrauatur. Continget igitur iis qui ſunt balbi natura, ut uel cerebrum humidum habeant, uel linguam, uel utrumq;. Et à cerebro quidem talem temperaturam ſortito, defluere multas par eſt humidas ſuperfluitates, eaſq; inde fluentes in uentrem ſuſcipi: lõgiſq; ideo profluuiis hominem capi. Lingua uero admodũ humida ex natura exiſtente, & uentriculum talem eſſe par eſt, ut qui alteram ſui tuni- C cam communem habeat ad linguam. imbecillis autem ex humiditate uentriculi propria paſſio eſt diuturnum profluuium.

XXXIII Qui acidum eructant, non ualde morbo laterali corripiuntur.

Acidum eructãtes, hoc eſt acidum ructum habentes, raro inquit capi à morbo laterali. Nam quod dicitur non ualde, idem oſtēdit quod raro, non nullo modo, ut quidam libri huius expoſitores ſcripſerunt. Dictum autem à nobis eſt, ubi de morbo laterali ſermonem habuimus, quòd lateralium morborum hic quidem qui unà cum flauis ac rufis fit ſputis, ex biliosis humoribus ortum ha- D bet: hic uero qui cum ſpumeis, ex pituitoſis: ſicut qui cum nigris, ex melancholicis: qui uero cum rubeis, ex ſanguine. Eſt enim lateralis morbus inflammatio membranæ quæ ſubcingens nominatur. Cum uero unaquæq; inflammatio ex alicuius humoris ſuperabundantia gignatur, pro eius natura & ſputi ſpecies morbo laterali laborantibus aduenit, & ſpes ſalutis ac mortis habetur. Non æque autem membranæ ac pulmo ſunt natura aptæ humores ſuſcipere. denſa ſiquidem eſt membranarum ſubſtãtia, pulmo uero rarus admodum ac laxus: quare huic quidem promptum eſt pituitoſos omnes ſuſcipere humores, membranæ autē ſubcingenti plus biliosos. Ob hanc igitur cauſam quibus pituita natura ſuperabundat, raro à morbo laterali corripiuntur, præſertim ſi ſalſedinem atque acrimoniam aliquam ſibi adiunxerit. Talis enim inteſtina mordens, irritat ad deiectionem: in qua contingit non ſolũ pituitam, ſed plures alias etiam ſuperfluitates excerni. Dicebat uero ipſe in libro De aere aqua & locis, eos qui habent uentrem natura humidũ, morbo laterali atq; aliis morborum generibus minime corripi.

Quicunq; calui ſunt, iis magnæ uarices non fiunt: quibus uero caluis uarices magnæ ſuperueniunt, ij rurſus capillati fiunt. XXXIIII

Quando in uiri ſapiētis libro aliquis ſermo inuenitur manifeſtum habens mēdacium, non ſine ratione legentes dubitare contingit, & primo quidem ſibiipſis diffidere, quaſi neq; illa quę ſunt manifeſta noſcentibus, deinde ſuſpicari ne falſo fuerit interiectum. Quis enim neſciat caluitium eſſe paſſionem inſanabilem? Sed neq; illud uerum eſt magnas uarices caluis nunquam aduenire: ſicuti nec uaricibus aduenientibus, caluitiem ceſſare, niſi forte (ut nonnulli inquiunt) uocatum à medicis capillorum defluuium, caluitium nominet. Illud enim à uitioſis humoribus generat̃ ſicuti quæ ophiaſin & alopecian nominant: atque ideo cum iidem humores ad crura decumbunt, poſſunt uarices facere, & capillos reſtituere. Si enim prius contigerat ut capilli à uitioſis humoribus corruptis eorum radicibus, corrumperentur: uerisimile eſt ut eiſdem humoribus alio tranſpoſitis, ad primam naturam poſtmodum redeant.

Aqua inter cutem laborantibus, tuſſis ſuperueniens, malum. XXXV

Superuenire paſſionibus alias paſſiones & caſus, priſci medici dicere cõſueuerũt, quęcũq; ipſius paſſionis adauctæ ratione cõtingere ſolent. Talis enim eſt Praxagorę liber De ſupueniētibus inſcriptus. Sic & nũc de tuſſi dictũ eſt. Neq; enim cum ex alia fit occaſione in homine aquã inter cutē patiente tuſſis ſignum eſt exitiale, ſed quando ipſius morbi ratione. Cũ enim in hydrope aquoſa humiditas tantum adaucta fuerit, ut iam aſperas occupet arterias, ſi tuſſis ſuperueniat, tunc periculũ imminet ne homo haud ita multo poſt ſtranguletur.

Difficultatem urinæ, uena ſecta iuuat: ſecare uero interiores. XXXVI

Neque hic ſermo uerus eſt, niſi & coniunctionem aſſumpſerit, ita ut aphoriſmus talis fiat: Difficultatem urinæ & uenæ ſectio ſoluit. Re uera enim & uenæ ſectio ſoluit difficultatē urinæ, illam uidelicet quæ propter inflammationem & multitudinem fit. Quod aũt ſequitur, Secare uero interiores: ſi de uenis manuũ dicitur, neq; uerũ eſt neque conſentaneũ Hippocrati. Videmus ſiquidē ipſum in omnibus libris ſuis, in partibus quæ ſupra hepar ſunt, è manibus ſanguinem mittere: in inferioribus autem uenas quæ in poplite uel talo ſunt, ſecari iubet. Si quis uero de his ipſum dixiſſe arbitretur, Secare autem interiores: hoc dictum paruam

paruam uim habet. Ab una enim ambæ nascũtur, quæ in poplite trifariam diuiditur, quoniã & una uena ad hoc peruenit membrum, nõ sicuti ad manum duæ. Melius itaq; fuerit & hũc aphorismum unum ex adiectis opinari.

XXXVII Ab angina habito si tumor fiat in collo, bonum foras enim morbus deducitur.

Sermo uerus est, & causa in promptu. siquidem ex intimioribus & principaliorib. partibus passiones confert ad cutem transferri.

XXXVIII Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt: non curati uero longius tempus perdurant.

Occultos cancros dixit uel eos qui sunt sine ulceratione, uel absconditos, hoc est non apparentes: quod rursus idem significat ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare, duplex est. Vnum quidẽ omnia agere ut particula patiens ad sanitatem perducatur: alterum autem eam adhibere prouidentiam quæ passioni cõgruat, hoc est ipsam mollire, ac mitiorẽ facere, tum præcipue cum adest exulceratio. Tunc enim est necessarium ut, si non aliud agamus, saltem saniem abluamus, humido aliquo utentes, nõ quocunq;, sed uel per experientiam, uel per indicationem inuento, quod neque putrefacere, neq; irritare partem patientem sit aptum. Ab hac igitur curatione neq; absistere conuenit: neq; illi qui sunt sine ulceratione cãcri, indigent ea. Aliam uero quæ fit per sectionẽ uel ustionem, (quæ sola sunt remedia cancrorum) consulit ut in cancris occultis non adhibeamus. Quòd igitur illi qui sunt in partibus penitioribus, talia remedia non desiderant, etiam experientia docet. Equidem scio omnes qui huiusmodi cãcros curare tentarũt, magis illos irritasse, & breui homines interemisse. Nam et qui cancrum in palato constitutũ, & in sede, & in sinu occulto muliebri, uel usserũt uel secuerunt, non potuerunt ulcera ad cicatricem perducere, & homines in curatiõe afflictos ac maceratos, usq; ad mortem detulerunt: qui si nullam curationem adhibuissent, longiori tempore uitam cum minori molestia transegissent. Tales igitur cancros nullo modo curare tentemus: ex eis uero qui in summa parte corporis hærent, illos tantummodo, quos possumus unà cũ radicibus ipsis, ut quispiam dixerit, resecare. Neq; enim malum est per similitudinem radices cãcri, nominare eas quæ plenæ sunt sanguine melancholico uenas, & usq; ad loca circumstantia distenduntur. Multi enim magnæ autoritatis medici, neq; hos manus opera curari permittunt, sed illos tantum qui exulcerati, similiter laborantes molestant, adeo ut ipsi ultro manu curari desiderent, simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus unà cũ radicibus resecare & exurere. Quidam uero neq; hos amoliri permittunt, sed omnino absistendum consulunt à remedijs potentibus in omni cancro. Quòd autem Hippocra-

A tes nunquam cõsuluisset curare potenter cancros in partibus corporis penitioribus cõditos, ex ipsa passionis natura licet coniectari: An uero & eos qui in summa parte corporis hærent absq; ulcere, incertum est, quantum ex uerbis aphorismi conijci potest. Ipsum uero scripserunt Artemidori & Dioscoridis sectatores, usque ad ea uerba, melius est non curare.

Conuulsio fit uel ex repletione, uel inanitione: ita uero & singultus. XXXIX

Cõuulsio (ut & ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis, ut autem clarius diceretur, retractis, sicut etiam est motus eorum secundum naturam: uerum hic quidem non fit sine
B animalis appetitu. Conuulsio autem, passio est inuoluntaria, ad similem uenientibus neruosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant. Nam ex repletione ita nerui intenduntur ut chordę in ualde humidis ambientis nos aeris constitutionibus; atq; ideo propter hanc causam sæpe etiam rumpuntur. idem uero & in siccioribus constitutionibus accidit. nam in sese colligunt ac conuellunt omnia neruosa corpora uiolẽtius exiccata: ueluti lora si paulo magis ab igne calefiant, quibus similia patiuntur, & quæ solis feruor exsiccauit. Conuulsio igitur non absq; ratione à contrarijs fit causis. Singultus uero concedatur conuulsio stomachi nominari, quãdo aliud fuerit sermonis propositum. Quan
C do uero hoc solum studuerimus, ut singultus substantiam cognoscamus: melius fortassis fuerit non conuulsionem ipsum nominare, sed quendam motum eiusdem quidem generis quo uomitus, intentiorem tamen illo, & uehemẽtiorem. Nam stomachus appetens eorum aliquid quæ in ipso cõtinentur, expellere, ad duos mouetur casus, uehemẽtiorem quidẽ in singultibus, mediocriorẽ uero in uomitibus. siquidem in uomitibus appetit ea tantum quæ in uentriculi spatio latiori cõtinentur, expellere: in singultibus autem ea quæ sunt in ipso uentriculi ore penitiora. Per stomachum nunc à me intellexeris non solum eum qui ita propriè nominatur, sed & uẽtriculi os. Quæ enim in hoc continentur, ipso appetente uentriculo expellere, singultus
D fit. Quòd uero eorum quæ difficulter excernunt, & quæ ueluti absorpserit uẽtriculi os, fiat per singultus excretio, discere licet ex ijs quæ quotidie eueniunt, omnibus ferè, plus minus. Si quis enim acutum aliquid, ueluti piper per se solum deglutierit, uel cum melle, uel aliquo alio, et postea uinum biberit aqua calida temperatum, statim singultiet, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius uero acutie uentriculum molestante: unde conatur motu uiolentiore rem infestantem expellere. demonstratum autem est à nobis in libro De causis casuum, & tussim, & sternutationem, & rigorem ex talibus motibus oriri.

Quibus dolor circa præcordia fit absque inflammatione XL. Coac.

flammatione, ijs febris superueniens morbum soluit.

Sequitur quidem & ad morsus dolor: sed consueti sunt morsus nomine, non doloris, tales casus appellare. Fit autem dolor propter quandam similem inflammationi dispositionem. Sic autem nominata est, quoniam & erysipelata dolor cōsequitur. Quando igitur nō ob talem dispositionem dolor præcordia occupauerit, & morsus sensus abfuerit, relinquitur ut dolor fiat, uel propter obstructionem, uel propter spiritū flatuosum, uel ob aliquam intemperiem inæqualem, quæ omnia febrilis calor aptus est natura sanare: hæc quidem incidens, extenuans, atq; dissoluens; hæc uero ad temperaturæ æqualitatem perducens.

XLI Quibuscūq; suppuratio in corpore existens non innotescit, ijs ob crassitudinem puris aut loci non innotescit.

Duplex est huius loci scriptura, & duplex expositio, & utraq; non caret ratione. Nam & propter puris crassitudinem, & propter loci sæpius occultatur puris in aliquo loco cōprehensi noticia. Recte ergo nōnulli scripserūt: His propter loci crassitudinem. nonnulli uero: His propter puris crassitudinem non innotescit.

XLII Morbo regio laborantibus si fiat hepar durum, malum.

Morbum regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione, tunc enim durities ostendit uel tumorem prædurum, uel inflammationem in hepate existere, quemadmodū & sine hac contingit aliquando, propter eius obstructionem, morbum regium aduenire: cōtingit & ipsa natura per modum criseos humorem exuperantem in uenis contentum, ad cutem expellente.

XLIII Quicunq; lienosi à difficultate intestinorum capiuntur, ijs superueniente longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.

Oportuit hūc aphorismum illi præponi in quo dicit: Lienosis difficultas intestinorū superueniēs, bonum. Sed ille quidem inter sequentes scribitur quatuor tantum interiectis, nobis autem necessarium est nunc huius expositionem aggredi. Quicunque enim lienosi sunt, hoc est qui durum iam diu habent lienem, ijs superueniens difficultas intestinorum, soluit dispositionem, quādo scilicet ratione transpositionis atq; euacuationis humorum crassorū ac melancholicorū lieni insertorum euenerit. Sed quoniam sæpius huiuscemodi euacuationes ultra modum extenduntur, & noxiæ sunt laborantibus: cōuenienter Hippocrates, quem finem habeat immoderata difficultas intestinorum, ostendit, quæ talibus aduenit dispositionibus. Læsis si quidem intestinis à trāsitu uitiosorum humorum, & uis eorum laborat, & temperies natiui caloris

A aboletur. ob hanc igitur causam, & aqua inter cutem, et leuitas intestinorum, superueniunt: leuitas quidem intestinorum, ex sola intestinorum læsione: aqua uero inter cutē, propter hepatis compassionem, atq; lienis, & omnis uenosi generis.

XLIIII Quibus ex stillicidio urinæ, ileos superuenerit: in septem diebus pereunt, nisi febre superueniente, satis urina fluxerit.

In ileo nihil exit inferius, neq; si quis acerrimo utatur clystere. Vomitus autem stercoris aduenit ijs qui exitialiter se habent. Quòd igitur interclusa inferiori uia exitus, hæc passio fiat, quodq; in tenuibus intestinis, non autem in crassis, omnes ferè fatentur. B Cæterum quòd propter inflammationem & propter obstructionum stercoris † sicci, uel humorem crassorum atq; tenacium, dictum est à pluribus. Mihi uero uidetur inflammationem, uel durum tumorem, uel abscessum, tantam facere posse loci angustationē, ut nihil possit ad inferiora transmitti. Quòd autem humores crassi atq; tenaces in causa sint, non admodum mihi uidetur probabile. Verum & hoc (si libeat) ponito, & si quid aliud dicatur præter hoc. Verum id quod est ab omnibus ferè receptum qui aphorismos exposuerunt, incredibile mihi admodum uidetur. Aiunt enim quòd quando uesica inflammatur, angustia loci ex compressione in intestinis facta passionem affert, quæ ileos nominat. Ego uero multos qui mingere non C poterant me puto in tota uita mea uidisse, nonnullos tantū periclitatos, non paucos etiā mortuos, quibus tunc manifeste omnibus secundum propriam circunscriptionem plena uesica apparebat, adeo ut supra modum esset extenta: dolorq; ut par est, inde acresceret: & tamen nullus eorum factus est ileosus. Quomodo igitur quispiam unquā persuaderetur, ob uesicæ inflammationem angustiore facto intestino, ileon aliquādo prouenire? Non magis sanè quàm ex tumore uteri in muliere grauida. siquidem usque ad præcordia prægnantium tumor extenditur, & magis comprimere potest atq; angustare intestina tenuia: uesica uero si in tumorem attollatur, solum potest rectum comprimere intestinum. Quidam uero etiam dicunt absurdius D quòd febris superueniens conferat ileo. Nam febris quidem in inflammatione uesicæ non absq; ratione fieret, quin quanto illa maior ac grauior, tantum augeri febrem contingeret, cum casus sit inflāmationis. Ileos uero (ut ipsi aiunt) ex inflammatione ortum habuit, & unam tantum spem habet solutionis, inflammationis cessationem, cum qua etiam febrem sedari est necessarium. Bonū igitur signum solutionis earum quæ sunt in ileo passionum, est febris, uel remissa, uel soluta. superueniens autem febris, uel aucta, neq; bonum signum est, neque causa bona. Nouimus enim illis tantum morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando quidē sola, aliquando uero cum humoribus crudis, pituitosis uel flatuosis spiritibus. Melius est

lius est itaq;, si fateamur nos ignorare quæ in hoc aphorismo Hippocrates dixerit; neq; enim ratio, eorum indicat ueritatem, neq; experientia docet. Tertiũ autem nihil habemus ad fidem faciendam. Quòd si unquã talis ægrotus uisus est, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio (neque enim an legitimus sit hic aphorismus, dicere possum) multitudinem humorum crudorum unà cum multa frigiditate, melius est talium in ileo casuũ qui dicti sunt, causam arbitrari. Sic enim tantummodo febris esset medicina huiusce dispositionis, & retentarum urinarum euacuatio. nam re uera cõsueuerunt urinæ crassæ, & plurimæ, repente simul illis concoctis euacuari.

XLV Vlcera quæcunq; annua sunt, aut etiam diuturniora, os abscedere est necessarium & cicatrices cauas fieri.

Quæcunq; ulcera lõgo tempore manent, uel cicatrice nullo modo adueniente, uel si facta sit, rursus resoluta, nihil uidelicet medicis in curatiõe delinquentibus: necesse est uel propter influxum uitiosorum humorum, uel propter dispositionem in membro longo tempore contractã ex humoribus influẽtibus, uel ob aliquam passionem ossis in eo loco corrupti, difficulter sanari. talia itaq; ulcera semper maiora & deteriora fiunt: atq; hæc omnia Phagedænas antiqui nominabant. Quidam uero posteriores ea distinguere cogitarunt, propriamq; singulis appellationem indiderunt, quædam Chironia, quædam Telephia, quædam Phagedænas nominantes, aliasq; curiosas adhuc magis appellationes afferẽtes. Nobis uero sufficiet ex ijs quę aliquid loci circunstantis occupant, alia herpetas, id est repentes nominare, quæ summam cutem tantum infestant: alia Phagedænas, id est exedentes, quæ carnem subiectam corrumpunt. Nam quod putridũ atq; depascens à nonnullis ulcus uocatur, non est propria ulceris differentia, sed passio implicita ex ulcere atq; putredine. Scimus autem quòd & absq; ulcere putredo ipsa per seipsam in multis corporis partibus cõsistit. Vocatur etiã Anthrax, id est carbo ulcus escharosum, cui adiungitur multus partium circũstantium feruor. Hæc igitur propriam habuere appellationẽ, Anthrax, Phagedæna, & Herpes. Quæcunq; uero ulcera fiunt sine dictis casibus, hæc ipsa per seipsa solebant antiqui ulcera tantum nominare: de quibus nũc Hippocrates loquitur, edocens, quæcunq; talia sunt ulcera, in longum tempus protrahi. Videtur autem experientia rationi astipulari: multaq; sæpius ex hoc genere ulcerum, cum non post multum tempus fuerint ad cicatricem perducta, rursus inflammantur, ac iterum disrumpuntur, ipsarum cicatrice soluta. Fit autem hoc talem aliquam ob causam: Quãdo ex adhibitis medicamentis, caro quæ ossi superiacet patienti, exiccata cõtraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta uidetur: rursus uero paulatim aliqua influẽte sanie ex osse corrupto, in parte penitiore, iterum aduenit inflammatio, & puris generatio consequitur, à quo quidem tota superficies eroditur, caro uero exulcerat. Quænam igitur est talium sanatio ulcerum? Non profecto alia quàm ab ipso scripta in libro De ulceribus, & à nobis in tertio De arte curatiua demonstrata. si quidem ulcera omnia exsiccari oportet, præcipue uero in quibus patitur os. Terminus autem siccitatis est, ut abscedat pars ossis quæ uitiata est. Quare non absque ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit, quantam habuerit abscessus amplitudinem.

Qui gibbi ex asthmate aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur. XLVI

Gibbos solet Hippocrates nominare quos nũc omnes homines conuexos appellant. Nam & uere eis est spina in partem posteriorẽ cõuexa. Conuexo igitur opponitur cauũ, gibbo recuruũ. Sed hæc quidem de sola spina Greci dicũt, illa uero de omnibus. Quomodo uero gibbi fiant, ipse narrauit in libro De articulis, sicuti et de recuruis distortis, atq; concauis. Hæ enim sunt propriæ atq; præcipuæ spinæ passiones: oportet autem illum qui uult istarum passionum habere noticiam, ijs quæ in eo libro scribuntur, plenius incũbere. Nunc uero à nobis ea dicẽtur quæ ad propositum aphorismum uidenẽ utilia. Gibba fit spina aliquando propter ictum, aut casum: gibba etiam fit propter quedam tubercula dura quæ in parte anteriore consistunt: à quibus si quando una uertebra trahitur ad anteriora, recurua fit eo loco spina. ita & si plures fuerint se ordine consequentes. quando uero non fuerint continuæ hæ quæ tendũtur uertebræ, gibbositas fit tantũ partibus retro tendentibus, quantum uertebræ extentæ sunt ad interiora reflexæ. nam hoc fieri uidetur in omnibus duris mediocriter tentis, ueluti calamis, uiminibus, uirgis, & omnibus alijs huiuscemodi. dictum est de his plenius in expositionib. libri De articulis. Nunc uero eos q gibbi facti sunt ex asthmate & tussi, ante pubertatem cito inquit interire. Neq; eñ uult in his thorax, ut ipse dixit, unà cum alijs augeri, atq; ideo magna angustia premũtur ea quæ respirationi obseruiunt instrumẽta. Omnibus siquidem est commune, qui sponte gibbi facti sunt, hoc est quibus sine ictu uel casu spina passa est propter dura tubercula & concoqui difficilia, tales fieri. Sed cum multa sit in tuberculis quò ad tumorem, duritiem, & locum in quo consistunt, differentia: quæ dura simul ac magna sunt, statim difficilem faciũt hominibus respirationem: quę uero ex suo humore aliquid ad asperam mittunt arteriam, remittunt tussiculosos. Verum quæ talia sunt ut mittãt ex suo humore aliquid, non sunt dura exquisite, atque ideo necessarium est eis suppurari aliquando, & hominem occidere. Quæ uero nihil mittunt, ex crassis humoribus ortum habent, atque ob id dura sunt, & incocta, & longo permanent tempore antequam suppurentur, atq; ideo non perimunt hominem. Quę uero unà cum tussi ortum habuere, properant ad suppura-

suppuratione, atque ideo sunt exitialia. Sic & quæcunque cum difficili anhelitu fiunt, sunt iis qui ad huc augent, perniciosa. uel enim hæc magna sunt, uel in loco thoracis ad uitam opportuno. Cum igitur pulmo unà cum corde in talibus augeatur, locusque continens minor efficiatur, costæ uero non augeantur, & se flectendo, propter gibbositatem thoracem faciãt angustiorem: necessarium est tantam breui tempore fieri anhelitus difficultatem, ut homo corrumpatur. Nam si nondum gibbositate superueniente, propter solos tumores extra naturam difficilem habebãt anhelitum, quid debemus expectare cum tubercula sunt processu temporis adaucta, thorax autem factus angustior? Quòd autem, cum multæ sint spirãdi difficultates, solam illam Hippocrates asthma cõsueuerit nominare, in qua contingit ualde crebrum anhelitum fieri, clarum admodum existit. Appellãtque nunc homines eo nomine, illam quæ fit in cursibus & uehementioribus exercitiis respirationem: Hippocrate autem posteriores, & passionem aliquã pectoris diuturnam, nonnulli simpliciter asthma nominant, nonnulli orthopniam, quando absque febre ægroti iugiter anhelitum habent difficilem.

XLVII Quibuscunque uenæ sectio, uel purgatio cum medicamento cõuenit, hos uere purgare, uel uenam incidere oportet.

Liquet quòd de iis qui adhuc sani, sed ægri futuri sunt, nisi euacuentur, nunc sermo habetur Hippocrati. Hos enĩ oportet ut anticipemus euacuare uere adueniente, uel per uenæ sectionem, si plenitudinis† passionibus subiiciuntur: uel per purgationem, si eis quæ ex corruptione proueniunt. Nos itaque plurimos ita seruauimus annos, qui longo ante tempore singulis annis morbis capiebantur, atque podagram, & morbum articularem adhuc incipientem, & nondum poros circa articulos facientem, ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. Eodem modo & sanguinis spuitionem, morbum comitialẽ, apoplexiam, melãcholiam, & alias huiuscemodi diuturnas passiones in multis hominibus per dictam euacuationem sustulimus. Venæ itaque sectio, commune auxilium est earum quæ ex plenitudine fiunt dispositionum: purgatio uero quamuis si secundum genus inaudias, unum quoddam auxiliũ existat, non tamen secundũ speciem. Nonnullis siquidem confert humores pituitosos euacuare, nonnullis uero amaram bilem, nõnullis atram, nonnullis serosam superfluitatem, secundũ naturam earum quæ consueuerunt superuenire passionum. Velut quidam singulis annis incidit in melancholiam nisi purgetur: & est res mira quomodo morbo iam inchoante, statim homo præsentit primam eius generationem: & me aduocato purgatis humoribus atris, cesset protinus melancholia: huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt, quòd & superfluitates expelluntur, & quòd ex acritudine eorum quæ excernuntur, parumper aperitur os uenæ quam uocant hæmorrhoida, per quam excernitur pars aliqua sanguinis uitiosi cõsueti euacuari: quo retento superuenit melancholia. Purgo igitur ipsum, non uere tantum, sed etiam autumno: & sicuti dixi, si ex cõtemptu aliquando purgationem omiserit, & morbum nõ anticipauerit, casus persentit passionis. Sic & mulierem quandam, singulis annis uere inchoante similiter euacuãs, cum aliquando tumorem cancerosum in mamilla pateretur, forti atque frequenti medicamento purgante atram bilem, ad sanitatẽ perduxi. Et si quando purgatio omitteretur, dolorem profundum sentiebat: & me aduocato, statim uolebat euacuari. In altero elephantem inchoantem, primum per uenæ sectionem & purgationem sanaui: & singulis annis rursus huic sufficit una purgatio: & ea omissa, statim passio innotescit. Morbi itaque huiuscemodi, atri humoris exigunt purgationem: comitialis autem, & apoplexia, & anhelatio, pituitosi: articulares autem si cum multa fuerint caliditate, amaram bilem uolunt euacuari: si uero cum frigidis tumoribus, pituitã. Quidam alius tempore æstiuo semper febribus tertianis corripiebat: sed multis iam annis non febricitauit, quoniam à nobis purgari circa finem ueris anticipauit. Sic enim melius est tales euacuare, sicuti illos qui morbo comitiali, apoplexia, & melancholia, & articulari, & aliis passionibus quæ ex crassis humoribus generant, præstat circa ueris initia euacuare: de quibus omnibus seorsum à nobis scriptum est in illo tractatu qui inscribitur, De iis qui uerno tempore egent euacuatione. Est autem iste tractatus pars totius salubris tractationis.

XLVIII Lienosis difficultas intestinorum superueniens, bonum.

Paulo antea hunc aphorismum exposui, cum sermo habebatur de aphorismo in hunc modũ scripto: Quicunque lienosi à difficultate intestinorũ capiuntur, iis longa facta intestinorum difficultate, aqua inter cutem superuenit, uel leuitas intestinorum, & moriuntur. quare isti nunc proposito nulla est expositio necessaria.

XLIX Quibuscunque morbi podagrici fiunt, ii sedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decumbẽte. hanc autem fluxionem suscipiunt primum quidem loca articulationum, deinceps circumstãtia omnia usque ad cutem. Quia uero impleri dicimus articulationes, liquet etiam esse necessariũ ea quæ ipsis circumiacent ligamenta extendi. Neruos enim & tendones nõ est rationabile in ipsis inflammari, sed solum dolere quia simul cum articulationibus extenduntur, argumento, quoniam uisus est nunquam podagricus pati conuulsionem, quæ frequenter solet in neruorum ac tendo-

Extra ord.

Frequenter solet aduenire neruorum & tendonum inflammationib. tendonum inflammationibus aduenire. uerum intentio sanationis in eis, communis est omnibus in flammatione laborantibus. Nam discutiatur oportet id quod ad pedes fluxerit, siquidē tenuiorem habuerit substantiam, tempore breuiore: si uero crassam uel tenacem, lōgiore: longius adhuc multo tempus requiret si simul crassum atque tenax illud quod defluxit, existit: ultra tamen spatium dierum quadraginta nō prorogabitur curatio inflammationis, si & medicus in suo opere non aberrauerit, & æger illi in omibus obedierit. Quæ uero carnosas partes occupat inflāmatio, morborum acutorum subijcitur termino, diebus scilicet quatuordecim: quoniam carnis substātia mollior est ac rarior ligamentis: unde & tardius inflāmari incipit natura ligamentorum, tendonum atq; neruorum, ex ictu, & longiori tempore ad consistentiā inflammationis perueniunt, ac tardius sanantur. Qua enim ratione uix aliquid in se humoris excerni suscipiunt, cum duræ sint ac densæ huiuscemodi partes, hac ipsa ratione cū difficultate dimittunt. Quapropter Hippocrates podagricis inflammationibus terminum integræ solutionis non diem quartum decimum, sed quadragesimū posuit: quia qui in articulationibus humores insunt, per ligamenta ipsas amplexantia oportet per modum uaporis euacuari, item qui in ipsa ligamenta inciderūt. Meminit autem et in Prognostico quadragesimi diei, ut in quo iudicantur quæcunq; non sunt diuturna exquisite, & acutorum terminum exciderunt. Dictum autē est plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

Curatio inflāmationis podagricorum.

Inflāmatio partium carnosarum soluitur diebus quatuordecim.

A B C

L Quibuscunq; præciditur cerebrum: ijs necesse febrem, & bilis uomitum superuenire.

De morbis. Coac. 510. & 517.

Præciso cerebro febris aduenit ea ratione communi qua quolibet membro principali patiente in flammationē, subsequitur febris. Bilis uero uomitus fit cōpatiente uentriculo propter eius cum cerebro cōmunicationem, ore præsertim ipsius, ad quod terminatur ex cerebro effatu digna quędam neruorum cōiugatio. Consueuit quidem & aliter in magnis doloribus atq; mœroribus fortibus ad uentriculum fluere biliosa superfluitas: & multo magis quum ipse male affectus fuerit. Ad ea enim quæ talia sunt, feruntur partium proximarū superfluitates, præsertim quæ tenuem habent substantiam, qualis est ipse biliosus humor, atque cum eo quæcunq; serosa superfluitas, quę sæpius in uomitibus bili commiscetur. siquidem raro admodum accidit ut bilis exquisita euomatur, cui serosam superfluitatem nō uideamus admistam. Apparet autem & in sanis cum diu à cibo abstinuerint, in illis præsertim qui natura sunt biliosiores, tales in uentriculum humores admitti, quod et ipsius morsus & uomitus manifestant. Non solum autem cerebro uulnerato euomunt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circūstante, quæ cum in multis partibus sit cerebro agnata, citissime ei communicat proprias passiones. Erasistrati autem sectatores quum membranas uelint esse principia neruorum, membranam crassiorem inquiēt suæ naturæ ratiōe, si sola sit uulnerata, tales afferre casus. Si uero usq; ad cerebrum uulnus peruenerit, quoniam ambæ membranæ prius illud admiserint, si nuper dictarum sequi passionum ortum fatebuntur. Dixi autem Erasistrati sectatores, & nō ipsum Erasistratum talia dicturos: quoniā cum iam senex esset, (ut illi inquiunt) scripsit libros sectionū, in quibus cerebrum esse neruorum principium demonstrauit. Dictum autem est de his in commentarijs De Hippocratis sectione.

Febris sequitur inflāmationē cuiusuis membri principalis.

Bilis in uentr. fluit in magnis doloribus & mœroribus.

Raro admodū bilis exquisita uomitur.

Dura meninge uulnerata, etiam fit uomitus.

D

Quicunq; sani dolore capitis repēte capiuntur, & statim muti fiunt & stertūt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit. LI

Mutos solet Hippocrates nominare nō eos tantum quibus læditur uox, uerum per exuperātiam quandam unà cum eius læsione dat nobis intelligendas omnes quæ sunt secundum electionē operationes. Nonnunquam igitur illis oblæsis non interit sensus. Quos igitur ipse mutos appellat, contingit esse sentientes: sed sæpius utraq; patiuntur: & talem affectum uocant apoplexiam. Est autem & hæc alia quidem debilis, alia uero fortis: atque ideo dixit: Soluere apoplexiam fortem impossibile, debilē uero non facile. Videtur autem nunc fortis apoplexiæ indiciū apposuisse, quod stertere dixit: quod etiā profunde dormiētibus accidit quoad dispositionis similitudinē. nam quamuis diuerso modo contingat, utrisque tamen si quid habent cōmune, ut stertant consequitur. Est autem cōmune ambobus, eius quæ fit per neruos operationis debilitas: dictū est de his amplius in ea quæ De locis affectis inscribitur tractatione. Nūc uero quantum ad expositionem aphorismi sufficiet, dicetur à nobis. Quibus sanis dolor in capite repēte aduenerit, causam referre oportet in primis ad spiritum flatuosum: interdum uero & ad influentis uniuersim materiæ multitudinem, quam & nunc ad cerebrum fuisse delatam indicant casus qui post dolorem superuenerunt, per quos & quòd sit quædam materia pituitosa, cōmonstrantur: atque idcirco febris superueniens soluit dispositionem, ut quæ calefaciat, extenuet, atq; resoluat spiritū flatuosum, et pituitosos humores. Fit autē hoc nonnunquam tribus diebus aut quatuor, nōnunquam uero pluribus, non tamen ultra dies septem: quia pars est principalis: tales uero partes non diu tolerant fortes simul ac diuturnas passiones: ut sæpius ostendimus.

Idem pag. 224. d. & 143. r.

Muti apud Hipp.

Apoplexia.

aph. 42. lib. 2.

Stertere signum est fortis apoplexiæ.

Debilitas neruorum cum stertoris.

Apoplexia à flatu. Idem Hipp. lib. de uē[?] sosis flatib.

Apoplexia est fortis simul ac diuturna passio.

Oportet uero & considerare oculorū in dormientibus suspectiones. Nam si quid albū commissis palpebris subinspicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum, & letale ualde. LII

Prognost. 1. Coac. 224.

Aut ob palpebrarū siccitatem, aut propter potentiæ ipsas mouentis imbecillitatem, aliquid albi

subin-

subinspicitur, cum oculi integre claudi nō possint. Ob hoc igitur ipsum in alui profluuijs, & medicamentorum purgantium potionibus, oculorum albedinis aliquid subinspicitur quando dormierint. Nam totum corpus exiccatur, & uires fiunt imbecilles ex talibus euacuationibus. Plus autem siccitas in palpebris innotescit, quoniā sunt natura siccę. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur, eodē modo & similes corporis partes. Et quidem quòd potentia existente imbecilli, nō possint exquisite oculos claudere, sed neq; os, unde hiantes dormiunt: liquet unicuiq; rei naturam diligentius animaduertere uolenti.

LIII Desipientiæ quæ cum risu fiunt, securiores: quæ uero cum studio, periculosiores.

Nulla quidem desipientia secura est, minus uero periculosæ quæ cum risu fiūt: sicuti temerariæ, ut ipsæ nominat, omnium periculosissimæ: in medio autem ambarum sunt, quæ cum studio fiunt. Fiunt autem omnes patiente cerebro, siue primo & per seipsum, siue per cōpatiendi rationem: differunt aūt inuicem per causas ipsas efficientes. Quæcunq; enī ex sola fiūt caliditate sine humore uitioso, similes quodammodo sunt eis quæ ex † ebrietate contingunt. Quæcūq; uero ex flaua bile, cum studio perficiuntur, ipsa uero multū exusta, ut iam magis ad atræ bilis naturam accedat, sunt insaniæ satis furiosæ. Nam oportet ad memoriam reuocare ea quæ in alijs locis de atra bile prędiniuimus, quæ dā ex flaua bile superassata gignitur, quæ omnino molestissima est. Quæ uero ex sanguinis (ut quispiam dixerit) † fæce, crassior quidem est illa secundum substantiam, sed plurimum differens prauitate qualitatis. Dictum autem est quòd eam quæ est ueluti fæx sanguinis, quum uolumus exquisite loqui, nondum atram bilem nominamus, sed humorem melancholicum. Nominibus uero abutentes, & atram bilem aliquando uocamus, quoniam si non prius euacuetur, paulo post atra futura est.

LIIII In acutis passionibus quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria, malum.

Infantes sępe uidentur quo tempore plorant inspirare inspiratione interrupta, stante interim thorace, deinde rursus id quod deest, adijciente: quod ipse in Epidemijs in hunc modum explicuit: "Duplex intro reuocatio, ueluti superinspirantibus." & accidit hoc nonnunquam potentia fatigata, nonnunquam ex duritie instrumentorū, nōnunquam uero ambabus causis simul conuenientibus, sed & aliquando propter aliquam musculorum pectoris similem cōuulsioni dispositionem. nam & uis imbecillis quando nequiuerit thoracem uno impetu tantum attollere, quantum animali est necessariū, in media primum cōsistit operatione, deinde cum impetu iterum se effert. & durum instrumentum cum non prompte sequatur potentiam attollentē, ab ipsa uibratum uiolenter attollitur. De dispositione autem simili conuulsioni, quid oportet dicere quòd talem faciat respirationem? Nam si frigus uel musculos thoracis apprehenderit, uel neruos: duricies quædam instrumētis aduenient, & motus conuulsioni similis, quam febris sua est apta natura sanare, et calida auxilia. Febre uero cum his existente, non possumus causari musculorum thoracis siue neruorū frigiditatem; sed uel duriciem quę facta est, uel uirium imbecillitatem, uel conuulsioni similem dispositionem. Quicquid uero horum in causa sit, non est bonum ut in morbo acuto contingat. Si igitur de sola prædicta motione instrumentorum respirationi obseruiētium, luctuosa respiratio ab ipso dicta fuit, iam ad finem expositio peruenit. Sin autem & cum aliquo tali sonitu uult dictam contingere respirationem, qualis flentibus accidit, ultra dictas causas quādam ostendet dolorosam dispositionem, ex qua ueluti flentes, uel gementes, uel aliquem mistum ex utrisq; sonū edentes, in hunc modum respirant.

Dolores podagrici uere & autumno magna ex parte mouentur. LV

Podagricæ passiones, sicuti & omnes aliæ articulares, uere augentur, atque ideo ipse superius in enumeratione morborum uernalium, etiam articularium commeminit, in quibus etiam podagrici continentur. Excitantur quidem aliquando & autumno ijs quibus per æstatem tempore quo fructus maturātur, uitiosi aliqui humores fuerint coaceruati. Ostensum enim à nobis est in commentarijs De potentijs naturalibus, quòd singulis partibus sicuti aliæ potentiæ, ita & illa inest, quæ materias infestas excernit. Infestant autem aliquæ sua multitudine aggrauantes, aliæ uero extranea qualitate. Secundū utrunq; igitur ijs qui hyberno tempore in uictu deliquerint, postmodum uerno diuturnę passiones excitanť, fusis humoribus, et mox à fortibus ad loca debilia detrusis: secundum alterum uero, tantummodo autumnali.

In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus, stuporem corporis, uel conuulsionem, uel furorem, uel cæcitatem significant. LVI

Fiūt quidem & propter pituitosum humorem apoplexiæ, conuulsiones, & cæcitates oculorum: Fiunt & propter melancholicum, quoniam communis utrisq; est harum quæuis passio: non tamen furor est passio communis. Nūquam enim hic ex pituitoso humore ortum habet, cum ad eius generationem humor irritās ac mordens exigatur. Talis autem est semper quidem flaua bilis, melancholicus autem humor nō semper, sed cum supra modum exustus, aut putrefactus, malignam induerit acrimoniam.

Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum. LVII

Non tamen apoplexiam, sed nuper dictam tantummodo (quæ ex atra sola fit bile) contingit aduenire

uenire ijs qui dictam agunt ætatem; quoniã in his maxime abundat atræ bilis humor, quemadmodũ etiam in autumno. Quod si uolumus simpliciter pronunciare, plures senes laborant apoplexia. Si igitur sermo debeat esse uerus, iungendus est cum priore aphorismo, ac si ita diceretur: In morbis melancholicis ad hęc periculosi decubitus, stuporem corporis, q homines occupat à quadragesimo anno usq; ad sexagesimum.

LVIII Si omentum excidat, necessario putrescit.

Propter breuitatem falsus esse uidebitur hic aphorismus ijs qui non recte ipsum inaudierint. Quod enim dicitur, huiusmodi est: Quando exciderit, hoc est quando nudatum fuerit, & extra peritonæon, id est membranam abdominis interiorẽ, omentum exierit, non contingit ipsum ad locum proprium restitutum, sanum & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extra promeretur, ueluti intestinũ, aut aliqua uisceris fibra. Illa etenim nisi lõgo tempore frigefiant, quando uulnus in parte uentris superiore factum, ad cicatricem perductũ fuerit, pristinam recipiunt temperaturam. Omentum uero etiam si minimo nudetur tempore, reductum putrescit: quam ob causam medici partem illam quæ fuerit nudata, solent resecare. Hanc igitur sententiam habet aphorismus, licet confusius in uerbis dictis proponatur. Si quis uero dicat se aliquando uidisse omentum quod paruo tempore extra prodierat, deinde ad suum locum reductum, non putruisse, perpetuã is quidem non esse probabit Hippocratis enunciationem: illud tamen non tollet, quòd magna ex parte solet accidere. commune siquidem est huic aphorismo cum alijs ab Hippocrate dictis, ut perpetuũ quiddam ex figura dictionis ostendatur, quãuis res ipsæ non semper eodem modo eueniant, sed licet raro interdum etiam aliter accidant.

LIX Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis excidit coxa, & rursus incidit, ijs mucores superueniunt.

Sæpe in articulis humor pituitosus aceruatur, quem mucorem appellant: à quo madefacta articulationis ligamenta, laxiora redduntur: atq; ideo facile à cauitate articulus excidit, & rursus non cũ difficultate incidit, quæ nũc ait accidere ijs qui ita morbo laborant coxendicum. Quando autem coxam ait excidere, articulum coxæ debemus intelligere, quomodo etiam in libro De articulis dicebat: Humerum autem uno modo noui lubricare. ac si dixisset articulum humeri.

LX Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa: ijs crus tabescit, & claudicant, si non urantur.

Hunc aphorismum nõ debemus à superiore seiungere, sed ipsum coniungentes, ita unum sermonem intelligere. Vult enim dicere quòd à coxendi-

A cum morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, et rursum incidit, necessarium est processu temporis crus contabescere, nisi prius urẽdo mucorem exiccemus: quod in libro de articulis cõsulit fieri in brachio iugiter excidẽte. nam & nũc eadem est sermonis uis, cum ipse suadeat aduri coxam, sicut in libro De articulis docebat: ut & id quod mucosum est absumat, & laxitas cutis ad quam articulus lubricat, magis ex adustione contracta, arctet, ac prohibeat articulum transponi. Quòd si ob multitudinem mucoris extra suũ locũ diu coxa steterit, (est enim hoc quidem claudicatio) necessario crus contabescet, ut etiã alijs omnibus solet accidere qui priuati motibus fuerint, qui illis secundum naturam insunt. B

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS, LIBER SEPTIMVS,

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

OMNES ferè qui antea scripserũt expositiones aphorismorum: circa initia quidem ultra id quod est utile, sermonem extendunt: in processu uero ita remittũt ut primo quidem quoad utile fuerit tantum progrediantur, deinde uero infra id etiam subsistant, & postremo usq; adeo contrahant expositiones ut nec animaduertãt † plures aphorismos esse nothos, atq; planè falsos. Verum ut qui sunt in disputatiõibus fatigati, prompte ad omnia annuũt: sic & ipsi omnes admittunt quoscunq; scriptos inuenerint aphorismos, & ad ultimam suis in expositionibus breuitatem deueniũt, prioris loquacitatis obliti. Nos sanè cum alias eorum absurditates conati sumus euitare, tum omes ex ęquo studuimus facere expositiones, quę & ueritatem, & utilitatem artis intenderẽt, & interpretando neque se ad extremam breuitatem contraherent (hoc enim libro conuenit, non libri expositioni) neque ad tantam prolixitatem effunderent, quantam ipsi in principio expositionum instituerunt. id autem quod optimum est in omnibus sermonibus, quod quidem seruat mediocritatem in unaquaq; tractatione, à principio usq; in finem seruare studuimus. (C, D)

I In morbis acutis frigus partium extremarum, malum.

In morbis diuturnis, qui præsertim sunt sine febre, & hyeme, & ætate senili, partes extremas corporis, ueluti nares, aures, pedes, & extremas manus frigidas fieri, nihil absurdum. Non tamen in acutis est mediocre malum, sed casus satis exitialis: quod † magnis accidit uiscerum inflammationibus. Acutos autem ipse ait uocari morbos quorum febres magna ex parte cõtinuæ sunt: in quibus

cum

De morbis. Coac. 512. — Omentum, etiam si minimo nudetur tpe, reductũ putrescit. — Pars omenti nudata resecanda est. — Com̃ in dictis Hipp. ut ppetuũ quiddam ex figura dictionis ostendatur. — Com. 40. in lib. de artic. sect. 4. — Mucor, humor pituitosus in articulis. — Articulus facile et excidit, et incidit, ubi inest mucor. — urатur crus, ut mucor absumatur. — Claudicatione crus tabescit. — Mẽbra quæ motu sibi debito priuata, tabescunt. — quous — Idem. aph. 4. lib. 2. prognost. — † uehementissimis σφοδροτάτοις

cũ fuerint sine magna inflãmatione, nedum extrema frigescere, sed exuri contingit. Cum uero inflammationis calor adeo uehemens fuerit, ut ad se trahat per modũ cucurbitulæ ex toto corpore sanguinem: ijs qui ita se habent, uiscera peruruntur, extremæ autem partes frigescunt propter defectũ sanguinis ad uiscera se recipientis: & eorũ pleriq; neq; tegumenta tolerant propter incendium quod in uiscere sentiunt.

II In osse ægrotante caro liuida malum est.

Non enim in mediocribus ossium læsionibus, sed fortibus putrilaginib. talis species coloris circumstantibus aduenit carnibus, extincto in eis scilicet calore natiuo.

III A uomitu singultus & oculorum rubor, B malum.

Qualis passio est conuulsio musculis, talis est singultus stomacho: qui humoribus infestantibus aduenit, nonnunquam totum uentriculum, nonnunquam os eius, & gulam, quos per uomitiones abijciens, statim à singultu liberatur. qui si neque per istas cessauerit, duorum alterum ostendit, uel cerebrum neruorum principium, uel uẽtriculum pati non mediocrem inflammationem. Rubor uero oculorum utrãque sequitur dispositionem, sed præcipue illam quæ in cerebro existit similis inflammationi.

IIII A sudore horror, non bonum.

Quòd iudicatoria quæ nõ iudicãt, partim mortalia, partim male iudicantia sunt, ab ipso dictum est, quoniam natura in huiuscemodi dispositionibus morbo succumbit.

V A furore difficultas intestinorum, uel aqua inter cutem, uel mentis alienatio, bonum.

Difficultatem quidem intestinorũ, uel aquam inter cutẽ transmutationis ratione esse furoris sanationem, nõ est extra rationem, cũ à capite noxij humores transferãtur ad inferiora. Mentis autem alienatio tantum abest ut sit furoris solutio, quòd quispiam magis diceret esse incremẽtum. Ac profecto si modo re uera Hippocrates continuũ atq; uehementem furorem, alienationẽ mentis nominauit: quendã ita nouimus à furore mediocri quo prius detinebatur, fuisse liberatum: unde ratiocinando perpendimus ex uehementi motu causarũ efficientiũ furorẽ, solutionem fuisse subsecutam: quemadmodum in morbis acutis uehemẽtissimi casus solent aliquando bonas crises operari.

VI In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones synceræ, malum.

Fastidium cibi per seipsum prauum est signum in morbis diuturnis. Nam in ijs qui à talibus morbis sunt euasuri, cõtrarius affectus solet accidere, uehemẽs scilicet ciborum appetentia. Quare cibi fastidium haudquaquam bonum est signũ: multo A uero magis quando fuerint etiam prauæ deiectiones. Synceras uero deiectiones nominauit impermistas aquosæ humiditati, quoniam solus humor euacuatus deijcitur, siue sit biliosus, siue melãcholicus, siue porri colorẽ præ se ferẽs, siue bilis quæ æruginosa nominatur. Nam deiectiones huiuscemodi exustam esse omnem natiuam humiditatem à calore febrili demonstrant.

VII Ex multa potatione rigor & desipientia, malum.

Quòd quidem multa potatio, non aquæ, sed uini potionem significet, unicuiq; manifestum. Desipiunt autem ex talibus potionibus aliqui, capite oppleto plurimo sanguine, ac spiritu calido. Ob hanc ipsam uero causam & calidiores redduntur, præcipue quidẽ caput, sed & corpus uniuersum. Pauci enim ex ipsis sunt qui cum desipientia rigeant: in quibus calor natiuus non accenditur, sed ob multitudinem extinguitur, sicuti ignis lignorum multitudine superiniecta, & lucernæ flamma oleo uniuersim superfuso.

VIII A tuberculi intus ruptione, exolutio, uomitio, aut animi defectio fit.

Tuberculum nominauit, quod in alijs ipse solitus est uocare suppurationẽ. Intus uero ipsius ruptionem, ad uentriculum dicit. ad hanc enim consequitur uomitus, sicuti tuberculorum in thorace C atq; pulmone ruptio, non uomitiones, sed ex necessitate quidem tussim excitat, sępius etiã strangulat: quemadmodum suppurationũ ad intestina ruptiones, puris faciunt deiectionem. Commune autem omnium ruptionum est exolutio, & animi defectus, propter uitalis spiritus excretionem, ut alibi à nobis est demonstratum.

IX A profluuio sanguinis, desipientia, ac conuulsio, malum.

Hic aphorismus magnã nobis affert utilitatem ad credendum quòd aliquando fiat desipientia ex defectu, modo simili quo manuum ac pedum tremores. Nam & hæc membra propter potẽtiæ ipsa mouentis imbecillitatem, infirmas habent motiones, & cerebrum uacillantes, quapropter neq; uehemens est hoc desipientiæ genus, sed mediocre, atq; ut quispiam diceret, delirãtis. Ipse siquidem solet mediocrem insaniam, delirium nominare. Si ergo conuulsio aliquando tali desipientiæ cõiungatur, omnino salus est desperata. Quædam igitur exemplaria, cum & copulatiua cõiunctione, scripta sunt, quædam autem uel disiunctiuam quam uocant habent, secundũ quam desipientia non bonus est casus post sanguinis fluxũ, etiam si sola cõtigerit, multo autem magis conuulsio etiã si absq; desipientia facta fuerit. Maximũ uero malũ est ambarum conuentus, quando uel sola conuulsio ex immoderata euacuatione, casus sit admodum exitialis. nam desipientia minus malum est.

Coac. 476.

X Ab ileo uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio, malum.

In ileis nihil descendit ad inferiora, & hoc est proprium inseparabile passionis. Vomitus autem non semper adest, sed quando exitiales sunt: & si uehementius distorqueantur, stercus etiam eis ascendit, atque singultiunt. Quidam uero desipiunt & conuelluntur, compatiente neruorũ principio stomachi passioni. Hæc uero mihi fieri uidentur ab intestinis in quibus passio talis existit, à se expellere stercus appetentibus, quando longitudine tẽporis cœpit molestare, & non potentibus se exonerare propter eam quæ facta est in partibus inferioribus obstructionem, sed coactis contra naturã uiolenter moueri, & ad loca superiora materiam noxiam extrudere.

XI A morbo laterali inflammatio pulmonis, [superueniens,] malum.

In pluribus quidem exẽplaribus in fine aphorismi adiectum est, malum, in quibusdam uero ita simpliciter scribitur: A morbo laterali inflammatio pulmonis. uolentibus illis qui in hũc modum scribunt, non quòd sit bonum uel malum, pulmonis inflammatio morbo laterali superueniens nũc ipsum docere, sed simpliciter hoc unum tantummodo, quòd morbus lateralis soleat in pulmonis inflammationem transmutari, uel morbo laterali pulmonis inflammatio superuenire. transmutatur igitur morbus quando priore cessante, aduenit alter: Superuenit autem quãdo altero adhuc manente, alter adijcitur. Verum hoc in loco uidetur Hippocrates de superueniẽtibus agere, quibus statim hoc inest, quòd mala sint, adeo ut etiamsi hoc uerbum, malum, non adijciatur: uel subaudiẽdum sit secundum modum à communi dictum, uel potẽtia ostendi existimandum. Omnis enim huiuscemodi superuenientium consistentia, neque paruos, neque mites insequitur morbos, sed magnos atque malignos. Exempli gratia statim in dictis in aphorismo passionibus: quando non potestis qui morbũ facit lateralem, in costis humor contineri, pars eius aliqua ad pulmonem fertur. Ad inflammationem quidem pulmonis morbus lateralis non admodum consequi solet, quoniam si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per sputum expurgatur: in perniciosis uero, antequam costę unà patiantur, strangulat ægrum.

XII A pulmonis inflammatiõe phrenitis malũ.

Quando à calido humore fit inflãmatio pulmonis, quæ multos uapores transmittit ad caput: cerebrum implet uaporibus, & facit phrenitidem. Alia autẽ cõmunia sunt ad prius dictum aphorismũ non huic solum, sed etiam sequentibus.

XIII Ab æstibus fortibus conuulsio aut distentio, malum.

Multi expositores ita scribi hunc aphorismum cognouerunt. Marinus uero, A uulneribus, scribit, & sequentem aphorismum sibi ait astipulari. Verumque sane est quòd & à uulneribus fortibus fiunt inflammationes, ac conuulsiones. Sed cum omnes ferè expositores & præcipue uetustissimi, illam norint scripturã quæ habet, Ab æstibus fortibus: melius est ut & nos etiam eandem exponamus. Quidam igitur pro æstibus, febres intellexerunt: nonnulli uero aeris ambientis feruorem ita nominari dixerũt: alij pro cauterijs & escharis: & omnes uerum dicunt. Superueniunt enim his omnibus haudquaquam ad bonum distẽtiones ac conuulsiones, propter neruorum siccitatem, quas diximus esse difficillimas.

XIIII In capitis ictu obstupescentia & desipientia, malum.

Desipientia quidẽ agnoscitur loquẽtibus agentibus ue nihil consentaneum rationi. Obstupescẽtia uero quando neque aliquid dicũt, neque agunt, sed apertis oculis quieti manent, similes ijs qui ex timore sunt attoniti. Quòd uero hæc omnia huiuscemodi fiant cerebro patiente, manifestũ. ostensum enim est in eo esse animæ principatum. Si igitur in fine aphorismi scriptũ sit, malum, liquet quòd rectè dictum fuit. indicio enim sunt quòd ictus intra ad cerebrum penetrauerit. Si uero non scribatur, nos nihilominus possumus subaudire, sicuti antea diximus à communi. Possumus autem & quia huiuscemodi casus unà indicãt cerebri læsionem, magnitudinem passionis considerare.

XV A sanguinis sputo puris sputum, malum.

Quòd omnis hæc enumeratio sit eorũ quę proprię superuenientia uocantur (de quibus & Praxagoras unum uolumen scripsit haud paruũ) manifestum esse arbitror ex ipso aphorismo. Neque enĩ omne sputum sanguinis, sequens habet sputũ purulentum: sed malignum existit solum. tale autem est omnino ex pulmone.

XVI A puris sputo, phthisis & fluxus: cum uero sputum retinetur, moriuntur.

Quam propriè Gręci, & præsertim Athenienses phthoen nominãt, hanc nũc Hippoc. phthisin appellauit, ob pulmõis ulcera insanabilia, totius corporis cũ febre parua extenuationẽ. Fluxum autẽ uel de capillorũ defluuio, uel de humida deiectione protulit. ambo enim consueuerunt euenire cũ tabidi ad extremum mali perducuntur, alterum ex siccitate, altera ex potẽtiæ debilitate. Quod uero in fine scribit: Si autẽ sputũ retineat, moriunt, modũ, mortis ostẽdit illorũ qui ex phthoe moriũtur. Eousque enim extenuati uiuunt, donec per ea quæ expuunt, possint pulmonẽ expurgare. Cum uero intus manent, obserantur quidem uiæ spiritus, patientes uero suffocantur.

XVII In hepatis inflãmatione singultus, malum.

Dixi & antea quòd omnes hi seriatim scripti aphorismi

aphorismi de casibus docent qui passionibus au- A ctis & iam deterioribus factis superueniunt. Hoc modo igitur & nũc singultus hepati inflammationem patienti dicitur superuenire, non semper, neque quomodolibet patiente, sed quãdo ad magnitudinem attollitur, feruẽte inflammatione: in quo feruore stomachus ad cõpassionẽ trahitur, nõnunquam communium neruorũ ratione, qui sunt (ut ipse docuit in secundo Epidemiarum) breuissimi. Quare tunc solum compassio fit stomacho ad hepar, quando inflãmatio & maxima & pessima fuerit. Saneq; bile satis calida & multa in huius uisceris inflammationibus genita, ac cõfluente ad intestinorum principiũ, atq; ita superfluitante, atq; ad uentriculum recurrente, contingit os eius mordei, atq; ideo singultire. Nonnulli uero arbitrantur magnitudinem inflammationis iecinoris uẽtriculum premere ac singultũ facere, non habente exitum spiritu, quemadmodum inquiunt.

XVIII In uigilia, conuulsio uel desipientia. [malum.]

Quidam & hoc loco malum subiũgunt. Nos uero & prius diximus quòd etiamsi nõ subiungatur, potentia cõtinetur. Cur uero immoderatis uigilijs conuulsio succedat aut desipientia, manifestum est ei qui priora meminerit. Nam dictum est & ab ipso Hippocrate conuulsionẽ ut à repletione sic ab euacuatione fieri. Ex ijs autem quę maxime euacuant & exiccant, uigilię sunt: atq; ideo cõuulsionem ex siccitate faciunt; ac desipientiam, immodicæ siccitatis ratiõe, ac præterea quoniam C in longis uigilijs biliosior redditur sanguis. In quibusdam tamen exemplaribus, & quidem diligentissime scriptis, hic aphorismus scriptus est sine uerbo desipientia hoc modo: In uigilia cõuulsio. quia, ut arbitror, pessima quæ superueniunt, ab Hippocrate scribuntur hoc loco.

XIX In ossis exutione (denudatione) erysipelas. [malum.]

Hoc in loco maxime oportet subaudire malũ. Neq; enim hoc dicit, quòd semper, aut magna ex parte exutis ossibus erysipelas superueniat (nam potius contrarium uerum est, quòd ita patiẽtibus ossibus, raro superuenit erysipelas) sed quòd casus prauus est osse nudato carnem circumstãtem uideri ab erysipelate apprehensam.

XX Ab erysipelate putredo aut suppuratio. malũ

Clarum est & in hoc sermone quòd malignis erysipelatis hæc superueniunt.

XXI A forti in ulceribus pulsu, profluuium sanguinis.

In ulceribus inflammatis pulsus fit non ferente carne incumbẽte arterijs illarum motũ, sed dolente quãdo se attollentes inciderint. Est enĩ huiusmodi pulsus sensus quidam cũ dolore ex arteriarum motione factus, quas neq; ab initio sentiebamus cum membra se haberent secũdam naturam, tum quia eorum † adhæsus non est molestus, tum quia in spatio laxiore mouentur. Membris uero inflammatis, & loci angustatio, & dispositio dolorifica, tristem afferunt laborãtibus sensum ex motu arteriarum: quem non solum medici, sed omnes homines pulsum appellant. Videtur autem & hic arteriarum motus augeri in talibus dispositionibus. Ostensum siquidem est in commentarijs De potentijs naturalibus, quòd est quæ dã in ipsis etiam uis aliena excernẽs, quæ & sudores criticos, id est, iudicatorios facit, & profluuia sanguinis, & alui inferioris deiectiones, & quæcunque alia huiusce modi. Secundum hanc igitur uim nonnunquam uehementius natura operans, magnum & uiolentum arteriarum efficit motum, appetens illa quæ molestant, expellere: atq; ita profluuium sanguinis facit.

B

A uentris dolore diuturno, suppuratio. XXII

Siue frigus, siue omnino aliqua inęqualis intemperatura circa uentrem fuerit, siue uentus flatuosus, siue acritudo quædam mordax, fieri nõ potest ut in longum extẽdatur, si omnia circa ægrum opportune fiant: hoc enim in omnibus sermonibus talib. subaudire oportet. Relinquitur igitur quòd adhuc dolor perdurat propter inflãmationẽ: quæ temporis processu proculdubio suppurabit, nisi hominẽ morte præripiat. nam & hoc subaudire oportet in omnibus sermonibus talibus.

A deiectione sincerà difficultas intestinorũ, malum. XXIII

Deiectiones sinceras solet (ut dixi) Hippocrates nominare impermistas aquosę humiditati, quę solum habent sincerum illum qui infra deijcitur humorẽ, siue sit flaua bilis, siue atra. Nihil igitur mirum si in talibus deiectionibus aliquod intestinũ exedatur.

In ossis præcisione, desipientia, si in uacuum apprehenderit. XXIIII

Osse qđ in capite uidelicet est præciso, nõ simpliciter, neq; utcunq; contigerit, sed usq; ad interiorem superficiem, quã uacuus excipit locus qui cerebrum continet, desipientia fit. nam passio proxima tunc existit membranis & cerebro. Marinus D autem nescio quo modo, legẽdum seorsum existimat: In ossis præcisione desipientia. & rursus seorsum facit principium aphorismi secundum. Si uacuum apprehenderit, adijciens ipsi: Ex potu medicamenti conuulsio, mortale. ita ut totus aphorismus talis fiat: Si uacuum apprehenderit, ex medicamenti potione conuulsio, mortale. Rationabiliter enim inquit hoc dici. semper enim factam ex euacuatione conuulsionem damnari ab Hippocrate. Sed hoc quidem recte Marinus inquit, quòd propter immodicam euacuationem facta conuulsio est exitialis: sic igitur & facta ex potione medicamenti est exitialis. Verum non animaduertit quòd sermonẽ priorem falsum ostendit: nam aperte falsum est ꝙ in ossis præcisione desipientia fiat. Neq;

Neq; em̃ ex alicuius ossis alterius, neq; eius quod cerebrum tegit, præcisione, dementia sequitur antequam ad membranas passio perueniat.

XXV Ex medicamẽti potione cõuulsio, letalis est.

Medicamenti potiones, & medicationes, consueuit Hippocrates proprie nominare eas tantum quæ cum purgantibus fiunt medicamẽtis. Quod uero cõuulsio quæ fit istis supra modum euacuantibus, letalis existat, si quis eorum meminit quæ sępius à nobis sunt dicta, non ignorat.

XXVI In forti dolore uẽtris, partium extremarum frigiditas, malum.

B Fit quidem (sicut & supra dictũ est) ob magnitudinem inflãmationis in uisceribus, partiũ extremarum frigiditas: fit etiã propter animæ defectũ, uel quia calor natiuus extinguatur, uel quia propter multitudinem suffocetur, tum præcipue, cum frigida fuerit. Fit insuper & propter dolorẽ uehementem medias corporis partes occupantem, ob quem natura in seipsam contrahitur, & ad eam consequitur sanguis, non solum extremas corporis partes derelinquẽs, ueluti pedes, & manus, & caput, sed & cutim uniuersam. Causam igit̃ quandam particularẽ dixit Hippocrates hoc in sermone partiũ extremarum frigiditatis, sicut & in pluribus alijs sermonib. hoc ipsum fecisse ostendimus. Sed mirandum non est, illum qui primus multa adinuenit, non omnium simul, sed singulorum particulatim fecisse mentionem.

C

XXVII Mulieri utero gerenti si tentio superuenerit, facit abortum.

Circa intestinum quod rectum nominatur, tentio fit, eandem habẽs causam ac dispositionẽ quã in difficultatib. intestinorũ suscipit aliquod ex ijs quę superiacẽt, intestinis. Hæc autem passio nomen accipit (ut inquiunt) ab illa quæ fit in eo tentione, ob quam cum cacare uehemẽter appetant, cõtinue exurgunt. Ob talem igitur tentionẽ atq; molestiam, & totũ aliud corpus laborat, sed prę cęteris matrix, quæ cognata est recto intestino. Nihil autem mirum, si propter uehementes atq; frequentes exurrectiones, cõceptus abortitur, quando & ex alijs omnibus fortibus motibus atq; doloribus mulieres grauidæ solent abortum facere. D

XXVIII Quando os, aut cartilago, aut neruus abscinditur in corpore, non augetur.

Et hic aphorismus iã scriptus est antea, his uerbis: Quando discissum fuerit os, uel cartilago, uel neruus, uel maxilla tenuis, uel præputium, neque augetur, neq; coalescit, & nos in sexto commentario ipsum antea exposuimus.

XXIX Qui alba pituita detinetur, si fortis uẽtris fluxus superuenerit, à morbo liberatur.

Consueuere & alij medici quãdam aquæ inter cutem speciẽ, albam pituitã nominare uel quod A sit etiã aliqua pituita liuida, uel quod sui quidem ratione sit semper alba, sed propter mistionẽ quorundam aliorum humorum uerum mutet colorẽ. Potest etiã sicut in libro De articulis scripsit, Vertebrę quæ in spina sunt, non tanquam sint alibi, distinguens, sed simplici utens adiectione: sic & hoc in loco absq; distinctiõe, albi fecisse adiectionem. Hoc autem quod subiecit, ex forti alui profluuio, uel diuturno (utrunq; enim scribitur) solui albę pituitæ superabundantiam, commune est ad multa alia quæ ita ab eo dicta sunt.

Quibus in alui profluuijs excrementa spumosa sunt, ijs ex capite pituita defluit. XXX

Hoc indistincte dictum est. Fiunt enim aliquando excrementa spumosa spirituoso humore ex capite ad uentriculum defluente. Fiunt & uasis quæ ad ipsum perueniunt, illum effundentibus. Fieret etiam quando in ipso uentriculo unam habens, ut quispiam diceret, causam contentiuam, quomodocunq; excernatur aut fiat, antecedentes uero plures. Est autem huius pituitæ causa contentiua flatuosus spiritus, dum humori commiscetur, uehementem habens motum, & inæqualem, ita ut & ipse disrumpatur, & pituitam frangat in multas ac paruas partes. Talis uero motus ipsi causa est, & propria natura, & caloris nonnunquã multitudo. Sic & in ijs quæ elixãtur, apparet spuma, maxime cũ tenacem habuerint naturã, & in mari uiolentis uentis agitato. Qui uero arbitrantur per pulmonẽ ad uentriculum pituitã deuenisse, atq; ideo ipsam uideri spumosam, nescio quid inquient de ijs quibus fiunt à capite ad pulmonẽ fluxiones. Oportebat siquidẽ in his alui excremẽta esse spumosa: uerũ hi neq; spũmosa per sedem excernũt, neq; cum tussi expũũt, & tamen sæpius manifeste asperę pulmonis arteriæ, sunt eo, qui à capite fluxit, humore cõpletæ: qui cõcoctus puri quidem est similis, spumosus autem nequaq;. Sed neq; semper ex pulmone spumosum sanguinẽ expuunt. Videtur itaq; cũ ex propria substãtia uisceris simul quicq; effertur sanguinis, esse spumosus. Sane & qui morbo laterali laborant, aliquando spumosum expuunt, sed raro. Hi uero etiã rarius qui inflãmationẽ pulmonis patiuntur, calore scilicet, ut mihi uidetur, intẽperato atq; igneo in patiẽtibus partibus aggregato. Si uero quod à capite defluit ad asperas pulmonis arterias, ut nõnulli uolunt, permeat ad inferiora: primũ ad uẽtriculos cordis ipsum peruenire oportebit, post hoc duorũ alterũ eueniet, aut primũ per cauam uenã ad gibba hepatis, deinde illinc ad caua, & ita per portas ad intestinorum inuolucra: aut primũ quidem ad magnã arteriam, deinde sic ad illam quæ est in mesenterio. Sed quomodo adhuc spumosum remaneret, & sanguini commistũ, & tot cum eo uenas pertransiens?

Quibuscunq; febricitantibus, in urinis fiũt sedimina ueluti farina crassior, longam ægritudinem fore significat. XXXI

Et hic

Et hic sermo adhibita distinctione uerus est & ab experientia comprobatus, nam tales urinæ exitiales sunt, sicut etiam in Prognostico dictum est: plurimiq; morte præripiuntur antequã ęgritudo diutius protrahatur: & quicunq; ex ipsis sunt liberati, ijs omnibus in longũ producta est ægritudo, cum dispositio multam requireret coctionem, in qua talis urina mingitur. Dictum autem est à nobis in libro De Crisibus siue iudicijs, plenius de urinis omnibus. In Epidemijs autẽ (sufficit enim mihi de duobus ægris tantummodo fecisse mẽtionem) in primo quidem libro De Sileno secundo loco cõscripto post tres constitutiones: de quo in sua enarratiõe sic inquit: Minxit totũ simul, subcrassum, sedimen instar farinæ crassioris, album: extrema rursus frigida: undecima mortuus est. In tertio autem de ægro qui ordine tertius est, de quo ipse ita scripsit in suæ enarrationis initio: Qui iacebat in horto Dealcis, deinde paulo infra: Vrinę tenues uarię habẽtes sublimamẽta parua instar farinæ crassioris. Hũc autẽ dicit quadragesimo die fuisse iudicatũ. Liquet igit̃ & ex hisce exẽplis, ꝙ quicunq; mingentes urinã similem farinæ crassiori, si saluari debeant, tarde liberantur. Quicunq; uero exitialiter se habent, contingit hos quamcito interire.

XXXII Quibus autẽ biliosa sedimina supra tenuia, acutum morbum significant.

Bilis quidem semper acutos morbos operatur. Dictum enim à nobis est quòd amaræ bilis humorem ita medici prisci consueuere appellare, sicuti melancholicum semper cum adiectione dicũt, nõ simpliciter bilem proferentes, sicuti flauam, sed atram bilem nominãtes. Quod autem sequitur, supra tenuia, hoc est aquosa: (sic enim consueuit uti tenuis appellatione Hippocrates) non bene dictũ uideretur. Vrina siquidẽ aquosa, cruda est & diuturna. Equidem nunquam uidi urinam cuius sedimen biliosum esset, pars uero superfluitans aquosa. Non absq; ratione igitur nonnulli expositores dixere aduerbium, supra, non locum, sed tempus hoc in loco significare, ac si ita diceretur: Vrinarũ sedimina quando ab initio tenuia sunt, postea uero biliosa fiunt, acutum morbum significant.

XXXIII Quibuscunq; urinæ distantes sunt, ijs turbatio uehemens in corpore fit.

Si uerbum, distantes, in propria significatione accipiatur, rem impossibilẽ ostendet. Vrina siquidem semper est sibijpsi continua, nullum spatium uacuum habens interiectum. Si uero per id† substantiæ inæqualitatẽ dici intellexerimus, recte dixit uehementem significari perturbationem. nam superãte natura, omnia æqualiter unita sunt. ęgris uero causis tumultuantibus, ac renitentibus ei, illud quod obtinetur atq; cõcoquitur, aliam habet formam: renitens uero atq; tumultuans, aliam: & quando plura huiuscemodi fuerint, uariam magis ostendunt urinarum inæqualitem, & eius causam perturbationem.

XXXIIII Quibus in urinis bullæ insident, morbum renalem & longum significant.

Bullæ fiunt circumextento humore spiritui flatuoso. Solet autem hoc magis accidere quãdo humor aliquid tenacitatis habet: tunc autem & bullæ ipsæ sunt stabiles, & difficulter solubiles. Cum igitur spiritus flatuosus unà cũ urinis excernitur, signum est frigidæ ægritudinis renum. Hęc enim aggregat spiritum flatuosum: atq; ideo aiunt ægritudinem fore longã. Frigidum enim omne est difficulter solubile, & uix coctionem admittit, atque ideo diu durat. Nonnulli etiam aiũt ab acrimonia urinarum aperiri ora arteriarum quæ sunt in renibus, atq; ita excerni spiritum aliquẽ, qui cum urinis exit, & bullas facit.

XXXV Quibus insidens pingue, ac simul totum, ijs renum uitium acutum significatur.

Siue alui excrementum, siue urina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit, non magis in renibus, quàm in toto corpore existentis: quare neq; omnino morbi renalis est signum, sed commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Aut igitur ita intelligendum est, tanquam in ijs de quorum uitio renali non ambigitur, nõ passionis genus, sed acutiem dignoscat ac prędicat in hoc aphorismo Hippocrates: uel pro uerbo, nephritica, quod significat uitium renum, scribendum est phrenitica: sicuti quidam scripserunt expositores. Quanquam neque hoc solius phrenitidis signum existit, neq; simplicis, neq; incendentis, sed cuiuscunq; febris colliquantis. Quòd uero totum simul, sermoni adiectum est, potest & breuitatem temporis significare, potest nihilominus & loci spatium. Quod enĩ astrictum est, & in seipsum contractum, simul totum nominamus, contrarium existens distracto atq; disperso. Hæc itaque à nostris etiam præceptorib. huc usq; fuere interpretata. Quid autẽ ego sentiam nunc explicabo. Simul totum, sermoni adiectum, mihi uidetur de tempore dictum, atq; ideo adipis renum ostẽdere colliquationẽ. In alijs enĩ partibus corporis adipes colliquati, paulatim, & non uniuersim cum urina exeunt, primum colliquatiõe participata à uenis illi uicinis, deinde ab ijs quæ continuantur, & rursus ab alijs, donec ad renes perueniatur. Adipis uero circa renes colliquati transsumptio ad urinas celerrima est, & non paulatim, sed simul tota fit, atq; ideo in renib. ipsis dispositionem esse monstratur: cui rei & experientiam inuenies, si diligentius adnimaduerteris, cõsentientem. Cum uero duplex extet scriptura, nã in quibusdam exemplaribus insidens, in quibusdam subsidens scribitur. Primam dicimus esse ueriorẽ. Insidet enĩ semper quod pingue est, & non subsidet. Saneq; prioris aphorismi dictioni magis cõsonat ista scriptura. In illa enim Hippoc. dixit: Quibuscũq; autẽ in urinis bullæ insident, morbũ renalem, & longum significant. Consentaneũ igitur ei quod dixit insidẽt, quod deinceps dictũ est;

Quibus

Quibus insidens pingue, & simul totum, ijs renū uitium, & morbum esse acutum significatur.

XXXVI Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt signa, doloresq; circa spinæ musculos fiunt si quidem circa loca exteriora fiāt, abscessus quoq; exterius futuros expecta. si uero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

In prioribus quidem aphorismis signa docuit per quæ renum uitia possemus dignoscere, in hoc uero de ijs docet quos longo tempore scimus morbo renali laborasse, inquiens in ipsis futurum abscessum cum labore, hoc est, dolore, cū signis prædictis antea ueniēte, hoc est circa musculos, quos & spinæ musculos, & spinales medici nominant. Duplex autem est horum musculorum genus: unum quidem retro sub cute, totam spinam utrinq; complectens: alterum uero in partibus anterioribus, non per totam spinam extentum, sed solū per partes ad lumbos attinētes. In utris autem horum se firmauerit dolor, illic quoq; abscessum futurū expecta. Nunquid uero renibus ipsis suppuratis, aut solis musculis, aut aliquando utrisq;, nondum præfiniuit: experientia uero hæc omnia fieri ostendit. nam & musculi soli nonnunquam hoc patiuntur uel interiores, & anteriores, uel posteriores, & exteriores, & sine musculis renes, nonnunquā introrsum, nonnunquam extrorsum uergente in ipsis abscessu.

XXXVII Quicunq; euomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare: si uero cum febre malum. Curare uero acerbis, & refrigerantibus.

Vide aph. 25. lib. 4.

Quę uomimus quidē, è gula & uētriculo, quæ uero extussimus, ex aspera arteria & pulmone feruntur. Quidam uero huius libri expositores aiūt sub uerbo, euomunt, cōprehēsos esse & illos qui ex aspera arteria atq; pulmone sanguinē educūt. Atqui salubrem esse hanc passionem, hoc est, curari posse quando ægri nō febricitauerint, haudquaquam est uerū. Si quis enim absq; febre uel prorsus ex pulmone cum tussi sanguinem emiserit, periculū imminet ne curatio fiat: & si perdurauerit casus, omino postea febres succedent. Ob hoc igitur melius est, ut accipiamus uerbum, euomūt, in proprio significato, consideremusq; deinceps atq; distinguamus & quid periculo uacet in ipso, & quid cū periculo sit ex febris præsentia, uel absentia. nam illis qui febre uacāt, ~~liquet nullam adesse inflammationem in loco unde emittitur sanguis.~~ Quare uel alicuius uasis ore adaperto fit sanguinis uomitus, uel cū ulcere quidē, sed sine inflammatione. Curantur autem quæ sunt absq; inflammatione ulcera facile acerbis. Quæcūq; uero cū inflammatione sunt ac febribus, nedū curari possint, neq; in eadem possunt magnitudine permanere. semper enim maiora fiunt, ac maligniora.

Distillationes in uentrem superiorem suppurantur intra uiginti dies. XXXVIII

Ventrem superiorem nunc nominat qui à thorace præfinitur, quem pulmo obtinet, atq; ideo in ipsum à capite destillatio fertur per asperam arteriam. Suppuratur autē magna ex parte in uiginti diebus, & non (ut multi scribunt) in uno & uigesimo. Semper enim Hippocrates diem uigesimū iudicatorium facit, nō uigesimūprimū, quēadmodum in libris De diebus iudicatorijs ostendit.

Si quis sanguinem minxerit & grumos, & stillicidio urinæ laboret, & dolor inciderit in femur, & imum uentrem, pectinemq;: quæ circa uesicam, male se habere significatur. XXXIX

In omnibus fere exemplaribus hic aphorismus scriptus est: eximere autē ipsum oportet propter alterum qui prius est dictus, quē nos exposuimus in quarto horum commentariorum per hæc uerba scriptum: Si sanguinem mingat ac grumos, & urinæ stillicidio laboret, & dolor inciderit in imū uentrem & pectinem: quæ sunt circa uesicam, male se habent. In proposito autem aphorismo est ultima scriptura duplex, una quæ antea scripta fuit: altera talis, Vesicam male se habere significatur.

Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melancholicum. XL

Incōtinentē quidem nominat linguam quę aut infirma est, ita ut nō possit integre dearticulare uocem, aut immobilis, & omino resoluta: stupore autem elanguentem, aliquam corporis partem quæ resoluta est. Cur uero hæc repente facta, dicat esse melancholica, ignoro. Melancholiæ enim in cuius nomine omnes Gręci consentiūt, recte ab ipso talia indicia sunt prodita.

Si timor atq; mœstitia longo tempore perseueret, ex eo melancholia significatur. XLI

Aliter autem, melancholicas dicimus esse passiones, cancros, elephantes, scabies, lepras, & uitiligines nigras. Sed neq; talium passionum aliquam, neq; illam quæ ab omnibus nominatur melāchos liam, linguæ incontinentiā uidemus antecedere, sicuti neq; alicuius partis stuporē. Quare superest ut dicamus quòd quemadmodum quartani circuitus causa est humor melancholicus, sic & dictarū passionum, & linguæ intemperaturæ, & partis resolutionis: fieriq; posse ut propter humoris crassitudinem tales passiones consequantur quales ex crassa & lenta eueniunt pituita. Non igitur dicemus simpliciter utrumq; dictorum esse melancholicum, sicuti neq; pituitosum simpliciter, sed pituitosum simul & melācholicū. Additum autem est sermoni aduerbium, repēte, propter mala quę paulatim fiunt, ex inflammatione duritiem retinente, & intemperatura difficulter solubili.

Si seniori-

XLII Si ſenioribus ſupra modum purgatis, ſingul A tus ſuperuenerit, non bonum.

Communis eſt hic ſermo ſecundum utrunq;, & quatenus omnibus ſupra modum purgatis nō eſt bonus ſingultus, & quatenus ſeniorib⁹ oīa mala peiora fiunt propter ætatis imbecillitatem.

XLIII Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti ſuperinfuſa, ſolutio fit febris.

Ex hoc ſermone manifeſte declarat non omnes febres ex bile fieri. Oſtendit inſuper quod reliquę omnes exceptis ijs quæ ex bile factæ ſunt, aqua multa capiti ſuperinfuſa ſoluuntur. Secundū hūc ſermonem igitur in primo libro Epidemiarū De Melitōe ſcripſit; Balneis uſus ſupra caput. Febres B ſiquidē quæ ab exuſtione ac frigiditate factæ ſunt, à talibus balneis utilitatem ſentiūt, nec minus quæ ex laſſitudinibus fiunt; & quæ propter foraminum anguſtationem, ſiue propter obſtructionem, ſiue ob clauſuram fuerint anguſtata. Reſpirare ſiquidem per ipſa oportet & diſſolui calorem febrilem. Non tamē ubi inflammatio aliqua, aut abſq; inflammatiōe humoris putredo igneum calorem accenderit, balneæ utiles ſunt, antequam noxij humores euacuentur aut concoquantur. Verum tales morbos, aut laterum inflammationes, aut pulmonis, aut hepatis, aut lienis, antiqui nominabāt; uolentes febrem non eſſe morbum ipſum, ſed caſum morbi. In quibus autem ſine partis inflamma C tione, putreſcentes in uenis humores, febrē accendūt: in illis ſolis dicebant hominem à febre moleſtari, & ipſum à febre haberi. Atq; in ipſis febrium ſcripſerē differentias, Hepialon, & Lipyriam, Eloden, & Typhoden, peſtilentem, & ardorem nominantes. Hepaticam autē febrem, uel lienoſam, aut pulmoniā, aut lateralem nemo dixit, adeo ut nūc ſermo ab Hippocrate habeatur de per ſe febribus quæ ſunt abſq; partium inflammatione. In pluribus autem exemplaribus non aqua, ſed ſudor ſcribitur, talē habente ſcriptura intellectum: Si febris non ex bile ortum habeat, multus ſudor à capite defluens febrem ſoluit. non ex ſolo capite ſudorem fundi dicente Hippocrate, ſed à prima parte quæ ſubijcitur oculis, de toto monſtrante corpore. Quantum igitur ad hanc ſcripturam attinet, ij D qui ex bile febricitant, à talibus ſudoribus nihil iuuabuntur. Atqui ſæpius manifeſte ſoluuntur cùm aliæ plurimæ febres, tum in quibus flaua bilis plurima eſt, Tertianæ, & Ardores. Melior igitur eſt prima ſcriptura, quæ ueram docet curationem earum febrium quæ ex dicto genere ſunt, quæ uidelicet uel ob laſſitudines, uel exuſtiones, uel refrigeratiōes, uel omino cutis fiūt anguſtationes. Quod autem à bile dicitur, & de rufa, & de atra bile intelligi poteſt: non tamen in his ſolis oſtendebamus, ſed & ob pituitam putreſcētem fieri febrem. & in hac ſola uidebitur aphoriſmus non eſſe uerus, niſi quis exiſtimauerit pituitæ putrefactionem in humorem bilioſum conuerti.

Extraord

Mulier ambidextera non fit. XLIIII

Ambidexterum Euripides nominat ferrū utrinque incidens: circumdextrū autē Homerus Aſteropæum ambabus manibus ſimiliter utentem: ac ſi utrinque dextrum dixiſſet. Eodem modo ambilæuum Ariſtophanes in Tegenitis, utrinq; ſiniſtrum. Hipponax ambidextrum dixit in hoc uerſu: Ambidexter enim ſum, & non aberrans. Homines itaq; qui ambab⁹ manibus pro dextris utūtur, ſæpe uiſi ſunt: mulier uero nulla ad hunc uſq; diem, ob naturæ imbecillitatē. Si enim ambabus manibus ob neruorū robur ac muſculorū quidam uiri utuntur, rationabiliter nulla mulier utetur: cum ſatis ipſis eſſe debeat, ſi ſola dextra mediocriter utatur. Amazonidas quidem ipſe inquit mamimam dextram exurere ut plurimio alimēto ad manum uicinam proueniēte, maior ei uigor adſit, ut quæ & ipſa ſit natura debilis. Quidam tamen aiūt ambidextrā dictam eſſe, quæ parte uteri dextra genita ſit, quibus adhuc magis à ratione deuiant, qui de Hermaphroditis inquiūt Hippocratē fuiſſe locutum, dixiſſeq; mari quidem muliebre pudendū adnaſci, mulieri autem uirile nequaquam.

Quicunque ſuppurati uruntur uel ſecantur, XLV ſi pus purum fluxerit & album, euadunt: ſi uero ſubcruentum & fæculentum ac fœtidum, pereunt.

Suppurationes cōſueuit nominare, nō eas tantū quæ ſunt in thorace, ſed in quauis alia parte ad pus alterata tubercula. præcipue uero ſuppuratos illos ferè ſolos nominat, quibus inter thoracē atq; pulmonem aceruatum eſt pus: quos urere conſuetos eſſe ueteres, diſcere licet ex ijs quæ dixit Plato comicus de Cineſia, hiſce uerbis: Poſt hęc Euagoræ filius Cineſias è morbo laterali aridus, puris expers, calamacea gerēs crura, tabis nūcius plurimis eſcharis corpus inuſtus ab Euriphonte in concionē prodijt. Quòd quidē pus albū, bonum ſit: fęculentum uero & fœtidum, malum, nemo ignorat.

Quorum hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus XLVI purum fluxerit & album, euadunt. In tunica enim his pus continetur. Si uero qualis amurca fluat, pereunt.

Ipſe cauſam dixit ob quā nonnulli pereunt qui ita ſe habent, nōnulli uero euadunt. Quibus enim in tunica eſt pus, nihil patiente ſubſtantia hepatis, ſaluantur omnes; quibus uero uſq; ad carnem hepatis corruptio pertingit, nō abſq; ratiōe moriuntur. Quòd autem amurcam, omnes nominent fæcem olei, & quòd talem par eſt eſſe incoctam putredinem hepatis, liquet unicuiq;.

Dolores oculorum, poſt meri potionem, & XLVII aquæ calidæ balneum, uenæ ſectione curato.

Hic aphoriſmus mihi uidetur ex ijs unus eſſe qui fuere interiecti, cum non cōſentiat uni ex illis

qui antea scripti fuerũt, huic scilicet: Dolorẽ oculorum, meri potio, balneũ, uel fomentũ, uel uenæ sectio aut medicamentũ soluit. Hunc itaq; aphorismum in sexto exposui commentario, ostensis dispositionibus in quibus oporteat singula remedia in usum deducere. Propositus uero aphorismus in una uult dispositiõe tribus uti remedijs. Si quis igitur nos sciat docere dispositionẽ in qua tria hęc remedia conueniant, ei habebimus gratias. Quousq; uero exposuerint quidem hunc aphorismum quasi legitimum, nos uero nõ docuerint quęnam sit ea dispositio, eorum expositionibus nullam pręstabimus fidem. Quæ igitur dicũt qui omnino aliquid conantur dicere etsi mediocrem habent probabilitatem sunt huiuscemodi. In quibus sanguis crassus superabundat, atq; ideo euacuatione indiget, melius putant ipsum fundere prius, deinde secare uenam. Fusile autem fiet si ægri merum biberint, & se balneauerint. Sed eos qui hæc dicũt nunquam experientia exacte nouisse illa quæ dicunt, sciunt in artis operibus exercitati. Nam neq; uinũ neq; balneũ tolerat plethorica dispositio absq; maximo detrimento. Verum hæc auxilia sunt sanguinis crassi in aliqua parte compacti sine totius corporis repletione. Sic enim Asclepiades utitur uino post totius corporis euacuationem pro remedio extẽtionum. Si uero adsit in toto corpore plenitudo, prius disrumpẽtur oculorum tunicæ inter bibendum atq; lauandum. Quare si absq; multitudine dolor fiat propter obstructionem ac compactionem crassi sanguinis, recte quidem lauabunt, & uinum dabunt, non recte autem secabunt uenam. Si uero multitudo fuerit, recte quidem uenę utentur sectione, non recte autem lauabunt & uinum dabunt.

XLVIII Aqua inter cutem laborans si à tussi habeatur, desperatus est.

Et hoc prius dictum est ab ipso in hoc aphorismo: Aqua inter cutem laborãtibus si tussis superueniat, malum.

XLIX Vrinę stillicidium, & mingẽdi difficultatem, uini potio, & uenæ sectio soluit. incidere autem interiores.

Quòd urinæ stillicidium significet urinæ stillatim exeuntis emissionem, nomen ipsum ostendit. Mingendi uero difficultas potest & quæ cum dolore fit mictio dici, potest & quæ cum difficultate aliqua, adeo ut uix uesica operetur. Vrinæ stillicidium, ipsius urinæ acrimonia facit, & potentiæ retentricæ in uesica imbecillitas, quæ ob intemperaturam fit, præsertim frigidam. Vrinæ uero difficultatem, siquidem cum dolore fuerit, inflammatio, & abscessus, & ulceratio, & inæqualis intemperatura, & spiritus flatuosus. Sin motus quidam difficilis, uel potentiæ imbecillitas, uel tumor contra naturam; ex omibus autem hisce dispositionibus frigiditatem quidem, uini potio soluit, hoc est uel A simpliciter uini potio, uel meracioris: atq; eã etiã inflammationẽ quæ propter obstructionẽ sanguinis crassioris citra multitudinẽ facta fuit. Illam uero. quæ cum multitudine fit inflammationem, adhuc autem & aliam quæ sine defectu est, & cũ potentiæ robore, uenæ sectio sanat. De eo autẽ quod dicitur incidere uenas interiores, dictum est à me & in libro præcedente, in quo hunc aphorismum exposui: Vrinæ † stillicidium uenę sectio soluit: incidere autem interiores.

L Ab angina habito tumor & rubor in pectore superueniẽs, bonũ: extra enĩ uertitur morbus.

Et hic aphorismus antea dictus est per hæc uerba: Ab angina habito tumorem fieri in parte colli B anteriore, bonum. Exposui autem ipsum in sexto horum commentariorum. Hic igitur uidetur fuisse interiectus, uolente aliquo adiũgere: Extra enim conuertitur morbus.

LI Quibus cerebrum sphacelatum, id est corruptum est, in tribus diebus pereunt; si uero hos euaserint, sani fiunt.

Sphacelare sępius in lib. De fracturis & articulis, pro corrumpere, usus est. Hic uero non contingit cerebri corruptionem intelligere, cum adiecerit: si uero has effugerint, sani fiunt. Si enim sphacelus est corruptio substantiæ uniuscuiusq; partis quæ sphacelari dicitur, non contingit hunc qui ita C ægrotet, persanari. Nunquid igitur aliquãdo abutuntur hoc uerbo ad significandum huius dispositionis inceptionem, quæ tamen nondum exacte completa sit? Tale enim quiddam carnosis etiam partibus accidit, quas gãgrenam pati dicimus, cũ ob magnitudinẽ inflammationis insensibilitatẽ, nigritiem, aut deniq; morticinum quendam colorem intulit, & cum in hanc dispositionem tẽdere particula patiens incipit. Sicuti igitur gangrænam ita iam completam ut pars sit intermortua, sanare est impossibile: dum uero adhuc fit, possibile: sic & sphacelum, Saneq; partis carnosæ interitus ex magnitudine inflammationis, quem proprie medici gangrenã nominant, Græci sphacelũ etiã appellabãt. sic igit mihi uidet & Herodotus dixisse D coxam Cambysis sphacelari. cerebrumq; ita quispiam diceret sphacelari tantũmodo. iam uero propter quid uelox in eo mors sit, manifestum est. nimirum quia & morbus grauissimus & pars principalis maxime sit. Quòd si æger mori tribus primis diebus non anticipauerit, sed ad diem quartum perueniat, sperandum est & morbum declinare, & uires fortes ita esse, ut morbus omnino superare possit.

Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo qđ in capite inani. Aer enim intus contentus extra erũpit. Sonat autẽ, quoniam per angustum ipsi est exitus. LII

Tales sermones duo significant, unũ quod de omni

omni re proposita uniuersaliter dicitur, uelut hoc, A in loco de sternutamentis, alterum quod particulatim de quibusdam tantum uelut hic, de sternutamentis ex cerebro factis. Primus igitur sermo talis erit: Omne sternutamentum fit ex capite cerebro calefacto, uel humectato eo quod est in capite inani. Secundus uero: Sternutamentum ex capite eueniens, fit cerebro calefacto, uel humectato capitis inani. quod uerius existit. Non enim omnis sternutatio fit calefacto cerebro, uel humectato in capite inani. Pennis enim quidam nares irritantes sternutant. & cum tussi spiritus desubter ueniens ad naris meatus, causa fit sternutamenti. Praeterea opinari solum aerem qui ex capite excernitur, esse qui sonat, est manifeste falsum. Nam liquido apparet desubter ex pulmone elatus aer toto se celeriter comprimente thorace. B Sed & antecedente inspiratione fieri sternutamentum, natura aggregante aeris copiam ad sternutamenti generationem, ijs quae dicta sunt, astipulatur. Solum itaque illud sternutamentum quod habet suae generationis principium, naturam appetentem excernere flatuosum spiritum ex capite, hoc modo fit, quem docere aggreditur aphorismus, neque forte hunc omnem. nam quod ait humectato, superfluum est ad sternutamenti generationem. Nam & si aliquis humor in capite superabundat, non facit tamen sternutamentum, nisi in uentum conuertatur. & hoc manifeste uidetur in multis qui licet copiam humoris per nares excernant, non tamen propterea necessario saepe sternutant. Soli enim ex his ita affectis illi sternutant, quibus mordax est ea quae a capite fluit C humiditas, ceu & si quid mordax naribus imponas. sicut enim tussis casus quidam naturalis est ad expurgandas eas quae sunt in pulmone asperas arterias, sic & sternutamentum manifeste uidetur expurgare narium meatus. Duplici autem existente meatu, & lato quidem ad os, angusto autem qui & bifidus est ad cerebrum ducente: qui quidem ad os peruenit, ab eo qui desubter spiritu effertur: qui uero ad cerebrum pertingit, ab illo qui ab ipso prodit, expurgantur. Atque si diligenter aduerteris, uidebis sternutamenta quae ex capite motus initium habent, leuare caput. Fiunt enim & rarefactis ijs qui sunt in capite humoribus, & naturae impetu excretis. Rarefieri uero ipsis accidit concalefactis. Calefiunt autem natiuo calore excitato, ob cuius D imbecillitatem prius erant superfluitates aggregatae. Cum igitur ait, Calefacto eo quod est in capite inani, maxime quidem intelligendum est de eo quod est in uentriculis cerebri: adhuc autem & de illo quod ipsum ambit exterius. facile est enim & illi per cerebrum primo quidem ipsos uentriculos, inde uero nares subire. Quia uero repente totus simul erumpit, sonitum edi Hippocrates inquit. Est autem commune hoc, undecunque uenerit, siue ex pulmone elatus, siue ex capite delatus.

LIII Quicunque hepar circumdolent, ijs febris superueniens soluit dolorem.

Verbum superueniens, indicio est quod prius cum circumdolebant ipsi, non febricitabant. Si igitur hepar uehementer dolebat, uel propter fortem inflammationem dolebat, uel propter spiritum flatuosum, tumque non aderat ipsis inflammatio, alioqui omnino febricitassent: par igitur est quod flatuosus spiritus sit causa ut doleat uiscus in ipsis. Dolet etiam propter obstructionem, uerum mediocriter, & cum quodam ponderis sensu potius quam uehementis doloris. Dolor autem uehemens propter flatuosum spiritum, uel inflammationem, maximam scilicet aut suppuratam, accidit.

LIIII Quibus a uenis sanguinem mittere confert, ijs uere uenam oportet secare.

Hic aphorismus pars est eius qui prius dictus fuit in haec uerba: Quibus medicamentum epotum, uel uenae sectio confert, ijs uere secare uenam, uel purgare medicamento opus est. Atque ideo in quibusdam exemplaribus non est ascriptus omnino: id quidam libri huius expositores sciunt, bisque ipsum scribunt. Nonnulli uero neque mentionem eius omnino fecere, non admirari uero illos non possis qui non modo bis eundem scribunt aphorismum, uerum etiam in eisdem commentarijs eum exponunt, nulla facta significatione quod ijs qui antea scripti fuerunt, quidam sunt ex toto ijdem, quidam uero ex parte, cuiusmodi hic est. Quidnam igitur uisum fuit uel ijs qui hos adiecere aphorismos circa finem libri, uel ipsi Hippocrati ut bis de eisdem faceret mentionem, uel quibusdam expositoribus qui duas unius aphorismi fecerunt expositiones, deos testor me non posse coniectari. Nam neque scriptorem ipsum aphorismorum credibile est tantarum rerum obliuione fuisse correptum, praesertim talis cum fuerit qualem in omnibus fuisse Hippocratem nouimus: neque illorum qui apposuerunt, aut obliuionem, aut malignitatem tantam cogitare possumus, ut propterea bis eadem ascribere uoluerint. Adhuc autem magis illos decet expositores admirari, qui cum bis eosdem exposuerint aphorismos, ne hoc quidem ipsum adiecerunt, secundam se expositionem facere: multoque adhuc magis illos qui de eisdem differentes scripsere expositiones, in ijs quae circa finem, ab illis quae per initia dixerant.

LV Quibus inter uentriculum & septum pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum neque ad alterum uentrem: ijs per uenas ad uesicam pituita uersa, soluitur morbus.

Non absque ratione mihi uidetur dubitare Marinus, impossibile existimans inter septum & uentriculum pituitam constitui. Defluet enim inquit, deorsum usque ad ossa pubis. Neque fieri posset ut in uenas traijciatur, sicuti in aqua inter cutem, tenuis & aquosus humor transsumptus excernit per urinas. Quare accipiendum esse arbitratur, inter septum & uentriculum, pro eo quod est inter proprium septi corpus quod carnosum est, & interioris membranae

branæ abdominis uerticẽ. Verũ & si ita intellexerimus ô Marine, transsumptionem ad uenas, similiter tamẽ dubitabimus. Nam si pituitam hinc ad renes per uenas ire est possibile, neq; ex eo spatio quod est sub mẽbrana abdominis interiore, est impossibile. Adde quòd omnino impropria foret uentriculi appellationis abusio. Nihil enim est simile uentriculo & membranæ abdominis interiori, cuius gratia eandem participent appellationẽ. Melius est igitur ita intelligere, sicut omnes intellexerunt, illud spatium ab eo dici, quod est quidem infrà septum, sed intra eam mẽbranæ abdominis interioris partem quæ ad epigastrium attinet. Et cõsiderare an possibile sit illud quod dicit, cum sciamus quòd uiam semper materiebus inuenire naturam Hippocrates opinatur, quando ualida fuerit: B etiamsi quãmaxime sint crassæ, & per angusta foramina debeãt permeare, quãdo & in ossibus fiant inquit abscessus. Videmus autem & humorẽ illũ qui est inter thoracem atq; pulmonem, in suppuratis expui cum tussi: nonnunq; uero & per cutẽ sanam existentem excidere sanguinẽ in ossibus quæ fracta occalluerunt. Non igitur neq; in ea de qua nunc Hippocrates dixit pituita, impossibile prorsus oportet arbitrari ad urinæ uias fieri transsumptionem. Verum & hoc ipsum agi à natura cõtingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodũ pus in suppuratis.

LVI Quibus hepar aqua plenũ in omentum eruperit, ijs uenter aqua repletur, & moriuntur. C

Aptissimũ hepar est uesicas quasdam aqua plenas, in ea quæ ipsum ambit exterius membrana generare. Videtur itaq; & in iugulatis animalibus hepar his aliquando plenum. Siquando igitur contingat eas uesicas rumpi, effunditur aqua ad locũ membranæ abdominis interioris parti supra uentrem positæ respondentem, in quo etiam aqua hydropicorum congregatur. in omentum autem nõ potest aqua effluere, nisi aliquo modo ipsum exedatur. est enim solidũ & firmũ undequaq;, ita ut nihil in ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex uentriculo, colo, ac liene, illisq; partibus unde ipsum enascitur. Vel igitur uult omentum exedi, qua parte uicinum est hepati, hoc est dextra. uel in D omentum intelligere oportet, hoc est ad ipsius locum. Ventrem autem aqua impleri, nõ de illo uentre dictum est, in quo cibi recipiuntur, sed de tota cauitate quæ est infra thoracem: secundum quod significatum, uentrosi nominantur & mulieres dicuntur gestare uentrem. Mori autem eos quibus hoc in loco aqua colligitur, cõsiderandum an perpetuo sit uerum, an magna ex parte. Seruantur igitur aliqui aqua inter cutem laborantes, nec quamuis hic locus ipsis aqua repleatur impossibile est, sicut in illis per medicamenta aquositates purgantia, & impositiones eorum quæ uim habent ciendi urinam, & in uapores soluendi humorem talẽ, sic & in his fieri curationem.

A Alyce, id est anxitudo, oscitatio, horror, uinũ æquale ęquali potum, soluit ægritudinem. LVII

Solœcophanes uisa est quibusdam rationabiliter figura sermonis, atq; ideo nonnulli casu accusatiuo scripsere: Anxitudinem, oscitationem, horrorem, uinum æquale ęquali potum soluit. Nihil autẽ refert ad præsens utrauis scriptura aphorismus exponatur. Primum enim illud scire nos oportet, quòd alycen nominauit, quam multi Gręci halen appellant: deinde quæ sit faciẽs hunc casum dispõsitio. anxios igitur illos sanos dicunt, qui semper præsentibus molestantur, & ab uno negocio atq; actione ad aliã transeunt. Eodem modo & ægros illos, anxios esse qui accubitum non ferentes, iacendi figuram euariant, quia semper præsens aggrauat eos. Hoc uero præcipue illis euenire consueuit, quibus in ore uentriculi (quod nos abutentes uocabulo, sæpe solemus stomachum nominare) certa quædã humoris qualitas continetur, uentriculo molesta, quæ neq; multa est, neq; in uentriculi fluitat cauitate, sed eam ipsę imbibere tunicę. †Sed & oscitare, sicuti & pandiculari, contenta aliqua in musculis, per quos tales fiunt motus quos pandiculationes & oscitationes nominamus, uel humiditate flatuosa, uel spiritu uaporoso, fieri est à nobis demõstratum. Horror autem prauis humoribus per cutem currẽtibus accidit. Liquet autem quòd nunc à nobis habetur sermo de horrore qui ex corpore prouenit insalubri, non de illo qui causam extrinsecus habet. Singula igitur hæc quæ dicta sunt, potus uini meracioris sanat. Moderatam autem temperaturam ipse monstrauit inquiẽs: Vinum æquale æquali potum. Vult enim æqua portione aquæ uinum temperari, ut partim quidẽ pellat & euacuet ex materia infestante quicquid cesserit uini motui cũ impetu lati, partim autẽ qđ reliquũ fuerit tẽperet. Calefacit enim uinum, ut nouimus, corpus totũ, citoq; mouetur in oẽs partes, & cũ hoc omnes humores bonos reddit.

Sed & oscitatiões, sicuti & pandiculationes, cõtenta aliqua in musculis, per quos uoluntarij quoque motus fiunt, uel humiditate &c.

Quibus in urinario meatu tubercula fiũt, ijs suppuratione facta & eruptiõe, soluitur dolor. LVIII

Et hunc aphorismum in præcedentibus Hippocrates scripsit, nosq; ipsum exposuimus in hæc uerba scriptum: Quibus in urinaria fistula tubercula nascuntur, ijs suppuratione facta & eruptione, solutio.

Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri. LIX

Etiam in hoc aphorismo in quibusdam exẽplaribus possumus inuenire uerbum mutos scriptũ numero plurali, casu accusatiuo: in quibusdam uero mutum numero singulari, per modum figuræ solœcophanis. Sed neq; hoc loco quicquã ad pręsentia refert, modo nouerimus sæpe consueuisse Hippocratem ab uno accidente notissimo, uocis amissione, nominare & ostendere illos qui neque ullum

ullum alium motum seruant secundum electionẽ, neq; quicq; omnino sentiunt. Sed iacent eodẽ modo quo apoplectici, sine sensu pariter & motu. Fit autem hoc & propter alias causas: nunc uero concussionis cerebri Hippocrates meminit, ipsamq; talem ait totius corporis dispositionẽ sequi. Concuti autem hoc modo cerebrum cõtingit propter aliquem casum totius corporis uiolentum ex locis altioribus factum. Tales enim casus solent & in spinæ uertebris facere concussionẽ, quãdo ipsarum coagmentationes fuerint commotæ, & spinalis medulla quæ in earum cauitate cõtinetur laborauerit, ualdeq; concussa periculum adduxerit ne aliquis neruus eorum qui ab ipsa nascuntur, abrũpatur: id quod non minus in ipso quoque fit cerebro, & tanto magis, quanto plus uacui loca habẽt quæ ipsum circumstant: id uacuũ maius est in senibus, quemadmodum in Dissectionibus diximus. Contrahit autem se uis animalis in sese in talibus dispositionibus, à motu periculoso molestata, atq; idcirco quiescit. orta uero nonnulla quidem sufficienter tenduntur, quædam uero aliqua ex parte distrahuntur. atq; interim donec se rursus uis animalis collegerit, mutum atq; immobile totũ iacet quod ita afficitur animal. Si uero cerebrum auelli contigerit, aut aliquam eius partem conuelli: qui ita patiuntur, non amplius restituuntur.

LX Corporibus carnes habẽtibus humidas, famem adhibere conuenit: fames enim corpora siccat.

Quòd omnia quæ exiccant, sint passionum humidarum remedia, manifestum est: siquidem contraria contrariorum remedia sunt. Quòd autẽ & fames ex accidenti corpora exiccet, non est dubium. Si quid enim defluat à corpore, sicuti & antea dixi, nec id insuper ab alimento suppleatur qđ fuerit euacuatum, necessarium est corpus effici siccius. Liquet enim quòd in cuiusq; animalis corpore prius illæ partes absumũtur quæ sunt humidiores, quando & ipse defluxus idcirco fiat, quia corpus extenuatur, atq; in uapores resoluitur. Idq; duplici de causa: extrinsecus quidem ab aere ambiente: intus uero à calore natiuo. quæ autem per hyemem latent animalia, cum neq; extrinsecus calefiant, & neq; intrinsecus, uel nihil prorsus uel parũ omnino dissoluuntur, atq; ideo nõnulla eorum ne alimento quidem ullo penitus egent, nonnulla uero minimo prorsus. Post præscriptos aphorismos alij duo fere in omnibus exẽplaribus inueniuntur, quorum huius libri expositores ferè omnes meminere, quidam etiam ipsos exposuere, sed aliter atq; prius fecerant, ne hoc quidem solum adijcientes quòd ijdem aphorismi superius sint scripti. Nos uero in quarto commentario illos exposuimus, parum uerbis ab istis differentes. Alter enim eorum qui nunc scripti sunt, superfluo adiectum habet, ut deuorare non possit, nisi uix: Alter uero cõmutatũ habet uerbum, uix, ut prior quidem sit ta-

A lis: Si à febre habito, tumore non existente, in faucibus, strãgulatio repente superueniat, & nõ possit deuorare nisi uix, letale. Secundus uero sic: Si à febre habito collũ conuertatur, & deuorare non possit: tumore non existente in collo, letale. Priores uero quos dixi in quarto horum commẽtariorum fuisse expositos, ita se habebant: Si à febre habito, tumore non existente, in faucibus, strangulatio repente superueniat, letale. Deinde qui deinceps sequitur: Si à febre habito collum conuertatur, & uix possit deuorare: tumore nõ existente in collo, letale. Quod igitur in priore aphorismo esse dictum est, superfluere nunc consideremus. Etenim id fieri uidimus ubi ægri omnino exitialiter à morbo haberentur. Quare siue nullo modo possint deuorare, siue uix, non existẽte tumore in faucibus (nam hoc licet perspicuo cognoscere, si plurimum os aperiatur, & lingua uersus mãdibulam inferiorem prematur) in tali inquam cõstitutione, quòd difficulter deuoretur, causam esse suspicandum cõmunionem tunicæ quæ subnata est ex partibus gulæ & gutturis interioribus. Nam ostẽsum est hanc cibo os permeante, ipsam quidẽ trahi inferius, guttur uero totũ retrahi superius. Tumescente igitur in gutture inflammatione, nonnunq; quidem nullo modo, quandoq; uero uix uẽtriculum sequitur attrahentem, atq; ob hãc causam uel nullo modo deuorant, uel uix.

LXI Vbi in toto corpore mutatiões, & corpus refrigeratur, & rursus calefit, aut colorem aliũ ex alio commutat, longitudo morbi significatur.

Et hunc aphorismum in quarto commentario exposuimus, ijsdem ferè uerbis scriptum, quibus & hic. Est enim scriptura talis: Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus frigescat, uel rursus calescat, & si alius ex alio color fiat, morbi longitudo significatur.

LXII Sudor multus calidus, uel frigidus semper fluens, humorem abduci, robusto quidem supra, debili uero infra, significat.

Antea alium aphorismum in quarto horum cõmentariorum exposuimus hoc modo scriptũ: Sudor multus calidus uel frigidus semper fluens, frigidus maiorem, calidus minorem morbum significat. Et talium sudorum diximus esse dispositionem, multitudinem humiditatis quæ in ægri corpore continetur. Propterea igitur qui nunc proponitur aphorismus, abduci præcipit superfluum humorem, robustis quidem supra, hoc est per uomitus: debilibus autem infra, quod & ipsum significat per alui subductionem. Quòd quidem igitur semper sit necessarium superfluas corporis humiditates euacuare, planè est manifestũ. An uero robustis supra tantum, debilibus uero infra, mihi dignum uidetur animaduersione. nam forte melius est, non hac ratione distinguere remediorũ usum, sed ut

sed ut in tractatione curatiua de talibus omnibus fuit à nobis distinctum. Quare & hunc aphorismum arbitror fuisse ascriptum. Post superscriptos aphorismos, alij tres inueniuntur in pluribus exẽplaribus, qui pariter & ab expositoribus scripti sunt, & parum uerbis euariant ab illis qui in quarto horum commentariorum habentur. Scribunt autem eos hoc modo: Febres quæcunque non intermittentes, tertia die fortiores, fiunt periculosæ: quocunque autem modo intermiserint, significant quòd non periculosæ. Quibuscunque febres longæ, ijs uel tubercula, uel ad articulos dolores decumbunt. Quibuscunque tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt, ij cibo pleniore utuntur. Liquet autem quòd & hi interiecti fuerũt, à prioribus nihil aut parum admodum uerbis differentes: nos uero ipsos exposuimus in quarto horum commentariorum.

aph. 43. 44. & 45.

LXIII Si quis cibum febricitanti dederit: ut sano robur, sic laboranti morbus.

Scribitur autem & sic aphorismus: Si quis febricitanti cibum dederit, sano quidem cibus est, laboranti uero morbus. Vtraque uero locutio ab explicatiõe naturali, ad æmulatricem quam nominãt, recessit: nescio quid sibi uolentibus illis qui ita libri finem tam uarijs modis disposuerunt, nonnulla quidem eisdem uerbis scribẽtes quibus ipse antea usus erat, nõnulla uero paululum commutantes, aliqua uero tota interponẽtes, ueluti hunc propositum aphorismum, qui neque prope accedit ad Hippocratis explicationem. Ipse siquidem prius dixit: Non pura corpora quãto magis nutries, magis lædes. Et si ex morbo cibum assumens aliquis non corroboratur, significat corpus pluri uti alimento. Si uero cibum non assumente hoc fiat, significat quòd euacuatione indiget. & quædam alia huiuscemodi quæ germanam natiuamque habẽt explicationem. Qui uero propositum apposuit aphorismum, male æmulando, in cibo dixit: Qui sano robur, hic laboranti morbus. Vult enim dicere cibum robur quidẽ in sanis efficere, nocere autem ægris: uel per Iouem, sanis quidem augere robur, morbum uero laborantibus. Absurde autem explicuit inquiens cibum ipsum robur esse sanis, morbũ uero laborantibus: ~~qui neque robur est, sed~~ roboris ~~effectiuus~~: neque morbus, sed morbi effectiuus, uel quod rectius diceretur augens.

aph. 10. lib. 2.
aph. 8. lib. 2.
Cibus nõ est robur, sed roboris effectiuus.

LXIIII Quæ per uesicam excernuntur, inspicere oportet si talia qualia sanis excernuntur. Quæ igitur minime similia sunt his, hæc morbosiora. Quæ uero sunt sanis similia, hæc minime morbosa.

Omnia quæ sunt sanis similia in toto corpore, dictum est ab Hippocrate & in Prognosticis & in omnibus alijs libris, bonum aliquod significare: quæ uero dissimilia, contrarium. Hoc igitur nunc

A conatur dicere qui hunc composuit aphorismum. Suspicor enim neque hũc esse Hippocratis, ex ipsa elocutione conijciens, quæ non habet eandem cũ Hippocratica formam, & ex dictis ipsis quæ non æque sunt ut ipsius authoris alia, exquisita. Cum igitur inquit: Quæ minime similia sunt his, hæc morbosiora: quis non reprehenderet ipsum dicentem illa morbosiora, pro eo quod morbosissima? Nam uerbum, minime, cũ quadam exuperãtia dicitur, & multã significat ad id quod est præter naturam, euersionem. Vnumquodque enim quod prę ter naturam est, quantũ recessit ab eo quod secundum naturam, tantum habet prauitatis. Quæ igitur minime sunt ijs quæ secundum naturam se habent similia: sunt ijs quæ sunt secundũ naturã, maB xime contraria, & ideo morbosissima.

LXV Et quibus deiectiones si stare permiseris, & non moueris, ueluti strigmenta subsistunt: & si pauca, paucus est morbus: & si multa, multus: ijs confert alui purgatio. quòd si aluo non purgata dederis sorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.

De iudiij. *

Per aluũ exeuntia solet Hippocrates deiectiones ac subductiones nominare: & propterea quidam hoc loco acceperunt eius sermonem esse de ijs quæ per aluum euacuantur. Verum his aduersantur uerba illa quæ in sermone proponuntur, si stare permiseris, & non moueris. Hoc enim proC prie conuenit humidis, atque ideo alij rursus de urinis eundem accepere sermonem. Vtrique uero rursus diuisi. aliqui scribũt subsistunt, aliqui uero insistunt. Neutrum autem horum uerborum urinis repugnat, quia & per ea quæ subsistũt, & per ea quæ insistunt, consueuimus & pręsentium, & futurorũ etiam aliquid cognoscere. In alui autem excremẽtis, uerbum insistere, magis competit. Neque enim sicut in urinis prompta est atque expedita subsistentium cognitio, sic & in alui contingit excremẽtis. In urinis etenim & ipsum uas ex uitro factũ ostendit eorum quæ subsistunt naturam: & si in alio uase etiam continerentur, possumus id quod supernatat abijcientes, sola subsistentia relinquere. In alui autem excrementis, neutrum fieri potest. RurD sus id quod deinceps dicitur, Veluti strigmenta, ijs quæ per aluum excernuntur congruit: illis uero quæ quouis modo urinæ inferuntur, siue superius, siue inferius, nõ congruit. Nam quædam strigmentis similia per aluũ sæpius excernunt: & ita ea non modo Hippocrates, sed etiã alij medici nominare cõsueuerũt, nõ tamẽ in urinis. Hic igitur tã nominũ quàm uerborũ usus improprius ostendit præsentẽ aphorismum interiectum fuisse. Adhuc autem magis cum dicit his conferre alui purgationem. neque enim simpliciter, neque quouis modo illi cuius strigmẽtis similia alui excremẽta sunt, confert aluum purgare: sicuti neque ij qui ita affecti sunt, necessario læduntur in aliquo si cibum acceperint. Videmus siquidem cum alui inferioris

excrementa

excrementa biliosa fiunt, quædā similia strigmentis per aluum excerni, in quibus neq; õmes læduntur, sorbitiones accipientes, neq; prius eos purgare est necessarium, modo iam quicquid bilis inest, fuerit euacuatū. Adhuc autem magis, si urinis aliquid inferatur, quod sit ueluti strigmenta, purgare non cōuenit. Accedit ad hoc, quòd difficile est formam agnoscere qualem esse uelit eorum quę ueluti strigmenta inferuntur urinis. Verum qui hos aphorismos interposuerunt, mihi uidetur ad hunc finem eos cōposuisse, ut sermo confunderet̄ tanq̄ enigma quoddā, & multa indigeret inquisitiōe, in qua seipsos eorū quę dicunt̄ expositores cōstituentes, apud adolescentes laudem assequerent̄. Quòd autem omnes obscuri sermones dent sophistis garrulitatis occasionē, fiet tibi in hoc ipso aphorismo manifestum. Quidam enim eorum qui eum exposuere, aiunt nō uetare Hippocratem quin dentur sorbitiones hoc modo affectis, sed plures sorbitiones, quum dicat: Quanto plura dederis, magis lædes. quasi non etiam alij quicunq; indigent sorbitionibus, non lædantur à pluribus, uel quasi non consequatur ad illum qui dicit: Quanto plura dederis, magis nocebis: putare ex paucioribus minorem fore læsionem. Veruntamen propter malum elocutionis modum, sophistis datur facultas inueniendi solutiones, & magis quando licuerit addere aliquid uel adimere, & scribendo transponere: quod in obscuris sermonibus facere consueuerunt. Statim enim in hoc aphorismo quidā ipsum exponentes, cōiunctionem & adijcientes, quod alij sequentis aphorismi fecere principium, id huius finem constituunt, ut sermo ita se habeat: Si uero aluo non purgata dederis sorbitionem, quanto plures dederis, tanto magis nocebis: & quibus infra cruda deijciuntur, quanto uidelicet plura dederis, magis lædes. deinde aliud initiū facientes scribunt, ꝙ ubi atra bilis inest, si plus, maior est morbus: si minus, minor. Plures uero expositores aliter exponunt & scribunt eo modo quo subscriptū est: Quibuscunq; cruda infra deijciūtur, quoniam atra bilis inest: si plura, maior: si pauciora, minor est morbus. Dictum autem est antea quòd & aliæ quædam scripturæ sunt. licitum est enim in obscuris unicuiq; pro arbitrio scribere, cum nulla lex sit transcribentibus posita. Sæpius autem nō propter obscuritatem, sed propter sermonis falsitatem coguntur aliquid addere prius inuētis, aut adimere, aut scripturam transponere. ueluti exempli gratia in hoc aphorismo, cuius uerba primi expositores aphorismorū, quorum unus est Herophilus, Bacchium dico, Heraclidesq; ac Zeuxis Empirici, in hunc modum scripserunt: Quibuscunque inferius cruda deijciuntur, atræ bilis sunt: si plura, pluris, si pauciora, paucioris. Quia uero hic sermo particulare quiddam explicat, dictus autem est tanquam uniuersalis, ideo præbuit dubitandi occasionem: Sed id quod dicitur, quantū ad uerba attinet, nullam habet quæstionem, cum eorum scriptor uelit ostendere quibus cruda deijciuntur, in eorum in- A strumentis quæ concoquendi uim habent, esse atram bilē; ex qua refrigerata deterius concoquūt: modus incoctionis est qui à cruditate fit: cui flaua bilis contrarium agit. nam quæ propter eam incocta remanent, fumosa sunt. Quidam uero & hunc sermonem etiam de urinis dictum arbitrantur.

Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, sanguineæ, biliosæ, & fœtidæ, omnes malæ. Cum uero bene excernūtur, bonum est, & per uetrem, & per uesicam: & ubi aliquid secedens steterit non purgatum, malum. LXVI *Aph. 47. sect. 4.*

Et hic aphorismus supra scriptus est, hoc modo: Excreationes in febribus non intermittentibus li- B uidæ, sanguineæ, fœtidæ, omnes malæ: sed si bene excernūtur, bonum est, & per aluum inferiorem, & per urinas. Si uero aliquid per loca excernitur quod non conducat, malum. Nos uero ipsum exposuimus in quarto horum commentariorum. *aph. 47.*

Corpora oportet ubi quis purgare uoluerit, fluida facere: & si supra, sistere aluum: si uero infra, humectate. LXVII

Et huius sermonis pars prior fuit in præcedentibus scripta, non adiecto uerbo, supra, & sequentibus, quæ quispiā uolens adijcere hoc in loco, rursus scripsit aphorismū cum expositione per quam uerus esset. Quòd autē sit altera expositio uerior, quam nos multa experientia inuestigauimus, di- C ctum est superius in † quarto commentariorum. *habetur in secundo, aph. 9.*

Somnus, uigiliæ, utraq; modum excedētia, morbus. LXVIII

Et hic aphorismus in quibusdam exemplaribus fuit interiectus, q̄ prius dictus est totus eisdē uerbis, præterq; in fine. hic enim morbus, illic autem malum scribitur, quæ scriptura est longe melior. *lib. 2. aph. 3.*

In febribus non intermittentibus si exteriora frigent, interiora uruntur, ~~& febris habeat,~~ *& sitim habeat,* letale. LXIX

Et hic aphorismus imprudenter scriptus est, cū melius suprà dicatur sine uerbis illis, & febris ha- D beat. Nam cū in principio dixerit, in febribus non intermittentibus, uana est rursus in fine sermonis adiectio, & febris habeat. *lib. 4. aph. 48.*

In febre non intermittente si labrum, aut nasus, aut oculus, aut superciliū peruertitur, si non uideat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors prope est. LXX

Et hic aphorismus antea dictus est, his uerbis: In febre non intermittente, si labrum, aut nasus, aut oculus, aut supercilium peruertitur, si non uideat, si non audiat, & iam debilis sit: quicquid horum fuerit, mors prope est. *lib. 4. aph. 49.*

A pituita alba, aqua inter cutem superuenit. LXXI

Quod dicitur, tale est: Quibus in uasis & in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit aceruata, ijs aqua inter cutem (quę leucophlegmatias ab alba pituita nomen habet) superuenit.

LXXII Ab alui profluuio, difficultas intestinorum.

A communi uidelicet subaudire oportet, superuenit, abrasis paulatim intestinis, deinde in profundum malo subeūte, atque ita ulceratis. Prius uero in aphorismo legitimo melior scriptura est hoc modo: A syncera deiectione, difficultas intestinorū. & nos hunc aphorismum exposuimus ~~in sexto~~ horum commentariorum. *aphorismo vicesimo tertio.* *aph. 23. lib. 7.*

LXXIII A difficultate intestinorum, leuitas intestinorum superuenit.

Et hic aphorismus est pars prius dicti, per hæc uerba: Qui lienosi à difficultate intestinorum corripiuntur, ijs superueniente longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem superuenit, aut leuitas intestinorum, & pereunt. Nos uero ipsum exposuimus in sexto horum commentariorum. *aph. 43.*

LXXIIII A corruptione, abscessus ossis.

A communi hic quoque subaudiendū est, superuenit. Vtrum uero ad ossis corruptionē ipsius ossis sequatur abscessus, uel carnis circūstantis, non manifestauit. Vtrunque autem potest esse uerum.

LXXV A sanguinis uomitu, tabes, & puris purgatio supra.

In tabe, fluxio ex capite: in fluxione, alui profluuium: in alui profluuio, astrictio purgationis superioris: in astrictiōe mors. In pluribus exēplaribus, & apud plures expositores scriptum est: In sanguinis uomitu corruptio. In quibusdam tamen exemplaribus hæc habetur scriptura: In uomitu sanguinis, tabes. Videntur autem & hæc ex pluribus Hippocraticis enunciationibus fuisse collecta, & corrupte composita, ab illis pręcipue aphorismis: In sputo sanguinis, puris sputum, & fluxus: quum uero sputum retinetur, moriuntur. *aph. 16. lib. 7.*

Hæc oīa sunt in textu Hipp.

LXXVI Qualia fuerint uesicæ aut alui excremēta, & ex carnibus, & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum, paucus est morbus: si multū, multus: si ualde multum, letale est.

Hic ultimus aphorismus in multis exemplaribus scriptus est, in quibusdam uero & alij adiecti sunt, eodem modo quo & illi omnes quos percurrimus ex legitimis ita fraudulēter cōcinnati ut nō nulli eisdem uerbis scribantur, nonnulli parū euarient, nonnulli parua facta adiectione similes sint ijs quos scripsit Hippocrates: quare ne ipsos quidem duximus adijciendos. nam neque hic nunc propositus aliquid plus nobis ostendit ijs quæ sæpius Hippocrates manifestauit. Sed et modus explicandi haudquaquam Hippocrati conuenit. Nam qualia uesicæ fuerint aut alui excrementa, redditione indigent. Summa tamen (ut dixi) uera est. nam si paruus sit à natura exitus in quauis parte, minorē morbum: si uero plus, maiorem: si uero admodum multus sit à natura recessus, mortalem debemus morbum iudicare.

CL. GALENI ADVERSVS LYCVM QVOD NIHIL IN EO APHORISMO HIPPOCRATES PECCET, CVIVS INITIVM, Qui crescunt plurimum habent caloris innati.

IVLIO ALEXANDRINO TRIDENTINO INTERPRETE.

CVM in Hippocratē nulla in se cōflata hominum inuidia scripserit Lycus, tum cuicunque collibitum hoc est, lōge adhuc minore eos onerandos inuidia existimo, si qui quæ perperam in illū cōgeruntur crimina diluere ualēs, ueluti apud utrorunque libros in iudicio lecturos, defensionem paret: præsertim cum qui accusat, ante quàm ea quæ dicunt discendo percipiat, audacius agit, qui uero defendit, in ueteris magistri placitis exercitatus sit. commentarios itaque scripsit quidem Lycus Hippocratis aphorismos exponētes, utrobique aūt hominis placita male accipit, & cum reprehēdere, & cum eorum quæ ab illo dicuntur, nonnulla laudare se putat, nec minus, in quibus contradictionem molitur. nam nec quæ ab eo laudantur inter Hippocratis placita ponūtur, uerum Lyci figmenta sunt, & per quæ contradicit aperte seipsum prodit, Hippocraticæ artis ne elementa quidem tenere: cui uero elementorū scientia nō adsit, multo is sanè minus artis illius, aut eorum quæ ab illa ueniunt tanquam syllabas nouerit. itaque si primus ego, aut unus demum essem, qui censere Hippocratem dicerem ex calido, frigido, humido, ac sicco animantium constare corpora, minus fortasse audacter Lycum accusarē, quòd antequam Hippocraticæ artis elementa teneret, librorū ipsius scribere enarrationes aggrederet: neque enim aut eos qui alienis placitis nomen dedere, aut ne principia quidem artis

artis utilia agnoscunt, explanare aphorismos decet, sed quod ab ineunte ętate didicere, eius rursus probant, aut damnant placita. Lycus autem Hippocraticæ artis ignarus adeo est, ut quum primas cōmentariorum eius in aphorismos expositiones perlegissem, Deos tester omnes nō potuisse me reliquæ libri parti percurrendæ animum adhibere, adeo mihi uisus est à ueteris magistri sententia aberrare. Cum uero amicorū cuidam uisum fuisset, ut ijs quæ ab illo in aphorismo, in quo ait, quæ augentur plurimū habent caloris innati, scripta sunt, aures accōmodarem, deinde alij etiam quamplurimi me hortarētur ut eius obiectionibus responderem, hac ductus necessitate scribere ista aggressus sum. sed quò facilius quæ ab illo dicuntur, & à nobis dicenda aduersus ea sunt, intelligant, qui ferre de hac re sententiā debent, præfari pauca quędam oportet. Calorem inesse nobis in aperto apud omnes est; utrum autem ex cordis atq; arteriarū motu generetur is, an uero quemadmodū connatus cordi motus est, ad eundem etiam modū se habeat calor, diuersa de his sensere medici. Cæterū si quis est qui perdiscere scientifice cupiat animantiū cunctorum generationis primordia calidum esse & frigidum, & siccum, & humidum, unum is conscriptum à nobis librū habet, in quo quid de hoc Hippocrates sentiat, explicamus demōstramusq;, cui quidem titulum fecimus De elementis secundum Hippocratem. ab hoc deinceps libri De temperaturis habentur, in quibus quænam corpora maiorem calidi elementi portionem, quæue minorem adepta sint, ostendimus, utq; hāc ipsam ob causam calidiora hæc, illa frigidiora natura facta sint. nam cum uniuersis nobis calidum insit elementū à prima statim origine innatum, quam sortiti ex semine ac sanguine menstruo sumus: distamus tamē inuicem, quòd magis minusq; alius alio calidus reperiatur: sunt tamen latitudini huic quidam tanq; termini præfixi, quos ultra si temperamentū progrediatur, aut ægrotare nos, aut iam interire necesse sit. ut enim plus iusto refrigerati morbos contrahimus frigidos, sic cum extra sanitatis campū excalfacti fuerimus febrem incidimus. quinetiam febrium ipsarum quædam exacte siccæ habentur, sicuti exquisiti ardores: quædā uero summe humidę, quod genus illę sunt, quas Greci τυφώδης uel ἐλώδης appellāt. Quòd si alicui uocabula hæc nō admodum placēt, aut res alias istiusmodi nomenclaturis notare consueuit, huic ego clarum oratione faciam quales esse humectas febres dicā, quum à prima statim die ægrotātes sudant, sudoreq; ipso aut parum, aut nihil leuātur, has ego humectas appello febres: siccas è diuerso eas uoco, in quibus sitis urget uehemens, ac scabra uisitur lingua, durataq; tanquam corium cutis, plurimusq; in uniuerso adest corpore squalor. Sunt & aliæ quædam febres totius corporis transpiratione tangētibus infesta, ut & pungi & morderi uideant, quod ipsum etiam dupliciter fit. nam quod sentimus aereū siccum interdum nobis, interdum humidum, ueluti

A uapor quidam apparet, nec iam aliæ in sanis reperiuntur temperaturarum inter se differentiæ, quas à recta declinare temperie dicimus, quarumq; naturalem, quantū fieri à nobis potest, intemperiem corrigimus, quæ non postrema est, sanitatē tuētis artis pars. Quæcunq; uero temperata natura corpora instituit, in his nihil se huiusmodi tāgentibus offert: quippe quę exquisita temperie constant, ut nec caloris defectum sentiant, quod senibus refrigeratisq; accidit, neq; uero excessum, quod his euenit, qui labore usi sunt nimio, aut æstiuo se soli diutius exposuere, ac multo sane minus mordacitatis, aut molestiæ quicquā horum obtinet calor. Verum, ut quæ dicuntur apertius intelligantur, optime à nobis fiet, si in memoriam balnea reuocabimus, B in quibus una cum sit temperatorum formula, multæ uisunt intemperies. una enim balnei intemperies ea est cum plus, quàm usus postulat, repertum id frigidum fuerit: altera quum ad molestiam usq; excalfactum sit: tertia cum nec frigiditatem eius, nec caliditatem damnantes, uapore tum repletum esse dicimus, hocq; illud nomine culpamus. Quis eñ est qui nesciat, qui modo homo sit, temperatam sæpius nō solum aquam reperiri, sed ad eundem etiam modum aerem atq; uaporē: sic etiam tēperatus in ipsis balneis lapis est, per quem nec caliditate nimia, nec frigiditate, neq; ariditate, nec iam humoris redundantia culpata, uolutari possumus. Igitur quemadmodū in aqua, lapide, aere, eodem modo in uapore temperata inest caliditas. C Qui quoties balneum temperie hac præditus repleuerit, qui lauātur balneum quidem huiusmodi damnant, deq; eo quæruntur, non tamen frigidius id, aut calidius appellant. Quòd si huiusmodi etiam aliquid accesserit, duplici balneum culpa notāt, frigidum id esse dicētes uaporisq; plenum, quemadmodum rursus nimio cum uapore immoderate calidum. non tradamus itaque hæc obliuioni, neque præ nimia, quam nonnulli ostentant, sapientia, quæ uniuersim hominibus cunctis aperta sunt, destruamus. Verum quoties dicentem de animali audiemus aliquem, quòd huius temperatus calor sit, intemperatus illius, balneorū recordati cum erimus, non erit ad diuersum quippiam dirigenda cogitatio, D sed illuc, quo quicunq; communes notiones integras seruant, quotidie quum in alijs permultis, tum uero in his de quibus mentionem iam fecimus, balneis, dirigunt transferenda. calidum itaq; balneum esse inquiunt, ac frigidum: uaporis item plenū, siccumue, atq; aridū singulis his nominibus propriam rem aliquam significātes. Est igitur præter hæc, quę retulimus aliud quoddam balneū fumo plenum, et eo numerosissimarum specierū, siquidē alius ex roboreis lignis, ex ficulneis alius, oleagineisue cōstat, ac pro unaquaq; arbore alius, atq; alius. sed his particulatim differētijs in præsentia nō egemus. satis nunc sit, si uniuerso genere hoc unica nomēclatura atq; intelligentia comprehenso fumidū esse balnei aerē dixero, nihil hic nec calore illius, nec frigore dānato,

aut

In balneo siquidem, atq hominis, calor debet esse, non tepor. Tepiditas .n. in hus, ut febre esse frigiditas, ob id etiam damnatur.

aut etiam (si forte ita cōtingat) utrobiq; culpato, & quòd calidū balneū, & quòd fumidū sit. uerum omissis iam balneis, age eorum, quæ quotidie domi nobis accidūt, recordare: quoties ędium in quibus degimus, nunc humiditatē, nunc uero frigiditatem nimiam, aut caliditatē culpamus. Num igitur ad eundem modū domus aerem in magnis sub Cane caloribus damnamus, & cum repletus is fumo fuerit, an potius hic quoq;, quemadmodum in balneis nonnunq; calore inter se nihil quidem distant: est autem horum alter hoc tantū unum, nempe calidus aer, alter præter id fumidus etiam. ac calidus quidē aer lachrymas nunq; ciet, cum tamen fumidus, etiam si modice calidus sit, id semper faciat. Quam ob rem planū hoc in loco aperte factū esse arbitror, mordacē caliditatē, non quòd magis excalfaciat, uerum alia quadam re differre. Quocirca sæpenumero cum ad flāmam, quæ fumo careat, maximā, proxime accesserimus, adeo calescimus, propè ut aduramur, nullus tamen, quod euenire in fumo solet, morsum sentit, nec lachrymas oculis mittit. miremur igitur si quis sit qui hanc in fumo quidem ac flamma differentiā deprehendat, in corporibus uero nostris interdū quidem uehementissimam caliditatem nō persentiat, qualis est flammæ, interdū autem qualem fumi, mordacem infestamq;. nec sanè minore admiratiōe prosequamur, si quis animantiū caloris intemperies, ijs quę in balneis domibusq; reperiuntur, proportione respondere nō concedat. Ergo quēadmodū alius domus aer est fumidæ, alius calidæ solummodo: ad eundem opinor aperte modū diuersus ab his est, in quo accensarum lucernarum multitudo sit, aut facis, quę fuliginem mittat. quo fit, ut fumidum alterum uocemus aerem, alterum fuliginosum, nimirum eum qui ex materia ad plenum perusta uenit. siquidem cum utrunq; flammæ excrementum sit, hoc est inter fuliginem ac fumum discrimē, quòd fuligo terreæ est materiæ ad plenum perustę exhalatio: fumus neq; ex perusta, aut terrea, uerū ex semiusta, exq; humida terreaq; substantia composita materia fit. Quicunq; igitur in Hippocratis placitis legitime uersatus fuerit, is demū didicit eius, quam medici omēs usitato iam uocabulo sensum latentem transpirationem appellāt, qua difflantur corpora, aliam quidē talem esse qualis uapor est, aliam autem qualis aer siccus, atq; aliud esse, quum quæ uideri possunt, exeunt humiditates.

Desiderantur quædam.

Hæc sunt quæ attulit Lycus uerba, dum probare nititur, nihil aliū ab alio differre calorem, quæ iam non quidem dum à nobis refellantur, expectant, cum ipsa sponte sua corruant. quid enim tandem ait? Calor qua calor intelligitur, nullam obtinet cum calore alio differentiam. si igitur nihil orationi appositum significat hoc qua calor intelligitur, subtrahamus inde penitus id: sin aliqd notat, aperte calorem à calore secundū quidem hoc minime, sed secundū aliud tamen aliquid distare monstrat. nam si nulla ratione differt, quorsum attinuit uer-

A bum qua addere. sin alia quidē ex parte differt, hac non differt, secundū id quod differt differentiæ intelligantur. si namq; secūdum quod unumquidq; dicitur, tantummodo cōsideretur, iam rerum omnium discrimina tollas licet. animal quatenus animal est, nihil ab alio distat animali: plāta quatenus planta, nihil ab alia distat planta: arbor quatenus arbor, nihil ab alia differt arbore. nū propterea animalium differentiæ non sunt, uolatile, pedestre, natatile, aquatile, terrestre, aereū, aut mortale & immortale, aut rationale & irrationale, aut domesticum & syluestre, aut timidum & audax, aut aliorum quæ scimus discriminū unumquodq;? nam quid attinet plura referre? Sic etiam inter plantas arbor aliud est, aliud frutex, aliud spina, herba B aliud, suffrutex etiam aliud. an potius cum animalia omnia quatenus animalia nihil inter se distent, tamen has quas modo retuli, uniuersas, ac præter eas permultas etiam alias animalis esse differētias uere quis dixerit. nec iam aliter dicendum de plantis. neq; ēm planta à planta eo distat, quòd hæc quidem rationalis sit, illa irrationalis, neq; quòd uolatilis hæc, pedestris illa sit, neq; uero secundum aliquam earum quas modo enumerauimus, differentiam. quemadmodum sanè nec animal ab animali differt, quòd hoc quidē frutex sit, illud spina, hoc arbor, illud herba, hoc suffrutex, illud cedrus, uerum plantarum potius generi huiusmodi attribuitur sectio. Quinetiam morborum differentias Lycus ipse plurimas colligit. atqui morbus à morbo C quatenus morbus, nihil differt, sicuti nec symptoma à symptomate, quatenus symptoma, horum tamen nihilominus differentias scribere aggreditur Lycus, sicuti lateralis etiam doloris, ac aliorū morborum omnium. atqui laterum dolor, qua dolor laterum, à laterali dolore alio minime distat, cum tamen inter hos alius sit, qui dolorem ad iugulum usque, alius qui ad præcordia extēdat. ad eundem modum alius est, in quo infectum colore aliquo sputum uisitur, alius huic oppositus, in quo nihil expuitur, qui ἄπτυσος à nonnullis uocatur, id est, sputo carens, aliæq; præterea differentiæ plurimæ sunt, secundum quarum diuersitatem diuersam etiam esse curationem contingit: quas tamen ipsas, ac febriū præterea ipsarum differentias nobis niti D tur Lycus tradere. atqui siue illæ ob caloris redundantiam, siue ob qualitatis mordacitatem fiant, febris cū febre, qua quidem febris est, nulla cōstituetur differentia. Quāobrem orationem ineruditam adeo perquirit Lycus, ut non sentiat artes se inde planè omēs euertere: siquidem in rei uniuscuiusq; differētijs noscendis artes cōsistunt, de quo Plato etiā in Philebo prolixius inter ipsa statim libri initia disseruit, nec ab illius discesserūt opinione Aristoteles, & Theophrastus, et Chrysippus, & Mnesitheus, ac nullus quidē est, qui non eadē in opere De arte disserat de hac oratione. uerba porrò quæ primū de artium cōstitutione Plato attulit, ad hūc se habent modum: Socrates. Vna quidē quæ ore » egreditur in nobis uox est, ac multitudine rursus »

infinita

infinita tum omnium, tum uniuscuiusq;. Protar-
chus. Quid ni? Soc. atq; ex horum neutro sapien-
tes reddimur, neq; eo quòd infinitum illius scia-
mus, neq; uero quòd unum, uerum quod, quot,
qualiaq; ea sint nouerimus, id est demũ quod no-
strum unumquenq; grammaticum reddat. Prot.
uerissime dicis. Soc. nec iam musicũ quod faciat
diuersum ab hoc est. Prot. quonã modo? Soc. uox
utiq;, ꝙ ad artem illam attinet, una in ea est. Prot.
Quid ni? Soc. ponamus autem duo, graue, & acu
tum, ac tertium præter hæc æquitonum, an aliter
tibi uidetur? Prot. ita censeo. Soc. nõ tamen pro-
pterea edoctus adhuc probe musicam fueris, cum
hæc sola sciueris, nec nisi ad plenum, (ut ita dicã)
ea teneas, quicquam egeris. Prot. nõ sane. Soc. ue-
rum id tum amice assequere, cum uocis, quod qui-
dem ad eius spectat grauitatẽ acumenq;, quot sint
numero interualla, ac qualia, & interuallorum ter
minos apprehenderis, tum quæcunq; ex his ipsis
factæ compositiones fuerint, quas, cum qui ante
nos fuere perspexissent, nobis, qui illos sequimur
uocandas reliquere harmonias. Nec minus in cor
poris rursus motionib. alias inesse huiusmodi affe
ctiones censent, quas ipsas numeris dimẽsas opor
tere aiunt rythmos, mensurasq; appellare: simul e-
tiam illud intelligendum, ad hunc esse modum in
re omni de uno ac multis insimul cõsiderandum.
cum enim hęc ipsa hoc apprehenderis pacto, tunc
sapiens euasisti: cumq; rem quamcunq; aliam hoc
modo cõsideratam tenueris, sic demum in hoc fa-
ctus prudens es. ac sanæ quidem mentis auditori-
bus satis hæc fuerat ex Platone audijsse pro artiũ
uniuersarum cõstitutionis indicatione. neq; enim
fieri potest, ut uel solius rei artifex quis sit, nisi re-
rum prius differentias teneat: non tamen ab re fue
rit, si quemadmodum Plato non cõtentus sola ser
monis summa in exemplum præter hæc claritatis
gratia addidit, grammaticam ac musicam, ita nos
exemplum quoq; afferamus, unum artis quidẽ pi-
ctoriæ, sed eius quæ subiecta illi sit, colorum mate
riæ. nempe enim hoc etiam in loco affirmemus li-
cet inter colorẽ & colorem qua color est, nullum
esse discrimen, exq; hoc uniuersas eorum differen
tias tollamus, id quod Plato etiam tandem ipse in
Philebi notauit principio. cũ enim uoluptates di-
stinxisset Socrates, nec eas, qui cum eo differebat
inter se distare omnes concederet quatenus uolu-
ptates sunt, simillimasq; esse illas diceret, huic isti-
us rationi uerbis his obuiã it Socrates. etenim in-
ter colorem etiam & colorem ô uir diuine secun-
dum hoc nihil distat, quatenus quidem color ho-
rum unusquisq; est, omnes tamẽ albo nigrum præ
ter id quòd diuersum ab eo sit, etiam contrarijssi-
mum esse scimus. quin etiã figura omnis cum alia
secundum idem genere una est, illius tamen parti-
um quædam oppositissimæ sibijnuicem sunt, quæ
dam diuersitatẽ inter se obtinent infinitam, ac per
multa etiam alia sic se habere comperiemus. quare
noli fidem rationi huic adhibere, quæ unum con-
trarijssima omnia faciat. hæc sunt fermè eius de co

A loribus ac figuris uerba. in q̃bus uero de uolupta-
te disputat, sic habent: Voluptate quidem affici di-
cimus & proteruientem, & modestum, nimirum
hoc ipso quòd modeste agit, uoluptatẽ etiam sen-
tire insanum dicimus, insanarumq; opinionum, ac
spei plenum, ac prudenter agentem, eò ipso ꝙ pru
denter agat, nec sanè merito pro insano habeatur,
si quis uoluptates has similes inter se esse utrasq;
dixerit. Cæterum quemadmodũ uoluptatum diffe
rentias uerbis his Plato breuib. demonstrauit, ple-
nius autem eas per uniuersum librũ exposuit, sic
artiũ in duobus libris discrimina explicuit, sophi-
sta ac politico. Quid igitur? Scientiarũ ac uolupta
tum differentię erunt plurimæ, ac colorum præter
hæc, figurarumq;, uocisq; tonorũ, tum etiam æta-
B tum, horarũ, regionum, morborum, rerum deniq;
aliarum omniũ, in solis uero calidis, aut nullæ om
nino erunt, aut quæ cognosci ab hominibus non
possint? Cæterũ Lyci ratio hæc unius (ut ipse qui-
dem existimat) caloris, re aũt uera rerum aliarum
omniũ differẽtias tollit, siquidẽ rationis uis huius
eodem omnibus modo cõuenire potest. eadem e-
nim de humoribus quoq; ipsis deinceps dicam, ni
mirũ nihil eos distare inter se quatenus humores
sunt: in quo uero insigniter præter alia peccat, hoc
est, ꝙ artes etiam uniuersas de medio tollit, quippe
quæ ex specierũ constituant̃ differentijs. & Plato
quidẽ, cum prius de artiũ constitutione in summa
dixisset, exẽplo deinceps rationẽ aperuit, dum o-
stendit quemadmodũ cognitis demum constituat̃
C uocũ differentijs grãmaticæ ars. at Lyci ratio tum
hanc, tũ cum illa pariter musicã tollit, aliasq; prę te
rea omnes, dum uidelicet uocis huius, quatenus
hoc aliquid intelligit̃ unicam censet esse differen-
tiam. uideto igit̃ quomodo prius quidẽ gramma-
ticam artẽ, deinde uero alias quoq; omes ratio ip-
sius tollat. Impossibile uidet̃ mihi, ac nulla fieri ra
tione posse, uocẽ hanc quatenus intelligit̃ conside
ranti, ut cum alia uoce secundũ quidem pronũcia
tionem ipsam, differentiã habeat, cum tamen pro-
prietate quadã differat, nẽpe qualitate, quæ in pro
nunciatione ponit̃. Quæ sanè ratio eadẽ undecũq;
est, atq; illa quę inter prima Lyci uerba scripta est,
ijsq; ipsis illius uerbis omnib. cõstat, uno tãtum co
loris uocabulo in uocis nomẽ mutato, ut si ualida
D illa futura, hæc quoq; sit. at ualida hæc nõ est: neq;
igit̃ illa erit, nisi forte Lyci populares uocẽ ε, non
iam diuersam ab ο esse existimauerint, uocẽ aũt ο
ab ω differre. sin has quoq; ipsas diuersas inter se
esse fatebimur præterquã has α ι υ, tum reliquas
quascunque literas, hę quidem quatuor & uiginti
erũt. quæ uero illarũ differẽtias nouit, ars est gram
matice, sicuti musica quoq; ipsa uocum acumẽ, ac
grauitatem callet, quas tamen ipsas quoque nihilo
sanè minus Lyci ratio tollit. uox enim quatenus
uox est, à uoce non discrepat, quum uocis tamen
mediæ sonus sicuti extenta mediarum tono acu-
tior, ita eius quæ prope mediam est tono grauior
sit: ac rursus inter has ipsas uocis extentæ sonus to
no subprincipalis mediarũ acutior, eius uero quæ
prope

prope mediam eſt grauior ſonus hemitonio tertiæ A diuiſarũ, horumq; deinceps acutiores alij, alij grauiores, atq; alij deinceps, quouſq; ad acutiſſimum omnium, grauiſſimũq; ſonum perueniamus. Quæ ſane omnia non animaduertit à ſe optimus Lycus tolli, dum dicit, impoſſibile, mihi, nec ulla ratione fieri poſſe uidetur, calorem hac certe ratione conſi- * deranti qua intelligitur, nempe ſecundum calefactionem uti ab alio item calido differat. mirum uero, ni dum inter colorem quoq; qua color eſt differentiam eſſe ullam negat, pingẽdi artem de medio tollat, quæ rubrum, album, nigrum, flauum, atque alios id genus colores ſub oculos ponit. magis ſcilicet perſuadebit, quæ de coloribus affertur ratio, quàm quæ dicta eſt de calido. calidum enim à calido diſtare quidem, non tamen alterum alteri con- B trarium eſſe dicimus: colorem uero à colore nõ diſtare ſolum, ſed etiam albo oppoſitiſſimum eſſe nigrum. Dicet hic Lycus, quo nam tãdem fieri modo poteſt, ut color qua color intelligitur colori contrarius ſit? et uere quidem, (ita me Dij ament) exiſtimabit, colorem, quod quidem ad colorem attinet, colori contrarium nullum eſſe. uerumtamen quemadmodũ uerum hoc eſt, ſic etiam illud, nempe nigro album nõ ſolum differre, ſed hactenus etiam differre, ut cõtrarijſſimũ illi ſit. & quonã tandem pacto fieri poteſt, dicent fortaſſe ij, qui Lyco omnia deferunt, ut idem unũ, ſimul ac contrarijſſimum ſit, ſicuti in nigro et albo. quibus hoc ſaltẽ dicemus, ut ſiquidem impoſſibile eis uidetur idem ſimul cum nigro album eſſe, ſimul etiam illi contra- C rium, alterum horum eligãt. Nam Plato, quemadmodũ ſanè & Ariſtoteles & Theophraſt. fieri poſſe exiſtimat, alterius ab altero cũ genere idẽ ſit, tantam tamen habere ſpeciei differentiam ut contrarijſſimum ei ſit. at ij, ſi non ſermonem uerum eſſe utrunq; cenſent, manifeſtiorem eligant. porrò manifeſtius eſt, quãto id etiam magis apud omnes in confeſſo eſt, nigro contrarium eſſe album. quòd ſi uerum hoc eſt, uerum autem ſermonẽ utrunq; eſſe poſſe negant illi, & qui nigro contrariũ eſſe album dicit, & qui idem, non ſanè rectè exiſtimant, cum à nigro quatenus color eſt, nihil differre album dicunt. Atq; is quidẽ qui in Platonis libro cum Socrate unà diſputat, uenia fortaſſe dignus ſit, dum à diſſecanda in differẽtias uoluptate Socratem pro- D hibet. nuſquam enim iſtiuſmodi adhuc inueniebatur liber, qui fieri poſſe doceret, ut tametſi multa multis genere eadẽ eſſent, eouſq; tamen differrent, ut contrarijſſimã ſibijnuicem ſpeciem, naturamq; obtinerent. cum uero ſcriptus aliquãdo à Platone Philebus ſit, in quo rei docet ueritatem, ſiquidem librum hunc Lycus nunquã in manus legendum ſumpſit, hominis doctrinam ſuſpicio, ſin quum legiſſet, nõ intellexit, tamen ingenij perſpicacitatem demiror. quòd ſi poſtquam intellexiſſet, perſuaſus inde nõ fuit, felix eius iudiciũ agnoſco. prò deum immortalem, reperietur aliquis, qui dialectica ipſa ne à limine quidem ſalutata ſermones interroget? Græcum tu aliquem inuenias medicum, grammaticum, rhetorẽ, philoſophũ, alium omnino quempiam, qui modo literis incumbat, qui Platonis nõ legerit Philebum? quanq; quid Philebum dico? neq; enim in eo ſolum propoſitam rationem edocuit Plato, ſed in libris multis etiam alijs mentionem de hoc fecit, ex quibus unum ſaltem oportuerat optimum Lycum euoluiſſe, eum qui ſermones perquirere ſciẽtificos ſtudebat, cum turpe ſit eum qui Hippocratẽ redarguere conatur, & ſermones interrogat (ut ipſe quidem exiſtimat) quod uolũt perficientes, uideri ne prima quidẽ tenere eorum, quæ inter philoſophos tractantur. Cæterum admirãdum ſanè de humoribus exemplum attulit. hoc eſt enĩ quod uult, quatenus humores omnes ſunt, nihil eos inter ſe diſtare: ſecundum quòd autem ij quidem acidi ſunt, illi uero acerbi, ij ſalſi, dulces, illi, ſecundum hoc differre, in quibus ſuam ipſe uocem ignorat. cum enim qua humores differunt, dicat, arbitratur inde ſe nullum eſſe in his diſcrimen probare, fruſtraq; horum differentiam Hippocratem attuliſſe, fruſtra etiam uniuerſum de ſuccis opus conſcripſiſſe Theophraſtũ. atqui uocabulum quoq; hoc ſuccus humoris differẽtiam quandam præ ſe fert, quæ item, tametſi humoris differentia quædã ſit, nihilominus in plures ſecari poteſt differẽtias alias. uerum nihil ſanè admiratione dignum ſit Lycum, qui eouſque rerum ignarus eſt, ut putet aſtringentem in aceto ineſſe qualitatem, hanc aduerſus Hippocratem auſum fuiſſe cõtradictionem ſcribere. quæ enim tam ſunt manifeſta, Anazarbeus quoq; Dioſcorides nouit, tum quicunq; de materia commẽtarios ſcriptos nobis reliquere, in quibus alia quidem ſalſa appellant, alia ſalſilaginoſa, alia amara, alia dulcia, alia auſtera, alia acerba, alia adſtringentia, alia acria, alia acida. at eminentiſſimus Lycus, aut quod inter acidam aſtringentemq; qualitatem diſcrimẽ ſit, penitus ignorat, aut guſtandi amiſit uim, prorſus ut nullam humorum differentiã percipiat. apparet enim eum non alium ex aceto, quàm ex pyro, aut meſpilo aliquo, aut pomo, aut cydonio ſenſum capere. atqui omnes homines ex pomis quædam acida uocant, quædam aſtringentia, nonnulla dulcia, ſicuti mala quoque punica opinor tum acida, tum aſtringẽtia, tum uero dulcia appellãt. at in uinis adſtringens qualitas ab acida ſeparata ut bonitas à uitio eſt, quorũ quæ aſtringenti qualitate prædita ſunt, generoſa ſunt, acidum uero ſecundum naturam nullum: quin ſi quid his uel parum acoris acceſſerit, cõtinuo ut in acetum mutẽtur, fore ſuſpicamur. fortaſſis igitur, neq; oxylapathum neq; oxalida Lycus à lapatho & lactuca diſtinxerit, quibus ut adſtringentis qualitatis ne minimum quidem, ſic acidæ plurimum certe utriſq; ineſt. mirũ igitur profecto ſit, ſi quum ab acida qualitate denominata iſta ſint, nihil illius acetum participet, quod ὄξος Græcis dicitur. ita fit, ut qui ne cõmunes quidem ſenſus integros ſeruat, Hippocratem accuſare Lycus audeat. itaque multo ante quæſtionem nouit, quæ naturales de humorum numero tractant. ſecundum enim hoc nihil

nihil uidetur inter humorem & humorẽ discriminis esse, quatenus quidẽ humor est. scirem igitur perlibenter cuinam tandem rei differentiæ conueniāt hæ, dulcis, acidi, acris, amari, salsilaginosi, salsi, acerbi, austeri, astringẽtis, pinguis. nam si humorum differentię nō sunt, erunt fortasse aut uocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notę hæ nobis fient, cū præter hos sensus teneamus alios nullos, sed quinque in uniuersum sint, gustus, auditus, uisus, olfactus, tactus, & ut res alias sensibiles sensibus alijs, sic humores gustu dignoscamus. porrò sicuti in humoribus differentiæ insunt multæ, sic etiam in sensibus, qui tamen, qua sensus sunt, nihil discrepant. uerum Lycus egregie scilicet in dialectica instructus, non permittet, ut aut humorum quas diximus, differentias colligamus, aut sensuū, quas tamen nouere omnes, aut etiam colorū, nempe album, nigrū, fuscum, flauū, fuluum, rubrum, puniceum, cœruleum, quando nec color à colore quatenus quidem color est, distat. Delirant itaque medici pariter ac philosophi omnes qui putant colorum quidem eas esse differẽtias, quas diximus, humorū autem acidum, amarum, acre, tum quæcunque paulo ante retuli, sicuti ipsorum quoq; sensuum, cum nec color à colore, quatenus color, neque à sensu sensus, neq; ab humore humor discrepet, quo sane pacto nec à febre febris differt, quippe nec à calore calor distat. Ergo planè desipiunt medici quicunq; febriū differentias tradidere multas, ardentem, lipyriam, hepialam, typhodem, pestilentem, hemitritæam, quotidianam, tertianam, quartanam. Quin Lycus etiam ipse febrium alibi differentias scribit sicuti aliarum quoq; rerum ferè omnium. Quid igitur in mentem illi uenit, ut nūc dissectionis in proprias cuiusq; differentias obliuisceretur? adeo ut nec in succenso ex paleis igne, cuiusmodi ad fabrefaciẽdum aurum uti solemus, ullam inesse differentiam existimet, qui tamen ab ijs qui materias diuersas sortiūtur, differt. nam tametsi ab igne ignis, duntaxat qua ignis est, nihil differat, maioris tamen ac minoris ratione differt, cum fieri possit, ut alius alio uehementior, infirmiorq; ignis sit. & eum quidem qui ex paleis constit esse inualidissimum arbitratur, ad aurumq; conflandum appositum ait: liquefieri enim ac diffluere, si uehementiorem experiatur flammam. enimuero optime Lyce, dixerit fortasse ei quispiam, si quomodo flammæ generentur naturales philosophos quærentes audijsses, earum opinor differentias intellexisses. itaq; nos quàm poterimus breuissime, præcisum sermonem tibi de his nō paruum explicabimus. uidisti opinor materiæ quæ comburitur, exhalationem fieri quandam particulis inter se dispersis, quas inter aer quidam interceptus necessario quidem concalescit, non tamen exiguam obtinet secundum magis minusq; differentiā, tum corporum quę sursum feruntur, nō in unaquaq; flamma equalia uisuntur spatia, quo etiam modo exhalationis natura ipsius diuersa est. uerum tam magnitudine & paruitate inter se differūt, quæ ex com-

A busta materia exiliunt particulæ, quàm densitate etiam, ac raritate, tum quòd semustæ hæ sint, illæ uero ad plenum adustę, tum uero in uniuersum, q hæc magis, minus illa correpta igne sint. cum igitur tanta in his differentia appareat, tum uero qui illa excepit aer interdū magis, interdum etiam minus cōcalescat, arbitror diuersitatem necessario ingentem, ac nō paruam esse flammæ differentiam: nam mistionis inæqualitas est, quę differentiarum faciat multitudinem. Cæterū quemadmodum temere de igne pronunciauit Lycus, ad eundem etiam opinor modum aberrat, cum postquā tripliciter calidum multum accipi dixisset, unūquodq; significatorum enarrat. Etenim aliter calidum inquit multum secundum substantiam, aliter secun-

B dum qualitatis intẽsionem accipitur, atq; aliter secundum functionis proprię robur. sed nec secundum substantiā multum inesse in his qui crescunt, calidi, utpote in exigua corporis mole, neq; secundum qualitatis incrementum, quando calidius q̄ quod in uigentibus ætate sit, haudquaquam appareat, in solo tamē functionum propriarum robore eorum qui crescunt excedere calidum cōcedit, improprie tamen dici. sunt porrò quibus hæc ostendit plurima eius uerba: uerū ego more meo facturus uideor, si quod in superioribus feci, nunc quoque faciam. nam & illa complura cum essent, non omnia adscripsi, sed opportunissima quæq; elegi. Ad eundem igitur modum nunc quoq; faciamus, ac quæcunq; ex illis ad propositum maxime con-

C ferre uidebuntur, exaremus hic. Et alterū quidem sermonem hoc concludamus fine. Nunc ad reliquum transeamus, etenim meminisse debetis duplicem me statim ab initio proposuisse quæstionem. alteram an recte Hippocrates uerbum innatum addiderit, alteram an recte dictum ab eo sit, plurimum inesse ijs qui crescunt, caloris, atq; alteram quidem quæstionem quum absoluerimus, ad eam quæ restat, ueniamus, incipiamusq; disquirere an dictum recte sit, plurimum in ijs qui crescunt caloris inesse. Itaque in comparatione alterius calidi cum altero tria sunt quæ in disquisitionem ueniant, plurimumq; inter se distantia. primū quid sit, plus aliud alio calidum esse: alterum quid, aliud alio calidius: tertium quid aliud alio calidū

D ualidius. si quis igitur à nobis quærat, cuiusmodi sit quod plus aliud alio calidum est, quod tale proportione sit respondere debemus: quomodo etiam interroganti, quale nam sit, quod alterum altero plus humidum est, respondebimus. nam quemadmodum hic interrogatio primū in id quod dictum est, tendit, par est ut nihil respondeamus aliud, q̄ hoc unum, nempe id quod substātia superet, siquidem plus humoris amphoram dimidio continere dicimus: ad eundem etiam in calido modū, siquis hac eadem interrogatione perquirat quale nā sit, quod plus altero calidū est, nihil sanè aliud respondere conueniet, quàm quod substantia plus sit, nimirū eo quòd plus in eo substātiæ sit, & maiorem capiat locum; ac nihil sane prohibet, ut in eodem

233. B.

& plus inſit calidi, & minus tamē caloris, æque ac **A** humidum, quod plus ſubſtantia eſt, minus tamen eſſe diffuſum poteſt. Ergo ad interrogationē hanc recte hoc pacto reſpondebimus. Rurſus cum hoc quæritur, cuiuſmodi ſit quod alterum altero calidius eſt, recte dicemus quod intenſiore caliditate eſt, etiamſi in minore ſubſtantia reperiatur. quemadmodum enim cum quis interrogat, qualē nam ſit, quod alterum altero candidius eſt, nō ſanè perperam reſpondemus, cum quod qualitate candida intenſiore ſit dicimus, quo ſanè modo, niuem, etiamſi exigua eius ſit quantitas quocunq; alio albo candidiorem eſſe affirmamus. ſicuti quoq; ad interrogantē qualenam ſit quod altero humidius eſt, recte reſpondemus, quod fuſum magis ſit, uti aqua melle ac pice humidior, etiamſi exigua admodum aquę ſubſtantia ſit, mel autem & pix longe uincāt. ſic etiam de calido interrogati quale ſit quod alterū altero calidius ſit, recte reſpondemus, quod caliditate intenſiore ſit, cuiuſmodi ignis habetur, licet in exigua id ſubſtantia conſideretur: alterum autem quod cum hoc comparatū tepidius calidum eſt, maiorem quàm hoc ſortitum ſubſtantiam ſit, & hoc quidem pacto ad hæc reſpōdemus. ei uero qui quærit qualenam ſit alterum altero ualidius calidum, non eadem erit ſicuti prius, parata reſponſio, cum neq; quod caliditatē intenſiore ſit, neq; quod in ſubſtātia ſpectetur maiore reſpondere debeamus, ſed quòd operis perfectiōe excellat. Cæterum quod dico ad hunc ſe habet modū. multa uiſunt caloris opera, quippe quod alia fundat, **C** alia congreget, ac ualde plurima tranſmutet, atq; (ut priuatim dicamus) in corporibus noſtris, alimentum in uentriculo concoquit, atq; inteſtinis, confectumq; id in corpus deducit, ad ipſumq; immutat, noſtriſq; inoleſcere id corporib. facit, concoctione nimirum, atq; augmento. Ergo alterum altero ualidius dicetur calidum, quod iſta præſtare magis poterit, atq; hoc non id ſemper eſt, quod aut qualitate intenſiore ſit, aut ſubſtantiæ plus habet. ſæpius namq; minore præditum ſubſtantia, ac caliditate minore, perficiēdo operi efficaciſſimum reperitur. ſicuti enim antea dicebamus, non quod intentum maxime, ſed quod maxime commenſuratum ſit, ut propriū nobis opus præſtet, ualidius eſt, quando quod inſigniter calidum fuerit, inter- **D** dum etiam nocumētum operi inferat, cuius rei ſatis eſſe argumento poſſunt quę prius de calidi proprietate expoſui. Cū hæc ita ſe habeant, ſintq; tria, ſicut prius diximus, quę in comparatione alterius calidi cum altero, in diſquiſitionē trahantur, hocq; in loco Hippocrates quæ creſcunt, plurimum habere calidi innati dicat, de tribus unum fateamur neceſſe eſt. aut enim proprie uoce hac uſus falſi aliquid dixit, aut ſimul et male uoce hac utit̄, & falſi aliqd dicit, aut ut uerū aliquid dixerit, uoce tamen uſus falſa ſit, neceſſe eſt. nam ſi plurimum in ijs qui augentur ſecūdum ſubſtantiam ineſſe calidi dicat, ueluti ſi quis plus q̃ amphora cōtinere humidi dixerit, qđ duplo maius uas ſit, uoce uſus quidē probe erit, uerum falſi eum quippiam omnino protuliſſe neceſſe fuerit, ſiquidem in ijs qui creſcūt plus ſecundum ſubſtantiā calidi non ineſt, cum nec maior horum corporis moles ſit quàm ætate florentium, ſenumq;, at innatus calor ad uniuerſi corporis molem diſtributū eſt: ſin eo ꝙ intēſior horum caliditas ſit, plus ineſſe in ijs qui creſcūt caloris dicat, quemadmodū ſi quis cum niuē alba aliqua re aliā candidiorē affirmare uolens, nō illā quidē eſſe candidiorē, aut cādidā magis, ſed in ea plus ineſſe candoris dicat, uideri poterit utrobiq; aberraſſe Hipp. dum nec uoce recte utitur, & alioqui falſi aliquid pronūciat. & praue quidem uoce uſum eum fuiſſe uideri hinc poterit, cum uoce hac, qua in maiore ſubſtantia explicanda utimur, abuſus ipſe fuerit, **B** dum intenſiorem quandam caloris qualitatem oſtendere nititur: falſum autē quòd dixerit, hinc uidebitur, quòd quum in ijs qui creſcunt intenſiore non ſit qualitate calor, non ſanè recte calidiorē eſſe ætatis huius quàm aliarum calorem dicemus, cum hunc ille in ijs qui creſcunt eſſe intenſiorem affirmet. Quòd autem minime uerū ſit, magis eſſe in ijs qui creſcunt intenſum calorem, facile unuſquiſq; diſcat licet, cū caloris in ijs qui creſcunt, maiore ſecundum excalfactionem intenſione præditi inuentum ſignum nullum ſit. Nam quod ab eo in libro De natura humana, quod plurimum in ijs qui creſcunt caloris inſit, ſigni affertur, ſtultum penitus eſt: etenim calidiorem eſſe ętate priore hominem pronunciat, coniecturā ex eo, quod nunc maxime uiget, incremento faciens. neque enim ui, inquit, ac pręter naturā dum augetur corpus, in contrarium grauitati ſuæ locum raperetur alimētum, niſi ualidum aliquid eſſet, quod cogeret. nam hoc, non quòd magis ſecundum excalfactionem calidum intēdatur, ſed quòd ualidius ſit, ſigni eſt. porrò autem ualidius, ſicuti antea diximus, nō id eſt, quod intenſiore caliditate præditum eſt, ſed quod ad perficiendū opus temperatū maxime ſit. Quamobrem, cum ita hæc ſe habeant, ſiquidem hoc pacto Hippocrates ea quæ creſcunt plurimum habere caloris innati dicat, dupliciter errat, partim ꝙ non recte uoce utitur ipſa, partim etiam quòd falſi nonnihil alioqui pronunciat: ſin autem, quemadmodum tertio loco dicebam, plurimum eſſe in ijs qui creſcunt calidi ad hūc modum intelligat, ut ualidiſſimum ad opus perficiendum ſit, quod ex eo quod temperatum maxime ſit, prouenit, nō quod aut maiore ſubſtantia, aut caliditate intenſiore notetur, uoce ille quidem uidebitur non recte uſus, propterea quòd cum ualidiſſimum debuiſſet calorem eſſe dicere, plurimum dixit. ſed tamē quod dictum ab eo eſt, recte dictū uideri poterit, nam ad hunc modum augmentum ab innato calore fit. ergo quemadmodum dictat ratio, quin is, in ijs qui creſcūt ualidiſſimus ſit, fieri nullo pacto poteſt: ac mihi ſanè recte de hoc dictum placebit, quod in libro de Natura humana dicitur: neceſſe enim eſt quod augetur, atq; ita ui procedit corpus, calorem ualidiſſimum obtineat. Cuiuſmodi tandem ſunt hæc

hæc Lyci uerba? plurima illa quidem, sed quæ nihil præter ea quæ nos ante diximus, explicent. si namque substātiæ commensurata mole plus esse in iis qui crescūt calidi Hippocrates ait, falli eum opinatur, propterea quòd manifesto minus in pueris spectet corpus: quòd si id dicat, quod calore intensiore sit, huic rursus apparētia obstare ait. sin quod opus ualidius præstat, uere quidem hoc dici concedit, uoce tamen illum non recte usum fuisse affirmat. non enim plus oportuisse, sed ualidius ad opus perficiēdum dicere eorum qui crescunt, calidum. Verum uidero optime Lyce, dicet hic fortasse aliquis calumniæ eius in Hippocratē apologiam meditans, ne uana quę dicuntur sint. Iam primū enim calidum quod secundū substantiam est, non absolute ita corporis uniuersi mole diiudicat, uerum, B quemadmodum ipsemet aliquando Lycus alibi dixit, maximum esse hominis cerebrum affirmans, nō quidem accepta absolute magnitudine, sed habita potius animalis cum animali proportione. ergo sicuti paruulū adeo puerum, maius habere elephante maximo cerebrum affirmat, non sola habita corporis magnitudinis consideratione, sed adhibita præterea proportiōe, sic etiam fecisse illum in calido corpore oportuit, examinatione antea facta corporum quæ in nobis sunt, quodnam innatum sit, id est primogenitum, quod ἀρχέγονον uocant. siquidem ipse etiam nomen hoc scit & in Hippocratis libris scriptum reperiri, & pro eo accipi corpore, quod primitus generādis adsit, id est, ex quo C primam sortiūtur generationem: quod quid aliud quæso sit, quàm sanguis menstruus semenque? Ego certe nihil noui pręter hæc tertium. Quoniam autem corporis in iis quæ generantur, substantia ex his constat principiis, quæ prima exacte fuerit constitutio, non ex pluribus iis quæ diximus, sed ex solis corporibus constabit, quanquam cur primam exacte dico? Si namque qualis ab Hippocrate exposita sit dierū sex genitura recordabimur, innatum adhuc in illa corpus permanere dignoscemus, cū antequam aliqua ossis, aut uenæ, aut arteriæ, aut nerui, aut cartilaginis, aut ligamenti in fœtu natura appareat, unum ei corpus calidum innatū adsit. Sanguinis enim grumo persimilis, mollisque caro, ac effigie carens, primum fœtus excipit effigiationem, tanquam sanguinis uibices, ut Hippocra- D tes nominat, continentē, ex seminis substātia ipsa, cum candor ei adsit. fiunt deinde ob multā, & quę

* assidue fit, mutationem ossis lineamenta quædam ac cartilaginis, & ligamenti, & nerui, & arteriæ, & uenæ, quo quidem tempore innatus adhuc per seuerans calor fœtus ipsius corpus est. uerum quo

* magis magisque crescit fœtus, eo sanè minus redditur calidum illi innatum corpus, quòd nihil quàm sanguis semenque, aliud est. Corporum uero acquisitioni uarietas accedit quædam, cum eorum quæ enumerauimus innatum animantibus nullum sit, sed acquisititia omnia habeant. Quòd si fieri posset ut totum aliquando animal ex ossibus, aut neruis cōstaret, hoc sanè modo innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidem hoc nō potest, ut tamen maior ossium, cartilaginum, ligamentorū, neruorum, arteriarumque substantia sit fieri potest. Quam etiam ob rem quæ extremā senectutem agunt animalia, cum sanguineæ naturæ minimū obtineant, tota ferè ex solis ossibus, neruis, membranis, ligamentis, arteriis, uenis, cartilaginibusque constant. nam inter animantis partes sola est caro quæ sanguinea sit, quam quę consenuere corpora minimā in se cōtinent, & eam tum sanguine præditam exiguo, tum duriorem, aliarum uero partiū quæ sanguinea sit nulla est. Connati igitur corporis quòd ab efficacissima, quæ in eo est qualitate innatū calidum appellatum fuit, non absolute ita metiri magnitudinem oportet, sed facta potius cum non innatis comparatione, eorum inter se inspicere proportionem debemus. Quemadmodū enim in balneo uaporem, siue fumum malis, multum, aut huiusmodi esse aliquid dicimus, non ita absolute ad domus referētes magnitudinem, sed ad proprium potius balnei aerem. ad eundem etiam in homine modum, aut multā, aut paucam esse innati caloris substātiam dicemus, facta cum non innatis corporibus comparatione. ut enim cuncta in infantibus sanguinolentissima reperiūtur adeo, ut in ossibus quoque nonnihil huiusmodi appareat, contra in senibus fit, ut exanguia maxime cūcta sint, usque adeo ut caro quoque huiusmodi sit, quam etiā ipsam minimo præditam sanguine obtinent. corpus porrò calidum innatum sanguis erat. quare ex his colligitur, et iis qui crescunt plurimum inesse corporis calidi innati, & iis qui consenuere, minimum. sic etiam semen quod ex serosa humiditate, ac spiritu qui in ea est, constat, in his quidem qui consenuere, exiguum admodū est, at in horum qui crescunt corporibus, plurimum: atque inter ipsos in his potissimum, qui nati nuperrimè sunt, quemadmodum in cōmentariis De semine demōstrauimus. Num igitur ambiges, an eorum qui crescunt facile absumatur, atque diffluat corpus? atqui in cæteris non te sanè fugit, aquam calidā, aut oleum, aut si quis est alius id genus humor exiguo temporis interuallo per halitum digeri totum, id quod neque in terra notari, neque in lapide potest, nec iam in aliis, si qua frigida & sicca natura sunt. nam ut duæ sunt in uniuersa rerum natura, quæ per halitū facile digerantur qualitates, caliditas atque humiditas, sic e diuerso quæ perdurent duæ, siccitas ac frigiditas. Quā ob rem nihil uideri mirum debet, siquidē puerorum ob humiditatem & caliditatem facile difflant corpora, senum uero non facile, ut qui à frigiditate & siccitate coagmentata substantiam obtineāt. Quare quę in te dici rectius possent, alteri obiicis Lyce optime. Certe principale documētum quoddam, quod nullus, qui modo legitime introductus in disciplinas sit, nescit, uisus es ignorare. nam multam substantiam, quæ simplex sit, corporis quidem diiudicat moles, at quæ ex diuersis componitur eorum quę immista sunt, proportio, sicuti cerebrum etiam, aut aliarum partium aliquam, ad quem sa-

ne modũ ij quoque qui uinum aqua bibendi causa miscent, aut uini, aut aquæ esse plus, aut horũ neutrum superare dicunt, cum forte commista ita temperate ea fuerint. Tam uero obstupidus nullus est, ut cum ad uini dolium aquæ heminam addiderit, plus esse in dolio aquæ dicat quàm in paruo poculo sit, cum uerbi gratia ex tribus qui in eo cõtinentur cyathis, unus aquæ, reliqui autem duo uini fuerint. Lycus porrò ipse medicamẽtum quoq; quod tetrapharmacum appellant ex cera, adipe, pice, ac resina ęqua omnium portione constans, non plus continere opinor picis dicet, si quis duplam illam iniecerit. Verũ hic quoq; iubebit nos animaduertere, utrum tetrapharmaco medicamento plenum dolium totum sit, an uero paruum aliquod uasculum, ac deinde plus in dolio inesse picis dicet, q̃ B uasculo, etiã si in altero æqua omnia portione insint, in uasculo autem picis ad alia duplũ sit. Quòd si igitur omnia huiuscemodi errata cũ cætera non possint, secundũ proportionem, ac misturam multum discernit, quod simpliciter ita secundum communem mensurãdi modũ dicitur, nõ sanè ad eum se res modum habet, quemadmodum Hippocratem Lycus reprehendit. nam tam est in ijs qui crescunt caloris innati substantiæ plurimum ad aliorum uidelicet proportionẽ, quàm etiam unà cum hac, qualitatis, siquidem à substantijs separari propriæ qualitates nequeunt, uti sanè nec facultates. atq; ad hunc modum si in tetrapharmaco plus iniectum facta ad alia proportione, picis fuerit, non eius tantũ substãtię, sed etiã qualitatis, facultatisq; C plus inesse dices, ob idq; humorem etiam, quicunque is picis sit, auctum esse. Itaq; planum factũ est, secundum tria quæ Lycus scripsit, multi significata, tã in tetrapharmaco plus inesse picis, dici posse, quàm caloris innati in animantibus. Atq; hoc in his, in quibus quæ admiscentur, tota inter se non cõtemperantur, manifestius fit, nempe secundum tres, quos Lycus retulit modos, plus alterum altero esse dici, sicuti sanè in hoc, quod inter usitatissima est, medicamento, ex iride, aristolochia, orobi farina, ac thure, ęquo omnium pondere confecto, poterit quis, cæteris æquis ex his unũ aliquod triplicatum immiscere: ut aristolochiam uerbi gratia, in qua mistura dici uere poterit aristolochiam & substantia, & qualitate, & efficacia reliqua exuperare, atque huius inesse plus. idipsum de balneo quoq; pronunciare licet in quo nõ solum contemperatus insit aer, sed etiam fumi uaporisq; aliquid accedat, ex quibus interdum fumi, interdũ uaporis plus esse continget, quomodo etiam naturalis nonnunquam balnei aeris plus. porrò absolute ita pronunciatum plus secundum substantiæ intelligimus exuperantiam, cum qua unà qualitatem, & quæ ab hac fit, efficaciã augeri necesse est. supponamus igitur maiorem reliquis duobus fumi substantiam reperiri, rectè hic fumi ipsius qualitatem etiam, ac efficaciam maiorem esse dicemus, quum tamen in cõfesso sit qualitatem qualitate maiorem non effici, sed uehemẽtiorem, sicuti nec minorem,

A sed imbecilliorem. uerũm is uocabulorũ usus tam in uniuersa uita, quàm in artibus omnib. frequentissime usurpatur. Qua in re quid attinet aliorum mentionem facere? cum manifestum orationi nostræ à febribus etiam ipsis sumere testimoniũ possimus, quas nunc maiores, nunc etiam minores factas esse dicentes quotidie audire omnes licet, & alium alio aliquando plus, aliquando minus febricitare, atque de eodem etiam heri quàm hodie. Ad hunc igitur modum quum supponatur secundum qualitatẽ multum dici, nihil uideri mirum debet, si in quo balneo maior inest fumi substantia, in eo maiorem etiam factam esse qualitatẽ dicamus, uti efficaciam quoq;: siquidem proprio utemur uocabulo ualidam uehementioremq;, sin eo abutemur, B maiorẽ copiosioremq; nominabimus. quippe mordicus oculos fumus uellicabit, quo magis eius aucta substantia fuerit. quapropter cum substãtijs unà propriæ etiam earũ qualitates excrescant, atq; efficaciæ non perperam quis in huiuscemodi balneo plurimum inesse fumi dixerit. Rursus, ut dicebamus, uaporis quidem ac fumi æquæ supponantur portiones, plurimum autem propriæ aeris substantiæ inesse, quæ innato animantium calori proportione respondet, ac generat: hic sanè in balneo caloris proprij plurimũ inesse dicetur. num igitur dissimile huic est, quod in animãtium humoribus inspicitur, ex quibus in uaporẽ resolutis resultans calor extrinsecus tangentes ferit? etenim alius sanguinis accensus calor est, pituitę alius, ut in flaua, C atq; atra bile alius. ergo in pueris plurima sanguinis inest substantia, nimirum secundũ misturæ proportionem (nam in hoc ueluti ob lethargum dormitantes identidem excitandi sunt, qui talia effutiunt, qualia Lycus scripsit) & quæ præterea cum ea unà increscit qualitas huiusmodi, qua mitem se ac tangentibus amicam, nõ iam aduersam mordacemq; præbeat, necnõ etiam efficaciæ, secundum quam nequaquam nidorosæ concoctiones fiunt, neq; uero, uti in pituita aridæ. Omnibus igitur Lyce optime modis plurimũ ijs qui crescunt, caloris innati inest, quocirca nihil iam deliquit Hippocrates, at te potius ipsum cõuiciatorem esse deprehendimus. planum enim ex ijs quæ scripsisti, fecimus, ut à nullis introductus præceptoribus fueris, quo D Hippocratis dogma aliquod percipere potueris, utq; manifesto quæ prorsus ignoras ipse reprehendas, tum contradictionem moliri ignorantiæ plenam declaratus es eam, qua artis uniuscuiusq; constitutionem demoliendam aggrediebaris: cumq; eorum quæ de his sæpenumero scripsit Plato, nihil teneas, tibi ipsi pugnantia sæpe affers, in adolescentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiuæ, sicuti tu, scientiæ ignari ueram à falsa distinguere orationem nequeunt: postremo audacissimus præter hæc, ac nihili uisus es, dum prius q̃ ea plane didiceris, eorum quæ ab Hippocrate dicuntur, expositiones conscribere aggrederis.

Cl. Ga-

Hic Iulianus vixit tpe Galeni, ut ipse refert lib. 1. meth. cap. 7.

CL. GALENI CONTRA EA QVAE A IVLIANO IN HIPPOCRATIS APHORISMOS DICTA SVNT.

IVLIO ALEXANDRINO TRIDENTINO INTERPRETE.

CONSVLTIVS quidem esset, si quemadmodum statutũ legibus est, ut eadem qua reus pœna, si dãnatus fuisset, puniatur is qui falsò accusarit, ita digna in eos erratorũ pœna animaduerteretur, qui ijs quæ ignorant falso cõtradicunt. sed quoniam nescio quo pacto iniurias persequi iudicio licet, lex autem falsò contradicentibus statuta nulla est, arbitror non immerito in optimos uiros impurissimũ quenq; inuehi audere: siquidẽ sicuti in Aegypto olim artium inuentum unumquodq; à cõmuni eruditorum consessu probatum columnis inscribebatur quibusdam in sacris locis positis, eodem modo factum apud nos oportuit collegium proborum simul doctorumq; hominũ, qui examinatis recentiorũ scriptis in publicum quæ bona sint, exponãt, mala uero quæcunq; fuerint perdant: satius autem esset, si ne scribentis quidem ab his nomen reciperetur, quemadmodũ antiquitus ne in Aegypto quidẽ: hoc enim pacto nimiæ gloriæ contentioni apud istius cupidos obuiam maxime iretur. Nũc cum & passim scribere omnibus liceat, & unicuiq; sententiam ferre apud uulgus, audacissimus quisq; maxime cõmendatur. Quemadmodum Thessalus ex ijs quæ contumeliose aduersus Hippocratem scripsit. Cum tamẽ librum is cõposuerit, in quo, dum aphorismos damnare se putat, aperte seipsum prodit, ne minimã quidem Hippocraticę artis partem didicisse. Atqui æquum fuerat, cum prius hanc ipsam edoctus fuisset, ita demum contradictionem moliri: an hoc fortasse non à me rectè dictũ est? neque enim (siquidẽ eam probe nosset) tã fuisset audax, ut se ueris opponeret, nisi si ex illis esset, qui omnẽ funditus pudorem exuerũt, cuiusmodi nũc etiam Alexandriæ repertus est Iulianus, cuius quadraginta octo esse libri dicuntur contra Hippocratis aphorismos scripti, in quorum secundũ nuper incidi, in quo aphorismum ipse quidem hunc esse falsum existimat, in uẽtris perturbationibus, & ijs qui sponte sua fiunt, uomitibus, si qualia purgari debent purgentur, prodest, & leuiter ferunt, sin minus contrariũ: sic uasorum quoq; exinanitio, siquidem qualis fieri debet, fiat, ꝓdest, et leuiter ferunt, sin minus, contrariũ: & dijs quidem gratia, ꝙ is nobis primũ sese obtulit legẽdus liber, ne frustra consumptum mihi tempus fuisset legendis in longum ijs, quæ contra aphorismũ primum scripsit, qui cæ-

terorũ deinceps procœmiũ est. fortassis enim cum coactus, aduersus ea scripsissem, nihil fecisse magnum uideri possem, propterea quod ad medicam consideratione nondum accedit sermo ille, at prædictus aphorismus non sanè de minima artis parte disputat; medicum admonẽs cum per superiorem inferioremue uentrẽ spontaneæ fiunt euacuationes, ut eas quæ iuuent, imitetur, tum quæ illæ sint docet, ac queamodũ dignoscendæ, non minus ꝙ eas quæ lædunt, suis notatas indicijs. Quòd si artem Iulianus ab Hippocraticis magistris percepisset, non sanè ausus esset ueritati contradicere, sed cum neq; ipse, nec iam is qui talis tantæq; stoliditatis autor ei extitit, Thessalus artẽ nouerint Asclepiadarum, mirum non sit, si ea isti ignorãt, quę nẽ hi quidem nesciunt, qui repudiata ratione mederi se profitentur. quippe licet eos dicentes audire incrementum ex imitatrice maxime experientia suscepisse artẽ. nam quæcũq; casu facta ægris profuere, ea nos inquiũt sępenumero secuti cõstituimus, diuisisq; his naturalia appellãt, quorum de corpore causa prouenit, quorũ autem extrinsecus à fortuna, ut iam non solum naturę, sed etiam fortunæ imitator medicus sit. Ac multa sanè allata ab illis exempla sunt eorum quæ à fortuna profuere, utq; inter alia is cui, cum cecidisset, disrupta in frõte uena fuit, quod in similiter affecto non sunt ueriti facere, ut eandem secarent uenam, nimirũ eiusdem, aiunt, successus spe: Quinetiam phlegmone laborantes oculi, à satisq; abunde cita aluo adiuti maxime nos ad id imitandum excitarunt. ad eundem modum morbo regio affectis profusa biliosorũ excrementorum copia uisa est sæpius contulisse: ut aqua inter cutem laborãtibus, aquosorum, utq; ijs qui morbum, quem elephanta uocant, patiuntur, nigricantium humorũ confert inanitio. unde argumentari aperte licet, debere medicum imitatorem esse. Quid aũt attinet euacuationes spontaneas referre? Cum preceptorũ quoq; facta secuti artem ad discamus, an si clysteri quocunq; uentrem subducens Thessalus ægrotantẽ curet, imitari hunc discipuli debeant: si sponte is fluat, non debeant: an cum suppressa menstrua fuerint, sanguinisq; uomitus mulierem inuaserit, tũc si prouocata purgatione, uenãue secta affectũ hunc sanet Thessalus, non sanè delinquant discipuli magistrum imitati, sponte autẽ profusis menstruis si leuetur ægra, hoc non iam imitari eos conueniet? atqui nihil interest ad hoc ut utrunq; imitemur, si uel cum obstetrix euocauerit menstrua, uel cum Thessalus, uel cum horum neuter, at sponte fluentibus ipsis, leuet ægra, quando

quando ab euacuatione, non unde hæc sit utilitas prouenit, hocq; ipsum Hippocrates docens aphorismum aliquando illũ scripsit, Mulieri sanguinem uomenti prorumpentibus menstruis, solutio, quo modocunq; prorũpant menstrua, soluetur, inquit, affectus, siue naturaliter id, siue à nobis fiat: non enim quæ hoc facit causa, sed quod factũ est ægros iuuat, unũ modo menstruis adsit, nempe cõfertim effluere, quod uoce illa prorumpentibus Hippocrates notauit, solitus largiores euacuatiões nomine illo appellasse, æque ac si uerbis usus esset huiusmodi, Mulieri sanguinẽ uomenti mẽstruis confertim ꝓfusis solutio. Dies me certe deficiet, si quę cunq; sponte facta imitentur homines referre uelim, nec sanè de hoc alius ambigit quispiã, sed tanquam cõmunem notionem agnoscunt omnes, soli sunt qui dubitent, perditi sophistæ, quicunq; tandem quantũ quidem ad artis opera attinet, uulgo quoque ipso deteriores sunt, at abiecto pudore texendis aduersus optimos medicos prolixis nugis exercitati. cuiusmodi nuper extitit Iulianus, is quẽ in artis operibus nunquã uersatum esse, nullo aũt pudore contumelijs ueteres incessere medicos nouere omnes. Ea igitur, quæ contra paulo ante dictum aphorismũ scribere ausus est, ne dici quidem potest quantũ præ se ferant ignorantiæ dicam? an impudentiæ, an audaciæ, an potius (siquidẽ dicendum uerum sit) cũcta hæc simul, atq; his lõge plura conueniunt. Quapropter cõmodius fortasse factum fuisset, si ne digna quidem ea iudicassemus, quibus scribendo contradicatur, & in quę aliquid absumat̃ operis. Verum cum cõplures à me amici studiose exegissent, ut quęcunque post allatum ad nos librum, in quo aphorismum prædictum Iulianus reprehendere aggreditur, disputassem, descripta in commẽtarijs eis traderem, subij & hoc non sanè exiguum certamen, ac longe quidem maius, (siquidem fateri uerum licet) ꝙ cum extemporalibus sermonibus usi sumus, quos per dies sex, aut his etiam plures fecimus, dum nugarũ conamur ostẽdere copiam, quarũ plenus sermo est is, quem scriptum in libro reliquit. etenim in hũc istud optime dictum quadrat, quod uulgo dicitur, homine hoc loquacius inuenias nihil. unus olim Thersites plus iusto loquax fuisse dictus, at id huic, quanto quàm Thersitæ conueniet magis, facile omnes quotquot unq; fuere, loquacitate superanti. quapropter qui sermonibus his interfuere, cũ illos legerent, duobus hominem nominibus notarunt, loquendi immodicitate, atq; infinitate. itaq; Vlysse potius quodã opus illi fuerit, qui eum sceptro assidere iubeat, me autem ut eum prudẽtia instruam, minime. tam enim obstupidum prudentem reddere ne Musarum quidem chorus possit. cum igitur inuitus adductus sim ut ista scriberẽ, ne forte ab ijs qui hæc lecturi sunt, reprehẽderer, præfari hæc uolui. Cum enim futurum sit, ut hominem reprehendam indoctũ stolidum, opinione sua sapientem, nugis inter ineruditos adolescentes uersatum, in uniuersa uita, apud quos, quo nomine ueteribus male dicebat, aliquis tãdem esse uisus est, hoc cum peragere necesse habeã, quæso liceat mihi uerbis huius ignorãtiam castigare asperioribus, quibus ego uti alioqui non soleo. iniquũ quippe foret, siquidẽ huic in optimum quenq; ueterum cõgerere maledicta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonstrationibus detegere manifestis, quę tantum suscepit incrementum, ut unde nam ordiatur quispiam non sit facile inuenire. Ac in libri quidẽ principio is prætermisso Hippocrate, longa in Sabinum oratione inuehitur, id quod in uniuerso opere factitasse uidetur, cui tamen titulus præscribit̃, non iam in Sabini expositiones, sed in Hippocratis aphorismos: deinde quemadmodũ consueuit, multa incõsiderate profert collectis immanifestis quibusdã, inanibusq; uerbis, quorũ si quis reprehendere aliqua conetur, maximũ prius is librum cõfecerit, quàm rem attingere ipsam uideri possit, etiam ut non omnia dicantur. Hæc igitur perdifficile est scribentem disponere, ac potius summe arduum, nos tamen in extemporalibus sermonibus quos apud eruditos uiros sępenumero fecimus, facultatem ostendimus quandam ex similitudine expositionum in ueteres inuentam, nam quemadmodum eorum in publicis disputationibus propositum librum explicamus.

* *Desunt nonnulla.* *

Quòd si dissimulata naturæ perscrutatiõe methodicus nec elatus, nec magnifice de se loquẽs, neq; uero superiorem latentis dogmatis radicem in medium proferens duos esse dicat corporis affectus. secundum naturam enim cõstituto duas ueluti insidiari aduersarias inter se obuersiones, atq; immutationes, dum aut plus satis clausum, aut infusum est, uideri sanè poterit, intelligibilia dicere, nõ quidem naturam scrutantibus philosophis, ac de rerũ omnium materia disceptantibus, sed tamen medicis naturalibus. & hæc quidem ex mirabilibus Iuliani sermonibus uerborũ series una est, à quibus recedẽs Asclepiades, & Themison, & Thessalus elemẽta posuere. in prædictos tendit philosophos qui ex mundo hoc uacuum funditus sustulerunt. Alteram aũt deinceps subdit ad hunc modũ. Neq; uero linguæ ulterius imperare possum, quin dicã. quid enim mihi id: ut propterea ꝙ huiusmodi conuersiones quemadmodũ elementorũ sequitur generatio, sic, calidi etiã natura, & frigidi, & humidi, & sicci. ab his enim ueluti parentibus fieri postremo hæc quoq; opera possunt. Vide ꝙ in altissimis thronis, ac ualde sublimibus sedens latuit methodus, quam cum præ humanitate modestiaq; delitescere cuperem cœlo ostendi, unusq;, atque idem primus detexi, obductam illi nebulam discutiens, soluensq;. Hæc sunt quæ Iulianus dicat, atque ab his deinceps. Ego repudiatis eius elementis cum Epicuro non sentio non unam faciente substantiam. in libro itaq; De methodo hæc, multaq; præterea alia scripta sunt à Iuliano, qui totus inscriptus ab eo est Philon. at in alio, ubi De animæ corporisq; affectionib. institutus illi sermo est, in hũc

rursus modũ scribit. Igitur cõtractionis diffusionisq; moderatũ statũ, cõmensuratumq; statuentes in humanis coagmentis, sanitatis illũ nomine appellamus. isti porrò mediocritati cũ insidiæ à morbis tenduntur, necessario fit ut patiãtur corpora cõtracta ac dura, sicciorave, aut diffusa, molliaq; facta, atq; humida. Hęc sunt igitur eminentissimi sophistæ uerba methodicos medicos affirmãtis Platonẽ sequi, unà cum Zenone, atq; Aristotele. nos contra admonebimus ipsos horũ unũquẽq; philosophorũ, plurimosq; pterea, qui post illos uiguere sanitatẽ esse existimare calidi, frigidi, humidiq; sicciq; tẽperiẽ. horũ aũt singulorũ tũ excessu, tũ defectu morbos gigni eos qui in uictus consistant ratione. inesse porrò in corporib. humores etiã, qui B morbis proportione respondeant, hos quidẽ facultate sua humidos siccos'ue, illos calidos, aut frigidos. sic Plato cũ sectatoribus unà suis, sic Aristoteles censuit, quiq; illum secuti sunt Peripatetici: sic etiã Zeno, Chrysippusq;, aliiq; præterea Stoici. at Iulianus ne librũ quidẽ legit ullũ uirorũ quos retulimus, nec prorsus quid consequens, sibiq; pugnans sit, intelligit: nõ enim eũ fugisset, quẽadmodum sectæ quæ uacuũ tollit, hęc conueniunt, ita alteri, quæ hoc ponat cõuenire illa, nẽpe in meatuũ symmetria quadã sanitatẽ cõsistere, sicuti in fluxu, clausuq; rerum quæ per id feruntur, secundũ uictus rationẽ morbos. Quid igitur faciam? Aristotelis'ne ac Chrysippi, cęterorũq; Peripateticorũ omnium, ac Stoicorũ deinceps uerba subiiciã? in quibus bilem, pituitamq; causantur, primosq; morbos esse C quatuor affirmant, non aliter sane quàm elementa, calidum esse & frigidum, & humidũ & siccũ: an hoc cũ nõ duo tantũ libri cõpleri inde possint, sed tres etiam, & quatuor, atq; his plures, prætermittendũ à nobis est, abundeq; nobis esse existimandũ, quæ à Platone tãtum dicta sunt. cũ igitur ita facere cõsultius sit, ne per oĩa cũ nugaci sophista diutius nugemur, finẽ de his faciã, si prius hoc solũ de Peripateticis, Stoicisq; philosophis dixero. neq; Aristotelis, nec iam Theophrasti librũ usq; inuenias, in quo, si quid de morbis necessario dicendũ illis sit, omissa calidi, frigidi, humidi, sicci mentione orationẽ absoluant. Quin cũ horũ, tũ uero utriusq; nõ raro bilis mentionẽ faciunt, nigræ simul ac flauæ, sæpius etiã pituitæ, quippe qui huiusce expli- D cent discrimina. & hanc quidem aridã, salsam illã, salsilaginosamúe, aliam autẽ dulcẽ appellãt. Neq; uero aliter sentit Chrysippus, semperq; ad eundẽ modũ, tum de morbis, tũ de humoribus disputãt. Horum igitur triũ tantummodo si quis uerba colligat, non sanè paucos is conficiat libros, præsertim si quantum Iuliano Alexandriæ supererat, tãtum etiam huic ocii supersit. quòd si quæ ab aliis tam Stoicis, quàm Peripateticis dicta sunt colligere uniuersa uelit, iustam is etiam bibliothecam expleat. At nobis, sicuti iã diximus, satis erit, omissis his, unius Platonis uerba referre, nusquã ab Hippocratis placitis discedentis. Neq; uero ex omnibus undiq; libris ea deligam, qui plurimi certe habentur, sed uno contentus Timæo hæc inde trãssumpta subiiciam. Sanè quemadmodũ morbi consistant, id nemini obscurũ. cum eñ ex quibus corpus conflatũ nostrũ est genera quatuor sint, terrę, aquæ, ignis, aeris, horum præter naturã excessus, defectusq;, propriæq; sedis cum aliena commutatio, tum ignis, atq; etiam cęterorum unumquodq; (quãdo plura uno genera hæc habeantur) quòd sibi cõuenit non suscipiẽs, omniaq; huiusmodi perturbationes, morbosq; afferunt. cum enim à natura horum unumquodque recedit, commutaturq;, quæcunq; prius frigida erant, nunc concalescunt, atq; antea sicca, humecta in posterũ fiunt, nec non leuia, grauiaq;, atq; omnimodas prorsus transmutationes suscipiunt. Hoc in loco cum non ad elementa prima spectat, eorumq; qualitates apertè Hippocratẽ sequitur Plato, Deinceps uero morborum causas in humores quoq; deriuans ad hũc modum scribit, albida autẽ pituita ob bullarũ spiritum intus detenta sæuit: sumpto uero extra corpus spiramine, mitior illa quidem, uariè nihilominus corpus pingit, uitiliginũ in eo species leucas, alphosq;, atq; id genus morbos procreans: at cum atræ mista bili in capitis diuinissimos orbes dilabitur, hosq; ipsos infestat, ut in somno mitior, sic cũ uigilãtes inuaserit, diutius urget, qui sanè morbus sacratioris naturę cum sit, sacer meritissimo appelletur. Hisq; deinceps uerbis alia addit. Hæc porrò salsa aridaq; pituita, morborum omnium eorũ, qui cum fluxu unà fiunt caput est, à locorum, in quæ fluit diuersitate multimodas quoq; appellationes sortita. in hunc modum de pituita, atraq; unà bile sensit Plato. Cęterũ qua de flaua differat, post hęc attende: in corpus uero quęcunq; eo quòd ardeat, urunturq; inflammata dicuntur, cuncta à bile fiũt. accepto itaq; hæc respiramine omnimodos tumores foras feruens emittit, at inclusa intus morbos gignit perurentes plurimos, huncq; maximũ, quoties sanguine cõmista puro fibrarũ genus ex proprio ordine deturbauerit, quæ ea gratia distributæ in sanguinẽ sunt, ut nec tenuis nimis, nec crassus nimis esset, neq; iam ob caliditatẽ, quippe qui humidus foret, ex raro corpore defluat, neq; rursus nimia dẽsitate motioni ineptus, uix se in uenis cõuertat. Hanc utiq; utilitatem fibrę naturæ generationi largiũtur, quas si quis emortuo sanguine, refrigeratoq; inter se colligat, quod reliquum est sanguinis uniuersum diffluit. quòd si derelinquãtur, quamprimum unà cum ambiente frigore congelantur. Hac cum præditæ facultate sint in sanguine fibræ, bilis, quæ natura uetus facta est sanguis, cũ rursus ex carne in hũc eliquata mittitur calida, humidaq;, sensim primo inuecta ob fibrarũ uim gelascens coit, gelataq;, ac restincto illius uiolenter feruore tempestates intus, tremoremq; excitat. at si maiore se ui inferat, euictis à caliditate propria fibris, confusoq; earum ordine efferuescens uictrix euasit, ac si ad extremũ usq; perdurare ualidior potest, ad medullas usq; penetrans perurensq; animę ibidem dissoluit quædam tanquàm retinacula, hancq;

ipsam liberat. at cũ minor hui⁹ copia est, corpusq; A ei liquescẽs reluctatur, deuicta, aut per uniuersum corpus excidit, aut in inferiorẽ, superiorẽ ue uentrẽ per uenas expulsa; deq; corpore ueluti ex discordi ciuitate eiecta intestinorũ leuitatẽ difficultatemq;, cæteraq; huiusmodi mala affert. Hæc sunt quæ Hippocratẽ secutus Plato in Timęo tantum scripsit. at si quis quæ in reliquis eius libris repe-riuntur uniuersa colligat, uideri is poterit, qđ quidẽ ad sermonis attinet prolixitatẽ, Iulianũ imitatus, multoq; etiã magis, si quæ de calido, frigido, humido & sicco, bile, pituita, sanitate ac morbo scripsere Theop. Aristot. Chrysip. peripatetici, stoiciq; omnes, adscribat singula. & quidẽ nũc aliquos esse arbitror, qui nostræ huius in obstupidi sophistæ redargutionẽ cõpositę orationis longitu B dinẽ reprehendãt. Qui enim (prò Iupiter Deiq;) Platonẽ quidẽ & Aristotelẽ & Zenonẽ horumq; ipsorũ sectatores ueritus non sit laudibus efferre, quæ uero de corporis elementis dicta ab Hippoc. sunt refellere, an hunc censes in reliquis omnibus uerecũde quicq; dicturũ? Omittant tamẽ hæc, notentur quæ deinceps scribit. dũ ne naturæ quidẽ, ut uidetur, uocabulũ considerandũ permittit, utitur autẽ uerborũ hoc initio. Non hercle nobis hi persuaserint, neq; uero sibijpsis, modo uerũ fateantur, nõ ignorare se quid natura sit, quã in omnem partẽ uexant, magnifica ubicunq; uerba sonãtes, aut simplex calidũ, aut attẽperatũ, mistũq; aut frigidi spiritusq; substãtiã. Hisq; deinceps multa addit, naturæ eos nosse substantiã cõcedẽs, quasi ue C ro in proposito nobis nũc aphorismo naturæ adscripserit nomẽ Hippoc. ac nõ potius de sponte fa-

* ctis euacuationib. loquat. Vnde igitur in mentẽ illi uenit naturę uocabulũ? Vnde quæso magis, q̃ ex Iuliani nugandi cõsuetudine, ut longioris sibi

* sermonis ansam arriperet? quem si quis respuat, facile is eius deprehendat nugas. Cum igitur medici omẽs has quidẽ à natura, illas uero casu fieri affirment, ut ostẽdant eorũ interdũ causam ex ægrorũ oriri corpore, interdum extrinsecus accedere, occasionẽ nactus hãc est, ut aliquid de naturę uocabulo nugari posset. Est porrò quod dicere nitit, (ut in summa dicã) eiusmodi: nõ par est eos qui naturã quæ sit ignorẽt naturales euacuatiões in ore habere. at eadẽ ratiõe sophista audacissime nobis, D neq; ut animam teneamus, neq; sensum, neq; uero mentẽ, aut rationẽ, aut memoriã cognoscere licebit, quippe quorũ omniũ non facile dignoscatur essentia, qđ minime mirum sit, nam cũ solẽ etiam ipsum, quẽ tamen apertissime uidemus, quanã sit essentia, nõ exacte satis scimus, existimabimus scilicet nos de natura, de anima, aut memoria, aut reliquis id genus rebus posse audacter decidere? Verũ queadmodum recte ista diximus, sic cũ horum

* uniuscuiusq; notionẽ, substantiæq; dignotionẽ tenemus manifestã, adijciẽda ea oratione est. à natura ẽm plãta omnis regit, at animal omne à natura simul & anima, siquidẽ nutritionis, atq; augmẽti, effectuũq; huiusmodi, causam naturã appellamus omnes, ut sanè animã qua sentimus, mouemurq;. quo fit, ut nec falsa naturæ opera proferat nostrũ quisq;, nec iam si illa nouerit aliquis, statim hunc necesse sit eius quoq; essentiã nosse, queadmodũ nec solis, quẽ ut oriẽtẽ manifesto, sic etiã occidentẽ uidemus, lociq; interuallũ utriusq; præfinito tẽpore ordinatim percurrentẽ, huius tamẽ quę nam sit essentia per ociũ quærimus. q; si igitur fieri non posset, ut naturales quoties fierẽt excretiones sciremus, nisi prius has ipsas facientis naturæ substãtiã cognosceremus, nõ ille quidẽ immerito, cum hãc incognitã esse ostẽdisset, simul etiã harũ ipsarũ dempsisset cognitionẽ. nũc cũ liceat etiã si quis illam ignoret, has tamen ipsas scire, superuacanea sunt quæ nugatur. & hæc quidẽ om̃ia optimus Iulianus. At nos quoties alicui nullo sumpto purgãte medicamento uomitus accidit, aut multa cõtingit inferior euacuatio, siue ea per intestina, siue per uterũ fiat mulieris, huiusmodi om̃ia natura facta esse dicimus, uel à natura, uel naturaliter. nihil ẽm refert, eaq; ipsa cũ manifesto ægrorũ emolumẽto imitamur. Videt autẽ Iulianus neq; id scire, qđ quotidie in ore omniũ est, uulgoq; non nescit, nẽpe secũdũ naturã se habere sanos, ægros uero præter naturã. nam si prius q̃ naturæ essentiã nouerimus, nullis nobis huiuscemodi nominibus uti licuerit, neq; secundũ naturã sanos, neq; uero præter naturã ægros se habere dicendũ nobis erit. Demus tamẽ illi, si placet, hoc ex abundanti ratione, cõcedamusq; fieri nõ posse, nisi pri⁹ ex calido, frigido, humido, & sicco corpora nostra cõstare sciuerimus, bona quæ à natura uel casu fiunt, ut imitemur. Quid igitur obstat, quo minus hoc ipsum sciamus, dũ & placiti huius demonstrationẽ afferre possumus, & optimus quisq; philosophorũ, qui tibi quoq; ipsi admirabiles sunt, cũ Hippocrate unà, atq; inter se etiã cõsentiũt? Nisi uero discordiã aliquis satis esse argumenti putet ad monstrandã placiti huius ignorantiã, de Stoico repente ambiguus quidã factus. nam si sermoni huic persuasus credis, affirmãti eorũ nihil, de quibus philosophi inter se digladiant omẽs, in cognitionẽ cadere humanã posse, cur non multo etiã magis q̃ alijs om̃ibus tuis illis pulchris cõmunitatibus, quas in cœlis habitãs methodus generauit, fidẽ abrogas? at has aliorũ medicorũ nullus obscure, quin aperte potius nouit, sicuti quidem existimat Thessalus, quodq; hoc maius sit. cũ enim has Thessalus glo-riosissimo medicorũ, qui circa ipsum sunt choro sibi uisas ostẽderit, nemini tamen inter illos cõuenit. quinimo maius ad hanc usq; diẽ bellũ inter se exercent, q̃ cũ unà cũ condiscipulis suis altercabatur Thessalus. q; si ex dissentione rerũ ignorationis signũ sumit, profecto ante omnia Thessali cõmunitatibus, quãto etiã magis de his ambigitur, abroganda fides est. enimuero de corporis nostri natura, quã uel ex aere, & igne, & aqua, & terra, uel humido & sicco, calido ac frigido tẽperate sibi inuicẽ mistis constare dicunt, dubitatum quidem olim est, sed non adeo tamen ut de Thessali communita-

munita-

munitatibus, cũ & Plato, & Zeno, & Aristoteles, & Theophrastus, & Eudemus, & Cleanthes, & Chrysippus, aliiq; præterea philosophi quàm plurimi, q se partim Stoicos, partim Peripateticos, partim etiã Platonicos nominari uoluerũt, eadem de illis sentiãt, at à Thessalo probatæ cõmunitates tantũ abest ut cæteris probent medicis, ut ij etiam diuersa de his sentiãt; qui re uera amethodi cũ sint, glorioso tamẽ methodi uocabulo quodã tanquam præte xtu utunt. neq; em Hippocrati, neq; Diocli, neq; Plistonico, neq; Praxagoræ, nec Mnesitheo, nec Philotimo, nec Erasistrato, nec Herophilo, neque medicorũ alicui Logico, Empirico ue Thessali placuere cõmunitates. quòd si conferendæ inter se discordiæ sint, eã quæ de Thessali cõmunitatibus est lõge alterã superantẽ inuenies. cũ enim tres sint genere (ut illi dicũt) in medicina sectæ, Thessaliq; cõmunitates tã qui se Empiricos, quàm q Dogmaticos profitent, tollant, non sanè exiguam censendũ est discordiã hanc esse, immẽsamq; adeo, ut uinci non possit: quippe cũ eas, neq; qui harũ habitus est parens Themison, neq; alius ab eo quispiã, at nec amethodorũ Thessaliorũ ullus obseruet. itaq; non facile quenquam inuenias, qui non illis aut addiderit, aut detraxerit aliquid, aut aliqua saltẽ ex parte mutarit, neq; tamen etiã si ipsi inter se omnes cõsentirent, parua esset eorũ cũ alijs dissentio. cũ uero de his omnibus ipsi quoq; inuicẽ dissideãt, solus hic relinquit Thessalus; eumq; præter Iulianũ istum secutus nemo est, & is uerbo tantũ, nam re apertũ fecimus, quòd illi maxime aduersetur: quorũ si quis fidem sumere certã uelit, nostros is De secta methodica cõmentarios adeat. porrò Thessalus etiã si solus pro ueritate cõtendẽtibus dicat eorũ quæ alijs uisa sunt, cõsensum, demonstrationẽ esse quandã, ac iudiciũ, illũ nemo damnauerit, & postea Thessalum, qui ab omnibus dissidet alijs non damnabimus? Hippocrati, cui præter optimos medicos, philosophorũ etiam optimi cõsentiunt, fidem nõ adhibebimus? ob unam dissentionẽ? quis hoc tandem ferre possit? quis tot tantasq; toleret nugas? quis non potius doleat? cũ tempus cõtradicendo absumat homini, qui nec quæ dixerit recordetur, nec quæ scripserit intellegat, ac tantũmodo (ut in puerbio est) quicquid in buccã uenerit, effutiat. uerum omissis iam ijs, quæ deinceps dicat, audiamus, ac primũ cum præsentis aphorismi principiũ esse ait ac caput, nempe quòd morborũ cõtinẽs causa humorũ sit plenitudo. rectius autem fecerimus, si hoc quoq; in loco uerba ipsa, ut habent, omĩa adscripserimus. proditũ igitur ab eo est statim in hũc ferme modũ (tempus est enim iam ut recta ad contradictionem ueniamus) In perturbationibus uentris, sic ut quod reliquum est aphorismi, principiũ habeat, ac caput, nimirũ ex humorũ plenitudine, ut à causa continente, morbifica affici corpora. Quapropter demõstratũ cũ sit affectuum nõ esse causam humores (nec em explosa iam est opinio) simul etiã aphorismi detectũ est exitiũ, ut qui obscuro, falsoq; innitatur fundamẽto. Hæc sunt eius uerba, optimũ autẽ factu foret, si theatro constituto, plenoq; non quidem quale Thessalus instituit, dũ seipsum in suis illis garrulis libris coronat, sed eruditorũ potius hominũ pleno, percunctaremur ab ipso, quanam tandem demõstratiua methodo duce sermonẽ existimet uerũ esse à se dictum, qui sanè si quidem recte illum quispiã interpretetur, ad hunc se fermè modum habebit, Qui uacuationibus iuuari ægros aiunt, necesse est hos existimare cõtinentem morborũ causam esse plenitudinẽ. Quòd si uerus sermo is est, lubẽs sanè inter doctorum hominum cœtu Iulianũ interrogarem, ut ex eorum multitudine stoliditatẽ aliquãdo agnosceret suam. nam ex ijs quæ dicuntur fieri non potest ut agnoscat, huiusmodi cum sit.

Desiderantur pauca.

Seipsum detegit in libris. at in theatro quemadmodum recte ista tractentur, nunc exponam. multis ex ijs, qui febre laborãt sanguinẽ mittit Thessaliorũ asellorũ grex, si quidem hoc faciunt, cẽsentes nocumento eos ex euacuatione affici, nõ recte faciũt, sin iuuari credunt, causam supponant hi necesse est continentẽ esse plenitudinẽ, quod tamen negant. Dicat hic mihi horũ fortasse aliquis, quæ tandem necessitas est, ut iuuante euacuatione continens sit causa plenitudo? cui ego facile ita respõdere possum: necessitas quidem nulla est, de grege tamen uestro is est, qui ista dicat, Iulianumq; monstrabo, simulq; æquum esse dicã, ut suarũ ille nugarũ rationẽ reddat. & hoc quidem modo in theatro cũ eo egerit quis, nunc uero (neq; enim theatrũ habemus) paucis huiusmodi dat occasio. Quin omnes quæcũq; collibitũ effutiunt, seu uera ea, siue aperte falsa sint, id quod Iulianus semper facit, sine delectu quicquid in mentẽ uenerit, scribẽs, nihilq; unquã ueritatẽ curãs. ego autẽ in uniuersa uita mea, cũ nihil æque studuerim, quàm demõstrãdi prius sciẽtiã tenere, deinde summo hãc studio exercere, frustra laborasse uideor. nã quicũq; demonstrationẽ quid sit percipiunt, spes est hos recognita, Iuliani fortasse abijcere nugas posse: at q gregarius illius est, is ne eorũ quidẽ quæ dicunt quicquam intelligit. Quã ob rẽ dictũ antea quoq; à me est, nõ exiguũ imponi mihi certamen hoc ab amicis, quorũ gratia scientificos tractaturus sum sermones. enimuero non solum oportuit Iulianum causarum differentiæ conuenientia proferre uocabula, sed etiam eorũ obseruare significata. nũc autẽ (hoc em habet Methodicorũ omniũ stoliditas cõmune) ad nomenclaturas usq; continentiũ causarũ progreditur ille quidẽ, at quo ab antecedentibus modo differant, nõ intelligit. neq; em latuisset eos, morborũ ab antecedentibus causis augmentũ fieri. quæ em principio morbos facere cõsueuerunt, necesse est hæc, donec simile quippiã agũt, eosdẽ adaugeant, ut medicamẽtũ exẽpli causa, acre adeo, ut ulcus facere possit, cute hora impositũ tantũmodo una cuticulam uulnerabit solã, ἐπιδερμίδα Græci appellant, longioris uero tẽporis tractu adhærẽs opus peraget euidẽtius, cute primũ ipsa, deinde subiecta quoq;

quocq; carne correpta, quomodo etiā quæ putrefa
ciētia nominamus, ad ossa usq;, tegēte hęc ipsa car
ne exusta, descēdūt interdū. hac igiť prædıtæ natu
ra cū sint antecedētes causæ, fieri non potest, ut, si
quidē illæ remaneāt, q̄d factū est morbi persaneť.
cū em̄ sicuti mōstrauimus, maior subinde morbus
fiat, nō sane, anteq̄ quod facit tollatur, perfecte sa
nabiť. sunt igiť causæ antecedētes, cuiusmodi quo
que plenitudo est. supponamus em̄ ante alia, hoc
in sermone, antecedentē nisi quis absciderit prius
causam fieri nō posse ut qui fact⁹ est affectus cure-
tur. ob idq; ipsum Asclepiades morbos à plenitu-
dine incipere existimat, ægrisq; adiumento huius
esse euacuationē ait, petitq; curationem à medicis
perfici. nō morbos, quos plenitudo faciebat, soluē
tibus, sed ne adaugeanť prohibētibus. supponatur
tamē causam morborū cōtinentē interdū esse ple
nitudinē, necesse statim est, ut huius euacuatiōne
tollať morbus. atqui ut Asclepiades ait, nunq; cau
sa est cōtinens. satius em̄ fuerit, relicto hoc in loco
garrulo Iuliano, cū Asclepiade sermonē conferre,
qui, ut cætera desint, legitime certe sophistā agit.
oratiōe em̄ uti uir hic cōsueuit, cui credi maxime
possit, nō illa illepide fucata, qđ sophistæ, ut arbi-
tror, officiū est, non dissimilē tamen huic sermonē
protulit Iulianus, eū, quē deinceps scripsit, nō me
hercle facultate in hoc usus sua. tales em̄ ubiq; scri
psisset, sed eorū, quæ Asclepiades dixerat, recorda
tus. q si ex proprijs esset Iuliani sermonibus, non
aliter q̄ superiores nugatorius uideretur. itaq; ait
Asclepiades, si cōtinēs morborū causa esset pleni- C
tudo, factis nōnunq; largis inter morbi initia eua
cuationibus, fore, ut nocumentū statim à se omne
æger depellat, nūc contra uisi sæpius sunt purgata
plenitudine morbi tamē ipsi augeri. satis est ratio
hæc probabilis, ꝓpriaq; ob id eget solutione, neq;
tamē ad ea, quæ in Hippocratis aphorismo dicun
tur accedit. nā illa ex cōmuni potius hominū om-
nium ratiōe, qua Empiricos quoq; uti diximus, q̄
ex dogmate ullo fidē sumpsere. ideoq; Asclepia-
dis rationē diluemus ipsam, non sane tanq; ad ea,
quæ in aphorismo dicunť pertinentē, sed q consul
tius existimemus esse, postq̄ Iulianū hucusq; gar-
rientē pertulimus, propius ad hominē accedere,
sophista qui sit, quo cū dialecticorū aliquando mo
re exercitatio instituať. Cū igiť plenitudinē nomi D
nabit Asclepiades, interrogeť, utrū dicat eam ne,
quæ ex facultate, an eā, quæ ex uasorū capacitate
æstimať, quā etiam κατὰ τὸ ἔγχυμα nominare solēt:
atq; utrū eā, quæ in toto corpore, an potius quę in
sola eius parte consistat. ea porrò quæ ex faculta-
te est, ne nominari quidem ab ipso potest, ut qui fa
cultates ferè omēs, quibus gubernatur animal, su-
stulerit: quę uero ex uasorū capacitate, duplex illa
quidē etiamnū est: aut em̄ ad mensurā referť, quæ
secundū naturā sit, aut hoc uno, nudoq; intelligiť,
nempe q nō intra uasa capiať: potestq; horū utrū-
que, aut in toto consistere corpore, aut in una, plu
ribusue eius partibus. ostēsumq; à nobis est in his
cōmētarijs, in quibus Symptomatū causas enarra

A uimus, atq; ubi tumores p̄ter naturā tractauimus,
conuulsionē interdū, tremoremq;, ac in uniuersum
phlegmonē, & erysipelas, idq; qđ à recentioribus
medicis œdema uocať, aliosq; præterea affectus,
plenitudinis inniti hypothesi, tū si plenitudinē e-
uacuet quis, ad naturalē quāprimū statum redire
membrū. Diximus porrò alibi quoq; de continen
tibus causis, ubi ostēdimus, tā nomē ipsum, q̄ rē,
cui impositū nomen sit, ex stoica esse secta, neq; re
cte recentiores medicos genus hoc totū aut nomi-
nasse, aut tractasse, nosq; ne de nominibus conten
dere uideamur, secundū eorū sæpius sententiā cau
sæ quædam ut sic nominētur, cōcedere, non me-
hercle, quæ ex ijs, quæ absolute esse dicunť, sint,
sed quæ in generatiōe ipsa essentiā habeāt, in quo
B sophismatis consistit explicatio. Cæterū quæcūq;
Iulianus garrit, in hunc transferre locū nostri non
est muneris, quin potius ad aliam quęstionē uenia
mus, quę cōmunis in uniuersum est. Causarū, quę
in humoribus consistunt, duplex habeť genus, al-
terū ex plenitudine, ex corruptela alterū: facileq;
utriusq; aiunt esse curationem, cū momento tēpo-
ris liceat, & quod ex redundanti superuacuum est
emittere, & quod corruptū sit, uniuersum inanire
sic, ut nunq; perduret morbus. quā sane rationem
dilucidam simul ac breuē Iulianus obscure proli-
xeq; uerbis his scripsit, in ipso statim aphorismo
inde monstratū lēma extortū esse, nēpe q morbos
humoris faciat plenitudo, aut in impropriā quali-
tatem transmutatio, quā speciem omnē, corrupte-
lam medici uocant: quare eo quod morbum facie
bat educto, insigne opinatur iuuamentū futurum.
sic sine controuersia, anteq; appareat humoris ali-
cuius in corpore cōtenti indicium, plenitudinem
morbi causam esse existimat, aut si minus hanc,
transmutationē certe, qđ nec intelligi potest, nec
sane ad ueritatem proxime accedit. Sic em̄ existi-
memus licet, facile morbos tolli uniuersos posse,
nec iā diuturnus ullus foret, atq; unius esset ratio-
nis curatio omnis, nullam in se operosiorem diffi-
cultatem continens. simplex enim ac promptum,
atq; adeo in ipsis manibus esset quod morbum fa-
cit exinanire, in ipsoq; statim principio, primaq; e-
ius cōsistentia morbum soluere, ut iam nullo alio
q̄ euacuatiuo auxilio indigeat: atq; huius, quali-
cunq; tandem accidat tempore, accōmodari usus
possit, ac si in causa sanguis sit, sola cōtenti erimus
uenæ sectione, si pituita, quæ pituitam educant da
bimus, si bilis, quæ bilem. Hęc sunt Iuliani uerba,
quorum omnium, ut dicebā, ratio ita se habet. Si
quæ morbos faciunt, causæ humores sunt, fieri po
test, ut exinanitis quāprimū ijs, nullum diutius
consistere permittamus morbum: atqui multi, etiā
si inter initia satis inane reddsmus corpus, diutius
tamen perdurant. non sunt igitur humores causę.
quæ sane ratio, siquidem de corporis uniuersi ple-
nitudine accipiatur ea quę ad uasorū capacitatem
refertur, uera est. nam si in morbi ipsius principio
qđ superuacuum est inanire uolumus, uniuersum
exinanibimus plethoricū affectū; sin plenitudinē
accipias

accipias, cum parte aliqua plenior collecta redundantia est, falsa, cū ostensum à nobis sit, nō semper fieri posse, ut huiusmodi plenitudo subito euacuetur. sic etiā si de corruptela ratio interrogetur, hæc solui facile potest, quippe quam nō statim euacuare possis, perinde ac si uase aliquo cōtineretur, aut dolio, ex quibus tamen cū prauū euacuauerimus humorē omnē, non statim, nisi deterso prius, eloto q̄ diligenter uase meliorē infundimus. nū igitur fieri potest, ut ex humano corpore corruptū euacuemus sanguinē, eius autē loco meliorē quā primum eius addamus partibus? Quo nam igitur * modo (inquiūt) exinaniri statim corruptio potest? sic enī hoc, ut alia omnia facile pronunciant, nullo rerū respectu, neq̄ ullam in cōsideranda re uniuersa adhibentes diligentiorē examinationē. enimuero, queadmodū cū bilis uis multa in corpore cōtinetur, sepius facile sit, dū febris absit, eā ipsam euacuare, sic cū ante acuta correptus febre homo fuerit, difficillimū id reddit. neq̄ enī licuerit absq̄ periculo, purgāte tūc uti medicamēto, ad eundē modum de pituita, deq̄ serosis excremētis existimandū. dictum sane à nobis de his omnibus est in alijs libris, opusq̄ est, qui scire ista exacte uoluerit, inde sibi discenda hæc petat. morbus igitur plethoricus ut sit phlegmone, non in ipsis solum uasis plenitudine detenta, sed etiā uniuersos occupāte musculorū sinus, ex eo potissimū libro discas licet, in quo De tumoribus pręter naturā scripsimus. q̄ uero subito curari phlegmone oīs non possit, diximus in libris De curādi ratione, secundū eā potissimū operis partē, in qua curandorū prēter naturā tumorū uia instituit. fit enī interdum ut tā ualide tāq̄ tenaciter adhęreat carni uiscidi, crassiq̄ humores, periculū ut sit, ne cū diutius perseuerauerint, sequat scirrhus. at ij, qui nihil horū sciūt, dū potissimā artis partē ignorant, dānant Hippoc. atqui ediuerso quis, cū solidum corpus refrigeratū, aut excalfactū aliquod fuerit, promptū fore illi ad naturā recursum dicet, quomodo etiā, cū densius, rarius ue redditū fuerit. neq̄ enim refrigeratū excalfacere, excalfactumq̄ refrigerare, densiusq̄ rarefacere, ac rarū densare laboriosum fuerit: at pertinaciter adhærentē parti carnosę humorem, aut crassum, aut glutinosum educere, laboriosissimū. nā cū ex uasis etiā laxis ijs, haud prōptum sit sordes expurgare, facile id scilicet in carnosis existimabitur? quare summe deprauata ratio ea est, quę causas in humoribus cōtentas contrarias semper magis esse dicit ijs, quę in solidioribus partibus sunt. nam si in uniuersa corporis habitudine absolute plenitudo insit contenta in uasis, quā proprie plenitudinē nominamus, nō sane difficile factu fuerit, & primo quoque tēpore hanc ipsam exinanire, & ob ipsum symptomatis ægrū liberare. contra cū uitiosus succus aliquis, aut corruptela adsit, fieri nō potest, ut abūde facta euacuatione sanitati homo restituat. Nec sane alio se modo res habet ipsa. plures enī inuēti sunt, quibus cū degrauaret corpus, tēsionisq̄ accederet sensus, uenæ q̄ primum sectione symptoma-

A tis his soluti sint, nōnullis cōtra per totū mensem corruptionis nocumentū permāsit, dū nos deprauatū sanguinē potuimus ubertim exinanire, nec meliorē aliū reponere. nam ut ex cibarijs recte in corpore cōfectis bonus generat sanguis, sic periculū est, ne dū idonea cōcedimus alimēta, cū prauo, qui prius inerat, bonus unà corrūpat. quā etiā ob rē nō omnē se pollicent corruptionem sanaturos, sed illā unā, in qua ualidū adhuc corpus sit, uiresq̄ robustæ: nō cū æruginosus penitus factus sanguis fuerit, & qui inditū alimentū trahere secū in corruptelā possit, sed q̄ potius ab hoc ipso contēperari queat. sed nec cū ad uires æstimata plenitudo fuerit, sanari cōtinuo æger potest, eo q̄ cū inanitiōe, unà ipsa dissoluant interdū uires. Diximus
B de huiusmodi affectu in opere De medēdi methodo. Ergo raro inanitione hominē cōtinuo sanum reddes. continget tamē quādoq̄ hoc, quēadmodū apparet. & huius sane rationis ueritatē clare ostendit experientia. quidā enī ab euacuationib. statim ipsis, oīni liberant molestia, sed nec hosce affectus nosse medico cuiuis prōptum est, nec ut eos norint, statim etiā dignoscere eos ualent. Ii sunt igit, qui maxime nugent, inter quos, ut uerū fateamur, primas obtinet Iulianus, qui cū nullū unq̄ cū artis operibus cōmerciū habuerit, ex his tamē quę ipse nouit, audaculus reperit. Cæterū nos sæpius inter ipsa artis opera post utriusq̄ plenitudinis inanitionē homines sanitati cōtinuo restitutos ostēdimus: utrāq̄ dico, & quā ex uasorū æstimamus capacita-
C te, cui plethoræ nomen est, & quā ex uiribus metimur, quæ inanitione nō dissoluit. atq̄ hæc, cū primū ægros quis uisere inceperit, unà cū ijs, qui sanare nouerint, percipiet omnia. Videamus ea quę deinceps dicunt, in quibus Asclepiadæ rationem tractandā suscipit Iulianus, peruulgatam illā, quā persuadet nō proprios trahi à purgātibus medicamentis humores, sed ab his generari. Sanè pauca quędā de re hac diximus in calce libri De elementis secundū Hippoc. sicuti in primo quoq̄ De naturalibus facultatib. postremo socijs ita rogātibus librū etiam de hoc scripsimus unū, cui titulus De purgantiū medicamētorū facultate. quare uniuersum de his sermonē qui scire uoluerit, inde sibi petat, nos hoc in loco ijs, quæ à Thessalo dicunt resi-
D stemus, pri⁹ tamē eius uerba adscribā: Athletā quē uolēt capiamus bona prēditū habitudine, naturaliterq̄ se habētē. Huic bona in corpore cū insit materia, firmaq̄, medicamentū exhibemus, quęq̄ excernunt summe corrupta ostēdimus. unde colligimus, nemine, q̄ ijs contradicere queat, reperto, cū q̄ nūc excernunt acerrima simul ac corrupta, anteq̄ medicamentū exhiberet, talia athletæ nō adessent (bona enī is habitudine erat) nihil aliud nobis restare dicendū, q̄ utraq̄ hęc à medicamēto fieri: primū quidē materiā ab eo in corruptelā uerti, deinde etiā excerni, siue per uomitū id, siue per aluū fiat. Hæc sūt Thessali uerba. audistis autē priuatim à me q̄ in bonę habitudinis aliquo humores purgent oēs, id nō magis q̄ nunc illi generent, declarare

declarare, ꝙ quòd antea contineantur. frustra igi- A
tur ista attulit, neutrã necessario, aut comprobãs,
aut demoliens sectam. ꝙ si aluũ subduces aliquid
exhibeat, nõ tamen medicamẽtosum hoc illis est.
Neq; uero inuerecũdi Thersitę more exhibemus,
& ostẽdimus dicere debuit, cũ neq; exhibuerit id,
neq; ostenderit unq̃, nec iam exhibẽtẽ alium, aut
ostendentẽ uiderit. at nos ij certe nõ sumus, qui ea
quę minime pręstamus, dicere, aut scribere audea
mus, sed ostensa operibus prius ipsis ueritate, tum
demũ rerũ explicamus artẽ, id quod ex his quoq;
q de Thessali grege sunt audias licet, partim quot
ex ijs, qui aqua inter cutẽ laborabant, medicamẽ-
to dato, quod aquã educeret, uentrẽ quãprimum
ad æqualitatẽ reduxerimus, partim etiã quot icte-
ricos sanitati continuo restituerimus, bilem trahẽ B
te medicamento exhibito. Verũ neq; hæc, neq; a-
liud huiusmodi quicq; uidit unq̃ Iulianus, athle-
tis purgãs inquit exhibeo medicamentum, & o-
stendo. uerisimile uidelicet est, ut tãta præditus a-
mẽtia athletas quis bonis pręditos succis purget,
aqua inter cutẽ laborantes nõ purget, nõ atra per
citos bile, nõ eũ, qui morbo, quem elephanta uo-
cãt, correptus sit, nõ cancro affectũ, nõ quẽ phage
dæna, aut erysipelas, aut alius quispiã, qui ex ma-
lo generetur succo, morbus infestet. satis nobis de
his ipsius nugis dictũ sit. nã si, quæ audire dignus
est Iulianus, dicere omia institerit aliquis, huic nõ
iam uno aut altero, sed longe pluribus libris opus
fuerit. Verũtamẽ eorũ, quæ deinceps dicit, aliqua
audiamus, hoc modo scribens, Aliud affero uali- C
dissimum, quo maxime inspecto resipiscere eos æ-
quũ fuerat, non atra omnino bile agi. cũ eñ subes-
se bilem arbitramur, pituitã purgans medicamen-
tũ damus, nec iam pituita, sed bilis excernitur. cũ
uero pituitam, hanc ipsam educente medicamẽto
dato nõ pituita, sed bilis utrobiq; deijcitur. hydro
picis aquã ducẽs medicamentũ damus, tuncq; cũ
manifesto in hydropicis aqua contineatur, præter
omniũ maxime opinionẽ exire aqua non uidebi-
tur. par enim esset, ut cũ bilem trahens medicamẽ
tum exhiberemus, bilis, cũ pituitã, pituita educere
tur. Hæc sunt, quæ dicat, in quo admiratione di-
gnũ est, ꝙ primũ dixit, non oportere ab atra omi-
no bile agi, nimirũ nos atra percitos bile dicit, qui
cũq; Hippocratẽ laudamus. Quòd sanè lepidũ ser D
monis genus illis potius cõueniebat, quibus atra
bilarios ab atra infestari bile placet. porrò fabulo-
so Aesopi asino simillimus esse Iulianus reperitur,
qui cũ unà Aristosito domino accubãtẽ Meliten-
sem quendam catellum uidisset, circũq; ipsum sal-
tantẽ, ac delitiose ludentem, mota subinde cauda,
iucundam præterea quandã emittentẽ uocem, ob
quæ læti conuiuæ erant, ipsumq; exosculabantur
omnes, nihil moratus sit, quin in sellam cõfestim
insiliens ruderet, ac sese, caudam identidem quas-
sans, uerteret. Huic perq; similis Iulianus cũ sit, ca
uillose in nos inuehit, obiecta nobis per iocũ me-
lãcholia, quæ ab atra, ut ipse ait, bile fit. sine igit in
te nos de atra bile dicamus, qui cũ arte minus etiã

ꝙ puerulí medici ualeas, in Hippocratem inuehe
ris. qua, quę nã maior inueniri melãcholia potest?
quæ manifestior ignorantia? quæ tandẽ petulan-
tior audacia? His nos iocose incessis Iuliane? indo
ctisq; ea sermonibus cõplicas, ut iam ne puerum
quidem latere possit ꝙ absurda hæc sint. Nam cũ
Hippocrates dixerit nullam neq; ætatem, neq; an
ni tempus, neq; aliud omnino inueniri tempus ul
lũ posse, in quo ex corpore nostro humor aliquis
totus pereat, ut quos semper nobis inesse dicat,
sintq; nimirum ij, sanguis, pituita, atq; utraq; bilis,
quos in omnibus inesse omes existimat, incremẽ-
tum autẽ suscipere in alia tẽperatura, naturaq; cor
poris, ætate, tẽpore, regione, morbo ipsius te de-
moliri ratiouẽ putas, si bilioso pituitã ducens me-
dicamentũ cũ dederis, hæc quidẽ euacuetur ipsa,
bilis non euacuetur. Age uero, demus hoc, mani-
festo fieri, ut nõ semper propitiũ sibi humorẽ eua-
cuet medicamentũ, num falsum propterea uideri
debet Hippocratis dogma? si nãq; humores omes
æqualiter attrahit purgans medicamentũ unum-
quodq;, ipsos autem in propriam speciẽ quandam
mutare solet, nihil erit inter uenæ sectionẽ, ac pur
gationẽ discriminis. Quòd si hæc ita habent, haud *
sanè difficulter experiẽtia possumus dogma ipsum
probare, duobusq; propositis hydrope laboranti-
bus hominibus, quibus eadem adsit magnitudo,
idem corporis habitus, ætas eadem, alteri eorũ ali-
quod quod aquã trahat, medicamentũ dandum,
alterius secanda uena, considerandũq; deinde utri
eorũ profuerit id, aut nocuerit. par autẽ fuerat, ut
idẽ in utroq; fieret euacuationis modus, ac tot mit
terentur sanguinis heminæ, quot essent euacuatę
(ut ij quidẽ existimant) aquæ à medicamento pur
gãte. Verum demus etiã hoc illis, & in altero qui
dem, qui purgatur, aquæ heminæ euacuentur, uer
bi gratia, quindecim, in altero autẽ, cui secta uena
est, duæ tantũ, uideamus nũc uter horũ iugulatus
sit (nam quid aliud quæso dicendum sit, de Hydro
pico, cui missus sanguis fuerit?) atq; uter adiutus
maxime? Quid mihi hic dices ò bone uir? num si-
militer atq; ad eũdem nos modũ refellimus, quẽ-
admodũ paulo ante tu faciebas? bilem purgãs me
dicamentũ alicui detur, inquit, qui aqua intercu-
te laboret. bilẽ hoc etiã ò bone uir euacuabit, ue-
rũ modicam, omneq; citra emolumentũ. Bilioso,
quod aquosam detrahat saniẽ detur. hoc quidem
aquosa euacuabit, sed modica, nec sine detrimẽto:
ediuerso quod aquã trahat ascite laboranti detur,
quod bilẽ icterico, hic & plurimũ euacuabitur hõ
mo, & maximo præterea cũ iuuamento. Hæc si a-
pud medicorũ aliquem scripta nondum legit Iulia
nus, hominis admiror diligẽtiã. sin cũ ista legisset,
ausus est quæcunq; scripsit, scribere, par est ut il-
lius prudentiam admiratione prosequamur. Ego
enim eorũ qui ista audierũt offendi aures puto. Iu
lianus autẽ cum de his scribit, insanire nos arbitra
tur. Respõdeat itaq; ijs quos laudauit philosophis
in memoriã reuocatis, à quo nam ipsorum demõ-
strandi legẽ huiusmodi acceperit, cuiusmodi usus
ipse est

ipse est. si enim, inquit, bilem trahens medicamentũ, animantis natũ est bilem expurgare, nõ ipsam generare, in pituitosis non sane bilis euacuaret. quo uero mire id qđ consequens est, nouit? O præclarã sophistæ huius dialecticã. Quidnã tã unquam prudenter Chrysippus, Aristoteles, Plato dixit? Qui si de ijs proposita illis foret consideratio, cũ nulla penitus contineret in corpore bilis, id prorsus sequi affirmarent, nullã quoque omnino, à bilem trahentibus medicamẽtis exinaniri, cũ uero modica inesset, quæ ab ijs traheret, modicã quoque futurã esse dicerent, quẽadmodũ sane plurimã, cum plurima contineret. At nouæ huius dialecticæ sophista Iulianus, cũ modica quandoque in corpore bilis insit, nullam prorsus bilẽ hanc ipsam ducentia medicamenta sequi censet, & postea nos quidẽ insanire dicit, quicunque aqua intercute laborãtibus aquam ducens medicamentũ damus, seipsum uero prudenter agere, cuius placitis consentanea est uenæ in his sectio. simillimũ his ipsius sermonib. est, quod in sequentibus uerbis his affert, & quod magna ex parte uicissim intendit, ac remittit, indeterminata sanitas similis aliquis factus quãtũ ad nos, * secundũ omne cõtinuitatis, quantũ ad nos, in eo, quod rarenter, nec sæpenumero fit. per hæc Iulia- * nus opinionẽ refellit existimantiũ corporeos semper esse passionũ affectus intensionibus, ac remissionibus in testimoniũ adductis, idque facit, ratus se in hoc methodicorũ opinioni cõsentire à ueteris autẽ magistri placitis dissentire, cũ tamen diuersissimũ hoc sit. nã qui in solidis animãtis partib⁹ insunt affect⁹, obfirmati insunt ac durabiles, & quæcunque humida sunt præterquam quod in alias animantis particulas subinde decũbũt, par est etiã ut partim in halitũ tenue facta digerant, partim etiã per meatus sensui patentes excernantur, & nunc quidem à gubernatrice animantiũ natura concocta meliora, nunc à febrili immutata calore, deteriora fiant, ac quædã ob calorem hunc difflentur, quædã rursus bonis admista alimentis meliora euadant, nõnulla autẽ à prauis illis confluentibus corrumpantur, siue ea prius etiã quam assumerent, praua fuerint, siue nõ recte ea uentriculus concoxerit.

Desunt quædam.

Accensas uero ob putrefactos humores febres, nihil sane mirũ sit, si prout collecti ij per loca fuerint, putrefactique, atque exinaniti, ita generationes, ac declinatiões sortiunt. uerum hoc illos fortasse quispiam dicentes ferat. at qđ deinceps Iulianus scribit, non iam cũ alijs cõmune, sed ipsi propriũ hoc nunc referã. satius autẽ uisum mihi fuit, uniuersa illius uerba, quanquam prolixiora, adscribere, ad hunc modũ habentia: Quod uero intelligi non * potest, cũ in plenitudinẽ, aut corruptelam pro eo qđ præsens poni debet morbi refert causa, quisnã * quæso exactissime aliquid dignoscet? affectu de toto corpore abeunte necesse est, oĩa in omni parte, particulaque redundare fateamur. unà eñi cũ effectu perduret opus est cõtinens causa. per totũ autẽ eunt affectus, quales febres sunt, & quãplurima alia, in quibus in toto inesse plenitudinem oportet, plurimamque, cũ plurimus morbus fuerit, atque ita concessum dicere. Quòd si uero * * quod contradicit humoris plenitudo. atqui Iuliano non placet, morborũ, qui in uniuerso cõsistunt corpore, continentẽ causam in uno cõsistere loco, sed si quis fluxũ etiam in bubone continentẽ esse supponat, febris cũ sit, in tantã incidet sermo dubitationẽ, nam dissoluto bubone, nec permanere illam, * nec crescere possibile est, cum manente quidẽ necesse sit, ut & febris soluatur, soluta autẽ continentẽ suijpsius causam bubonem habeat oportet: exque hoc præclari huius defensoris subuerti rationẽ necesse est, qua ait, fieri non posse, ut morbi uniuerso in corpore qui sit, causa unico consistat loco, cum tamen nullam aliam continentis causæ afferre rationem possit, quam quòd ab ea aliquid fiat, ac cũ ea pariter cesset, nisi forte hoc etiam in loco, quemadmodum in alijs quoque facere consueuit, repente se Stoicũ rursus profiteatur. uerũ cũ hoc fecerit, non modo morbi, sed ipsius etiã sanitatis causam afferet aliquã, & qđ minime uult, calidũ esse morbũ aliquẽ, & frigidũ, & siccũ, & humidũ, dicere cogetur. Quãobrẽ desinat inanes has nugas afferre, neque * modũ, uerũ alia excogitet, dũ laudib. quos nũc Stoicos extollit, nũc ipsorũ etiã placita tollit.

CL. GALENI HIPPOCRATIS LINGVARVM EXPOSITIO.

MARIO NIZOLIO BRIXELLENSI INTERPRETE.

CVM uolueris ò Teuthra linguas, quæ apud Hippocratẽ reperiuntur, quam breuissime fieri posset à nobis exponi, libenter & prõpte tibi paruimus, huiusmodi studijs pulcherrime morem gerere pulcherrimũ existimãtes: erit autẽ, ut ipse iussisti, ordo orationis nostræ ex ordine literarũ, à quibus ipsæ linguæ initiũ capiũt, si prius tamẽ illud definierimus, inter expositionem omnium uerborũ Hippocratis & solarum ipsius linguarũ, quid intersit. Quæcunque igitur uoces antiquis tẽporibus erant in usu, nunc autẽ non sunt, huiuscemodi uoces linguas uocãt, & ad has exponendas accedimus, alias uero oẽs, quæcunque inquisitionẽ quidem non minorẽ desiderant, usitatæ tamen in hunc usque diem sunt, in ipsorũ librorum explanationibus inuestigare melius fuerit. Quid enim iudiciũ, & quid diuinum, & quid integre, & quid in summo bonus habitus, & omnia, quæcũque talia

talia sunt, oratione quidē longissima ad explanandum indigent, in cōmuni tamen usu uersantur nihilominus quàm uita & breuis, & ars, & lōga, & opportunitas temporis, & uelox, quanquā & harum uocū nōnullæ expositionis egent. ex quo mihi in mentē uenit admirari eos, qui omnia Hippocratis uerba se expositurос pollicentur, si quidem non intelligunt, plura se præterire quàm docere. Dioscorides quidē non Herophilius ille cognomento Phacas, sed iunior quidā patrū nostrorum memoria, multis libris scriptis nō modo dimidiā sed ne tertiam quidē aut quartā partem omnium uerborum Hippocratis exposuit. Ac præter alia multa cumulus etiā accedit horum duorū, quę ab eodē in toto opere peccantur primū quia de manifestissimis nominibus memorat, ad quę intelligēda non modo multa sed ne minima quidē explanatione opus est. Deinde quòd hoc ipsum non semel tantū, sed sæpissime facit. Hęc igitur nos contēpsimus, & præter hæc etiā omisimus exponere formā uniuscuiusq; arboris, fruticis, & herbę, & eorū quę ex terra effodiūtur. Tum aūt & piscium et animaliū omniū, de quibus frequenter commemorauit Hippocrates, quæ quidē Dioscorides is, de quo loquor, non erubescit trāscribere ex libris Nigri & Pamphili, & Dioscoridę Anazarbei, atque ante hos Crateuæ, & Theophrasti, & Heraclidę Tarētini, & aliorū innumerorū. Idem quoq; notissimarū urbium nomina exponit, similiterq; astrorū manifestissimorū, quę ne puer quidē ignorare posset. Atq; his exponēdis non hic solus, sed etiam alii cōplures peccant. Hæc igitur omnia siquis amputet, linguas explanauerit solas, ut Herophilus fecit, & Bacchius, cui Aristarchus grāmaticus multitudinē exemplorum cōgessit, ut aiunt. Nos aūt, ut scis, plura etiā quàm illi excerpsimus, eaq; in cōmentariis habemus, quę celeriter & ipsa si uolueris latiore enarratione colligemus tibi. Nunc aūt id quod iudicatū est, & longioribus illis cōmentariis demōstratum, roganti tibi, ut per capita haberes, præsens liber cōpositus est, complectens nō solū omnia nomina, quę cum ab aliis antiquis usurpata fuerint, nūc amplius in usu nō sunt, sed etiā quæcunq; ipse Hippocrates proprio aliquo modo sibi fecit, uel transferens à consuetudine, uel figurā accōmodans aliam, uel sentētiam mutans. Quòd aūt antiqui multa sibi nomina faciebāt, ostensum quidē satis est ab Eratosthene in libris De antiqua comœdia, sed ego quoq; idem tibi paucis per exempla possum demōstrare, cum pauci admodū facultatē habeant euidētius discernendi, quid'nam lingua sit, & quid simile ipsi ab antiquorū aliquo factū. Puto aūt tibi Aristophanis exempla ex Detaleis abūde satisfactura, quæ ferè ad hūc modum habent. Hæc tu dic Homere, qua'nam lingua uocant κόρυμβα: in illa enim fabula senex quidam ex populo Detaleorū proponit Procaci filio primum κόρυμβα quid sint, ut exponat, postea uero quid uocent ἀμενηνὰ κάρηνα; &

A ille quidē uicissim proponit linguam, quę in tabulis Solonis est ad causas differentes ad hunc ferè modum. Tuus quidē, meus autē hic frater dicat, quid uocēt ἰδυῦσιτε. Deinceps pponit quid'nam * sit bene facere, ex quibus manifestū est linguam antiquū esse nomen, quod ex consuetudine decidit. Quod aūt unus quilibet eorum, qui in studiis doctrinę uersabātur, putabat licere sibi facere noua uocabula, satis indicat & Antiphon, qui quomodo ea facienda sunt, edocet. Indicat etiā & ipse Aristophanes in eadem fabula his uerbis, ἄλις, ὀρέλη, καὶ μῦρον καὶ ταινίαι. Postea senex irridens ἦδυς ὀρέλη, istud est ab Lysistrato. rursus aūt cum Procax filius dixisset, à nobis æque non perterre * beris, tempore, & hoc filii senex deridens, inquit, B perterreberis, hoc à rhetoribus est. tum rursus cū ille dixisset, euadent tibi hęc quorsum uerba? Rursus senex & hoc euadent, tanquam ab Alcibiade sumptum carpit. Ac filius quidē nondū desinens * neq; reuerens senem, quid cōiectas? etiam malos uiros dicere eos, qui exercent probitatem. Postea senex O Thrasymache quis horum patronorum te liberat? Manifestum igitur ex his puto tibi factum esse, ut dixi, esse modum linguarum cum nomen commune omnibus à consuetudine superante cecidit, uel factum ab aliquo antiquorum non omnino receptum fuit in consuetudinem: sic igitur & Hippocrates ex nominibus, quę usitata nō sunt, aliqua assumit, aliqua ipse facit aliqua aūt nouis adiunctis sentētiis mutat. Quorū unūquodq; C unà cum linguis exponēdum censemus, cum ex consuetudine, quæ nunc est, cecidisse uidebitur. sic igitur si cuius etiam stirpis nomen uel animalis uel urbis ualde obscurum fuerit, hoc tibi inter ipsas linguas exponemus, & omnino hoc spectabimus, ut non tibi soli sed etiam aliis, qui modo primas literas attigerint, liber hic utilis existat. si uero quispiā nescit quid sit, interficiemus, & procul & ambo & indumentum & alia quæcunq; talia sunt, ad Dioscoridem & ad illius similes remittimus, ut ad eos, qui talia docere non indignū putant. cum igitur aperte definitum sit à nobis, quid nam sit lingua, quid uox usitata, & cum dictū sit existimasse nos, id ipsum quod iudicatum est à nobis & demonstratum in aliis libris hic tibi solum D sine demonstratione esse scribendum, ad explanationem iam ipsarum linguarū accedamus, eligentes ipsas ex omnibus libris non solum uerè Hippocraticis, sed etiam ex iis qui Hippocrati quoquomodo sunt inscripti. Quod autē multæ à Bacchio prætermissæ linguæ hic scriptæ sunt, quodq; nullam nos prętermisimus, ipse liber docebit, quēadmodū & illud, quod prout uidetur oratio postulare, aliquando quidem interpretamur ipsam locutionem, qua cum exposuimus linguam. In plurimis autem id facere negligimus, cum sine interpretatione speramus ipsam explanationem fore manifestam.

INITIVM VERBORVM LITERÆ A

†Quasi dicas ansulatum, uel annulatum, ea forma qua ἀνσυλωτὸν catenatum, & chiridoton, manicatum dicimus.

Quo medici uulnera, uel ulcera pertētāt.

*Vulgo spicas uocant.

d. triāgulus

† Ἀγκυλιδωτὸν. Ansulā uel annulum habēs, dictum est autem de curru.

†ἀγκυρομήλη. Specium siue specillum hamatum.

*ἀγλιθες. Partes capitis allij.

ἀγρίην κολοκύνθην. Colocynthis. i. agrestis cucurbita, ut Crateuas & Dioscorides & Pamphilus.

ἀγροφον. Montanum, syluestre.

ἀγύια. Imbecillitas, infirmitas.

ἀγχόμενος. Qui suffocatur.

ἀδαξᾶσθαι. Morderi cum pruritu.

ἀδεῶς. Negligenter.

ἀέτωμα. Pars tecti in sublime erecta, ut† colūbariū.

ἀθέλγεται. Resoluitur, dissoluitur.

ἀθήρ. Et tuberculi, qđ in palpebra oculi natum à similitudine hordei Crithe dicitur, pars acuta est, ut in secūdo De morbis minore, & eius partis summū, q̄ in cuspide sagittæ πώγων, hoc est barba appellatur ut in q̄nto De morbis popularib.

ἀθώρηκτος. Qui non ebrius est.

ἀιγλίη. In oculis albicans cicatrix, ut in maiori De prædictione, & albescentes humores concreti, ut in coacis prænotionibus.

αἰγοκέρα. Qđ & βούκερας, & τῆλις. i. fœnugræcū.

αἰγύπτιον ἔλαιον. Aegyptiū oleū, quod ipsi uocant cicinū. ueteres quidem ex cici etiam cicinum.

αἰγύπτιον ἔλαιον λευκόν. Aegyptium oleum albū, quod ex lilijs cōficitur, & Liliniū & Susinū nominatum est.

αἰγύπτιον μύρον λευκόν. Aegyptium unguentum album, quod & Mendesium nominatū est, confectum ex lilijs & odoribus, propterea q; unguētum nō oleum uocatur, idemq; Lilinunguentū & Susinum unguentum appellatum est.

αἰγύπτιον μύρον. Aegyptium unguentum ex flore Aegyptię spinæ, qđ & Metopiū nominatū est.

αἰγυπτίην στυπτηρίαν. Aegyptium alumen, quod & scissile & triscissile nominamus.

αἰεί. Significat aliquādo, apud Hippocratē etiam donec, & apud multos alios antiquos.

αἰθάλη. Idem quod fumus uel fuligo.

αἰθιοπικόν. Subaudiendum est cuminum.

αἰθόλικες. In summa cute circuli, similes circulis rubris qui ab igne excitantur, ab αἴθειν, quod est urere, nominati, & αἰθυλικώδεα. uidelicet his circulis similia, quæ multi uocāt αἱμάλωπας.

αἱματοφλοισβοιστάσιες. Sic em̄ Dioscorides scribit, cōpressiones supertumescētis sanguinis existimās significari. Quoniā & alibi ait, in inflāmātis sanguinis effusionib. retētio opportuna. plures tamē scribunt αἱματοφλεβοιστάσιες, & uenas inflatas sanguinis plenas ex nomine significari putant.

αἱμοκέγχνα. In sanguinis effusione asperitatem inducentia, hoc autem est morsus quidam subasper irritans in aspera arteria.

αἰνειάτης. Ab æno ciuitate Thraciæ, quem eundē & αἰνειοτικὸν aliquando uocat.

αἰόλλεσθαι. Quasi uagari & errare.

αἰών. Vita.

Extraord.

A ἀκαλήφη. Quæ quidem & urtica.

ἀκεστά. Curabilia, nam ἄκη, medicamenta sunt.

ἀκήρατος. Incorruptibilis.

ἀκίς. Sic nominatur ferrum sagittæ.

ἀκόνην. In adiunctis libro De ratione uictus sic nōminauit mortarium, similiterq; Theophrastus in libro De stirpibus octauo.

ἀκοσ. Repleta.

ἀκράλεα. Filia fœmina, Minerua, Venus.

ἀκρέσπερον. Summa uespera, hoc est prima & incipiente.

ἄκρητον. Impermistum. sic enim nominatur omnē quod cum altero mistum non est, & puram suā seruat naturam.

ἀκρητοχόλους. Puram contrahentes bilem.

B ἀπείρου πάγος. Velut immēsum spatium, dictum est autem in libro De hebdomade, de eo quod est extra mundum uel infinito uel inani, quod cogitatione informari non potest.

ἀκρόπλοα. Superne & tanq; in summo nauigātia, sic & ἀκρόπλοι. in summo nauigantes.

ἀκρόατις. Lingua sic dicta est in septimo De morbis popularibus, tāquam sua ipsius extrema nō informans, hoc est inarticulata propter motus difficultatem.

ἀκροσαπές. In superficie mutatum.

ἀκρόψιλον. In summo glabrum, hoc est nudum.

ἀλαία. Corruptio sic nominata est in libro De locis in homine, tanquam cæca & inuisibilis.

C ἀλαπτῆς. Qui est ex Alaptis, Alapta enim opidum est Thraciæ.

ἀλάστορες. Et ipsi homines qui talia perpetrant, ob quę cruciari mereantur, & uindices dei, qui eos persequuntur.

ἀλγήματα. Aegrotatiōes, nā sæpe & de ipsa ægrotatione nomē inducit, & τὸ ἀλγεῖν similiter pro ægrotare, & aliquid pati, & alia ab ipso.

ἀλεάζειν. Calefacere.

ἀλεῖον ὕδωρ. Aqua conferto imbre congregata.

ἀλεῖον. Congregatum, confertum.

ἀλεξητήρια. Remedia & auxilia quę malis arcēdis adhibent, nam & ἀλέξασθαι auxiliari est.

ἀλέσιν. Cōgregāt. ἄλειφα. Oleū uel adeps.

ἀλέως. Collectim. ἀλεότητα. Congregationem.

ἀληθεῦσιν. Decipiant, imponāt, dictū est autem & in errrore.

D ἀλθεῖν. Curare, sanare.

ἄλθεξις. Curatio, sanatio. ἀλθίσκειν, curare, sanare.

ἄλκαρ. Remedium, auxilium.

ἀλλογνοῶν. Desipiens, & tanq; alia percipiens quā quæ sunt, sic & ἀλλοφρονήσας dictum est ab ipso, de eo qui mente alienata est.

ἀλλοιοτροπεῖται. Vertitur uarie.

ἀλλόκοτον. Obscurum & incognitum.

ἀλλοφάσσοντες. Desipientes, insanientes.

ἀλαοί. Cæci, quod & ἀλαός cæcus est.

ἀλυκόν. Salsum.

ἀκρητόχολον. Sic nominat eum, quem & ἀκρόχολον hoc est, qui puram congregat bilem.

ἀλύζει. Animo quasi fluctuat, iactatur. sic & ἀλύξει in futuro dictum est.

ἀλυσμόν. Qđ & agitationē quādā & hæsitationē,

 quam

quin & agitationẽ uocant, & ἀλυχὴ hoc idem.

ἄλφιτα. Non solũ ex hordeis farinę sic uocant. nã in primo de morbis mulierũ, ἄλφιτα πύρινα hoc est, farinę triticeę dictũ ẽ. in secũdo aũt De morbis maiore, & lentiũ, & eruorũ siccatorũ. Omis igit moliti grani mediocri magnitudine fragmẽtũ ἄλφιτα appellant. nã maiora fragmẽta, κρίμνα, hoc est crassiores farinę, minora autẽ ἄλευρα, hoc est tenuiores farinæ nominantur.

ἄλφιτα προκώνια. Quę ante coni siue metę cõstructionẽ fiunt, hoc est ex recentib. & teneris hordeis, conus em̃ quidã in areis etiã nũc erigit, & maxime in pluuiosis regionib. lignũ rectũ circa qd' cõponunt fruct⁹ in coni uel metę formã.

ἀμαλδύνεται. Ipsi usitatum est, quasi obfuscatur, & quasi obscuratur, ut in secundo De morbis mulierum, oculi offuscantur. B

ἀμαλῶς. Et molliter, qd' idem ualet qd' non ualde, ut in libro De purulentis. Hoc autem molliter uitant, & facile: ut in primo De morbis maiore, & oculis non facile uidebat & in secundo maiore, & cibos non facile recipit.

ἀμαμηλίδας. Genus quoddã mespili, plurimũ in Italia nascẽs, ut Dioscorides ait, quidã autẽ ἐπιμηλίδας aiunt esse poma parua syluestria.

ἄμβη. Altior eminentia.

ἀμβλυωσμός. Scilicet abortio, ab eo quod est, abortare, sed & ἀμβλυωπία, hebetudo uisus, ut in maiore De prædictione.

ἀμβλυοπώτερα. Obtusi⁹ uidẽtia, hoc ẽ obscurius.

ἀμείρων. Auferẽs & accipiẽs. ἀμενηνόν. Inualidũ.

ἀμῇ. Quodãmodo, ex aliqua parte, mediocriter.

ἀμήνας. Qui elisit & laniauit.

ἀμόιν. Sic in lib. De ijs q̃ ad chirurgiam pertinent, Dioscorides scribit, Mediocri compressu uicis- * sim declinent ad augmentũ, & reformationem carnium faciant. Cæteri autẽ scribunt ἀλλόιν, Ait autem Dioscorides ἀμόιν, mediocria esse, sed testimonium nullum apponit.

ἀμυστί. Totum simul, sine clausione labrorum.

ἀμφιβραγχίων. Locorũ q̃ sic uocant, circa tõsillas.

ἀμφίδιον. Oris uuluæ rotunda extremitas, quæ labris cucurbitulæ similis est, per metaphoram à mulierum armillis nominata, quæ & ipsæ ἀμφίδεα uocantur. ab eo quod est cõprehendere circulariter & tanq̃ circumligare. D

ἀμφιδέξιος. Tanq̃ utrinq̃ dextra. hoc est utrisq̃ manibus ut dextra utens. talis enim est & apud poetã ambidexter, sic Hipponax dicebat, ambidexter em̃ sũ, & nõ pecco. Quidã ἀμφιδέξιον intelligunt, non recte, eam, quæ in dextris partibus uuluæ concepit.

ἀμφιμήτριον σημεῖον. Sic nominauit in secũdo De morbis popularibus, quod affectionum uuluæ significatiuum est.

ἀμῶς. Quodammodo, ex quadam parte, mediocriter, ἀμῇ, de quo supra dictum est.

ἀναγνῶναι. Sententiam mutare, ueteribus dediscẽdis noua discere.

ἄναντα. In superiorem partem, ut ἐπίναντα, in inferiorem partem ex montibus.

A ἀνακικίουσιν. Resiliunt.

ἀνακῶς. Caute uel apte ad custodiendum.

ἀνακωχή. Suspensio, dilatio.

ἀναλδής. Quod non alitur, quod non augetur.

ἀνάλμυροι. Insulsi uel non salsi, Dioscorides sic, Multi diuidentes legunt.

ἄναλτον. Sine salibus, & non salsum.

ἀναπλάσεις. Illinitiones, inunctiones.

ἀνατρῆσαι. Forare, perforare.

ἀνάρρινον. Per nares retro uersum iens. Quidam diuidunt, ἀνὰ ῥινόν. ut sit per cutem.

ἄναυδος. Qui bene & apte uerba facere nequit. ἄφωνος autem qui omino uocẽ emittere nõ potest. In tertio morborũ populariũ deinceps inuicem de Pythione dicta sunt. sic habet & illud apud poetam de equo. Loquentem autem fecerat Dea alba ulnas Iuno.

ἀναφέρειν. Significat interdum & subsingultire respirantẽ, ut in primo De morbis minore, & ἀναφέρειν, ut pueri cubãtes flentesq̃ & in nares retrahentes spiritũ. hoc idẽ est, cũ spiritus in aliquid impingens dum extra fertur, retro duplici reuocatione atq̃ intro recipitur.

ἀναχάσκεται, Suscitatur.

ἀνδρογένεια. Per uiros successio generis. nam per mulieres successio tale aliud nullũ nomẽ habet

ἀμβήξατο. Cum tussi expuit. (simile.

ἀνειλήματα. Tormina, στρόφοι.

ἀνειλιχθῶσιν. Sursum uerterint, conuoluerint.

ἀνειρυσθέωσιν. Euulsi fuerint.

C ἀνεῖσθαι. In sublime maxime sursum pendens, compositum est ex sursum & profectus.

ἀνεμοῦται. Inflatur. ἀνερίκτων. Inconcussorum.

ἀνεσπασμένα. Perturbata, dictum est de urinis.

ἄνεος. Mutus, & mente perculsus.

ἀνώδυνος. Carens molestia, & illæsus.

ἀνηρίκτῳ. Non diuiso in minuta, sed ex ultimis farinæ crassioribus partibus composito.

ἄνθεα. Flores. Non solũ hos ad coronas, sed ad alia õmia sic nominat. ac semina similiter aliquãdo uocat, ut in secũdo De morbis mulierũ. sed & erythemata in Coacis. & sputa ἀνθηρὰ rubra & subcruẽta dicit in sexto De morbis popularib.

ἀνθίνην οἶνον. Hoc est, floratũ uinũ uel odoratum qd' ita nominat, uel ex floribus anethi grato odore præditũ. Quẽadmodũ & κυκεῶνα ἀνθινόν. hoc est potionẽ quandã floribus conditam nominauit in secundo De morbis maiore.

ἀνθινὸν ἔλαιον. Lilinum uel irinum dicitur, quod ipsum etiam Susinum uocatur.

ἀνθινὸν μύρον. Quod & Susinum unguẽtum & Lilinum unguẽtum. Differt autem à Florato oleo ante scripto uarietate odoramentorum.

ἀνέθωντο. Videlicet sursum dixerunt.

ἀνωργισμένον. Quod est & remollitũ, quoniã μαλάξαι est mollire, & tanq̃ subactum & emollitum, ut in secundo De morbis maiore.

ἀντικοντῶσιος. Reuerberationis eius, quæ remo fit. Quod & σκήμπων uocatur.

ἀντίρρινα. Herba quædam, quam Bucranion & Lychnida agrestem uocant.

ἄορτρον

ἄορτρον. Pulmonis pars ſeparata ex utraq; parte, ut in libro De morbis maiore. præterea & ἄορτριν, hoc idem aliquando appellat, ut Dioſcorides arbitratur. ſed hoc non ſatis conſtat.

ἀπαρτίως. Perfecte & exacte, Dioſcorides autē ait hoc uerbum totum contrarium ſignificare, ut in libro De ratione uictus acutorum, ubi ait, & plerunq; perfecte in talibus tēporibus tranſeūt ad ſorbitiões. Mihi autem & hoc loco uidetur perfecte & exacte ſignificare, atque hoc modo Attici hoc nomine utunt̃, cuius plurima exempla in paruis commentarijs habere poſſis.

ἀπεβράσετο. In quinto De morbis popularib. ſic ſcribit Dioſcorides, & ait ipſe hoc ἀπεβράσετο uerbo ſignificari & ἀπεβήσετο, cū alij fere oēs ἀπεβήσετο, hoc eſt euenit ſcribāt. Dioſcorides B
em̄ & Artemidorus cognomine Capito, ex eo quod alijs uſitatū erat, nomina multa transmutauerūt nihil diuerſum ab antiqua ſcriptura indicātia, quorū nobis q̃q; neceſſe eſt meminiſſe.

ἀπιλλήθη. Excluſus fuit. ἴλλειν enim claudere.

ἀπεέρχθη. Excluſus eſt.

ἀπόγονα. Fœcūda, quidā intellexerūt infœcūda.

ἀποκεκαρπωκός. Qđ germinauit uel fructū tulit.

ἀποκεκριμένῃσι. Separatis. ἀποκηδέστερον. Negligētiꝰ.

ἀποκναίειν. Maxime quidem abradere, ſed & corrūpere & extenuare.

ἀπομυλλήνας. Protendens labra compreſſim.

ἀπονενοημένως. Sine reuerſione ſiue irreuertibiliter, ut ita dicam.

C ἀποπαλλίσιος. Expulſionis, hinc & expelletur, aliquādo quidem actiuū expellere ſignificat, ut in primo De morbis mulierū, aliquādo & paſſiuū expelletur, ut in libro De natura hominis.

ἀπορέγει. Porrigit. ἀποσβεὶς. Extinctus.

ἀποσιτικά. Quæ faſtidium cibi & inappetentiam faciunt.

ἀποσκήψεις. Scarificationes ſiue uenarū ſectiones, ut in primo De morbis maiore.

ἀποσκληροῖ. Exſiccat, indurat.

ἀπωσπαρθάζουσιν. Palpitant, uel ſaliunt, ut in ſecundo De morbis.

ἀπόσφαγμα. Fæculēta colatura, quod & ὑπόσφαγμα dicitur.

ἀπτίσων. Integrorū, in integras farinas diuiſorū, imperfecte fractorū, parte furfuracea nō ſecreta. D

* ἀπυρομήλῃ. Quæ nucleum nō habenti, eſt id pomi genus, quæ melotris appellatur.

ἀρακίδας. Triticea legumina minuta. legumen enim eſt aracos.

ἀρβύλαι. Calcei alti.

ἄργης. Serpens quidam ſic nominatus.

ἄρδας. Sordes quædā & ſpurcitia, & ἀρδαλῶσαι. Fœdare.

ἄρθρινον. Articulus accommodatum.

ἀρικύμων. Quæ citò prægnans fit.

ἄρις. Non ſolum inſtrumentū, ſed etiam herba quędam ſic nominatur.

ἄρκτιος. A Septentrione ſpirans; quidam autem ἄρκτιον omnino ſcribunt.

ἄρμυς. Suturæ in capite.

A ἀρμίω. Statim, Dorica uox.

ἀῤῥοίας. Suppreſſiones menſtruorum.

ἀρτίζωα. Paruo tempore uiuentia.

ἀρτίσομα. Vndecunq; plana, æqualia.

ἀσκαρίδες. Vermes tenues & longi in recto inteſtino geniti.

ἀσκοὺς. Figlinas ollas, quas & πυριάτους & φακοὺς nominant.

ἀσᾶται. Et igneſcit, ut in primo De morbis mulierū, & faſtidioſa ſatietate ac grauiter affectus eſt; ut in ſecundo De morbis maiore.

ἀτέραμνα. Difficilia ad conficiendū & dura.

ἄτρακτον. Nō ſolū eū qui ad lanificiū utilis eſt, hoc eſt, fuſum ſignificat, ſed etiā lignum ſagittæ.

ἀττικὸν ἀγγεῖον. Atticam ollam, aliquando quoque echinum appellatam.

αὐαντὴ: uel αὐαψή. Quidam deſiccans morbus.

αὐτίτην. Vinum huius anni, præſentis anni.

αὐτόδρομον. Quod per ſe mouetur; ut in libro De Hebdomadibus.

αὔτως. Stulte.

ἀφάς. Vincula; ab eo quod eſt uincire.

ἀφασσόμενα. Fricata, & ἀφησαμένη, quæ fricauit, uel contrectauit.

ἀφραδεῖ. Deſipit, intelligendi expers eſt.

ἀφροῦντα. Spumantia, bullæ modo tumeſcentia.

ἀφύει. Dealbatur, & tanq; aphyes colorem habet; ſic & ἀφυώδεις uocat aphyæ colore ſimile.

ἀχιλληΐδας κριθάς. Bene nutrita hordea & magna à quodā Achille nominata ut aiūt, agricola Babronij.

ἀψίῤῥοον. Retro fluens.

ἀψυχεῖ. Animo deficit, & ἀψυχίη animi defectus.

Βάχαρις. Lydium qnoddam unguentum.

βαλβίς. Concauitas oblonga.

Βαλωῖος. Qui ex Valœa urbe Macedoniæ.

βδέλλῳ. In maiori De prædictione, & ſecundo (ut quidam inſcribunt) tumentem [κιρσώδη] uenam ait ſic nominari Dioſcorides. mihi autem uidetur proprie dici nomen de ipſo animali. etenim affui olim cum hoc diceretur in eo libro, & dubitantibus multis de his quæ fierent, ſolus ego ex ſcripto aggrediens præcognoui ueritatem.

βηκέοις. Ouibus. Βησσικῆ. Ex beſſis in Thracia.

βλακεύειν. Paruipendere.

βλαβεραί. Humidæ, mucoſæ.

D βληχρόν. Legumen quoddam, quod & βλήχιον ſcribitur.

βοάνθεμον. Bouis oculus, quod idem chryſanthemon nominatur.

βόλβιον. Quale ipſum eſt Hippocrates docet in libro De morbis mulierū. male igitur quidā bulbi nomine narciſſum ſignificari putauerunt.

βολβιτία. Quæ à multis βομβύλια appellantur, genus autem eſt hoc paruorum polypodum.

βόλιτον. Stercus boum.

βομβύλιον. poculū quoddā anguſtū os habens, uel potio ſiue poculum à reſonando dictum.

βοὸς θαλασσίου. Bouis marini, cartilaginoſus eſt hic piſcis.

βουβάλιος. Cucumer agreſtis.

βούκερας. Fœnogræcum, Menitheus in appellatio-

nibus medicamentorum, & anagallidem sic appellari ait.
βουπρίστης. Et animal cătharidi simile, est et quoddă olus agreste, cuius mentionē facit Dioscorides in primo De sanitate tuēda, et in lib. De olerib.
βρῆγμα. Quod cū tussi expuit, in primo De morbis maiore, & βρήσσειν cū tussi expuere, quidam hæc sine litera rho scribunt.
βρόγχος. Cartilagineæ arteriæ.
βοτράχου. Ranæ dicit, quidam autem omnino βατράχου scribunt.
βρυγμός. Stridor, qui ex dentibus collisis efficitur, & βρύχειν sic stridere.
βύζην. Cumulate, uel dense.

ΓΑλιάγκωνες. Qui paruū & gracile habent brachiū, partes autē circa cubitū turgidiores, ut mustelę. qui autē aiūt γαλῆν brachiū nominari, & hoc positū eē nomine, fortassis uideri possint male intelligere, nō enim γαλιάγκωνας, sed γαλιοβραχίονας oportebat ipsos nominari.
γαμψὸς. Curuaturas habentes quasdam.
γαυσός. Curuatus in partem exteriorem.
γιγγλύματα. Contrario modo ineunt inter se ut in ianuis cardines.
γῆ σμηκτίδι. Cimoliæ, id est, albę cretæ.
γῆ κεραμιτίδι. Argillæ.
γῆ χαλκίτιδι. Nihil pl⁹ significat q̄ chalcitis lapis.
γήχυτον. Exterior pars terræ, quæ mollis est, & minime lapidea.
γλάμυροι. Aquosi & humidi.
γλοιάζειν. Claudentes uersare oculos, & γλοιώδως per similitudinem, dormitanter, ut eo utar uocabulo, dicebant.
γλυκύμης βοτάνης. Glycyrrhizę, uel dulcis radicis appellatæ.
γόγγρωνα. Tumorem gulæ, ab eminentijs rotūdis, quæ in truncis arborū născunt, ut Theophrastus in primo De stirpibus, sic inquiens, nōnullæ autē gongros à quibusdam uocatos habent, uel quod pro arboris natura respōdeat, ut olea.
γογγύλιον. Rotundum, & γογγυλίδια, parui globuli ut pilulæ.
γριφόμενα. Quę inuoluuntur, dictū à gripho quod est rete piscatorium.

ΔΑκτύλιος. Circulus, Rotula, in libro De sterilibus.
δᾳτίδες. Magnæ lampades ardentesq́ uocantur, abutentibus autem aliquando significat etiam allij caput, eo quod ex multis spicis compositū colligatur ut lampades.
διειδὴς. Transparēs. In scd'o De morbis maiore.
δακνεῖ. Idem quod mœrore afficit, quod ipsum & δακνάζει dicitur.
διαπεπλιγμένα. Multum superiore crurū parte diuaricata, πλιχὰς enim quod inter exortum crurum inter est.
δαισῆμα. Tanquam lanis similem corporum ipsorum compositionem.
διαστομωτρίδα. Specillum dilatans.
διαφλύξιες. Effusiones.
διαφλυχθεῖσα. Perfusa, humectata.

A διαφλυχθέν. Humectatum.
διαφλύοντα. Humectātia. διαφρός. Spumās.
διαχωρὶς. Ex interuallo.
δίδυμα. Radix herbæ, quæ & ὄρχις nominatur.
διεβλήθησαν. Decepti fuerunt.
δῆσαι. Concutere, in secundo De morbis mulierum significat transcolare & diuidere.
δίεδρος. Humida, exudans.
δικλίδιος. Bipartitus, ut possit inferiore parte clausa superpositam aperire.
δίκερον. Tāquam biceps, quod & bifidum dicitur, quod ipsum etiam δίκροον significat.
διοπῆος. Templi curator, à dispiciendo & curando quæ sunt in ipso.
διορώδεος. In serosum & aquosum mutationis.
B δίπνοον. Foramē paruū eorū, quæ ad uacua perforata sunt, & tanquam duobus oribus respirant.
δόρπου. Cœnæ. δρυπτά. Dilacerata.
δυσανίης. Critias in lib. De natura amoris, uel uirtutum, sic exponit nomen, δυσανίης autem est quicunq; propter parua tristatur, & propter magna magis q̄ alij homines uel diutius.
δυσαλγέως. Qui non facile tristatur, est autem & difficulter frenabilis, & morosissimus.

ΕΒλυμάνθη. Mollificatus est, molle factum est.
ἐγγαστρίμυθοι. Qui clauso ore loquūtur, quia uidentur ex uentre loqui.
ἐγκάμψει. Innixu, & ἐγκεκαμμένοι inflexi, innitentes, incumbētesúe, & adunci, dictum est autem de unguibus.
C ἐγγενὲς. Congenitum proprium.
ἐγκαδς. In profundo.
ἐγχαλίνωται. Frenis uelut circumdatus est.
ἐγλευκισμένος. Qui subterrestris & subliuidus est, qui desit albus esse.
ἔγερσις. Vigilantia. ἐδρήσσεται. Cohibent.
ἔθραυσεν. Pungebat, stimulabat.
†ἐκβράσει. Eijcit, expellit. al. ἐκβράσσει
ἐκδέξιν. Successionem.
ἐκκολύψας. Qui corticem detraxit.
ἐκλύσθω. Significat aliquando & inundetur, ut in libro De sterilibus, & in adiunctis libro De uulneribus capitis.
ἔκμαγμα. Et subacta massa, & crocomagma, ut in libro De sterilibus.
D ἐκμάξαι. Et formare, aliquando etiam aliud facere, & mutare, ut in lib. De sterilibus, digito formare, hoc est tanquam rotulam effingere, sed & exprimere, ut in lib. De morbis primo maiore, de spōgia, & mercuriali herba, & sambuci folijs.
ἐκματεῦσ. Inuestigare. ἐκμίγνυσι. Emūdat semen.
ἐκνεφίας ὄμβρος. Imber cum sole factus.
ἐκνεφίας πυρετός. Humida simul & inflammata febris, queadmodū & sol cū quo simul imber fit.
ἔκνυζεν. Strepebat, nomen formatū est à strepitu.
ἐκνύπτη. Explicata, explanata.
ἐκπεπλιγμένον. Auersum.
ἐκρήγμασιν. Scissuris pannorum.
ἐκσυρίγγουται. Aperiuntur.
ἐκτόμου. Veratri nigri.
ἐκτρίψιν. Ad uiscera mutationem.

ἔκφυ

ἐκφινδάνει. Erumpit, sic autem & ebullit. A

ἐκχύμωσις. Effusio humorum.

ἔλαιον ῥόδινον. Oleum roseum, quod aromatibus conditum non est.

ἐλατήριον. Nō solum ex agresti cucumere factum, sed etiam omne quod deorsum uentrē purgat.

ἔλεια. Agrestia.

ἐλιθερές. Tanquam à sole calidum.

ἐλιθερέσθω. Insoletur. ἐλιννύειν. Quiescere.

ἐλυχνδυσάμην. Plurimum disserui.

ἐλκυστῆρι. Instrumento quodam, ad infantem ex utero extrahendum.

ἔλυτρα. Velamenta. ἐμβάφιον. Acetabulum.

ἔμιαι. Vomitus, Atticum nomen.

ἔμπλην. Prope.

ἐμπύους μοτούς. Linamenta concepta, quæ circumuoluuntur, & uulneribus induntur, ad saniem purgandam, uel lemniscos. B

ἐμυκώθη. Dioscorides quidē ait, conclusit, plurimi autē adnascentias habuit humidas, ut & fungi.

ἐμυλώθη. Induruit. ἐμυλήθη. Contabuit.

ἐνθλάσει. Infringit. ἐνθράσσει. Vrgens pungit.

ἐξαλείπτης. Illitor, unctor.

ἐξαλίζοιτο. Exinaniretur ἐξάντης. Sanus.

ἐξαράγμα. Confractio, collisio.

ἐξαρύεται. Euacuatur, exprimitur Quidam uero hostiliter aggreditur, minas facit.

ἐξάρυσις. Exhaustio.

ἐξασίας. Quidam lina surgentia à summis linteis scissis, & à pānis uilib. fila, mihi autē etiā antequā scindant extantia eodē modo uidet appellare. C

ἐξηπριασμένον. Panno tenui colatū, est aūt ἤτριον tenuis quidam & agrestis pannus.

ἐξαίνει. Euacuat.

ἔξυρα. In angustū cōtracta, q̄ & μύουρα nominant.

ἔπακρα. In angustū desinentia, quæ & ἔξυρα.

ἐπάλην ὤν. Spargens. apponitur autē & ad magis.

ἐπικέρας. Fœnugræcum, quidam aliam quandam herbam sic nominatam.

ἐπικτένιον. In mulieribus pubes quæ uocatur, nam supra pectinem est, in stuppa autē uel lino pectini insidentem puluerem in opificio.

ἐπιμυλίδα. Dioscorides quidem in primo de materia, genus Mespili σητάνιον etiam appellatum, quidam autem parua syluestria, quæ & ἀμαμηλίδες nominantur. D

ἐπιμυλίδα. Os, ceu cōchula quædā genu tegens, latum & rotundum, quo genuum commissura obtegitur, uulgo patellam uocant.

ἐπισκληροῖς. Induratis.

ἐπισκεπτόμενος. Dispiciēs, cogitās, dubitās, examinans.

ἐπίχνουν. Humorem concretum lanuginosum.

ἐπορεξάμεναι. Extensæ, in longum porrectæ.

ἐπόχιον. Palmes, ex quo natum est quidpiam, ut ex colocynthide.

ἐπώδης. Fœtens & tanquam male olens.

al. ἐπωξεστέρῳ ἐπωκεστέρῳ. Aceto multo utens.

ἐρυγάνει. Abijcit, repudiat. ἐρυγὴ. Ruct⁹ eiectio.

ἐρικίδες. In crassiores partes diuisa hordea, quidam bifariam diuisa, nam & ἐρεγμὸν, hoc est legumē fresum ab eo quod est bifariam diuidi, aiunt nominatum esse. mihi autem eo quod scinduntur omnia talia, uidetur nomen factum esse, quod non bifariam diuidere est, sed frangere simpliciter, unde placenta etiam ipsa ex sesamo & melle ἐρίκιον nominatur, quoniam facile frāgitur.

ἔριξ. Dicit quidem & de iocinore, scriptū est in plurimis θρίξ, significat autē partē hepatis superiorē qua iocinoris fibræ à se mutuo diuiduntur.

ἐρυγματώδης. Ructuū effectiu⁹ morb⁹ flatuosus.

ἐρυθρὸν στέαρ. Sanguinolentus adeps.

ἐσφάσας. Ad interiorem partem molliens uel apperiens, ut μασσᾶσθαι quod est quæratur.

ἐσφηκωμένα. Colligata, constricta.

ἐχέρα. Significat & prope.

ἔτνος. Omne ex legumine fracto decoctum.

εὐάνθεμον. Qđ & ἀνθεμὶς dicit, & chamæmelum.

εὐθενίην. Ingenitum corporis habitum, quemadmodum & annus εὐθενίης uocatur, qui fertilitatem efficit.

εὐκάρδιον. Stomacho utile.

εὐνή. Non solum significat lectum, sed & coitum, ut in secundo De morbis mulierum, & offenditur uehementissime coitu.

εὐοργητότερα. Moratior, ὀργαὶ ēm mores sunt.

ἔφλυσον. Depressi fuerunt.

ἐχέτρωσις. Alba Bryonia.

ἕψημα. Quod & σίραιον, hoc est mustū ad tertiam partem decoctum, id est sapa.

ἐψηλόν. Autem genus piscium.

Ζειάς. Siliginis.

Ηγκίστρωται. Implicatus est.

ἠγκυροβόληται. Intus adhæsit ut in anchora.

ἠδέ. Insuper.

ἠδελφίσθη. Amicus familiaris & tanquam frater factus est.

ἡδυωθεῖσαν πίσσαν. Odoribus conditam picē, coquitur autem cum aqua & aromatibus.

ἡδυωθὲν στέαρ. Adeps in aqua & aromatibus coctus, & aromata & unguenta odorifera.

ἡμίσπυ. Dimidium.

ἡμιτύβιον. Lintei crassioris pars.

ἧναι. Percutere, & ἡνίων, percutientium.

ἠοίας. Matutinas horas.

ἠραχνίωκεν. Tenuibus simul & multis uenulis cuiusmodi sunt aranearum telæ, implicauit.

ἠρμᾶσθαι. Firmatū esse, innixū esse, uel aptatū esse.

ἤθας. Consueuisti.

Θαλερόν. Calidum ut à sole, nā ab eo quod est θέρεσθαι, hoc est calefieri nomen factum est.

θέρετρον. Locus ad commorationem æstatis idoneus, quidam θήτρον scribunt.

θημῶν. Aceruus.

θηρίον. Lumbricū, & sæuum ulcus, ut in libro De locis hominis. sæuum ulcus in corpus aduenit propter hoc, & cum aduenerit sanies defluens, putrefacit & tumefacit, cum in libro De humoribus, unde curatur ante dixisset. Postea in alijs cum θηρίον dixerit, animalia in intestinis cōsistentia significat, lubricos. s. & ascaridas, quemadmodū & cū dixerit autūnorum τὸ θηριῶδες ab aliquo dictorum nominat. uidetur autem & aliqua

aliquando φθινώδεις sic appellare.

al. ἐκπίεστρον θλάσιν. Fœtus infractorem quod & τὸν πίεστρον uocatur, nomē in primo De morbis mulierum.

θλασπίδιον. Pro Thlaspis sic appellatæ herbæ.

θρᾶνον. Sedem utrinq; peruiam.

θολερὸν πνεῦμα. Spiritus magnus & impellens.

θρασύνεται. Pungitur, stimulatur.

θρὶξ. Scribitur & τρὶξ, Pilos uocant sacerdotes, cū apparuerit in simo iocinoris in dextra pinnula uenula angusta, recta, nigra.

θύη. Suffitus, odoramenta.

θύματα. Suffimenta.

θυμβραίαν. Sic nominat satureiam.

θύμοι. Ex Thymis, gens autem est hęc ex Thracia.

θώρηξις. Vinolentia uel ebrietas.

IΛΛΥΣΤΑΙ. Obliquatur, residet.

ἰθαγενὴς. Ingenuum, ut ait sapiens, sed me æque atq; ingenuos honorabat.

ἴκταρ. Propè, apud Atticos. Apud Hippocratem uero in secūdo De morbis mulierum, mulieris testiculus uocatur.

ἰλλαίνειν. Distorquere uel circumagere oculos.

ἰμερωθεῖσαι. Cum uiro mistæ.

al. ἰνδικὸν τὸ ἰνδικά. Qui scripserunt nomina medicinarum, ut Mnestheus & Andreas Chrysaris & Xenocrates & Dioscorides Alexandrinus indicum nominant zingiberi, decepti ex eo, quod quidam putant ipsum piperis radicem esse, sed Dioscorides Anazarbeus aperte distinxit & definiuit de zingibere & pipere. Dioscorides igitur iunior, qui linguas scripsit, stirpem esse ait in India similem stirpi piperis, cuius fructus appellatur Myrtidanum, quia myrto similis est.

ἰνεῖ. Euacuat, & ἴνηθμος. Euacuatio, & ἰνᾶται. Euacuatur.

ἰξάλην. Perfectæ capræ corium.

ἶξιαι. Varices.

ἶξιν, Rectum progressum, uel accessum.

ἰξίον. Folium albi Chamæleontis.

ἰξύας. Pars, quæ est inter uertebras coxarum & lumbum.

ἶπος. Potio in curatione ossis luxati.

ἱππόφεως. Hoc nō solum lappago nominatur, sed & carduus & stybum.

ἰσανύουσαι. Adæquantes, mediæ ętatis existentes.

ἰσάλην. Pellem capræ, corium.

ἰσχαλέαι. Tenues, & ἰσχαλέον. Tenue.

ἰχθυήματα. Squamulæ corticum.

ἰχθύην. Squatinæ marinæ pellem aridam. potest etiam ferreum unguem significare, quo in extractione uel sectione infantis immaturi adhuc in utero existentis utimur, propter squamarum piscis similitudinem.

KΑΘΑΠΤΟΜΕΝΟΙ. Sentientes uehementer.

καθετῆρι. Tortili linamēto uulnerario, ab eo, quòd demittatur in uulnus, in secūdo De morbis mulierum, in uulnus indere tortile linamentum ex linteis factum.

κακαγγελίη. Maledicentia, procacitas.

κακοήθεα. Maligna.

κακοσινώματα. Nocentissima.

A καλλίφυτον. Quod & capillus ueneris & adiantum nominatur.

καλλιωνύμου. Piscis cuiusdam sic uocati.

κάμμορον. Et animal paruæ squillæ simile, & aconitum, ab eo quod illius radices sunt huius animalis similes, sed neutrum horum intelligi potest, in libro De locis hominis inflāmatis assumpto cammoro, unde & Erotianus nō solum ipsum animal cammoron, sed adhærentem ipsi muscū sic uocari ait. Zeno autem Herophilius cicutā. Zeuxis autem medicinam refrigerantem.

κανόνιαι. Qui rectis & promissis uentribus sunt.

καρυκὸν. Edulium quoddam ex nucibus sic nominat, cuius & confectionem scribit in primo libro De ulceribus.

B καρυκοειδέα. Sanguinea, uocant autem id proprie medici.

καρύκη. Lydium edulium uarium ex sanguine confectum.

καρχήσιον. In summo uelo habens rotulam, & καρχήσιοι in ipso funes extenti nominati.

καταβλακεύουσιν. Paruipendunt.

κατάβλημα. Indumentum data opera factum ad tegendum inferiora uel interiora.

καταγνύοι. Ad extremum inutilitatis uel imbecillitatis ducit.

κατακορέα. Vocat sic & nimis biliosa excrementa, & pectora κατακορέα, talis humoris generatiua. quidam pilosa intellexerunt, sed & κατακορέας ἀνθρώπους similiter nominat. pharmacum

C quidem κατακορὲς uel propter euacuatum ab ipso humorem, uel propter proprium colorem, appellat autem & sitim quodam in loco κατακορῆ, quę scilicet propter talem humorem facta est uehementior, uel ad summum intensam, sic igitur & eneruare κατακορεῖν.

κατακούρην. Nouaculę tonsuram, sic melius est scribere inquit Dioscorides, non in uertice puellarem tonsuram, & tondere hinc, & apud Theophrastum tonsa abies pro secta.

κατακρούειν. Diffringere uel discindere.

καταλείφειν. Illinere uel inungere.

καταμώσας, Qui demisit causa quærendi. facta enim est uox à quærendo, queadmodum & qui quæritur.

D καταναισιμοῦται. Consumitur.

κατάστημα. Confirmatio & animaduersio in secundo De morbis popularibus, & καταστῆσαι animaduertere.

καταφρονέοντα. Remisse sentientem, in maiori De prædictione.

κάτιστα. Valde uiretia. κατειλημμέναι. Colligatę.

κατηνόει. Resipiscebat, quasi expergiscebatur.

κατεπλήγη. Stupidus factus est.

κατηβολῇσι. Circularibus initijs paroxysmorū.

κατήρτητο. Placitum & temperantem reddebat.

κατ' ἰητρεῖον. Quæ ad chirurgiam pertinent.

κατωπτῆρι. Eo instrumēto, quod ἑδροδιαστόλην uocant, ut & Dioptra mulierum διαστολεύς.

κατωμοσχίδιω. Subaudiendum est uici, ut κατωσφαιλέω.

καυλὸς. Radix quidem herbæ Silphiũ proprie uocatur, caulis autem & succus, ut aliorum. Scribit igitur ipse in libro De ratione uictus acutorum, uel Silphium, uel caulis, uel succus.

καύσωμα. Inflãmationem, in 1. De morbis minore.

καυτῆρα. Aereum Calamulum quendam perforatum in fundo, per quem cauteriolum apparens demissum urere potest.

κάγχρυος ῥίζαν. Thureæ radicem. cum autem pluraliter dixerit τὰς κάγχρυς, tosta hordea intelligenda sunt.

κέδματα. Ex fluxu diuturnas affectiões uel in omnibus articulis, uel præcipue circa uertebrũ coxarum. proprie autẽ tibi hoc exponemus, sicut & alia quædam uerba.

κεκωμῶσθαι. In somno esse, uel ueterno.

κερχναλέον. Asperitatis effectiuum. sic & asperitas nominatur gutturis, & in pulmone strepitus, & asperum, & asperari, & asperationes similiter significant.

κεφαλοειδέος. Caput habentis.

κιγκλισμός. Breuis, continuata motio, à Cinclo animali.

κιθαρόν. Pectus.

κίων. Bestiolarum congregatio, quæ triticum comedunt, quarũ unaquæq; cion nominatᵉ, in fine secundi De morbis mulierum nomen est.

κλῃΐθρον. In gula locus sub tonsillis.

κλιμακέω. Transuersi in scalis ligni. quidam autem κλιμακίω scribunt, sine ε, & per c linacium altera quædam talis.

κλισμόν. Lectũ, in secundo De morbis mulierum.

κνημέω. Cruralis, si ita dici posset.

κνήσματα. Rasuræ, & κνῆσαι radere.

κνίστρον. Idẽ quod κνέωρον, instrumentũ scalptoriũ.

κνήστρῳ. Cultello quodam. est aũt cultellus quo raditur caseus.

κνιδώσιες. Puncturæ quædam uellicationis modo, quales ab urtica herba fiunt.

κνιπότητα. Vellicationem. quidam autem ariditatem oculorum intellexerunt.

κνύμα. Factum nomen est ad imitationem strepitus. Sed & leniter suspirãs, κνυζόμενος dicitur ab eodem, & in canibus mugitus. κνυζηθμὸς, id est gannitus.

κόγχην κεραμίδα. Hoc est figlinum uas, nihil plus significat quàm κέραμος, id est Figlinum uas.

κόγχον. Concham hiatulam.

κόκκαλον. Plurimi nucleum nucis pineæ. Dioscorides autem cnidium coccum diminutiue.

κόκκωνα. Coccũ cõmuniter appellatũ, non cnidiũ, quod ipsum aliquando coccum sine additione nominat.

κόλλικας. Rotulas, & illud in Acharnensibus, Rotuliuora Bœotiæ, in paruis panibus dictum est.

κολοκύνθην ἀγρίην. Colocynthidem.

κοπρίων. Fauorum. plurimi autem scribũt κηρίων. Significat autem expressorum.

κορίην. Herbam, quæ hypericon nominatur. habet autem fructum κορίῳ similem.

κορσὸς. Ex ramis adnascẽtias, nouæ germinationes.

κορυφαδίων. Orarum cõtractionis ad umbilicum.

A κοτίδι. Neruo ceruicis, cerebello.

κότινον. Syluestrem oleam, siue oleastrum.

κοτυλίδα. Concauitatẽ uertebri coxæ, & in adiũctis libro De curandis luxatis, & in secũdo De morbis maiore.

κοτυληδόνας. Ora uasorũ in uuluas descendentiũ, ut in libris De Hippocratis Anatome demonstratum est.

κοχώνην. Iuncturã in uertebris coxarũ ad sedẽ, propter quã omnis locus circa sedem sic uocatur.

κλάδαι. Fici rami maiores.

κραίνουσι. Desinunt.

κραμβίῳ. Crambes decocto.

κρέκην. Nomen factũ est, odiosum sonum, in secundo De morbis maiori.

B κρήγυον. Bonum.

κρημνοὶ. Labra ulcerum, ut in libro De locis hominis. & partes quædã pudendi muliebris, ut alæ.

κρησέρα. Farinæ tritici, euolatio quam uocant, & sacculus quidam lineus.

κριμνά. Crassiores farinas. cum aũt dixerit, κριμνὰ ἀλφίτε ἀδρὰ crassissimas farinas significat.

κρότωνας. In pulmone chartilagineę concauitates. In primo De morbis.

κρότωνος ῥίζα. Crotonis radix. hoc Aegyptij cicion nominant.

κυάμου καρπόν. Fabæ fructum. Dioscorides ait ipsum hyoscyami dicere. sic enim in primo De morbis mulierum. Quidam autem Aegyptij intelligunt.

C κύαρ. Acus foramen.

κύβιτον. Cubitus, qui & cubitus. Dioscorides autẽ nodum brachij sic nominari ait.

κύκλοι προσώπου. malę, in primo De morbis maiori.

κυλιχνίδα. Et paruũ calicem, & uasculum medicinale.

κυρβασίην. Pileum acutum, quem & Tiaram.

κυρήβια. Paleę, significat & furfures, & hordei purgamenta.

κυρίῃσιν. Diebus quibus ad talia iudicãda credit.

κύρσεον. Podicem.

κύστιγγα. Vesicam paruam.

κώδυς. Capita papaueris.

κωλεός. τὸ κῶλον ἐν τῷ δράματι. καὶ βέλτιον ὀξαμαρέστος.

κῶμα. Somni uehementis impetus. scriptus est aũt

D ut scis à nobis de hoc libellus.

κωνίαν. Vinum picatũ. inijcitur cum cortice piceæ semihemina in uas figlinum. & aliqui quidem excolant postquam ebulliuit, alij uero prætermittunt.

κωφοὶ. Languidi, inualidi, κωφοῖ uero uerbum tertiæ personæ tertiæ cõiugationis, languefacit & retundit significat.

Λ ΑΒΗ. Initium accessionis febris, maxime aũt ex circuitione.

λαγνεία. Significat aliquando etiam ipsum semen, ut in libro De natura puerorum. Sic & τὸ λάγνευμα, id est semen.

† λαγώπυρος. Lagonate appellata herba. λαγώπυρος

λαμπτῆρ. Quem multi φανὸν, hoc est pharum uel lampadem nominant, in 2. De morbis maiore.

Apud alios,& maxime atticos,in quo ligna cōburebantur prębentia lumen. sed & fax & lucerna aliquando λαμπτὴρ nominatur. A

λαπαχθῆναι. Proprie quidē euacuari, propter hoc autem & μαλαχθῆναι, id est mollire.

λαμπυρά. Spumosa, splendet enim spuma.

λάσιον. Sindon, linteum.

λεβηρίδα. Serpentis exuuiū. Quidam autem concham uacuam.

λέγνα. Extremitates oris uuluę ex translatione. sic enim uocātur ab extremitatibus indumentorū. nominat & alibi extremitates has ἀμφίδια.

λέκιθον. Quod est intra lentis corticem.

λεπάδες. Petris adhærentes conchæ.

λεπτά. Sic aliquando uocat rara, ut in libro De locis hominis.

λευκὴν ῥίζαν. Hoc est albam radicem dracunculi. B

λευκοΐου καρπόν. Albæ uiolæ semen sic uocari ait Dioscorides.

λεώς. Omnino, omnia.

λιβανωτοῦ καρπόν. Ipsum forte appellatum sic thus, quoniam semen thuris arboris in usum uenire nescimus.

λιβηρῷ. Humido.

λίβος. Destillatio quædam oculorum fluida, facta est autem uox ab eo quod est stillare, quod proprie uidetur significare guttatim cadere.

λιγνυώδης. Denigrans, λιγνὺς enim nigra.

λίθον μέλανα. Quem & molarem uocāt, cochlacē.

λιμακώδεις. Humidi & herbacei.

λίπα. Oleum. In secundo De morbis mulierum.

λείριον. Lilium, oleum autem ex eo aliqui λίρινον, C cum litera ν scribunt, aliqui uero sine ν λίριον. Vocatur autem non solum λείρινον, id est, lilinum, sed susinum & anethinum.

De hoc supra dictū est in litera ἀνθίνην, unde hic legendum puto ἀνθινόν, nō autem anethinū.

λοῦν. Non solum lauare, sed & humectare. Sic & λοῦσθαι, id est lauari, duo significat apud ipsum. & alia similia.

λυπρά. Nuda & arida loca.

λύσιας. Interualla quibus articuli inter se disiuncti (sunt.

λυσσώδης. Insaniens.

Μαγίδα. Et uelut offam & massam, & magnam magdaliam.

μακρόπνους. Scilicet ualde spirās, uel diutius spirās.

μαλακίοισιν. Sic uocantur quæcunq; aquatilium spinam non habent, ut polypus, & loligo, & sepia, & urtica. hæc enim & sanguine & uisceribus carent. D

μαλθώδεα. Mollientia, et uelut cerea, μάλθη enim cera est, & maxime mollita.

μαρίλη. Quam multi cinerem calidum uocant.

μαύδαλης. Caloris.

μάσσειν. Non solum subigere & miscere, sed etiam exprimere, ut in primo De morbis maiori.

μᾶσσον. Plus, in maiori De prędictione.

μάτος. Quæstio, & inquirere ματεῖν.

μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ. Cultello acuto, phlebotomo.

μαχαιρίδι στηθοειδεῖ. Scalpello medico uentroso.

μέλαινα. Dicit & morbus sic ex nigra bile cōstās.

μέλαιναν ῥίζαν. Aspalathi aromatici appellati radicem.

μελαῖνις. Cum accentu circūflexo Dioscorides legēdum putat, μελαῖνις capra, μελαῖνις uacca, & significari ait ex Melænis. Vrbs autem ipsa ad Crisæum campum sita ante Criphiū. pascua bona habet, & bonum lac gignentia, ut inquit Dioscorides.

μελαίνειον. Quod est in Prognostico. Quidam coniunctim legunt, ut sit denigrās. quidam autem distinguunt, uiride uel nigrum ἐόν, pro eo qđ est existens.

μέλανι φαρμάκῳ. Nigro medicamēto. hoc quomodo paretur, in libro De ulceribus ipse docuit.

μέλαν τὸ κύπριον. Cyprium cinerem, quo ad oculos utimur.

μελεδαίνοντι. Curam habenti, curāti, & μελεδώνη cura, non ut apud Homerum tristitia.

μελιηδέα. Nō solum suauem, sed & cum melle mistum, ut in primo De morbis maiori, in eodem autē & μελίχρουν nominat huiusmodi uinum.

μεμύρικεν. Conuoluit, à lanis quæ nentur.

μεμιασμένον. Fœdatum, ut est apud poetam.

μεμολυσμένους. Quidam refrigeratos, quidā autem induratos, & lapideos putauerunt.

μεμωρωμένα. Carentia sensu.

μεσόδμη. Obstaculum trabis ligneæ separās in unā domo in duas partes diuisa, tanquam columna quædam in medio posita, quidam autem & superpositum tectum μεσόδμην uocant.

† μεσόβλημα. Vt si mesenterium dixisset. μεσόβλητον

μετακέρας. In lib. De ratione uictus acutorū, lactea commistio.

μηκώνιον. Peplum uocatū, quem & succum papaueris nominat.

μήλην διασμωτρίδα. Specillum ad diducendū adaperiendumq; idoneum.

μήλην ὠτίδα. Specillum auricularium.

μήλην ἰχυρὴν. Specillum uulnerarium.

μήλη πλατέη. Specillo lato in modum rudiculæ.

μήλης τοῦ πλαστ. Cyathulo ocularis specilli.

μῆλα. Ouiculæ.

μηλιάς. Ex Melo insula.

μηλιάδος ὠμῆς. Chalcitidis uel aluminis ex Melo.

μηλιάδα. In primo De morbis minore, μηλιάδι inquit à Melo insula.

μήτρη. Tegmen & tanquā inuolucrum quoddam ἐπιδιδυμὶς nominata. est autem uaricosus quidam tumor in summo imminens didymo.

μιμνῄσκειν. Mandere, edere.

μύκη. Præclusio, suffocatio.

μυοχάνη. Epitheton hiantis. Si aūt μυελοχάνη scribatur, in millibus fuerit hians.

μύρραν. Apud Aeoles σμύρναν, id est myrrhā, bis rho scribitur.

μυρτίδανον. Plurimi quidem piper, Dioscorides autem Anazarbeus in primo De materia, adnascentiā inæqualem & tumidam circa myrti ramum. Atq; Hippocrates fructū sic nominat ex arbore quā ipse ait ab aliis appellari piper.

μύτης. Vocatur quidē sic & in ore sepiæ atramentum, & piscis quidam ab Hippocrate significatur.

μυστωτὸν

μυττωτόν. Intritum Dioscorides esse ait alliorũ uel A ceparum.
μώλυζα. Allium simplex caput habens, & non diuisum in spicas, quidam autem moly herbam.
μωλυόμενα. Paulatim extabescentia.
Ναυσιώσιες. Effusiones sanguinis, quas & ἐκχυμώσεις appellat, translatũ est autem nomen ab ijs qui in nausea sanguinem uomunt.
νέον. Nuper, uel nouum.
νεόμενον. Natantem, aduenientem, ab eo quod est νέεσθαι, hoc est uenire, in primo De morbis mulierum, utrũq;, alterum in loco, alterum in partu imperfecto.
νηπέλ † νηπελ. Impotens est.
νυκτάλωπες. Per noctem non uidentes.
Ξηρῇ σηπεδόνῃ. Videlicet cãcro, uel aliquo hoc generaliori morbo.
ξύσμη. Quod uocatur pruritus.
Οα. Quæ à multis ὄα uocantur, id est sorba.
οἰναρέω. Viti.
οἰναρίδων. Palmitum uitis.
οἴσπη αἰγός. Sordes inter pilos capræ nascẽs, & maxime in eis qui circa sedem sunt, consistens.
οἰσοφάγος. Ventris stomachus, tãquam gula quædam existens.
οἰσυπίδας. Ouis sordem, hoc est lanam sordidam.
οἰσυπίδες. Ouis sordes conglobatæ, significat & lanæ sordidæ uellus.
ὄκεις. Eminentia oblonga.
ὀλφρόν. Male olens, uel nigrũ, à sepiarũ atramento.
ὀλισθραίνοντα. Labentem. C
ὀλοκωνίτης. Herba quædam agrestis oleracea.
ὄλον. Atramentum sepiæ.
ὀλώδεα. Turbida uel nigra.
ὀλοφλυκτίδες. Pustulæ quæ subito erumpunt.
forte axem legendum — ὀνεύεσθαι. Per † axium conuersionẽ extendere, ὄνοι enim & ὀνίσκοι axes, scribitur & κατονεύεσθαι.
ὅπλα. Funes ex stuppa, uel lino, uel canabe.
ὀπός. Succus silphij per excellentiam, quemadmodum & thyrsus. uocat aũt silphium radicẽ solã.
ὀποῦ καρπόν. Silphij semen, quod & folium singulariter, & magydaris à quibusdam uocatur.
ὀργάζεσθαι. Commiscere, contemperare.
ὀρθοπρίονι. Cibo, quantum in uiam satis sit.
ὀροκωνιτίδιον. Alia scriptura, ὀλοκωνίτιδος. de qua ante dictum est. ait autem Dioscorides in monte natam ὀροκωνίτιδα nominari.
ὀῤῥωδέων. Vsq; ad caudam extensorum.
ὄῤῥος. Sacri ossis extremitas, quod etiam ὀῤῥοπύγιον uocatur.
ὄρχεα. Sacculus testiculorum.
ὀχίω. Circa os uuluæ flexuosa extuberantia ὄχος enim & μόσχος, palmites & clauiculę, idem autem & ἀμφίδιον & λύγνα, nominat.
ὠτίδος. Auis Aristoteles ὠτίδα per ω uocat, Xenophon autẽ in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per ο scribit.
Παλίνοπα. A sole auersa.
παλῦναι. Spargere.
παράλαμψις. In nigro oculorum splendẽs cicatrix, eo quòd aliquanto crassior sit ęgide.

παράλιον. Species tithymalli, uocatur autẽ & quædam brassicula παράλιον marina. A
παραστάτας. Tertia uasa spermatica, in libro De uenis, qui adiectus est libro De curandis luxatis.
παραφάσσαι. Aberrante manu attingere, cum deceptione, ut & ἐπαφάσθαι iniicientem manum attingere, hinc & occulta loca iuxta muliebre pudendum παραφάσιας nominant.
παραφάσσειν. Desipere, ut & ἀλλοφάσσειν, tumultuari, cum tenui aũt legendum est, non ut quod est ante ipsum παραφάσσαι, inest eñi in eo tactus nomen.
παρθένιον. Millefolium, uocatur autem παρθένιον & anthemis, & helxine, & mercurialis, & amaracum, sed & Dioscorides nunquã ait intelligenda est uel helxines uel mercurialis species parua habens folia. B
πασπαλίτης. Panis uel farina milij subtilis, πασπάλη uel πάσπαλος enim milium est.
πασσαλίσκω. Paruo palo, diminutiue.
παφλάζουσιν. Nomen fecit, errantes, & resumentes in differendo significare uolens.
πέζαι. In secundo De morbis mulierum sic scriptum est, & pedes tumescũt pueri maxime. Zenodotus quidem in Gẽtium uocabulis πέζαν ait pedem uocare Arcades & Dores. Hippocrates autem uidetur uel planiciem appellatam pedis sic nominasse, uel talos pedum.
πέλλα. Liuores subgilui, hęc eadem & πελιερὰ uocat. Zenodotus autem in Vocabulis gentiũ Sicyonios ait giluum πέλλον nominare.
πεμφιγώδεες. uel humore & humiditate pleni, uel uentosi.
πέπλιον. Quod & peplis & portulaca agrestis.
πέπλος. Idẽ & humilis ficus, & papauer spumeũ, & succus papaueris.
περιτρηνείω. Terebro recto & acuto, est eñ & aliud chœnicis.
περιέστελλε. Indumentis seipsum tegebat.
περικεκαμμένοι. Inflexi, adunci, & curuati.
περινήματα. Circuminundationes.
περινήματος. Circuminundationis.
περινεῖ. Circuminundat, circumnatat.
περινῷ. Perineo, est autem locus inter scrotum & anum, ubi uesicæ collum est.
D περιξύσας. Qui circumlacerauit.
περιπόδην. Circulariter sub pedibus existentem, et infra.
περιῤῥῆδες. Perfractum utrinq;.
πελιδναί. Nigricantes & liuentes.
περόνη. Aliquãdo quidem os totum culi, aliquando quidem adnascentiam ossis, aliquando adnascentiæ tumorem.
περύσινας. Anni præteriti uinum, tanq; περυσιώας, hoc est anni præteriti quoddam existens, ut αὐτίτην nominat eiusdem anni.
πήρινα. Perineum, in libro autem De hæmorrhoidibus & fistulis, & sedem dicere uidetur.
πιέστρῳ. Instrumento quod fœtus imperfecti infractorem uocant.
πικέριον. Butyrum.

πιτυίδες

πιτυΐδι. Picea resina.
πιτύλοις. Remigationibus uel remis.
πλαταμών. Maritima petra leuis & humilis, circa quam dilatantur fluctus.
πλεκτανέων. Cirrhorum, apprehensionū circumplicantium.
πλαδαρά. Mucosæ & πλύνα mucus.
πλεύμονοι. Pulmonarius fit, & tabescit.
πλεύμων. Corruptio, uel pulmonaris affectio.
πλήμνη. Modiolus rotæ.
πλήστιγγας. Ferulas, ab eo quod est percutere.
πνευματώδης. Et inflatus, & difficulter spirās, uocat enim sæpe & ipsam difficultatē spirandi spiritum.
ποίη. Primum lac per se congelatum.
ποίην. Quæ habet folium simile uiti natura, ut cissampeli appellatæ species.
πολυφάγω. Multum comedo, καὶ γόνυ ἀρχαίων deuorauit curatorem. Callimachus pro eo quod est deuorauit.
πολύκαρπον. crateogonon appellatū, genus herbę.
πομφοί. Pustulæ cutis tumētes, simul & liuidæ & rubentes.
πόσῳ. Modico.
ποταίνια. Recentia, Dores.
ποτι. Aliquando.
πρός. Præterea autem.
πράμνιος. Vinum quoddā sic appellatur, nigrum & austerum.
πρηνέες. Ad terram pronum.
πρήσμα. Inflatio, & πρησμοῖς, inflationis, & πρησικώτατον maxime inflatiuum.
προαιρέσιας. Morbos quosdā sic nominat qui in prouectis ætate fiunt, nam & ipsos sic aliquādo uocat ætate prouectos.
πρόκα. Repente.
προκώνια. Ex nouis hordeis farinas. quidā autem ex non siccatis solas.
προμήκη μαχαιρίδι † προκίδι μαχαιρίδίῳ. Phlebotomo.
προμυλλαίνει. Procidit, prominet in anteriorē partē
προμυλλήνας. Protendens extra labra.
προσέχει ἡ νοῦσος. Pro eo qd' est permanet morbus, in secundo De morbis maiore.
προτρέπεσθαι. Mutari.
προσωδέστερον. Graueolētius sine iota, cum iota autem προσῳδέστερον à tumore facto tumidius significat, ut in secundo De morbis maiori.
προτιθέμενοι. Protendentes.
πρόφυσιν. Germinationem.
πυθμένοθεν. Non omnino factum. est autem nomen à fundo uasorum, tanquam si penitus diceret, uel perfecte, uel planè, uel ab initio, uel omnino.
πυρίας. Ferentes panes, uel fragmēta accensa ex scoria ferri.
πυρήνας. Grana, dictum est de Thure.
πυρὸς ἀγρίη. Erysipelatis.

PAγεῖσα. Significat aliquando collectim impetum faciens, ut in secundo De morbis maiore & αἱμοῤῥαγία ipsa, hoc est sanguinis effusio, ab hoc composita est.

A ῥαιβοειδέα. Retortum.
ῥᾶον. Paratius & facilius, nōnulli quidem feracius copiosius ue intellexerunt.
ῥαφίῳ. Subula qua perforantes artifices taliū commodos usus lini traiectioni faciunt.
ῥέγχειν καὶ ῥέγκος. Ronchus nomina facta sunt, ab eo strepitu, qui in stertendo fit, ut & stertere.
ῥέμβει. Errat.
ῥέμβην. Errorem, & quædam alia, ab eo quod est, ῥέμβεσθαι, hoc est circumagi.
ῥηγμασι. Scissuris, fracturis.
ῥηνέσιν. Agnis.
ῥινέσιν. Agnis.
ῥηνίκας. Pelles agninas.
ῥῆνος. Agni.
B ῥηχίησι. Tanquā inundationibus. nam ῥηχίη tanquam inundatio quædam est.
ῥίζα. Sic uocatur herbula quædam sine caule & sine flore, & sine fructu, habens tria folia ex omni parte oblonga humi iacentia duorum digitorum magnitudine, similia folijs anchusæ, radicē autem tenuem leuiter purgantem.
ῥίζαν δρακοντίου. Radicem dracunculi.
ῥικνόν. Rugosum.
ῥοικά. Retorta.
ῥόμματος. Liquoris ad sorbendum, uel actus ipsius sorbendi, hoc est sorbitionis.
ῥοά. Ex moro mora immatura & siccata & contusa ut oculis inspergatur, ut & proprie appellatus rhus, ut Dioscorides in primo De materia inquit.
C ῥοφῶν. Sorbitionum, uel omnium quæ quoquomodo sorbentur.
ῥύματα. Ab eo quod est seruare, remedia.
ῥωγματίης. Fractum aliquid intus habēs, quem & ῥηγματίαν nominat.

ΣΑρδαπος. Quę distractos & distantes habet digitos pedum.
σαρκάζειν. Proprie quidem per labrorum morsum subsannare. Hippocrates autē & summis labris cōtractis uellere aliquid.
σατυριασμοί. Circum aures prolixi tumores durarum concretionum carnis in seipsam conuolutæ. Quidam autem pudendorum intēsiones intellexerunt.
D σαυρίδιον. Cardamis herba à figuræ similitudine, eadem & cardamum uocatur.
σελάχεσιν. Sic uocant omnes pisces, qui squamas non habent, & animal pariunt.
σιμαρός. Deflexum & plurimum distans labris, qd' & ἐκπεπληγμένον nominatur.
σηραγγώδη. Laxa, rara, multis foraminibus diuisa, hæc enī foramina σήραγγες & σίραγγες uocantur, & tale corpus σηραγγῶδες & σιραγγῶδες, hoc est foraminosum.
σησαμίς. Sesamidis appellatæ.
σιτανίῳ. Præsentis anni tritico, hoc est, uere sato.
σιτανώδει. Vel ex præsentis anni frumentis, uel ex excussis & tenuibus farinis, hoc est purgatis.
σιάλου δαιδὸς καὶ σιάλου αἰγός. Pinguis conuiuij & pinguis capræ.

σιαλώδεα

σιαλώδεα. Pinguia, opimata.
σιδιοειδεῖς. Luteas ut cortex mali granati.
σικύην ἄτμητον. Cucurbitam agreſtem indiuiſam.
σικυώνην. Quatuor ſignificat apud ipſum, colocynthidem, Pyro ſimilem cucurbitā, medicinalem cucurbitam fundo carētem, & coni ſimilem cucurbitam.
σικυώνης σπόγγον. Colocynthidis interior pars.
σιπύδνα. Pyxidē, ſignificat etiā aliàs nomen hoc, fictile quoddam uas in quod farina inijcitur.
σινόμωρα. Quæ mali habitus ſunt.
σιραίῳ. Dulci decocto.
σινανός. Malitia inſidiatoria, cauſa occulta.
σκαφίδα. Attici quidem paſtoralem mulctram ut quodam loco dicunt. ſitulæ & mulctralia facta, quibus mulgebat. Hippocrates autē marinam
B cōcham prolixiorem, quam quidam mutilum (uocāt.
σκέθρῃ. Exacto.
σκελιφρός. Aridus, contractus.
* σκεπαρνηδόν. Effracte, nā σκέπαρνος ipſe faſcia à fabrilibus nominatus eſſe aſcijs uidetur.
σκέμψις. Conſideratio, cōcluſio, in ſexto De morbis popularibus.
σκιαυγεῖ. Cæcutit.
σκιμπτέσθω. Concludatur.
σκίμφθη. Duo ſignificat apud ipſum, & diuiſum fuit, & admotum fuit.
σκηλήματι. Arefactione, contractione.
σκληρά. Deſiccata, & ab eo omnia eadē ratione.
σκληρώσει. Deſiccat, & σκληρώνεται deſiccatur.
σκορδινᾶσθαι. Extendi & maxime cum hiatu.
σκῦρος. Callus, & σκυρωθῶσι, occalluerint.
σκύψαι. Verberare, ſecare, diuidere.
σκύτα. Quæ in articulo ceruicis ſunt.
σμηκτίδα γῆν. Cretam terrā albam, qua fullones utuntur.
σμωδίγγων. Ad uibices ſanandas apti, ad σμώδιγγας, hoc eſt, liuores, qui ex pcuſſione fiūt, pficiētis.
σπαδών. Conuulſio, fœmininum nomen.
σπαργᾷ. Luxuriatur, turgeſcit.
σπατίλη. Humidum excrementum.
σπέρμα. Significat etiam fructum.
σπερχνή. Feſtinans, aſſidua.
σπόγγοι. In faucibus tonſillę, in quarto De morbis popularibus.
σποδίτῃ ἄρτῳ. Pane ſubcinericio uocato.
σποράδες. Differentes, non eiuſdem generis aliæ alijs conuenientes.
σταδιοῦς. Dioſcorides ait, ſtadijs menſurās ambulationes.
σταλαγμοῦ. Deſtillationis à capite.
στέαρ ἡδυντόν. Adeps in aromate & aqua coctus.
στεῖλαι. Supertegere, inungere.
στενυγρῶσαι. Anguſtare. Quidam autem claudere humidorum exitus & ſiccare.
στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ. Scalpello medico latiore.
στητῶδες. Adipe obeſum.
στίον. Calculus, lapillus, στίαι enim ſunt iuxta mare calculi, & στιῶδες hinc, durum.
στιφραί. Aridæ, contractæ.
στοιβῆς καρπόν. Lapaginis ſemen.
στολιδωδέστερον. Rugoſius.

A στομάργου. In ſecūdo De morbis popularibus Dioſcorides ſic ſcribit, et ſignificari ait, loquentis furioſe. Alij συμάργου ſcribunt, & nomen propriū intelligunt.
στόμβον. Grauiſonum, grauiter ſonans.
στρεβλοί. Quos & ſtrabones nominant.
στρέφει. Dolorem inteſtinorum præbet.
στρέφεται. Tanq̃ inhabitat, in libro De aeribus & locis & aqua.
στρογγύλον μήλην. Spathomelen ſpecilli genus.
στρογγύλου. Piperis, ipſe enim ſic ſcribit & Indicum, quod uocant Perſę piper, in hoc autem eſt quiddam rotundum quod uocant Mertidanū, id eſt piper.
στρυβλήν. Vertibilē, in libro De hæmorrhoidibus
B & fiſtulis.
στρυμάργου. Agnoſcit & hanc ſcripturam Dioſcorides non ſolum στομάργου. Atq; hoc non ut proprium nomen exponit, ſed furioſe affectum circa rem ueneream ſignificari ait, dicta enim eſſe apud Hippocratem & alia eodem modo epitheta, ut myochane, ſarapos ῥυπαλώπηξ uel gripalopex, ſed & apud Eraſiſtratum ait Rhinocoluros, hoc eſt qui mutilatis naribus eſt.
συντηρεῖν χαλκῖτις. Quā ſimpliciter uocamus chalcitim, uulgo uitriolum uocatur.
συγκομιστοί. Sordidi, quod omnes ſimul farinæ colliguntur, & non ſecernuntur.
σῦκα. Tumores carnoſi in partibus palpebrarum facti.
C σύκιον. Ficorum aridarum decoctum.
συκῆς. In primo De morbis mulierum, & fomentum ficus à radice, æque atque συκύας, hoc eſt mori, quod alibi tanquam exponens ait mori radicis.
συλλοχίας. Cōgregationes, translatio à congregatis in exercitibus.
συνάγμα. Vel humor quidam concretus, uel internus tumor, uel hypoſtaſis, uel callus, & melius in ſexto De morbis popularibus dicit.
συναρθμοῦται. Coaptatur.
σύνδεσις. Significatur aliquando & tanquam denſitas & aſtrictio.
συνδιαίνεται. Conduplicatur.
συνεγχυμοῦν. Cōmiſcere & cōtēperare ſanis ſuccis
D συνέρξει. Velut concluſione.
συνηρεφές. Obtectum, adumbratum,
συνηρθρωμένα. Coaptata, ut in lib. De curādis luxatis.
συνηνωμένα. Coniuncta, uel coeuntia.
συρμαῖα. Moderate eorum quę in uentre ſunt, purgatio.
σύσταθμον. Par pondere.
συστροφάς. Tubera, duricias.
σφαδάζει. Aegre fert.
σφάκελος. Corruptio omnis quocunq; fiat modo, ſcis autem & de hoc à nobis pluribus demōſtratum eſſe.
σφάκελος. In adiunctis libro De uulneribus capitis, dolens caput autem & ſideratus ſi fuerit, cepæ contrarium, in plurimis aūt manifeſte σφαλερὸς ſcribitur,

σφονδύλῳ

σφενδόνην. In libro De articulis à funda lapides iaciente appellatum ad restitutionē membri utile, in libro autem De sterilibus uocatum custodem. significat autem & muliebre pedum tegumentum, & quæcunq; huic similia.

σπυράδων. Caprarum & ouium excrementa.

σχάσαι. tria significat, laniare, excernere, relaxare.

χεδιώδια. Anchusam, herbæ genus, dicitur enim & sic.

σχέσις. Compressione in cōtinendo, & detentione, & alligatione, & pressione. cum autem dixerit, differt quidem aliquid & σχέσις corporis, tanq; habitum significat.

σχινδυλήσις. Figura calami, sic enim uidet̄ calamus dictus esse ab eo, quod scinditur.

σχῖνον. Non solum fruticosam stirpem, sed etiā speciem quandam scyllæ, uel potius omnis scyllæ bulbum.

σχοῖνον ἡδύοσμον. Iuncum odoratum.

Ταμῖσον. Coagulum.

τέγγειν. Humectare.

τελεῖν. Cōsumere, ut in lib. De affectionib. dicit.

τέλος. Finem & ultimum.

τερμίνθοι. Terminthi arboris fructui similes in cute præter naturam consistentes tumores.

τέρθρον. Proprie quidem sic nominatur summitas antēnæ, & τέρθριοι ipsi rudentes inde in summū uelum peruenientes. Hippocrates autem in secundo De morbis mulierum, quum hic inquit, τέρθρον fuerit morbi, ęque ut si diceret, summū & supremum & curationis maxime egens.

τετάρσωνται. Dilatata fuerunt, ταρσὸς enim omne dilatatum est.

τετράγωνα βέλη. Sagittæ quatuor habētes cuspides.

τετραμμυῶ † τετραγώνῳ. Quidam exponūt, inuentis in stibio crustis. Quidam autem ipsum stibium.

τετραμαίνει. Tremit.

τετρομός. Tremor cum frigore.

τέως. Donec, & tunc, & prius.

τηλέφιον. Genus herbę, quod semperuiuum agreste & portulacam agrestem uocant, Romani autem Illecebram.

τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ, βοτάνην ῥοφέοντι. In farina herbā sorbent, Mercurialem herbam uisus est dicere: quoniam & alibi ait, Sorbiturum autem mercurialem.

τμεῖον. Incisor, sic uocatur ferreum instrumentum bilabrum, quo fabri ferrarij & ad alia multa & ad tollendos & cōmouendos clauos utuntur.

τοξεύματα. Sagittæ.

τορνεύματα. Ramenta.

τροφής. Bene nutritus, pinguis.

τροπιῶδες. Habens illata quædam infixa, à τρέφεσθαι, quod est infigi.

τροχοί. Cursus.

τρυχνοῦν. Domare, attenuare.

τρώειν. Vulnerare, secare uenam, ut in secūdo De morbis mulierum.

τρωθεῖσα. Læsa, male affecta, & τρῶμα, læsio.

τρώσκεσθαι. Parere abortum.

τρωκτοῖσιν. Crudis deuoratis, uel immaturis.

τύρσιν. Turrim & præcipue quæ est in muris.

τυφώδης. Qui mente alienatus est, ceritus.

τυφωμανίη. Mistus ex phrenitide & lethargo morbus.

Ὑβοί. Gibbosi, & ὕβωμα, gibbositas.

ὑδαταινοῦσιν. Hydrope laborantibus in aquam mutantibus sanguinem, & aquosa tollentibus purgantibusue.

ὑδατόχλοα. Vt si aquiuiridia dixisset.

ὑδατώδεας. Hydropicos.

ὑδρίον. Parua situla, diminutiue.

ὑδρωψ. Dioscorides in secundo De morbis popularibus, cum accētu in ultima syllaba legit, & significari ait hydropoide, hoc est speciem hydropis præ se ferentem.

ὑπαλειπτρον. Frustulū, quo aliquis sublinere posset oculos.

ὑπάλειπτον. Medicamentum quod illini potest.

ὑπεζύγωται. Subiectum est.

ὑπειληθέωσιν. In se subuoluantur.

ὑπερινός. Vltra modū uacuatus homo, & ipsa ultra modū uacuatio. sic igitur exponent quidam & ultra modum uacuatur, uel attenuatur. uidetur autem longum spirans & breue spirans dupliciter sic dici. *

ὑπερβινεῖ. Vltra modum extenditur.

ὑπέρυδρον. Valde plenum infusa aqua.

ὑπερχολήσις. Multa repletione bilis.

ὑπεψύχθη. Mediocriter remissus ē à calore febrili.

ὑπνῶσα. Somnolenter habens, somno sopita.

ὑπολείβει. Destillat, defluit.

ὑπόμβρον. Subhumidum, subpingue.

ὑπομύζερα. Valde olentia, & digna quæ om̄es abominentur.

ὑπονηξαμένη. Quæ subnatauit, quæ subiuit.

ὑπόξυρα. Subcaua, humiliora.

ὑπόξυρος. Aduncus nasum, quia humiliora sunt quæ circumcirca sunt, q; ipsa sublimitas.

ὑποξύρους. Humiliores, contractos, dictum est autem de uentribus in maiori de prædictione.

ὑπόσφαγμα. Totius atramenti sepiæ tanquā subsidens fæx.

ὑποστροφή. Non solū reuersio, sed & uicissim mutatio, ut cum dixerit, lasciuiens in mutatione per uicem.

ὑπόψεφαρα. Caliginosa, subobscura.

ὑποψάφαρα. Asperiora, nam ψαφαρὸν, hoc est cano situ obductum inest in nomine.

ὑπωμίη. Subiectum sic dici posset uel inhumerali uel humero.

ὑφύδρους. Aqua inter cutem laborantes.

Φαγεδαίνῃ. Vlcere exedenti.

φαίνηται. Significat & trāsparens in igne fiat, ut in secundo De morbis mulierum.

φαλαρόν. Rotunda cum leuitate.

φαρκιδῶδες. Rugosum.

φώσιγγες. Proprie quidē ab igne in crurib. exorientes circuli rubri, abusiue autē & reliqui circuli.

φθίβεται. Exest, consumit.

φήρεα. Oblongis sub auribus glandulosæ eminentiæ, quales & Satyri habent. Quidam aūt, & φῆρον & θῆρον uocātur, ut sit tanq; ferine dictum.

φθίνῃ

φθίνῃ. Significat, colliquefit, attenuatur, minuitur, non nutritur.
φθόϊς. Rotulas.
φιαρὴν. Splendens ob humiditatem.
φιβάλιος. Genus fici.
* φιλεταίρειος. Quam & lappam in lente nascẽtem uocant.
* φιλίσιον. Idem & hoc uidetur esse quod Aparine, & philetærium, id est lappa.
φλαζουσιν. Obscure & indistincte loquũtur, factũ est nomen.
φλεβοτομίαν. Non solum consuetæ sectionis uenæ hoc est, sed & aliam quomodocunq; distinctam à uenis euacuationẽ sanguinis significat, et φλεβοτομηθῆναι hoc est phlebotomari similiter.
φλέγμα. Non solum humorem hunc album & frigidum, sed & inflammationem significat.
φλεγυρὸν. Ignitum & tanquam ardens.
φλεδονώδεα. Nugacem. φλεδόνες enim nugæ.
φλεὸς. Verbasco similis quædam est hęc & papyracea stirps, quæ texta ponit̃ in olearijs fictilibus.
φληνύουσα. Nugans.
φληναφώδης. Nugaces.
φλιὰς. Ligna recta è regione fixa, ut & neruorum parastatas.
φλεγμαί. Rubræ.
φλογιᾷ uel φλογιᾶται. Ignitur cum rubore.
φλυδᾷ. Humectatur, putrescit.
φλυδαρὴν. Humidam.
φλύει. Humectatur.
φλυζούσῃσι. Scaturientibus.
φλυζάκια. Pustulæ genus quoddam.
φλύσιος. Eruptionis pustularũ, in superabundantia existentis in corpore humidi.
φοινίκιος. A colore sic dictam esse elephantiasin suspicari utiq; posset aliquis.
φοινικίη. Morbus in Phœnice & in alijs orientalibus partibus abundans, significari autem & hic uidetur elephantiasis.
φολλικώδεα. Tanquam folliculosa & laxa.
φονᾷ. Necare cupit.
φορίνη. Pellis.
φόρος. Facilis captu.
φορύξαντες. Cum miscuissent.
φύλλα. Hortẽsia & herbacea uiridia odoramenta.
φύλλια. Odoramenta hortensia, quæ ementib. olera addunt, ut coriandrũ, menta, ruta, apium.
φύλλια. Silphij semen, eo quod latum est, in secundo De morbis mulierũ, addit aũt & ipse in oratione aliquando quidem Libycum, aliquando Aethiopicum.
φύστρα. † φύσιγγα. Caulium exortus qui uocatur, & maxime concauus.
φυτάνη. Serendi tempus.
φυτευτηρίων. Quæ in terrã seruntur, pãgunturue lignorum.
φωΐδες. Ab igne in cruribus exurgentes circuli rubri, de quibus dictum est.
φωνὴ περιπνευμονική. Vox aspera.
ΧΑλκίτις συνεψηθείη. Aeque ualẽs, ut chalcitis.
χαραδρωθεῖσι. Bifidum habuerint.

A χαρακτῆρι. Exacerbato ob characterem.
χάσκων. In diuersum trahens Dioscorides legit, & ait sic dici uuluas ex eo quod aperiuntur.
χειμὼν. Frigus, gelu, rigor.
χειμῶσα. Infrigidata, gelu correpta.
χελίσκιον. Aridũ, diminutiue dictũ est, χελίσκιον parua tussicula, arida aũt est, cum nihil humoris qui excreetur in os accedit.
χαραδρέως. Confertim. Factum est aũt à torrente.
χεῖς. Qui effudit.
χηλὴ. Specillũ bifidũ in sũmo dissectũ, ut forfex.
χήλωμα. Bifidam cauitatẽ sagittæ, qua parte in sagittando sagittam neruo applicant.
χήμην ἐυρυαμίδα. Cauatiorẽ cõcham & maiorem.
χλωροῖσι λαχάνοις. Hortensibus odoramentis.
B χλοιοῶνται. Vt si uirescunt dixisset.
χλοῦς. Viriditas.
χλοῶδες. Virens.
χλώρασμα. Viriditas clare fulgens & ad aqueũ colorem declinans.
χολήιον. Bilis eductiuum.
χυτλάζηται. Vt si mundetur dixisset.
χυβιδέαν. Ollam.
χυτρίδεον. Ollam.
χύτρινον. Ollam.
χολοβώσειν. Mutilum aliquo articulo faceret.
ΨΑγδᾶς. Genus quoddam unguenti.
ψαίρειν. Innatare, attingere.
ψεσθωμάζαν. In melle & oleo subactã, quoniã & liba sic madefiunt.
C ψαφαρὸν. Fragilem.
ψέφαρα. Tenebrosa, nigricantia, ψέφος enim tenebræ.
ψόφου καθαπτόμενοι. Strepitum facile sentientes, & timentes, ut si formidolosos dixisset.
ΩΔεῖ. In malo. Arcesilao autem & malum sic uidelicet sine iota scribitur, non cum iota, ut id quod sequitur.
ᾠδεῖ. Tumescit, manifestũ autem est cum iota hoc scribi, quoniam & οἰδεῖν, hoc est tumere.
ὠμήλυσιν. Ex nõ siccatis hordeis farinæ crassiores & farinę tenuiores, nã uelut crudã farinã, ꝓprie aiũt ὠμήλυσιν nominari, magis abusiue autem omnem aliam farinam.
ὠρεόντων. Curantium, nam & cura ὤρα
D ὥρου. Anno.
ὤρουσαν. Impetum fecerunt.
ὠτειλαί. Non solum cicatrices, sed etiam ulcera.
ὠχετεύονται. Effluxiones & exitus possidet.

Tomi septimi finis.

INDEX CHARTARUM

abcdefghiklm. Omnes terniones, præter m quaternionem.

BASILEÆ PER HIERONYMUM
Frobenium & Nicolaum Episcopium Anno M. D.
XLII.

FRO
BEN

Virtus labore venit.

TOMVS OCTAVVS

IN QVO INSVNT LIBRI GALENO ASCRIPTI: ARTIS TOTIVS FARRAGO VARIA.

EORVM CATALOGVM VERSA PAGINA OSTENDET.

Laurentius Joubert.



BASILEAE, ANNO M D XLII

Or ensuit labeur.

Laurens Joubert.

SPVRII LIBRI HI SVNT.

Aduertas Lector etiam hos libros, qui ex antiquis tantum traductionibus habentur, quanta fieri potuit diligentia, castigatos, huc appositos esse. Siquid autem superesse uidebitur in antiquis translationibus, quod in hisce nouis non reperiatur: id titulorum diuersitate contingere scias, non quia prætermissum aliquid sit. nihil est enim in uetustis illis codicibus, quod in hisce nouis non contineatur. Nam aut idem sunt, uerum alio nomine insigniti: aut compendia: aut partes: aut fragmenta. Exempla aliquorum subijciam. Opus quod illic Myamir *appellatur, idem est ac id, quod hic* De compositione medicamentorū secundum loca *inscribitur. Libri item* De iuuamentis membrorum*, compendium sunt librorum* De usu partium. *Libellus* De præsagitura, *finis est libri* De constitutione medicinæ. *Et qui* De commoditatibus theriacæ *inscriptionem habet, fragmentum est libri* De theriaca ad Pisonem.

CL. GALENI LIBER DE HISTORIA PHILOSOPHICA

IVL. MARTIANO ROTA INTERPRETE.

Fuchs. [illegible] lib. diff. morb. putat hunc librum nō esse Gal. sed plutarchi, aut alterius qui illum e plutarcho compilauit.

CUM illi qui se primum ad philosophiam contulerunt de rerum natura solummodo disce- C ptarent, atq; in ea finem studiorum suorum posuissent, multis post seculis natus Socrates illorum sententiam improbauit, fieri nō posse dicens, ut ab hominibus ea perciperentur, quæ tam remota à nostro sensu forēt. existimabat enim summæ difficultatis esse tam abditarū rerum certam notitiam consequi, plusq; utilitatis homines habituros, si scrutarentur, quo modo quis feliciter uitam traduceret, & se quam plurimis bonis fruens, à malis omnibus tueretur. hoc itaq; cum utilius fore Socrates iudicasset, dissertationes de natura rerum, q parum humanæ uitæ conducere uideretur, omisit. & eam disciplinam excogitauit, quæ quid bonum, quid malum, quid turpe, quid honestum, quidq; honore aut uituperatione dignum sit, inuestigat. arbitratus illos qui hæc antea secum meditati fuissent, ab omnibus uitæ incōmodis se facile explicaturos. atq; philosophiæ pars altera hinc addita est, quæ de moribus agit, & illos instruit, qui uitam optime degere uelint. His autem ita mente præsumptis, idem quoq; cum animaduerteret, opus sibi fore, ut quos inuentorum suorum participes esse uellet, eos etiam assentiri faceret, idq; solum fieri posse, si quibuscum sermonem instituisset, uere quæ diceret affirmare uideretur, rerum omniū magistram disserendi facultatem adinuenit, cuius argumentationibus ducti, & à malis discedimus, & ea amplectimur, quę prodesse semper, obesse nunquā, suapte natura queunt. Sic itaq; Socratis opera, philosophia quæ ad ipsum usq; naturalium rerum cognitionem non excesserat, tres partes obtinuit. Hęc præfari nos oportebat, ut calle quodam ad philosophicæ historiam ueniremus, de qua nobis recensere hoc in libro propositū est, non quia noui aliquid ipsi apportemus, uerum ut quæ ab antiquis de primo eius genere sparsim & fuse dicta sunt, in unum colligeremus, breuiterq; & dilucide ea explicaremus. ne si prius hæc nostra legerint, qui discendi studio tenentur, expositoribus egeant, néue per se ipsos unaquaq; in re, quid ab antiquis philosophis pronunciatū sit, aperte non intelligant. cōmodius autem, quod dicimus, efficiemus, si & enunciatorum comprobationes, & uerborum phaleras omittemus. nam neq; ostentationis gratia, scribere hæc aggressi sumus, sed ut his commodi essemus, qui sibi utile quippiam ex philosophia sumere decreuerint. quiq; non solum abolla & pallio indutos, philosophos arbitrãtur, sed etiam eadem qua cæteri ueste utentes, modo animū philosopho dignum habere studeant. perspicue uero nunc omnia quæ à doctoribus meis accepi quæq; ipse legēdo consecutus sum, in unū redigere curabimus. ut ex his intelligat unusquisque, unde primum philosophia ad Grecos peruenerit, quibusq; auctoribus in Greciam transierit: ac demum qui ipsi animum adijcientes cæteris præstare uisi sint.

De successione philosophorum.

Constat igitur inter quamplurimos Thaletem B Milesium, philosophiā primum apud Iones inuenisse. unde & eius ætatis sapientiam, omnes Ionicam appellarunt. huius familiaris Anaximander extitit: qui & ipse eodē pacto philosophatus est, Anaximenemq; doctrinæ suæ successorem, & æmulum reliquit. Anaximenes Anaxagoram docuit, qui Mileto relicta, migrauit Athenas, ubi Atheniēsem Archelaū ad studia philosophię concitauit. Archelaum Socrates audiuit, is qui & ætatis suæ, & post se genitis hominibus, in causa fuit, ut sincero animo philosophiæ incūberent. omnes enim fermè quotquot ipsum accedebāt, philosophię desiderio inflāmatos dimittebat. quāuis aūt multi fuerint appellati Socratici, in pręsentia tamen eorū tantū mentionē faciā, qui disciplinæ C successores ab eo relicti sunt. horum unus Plato fuit, qui cęteris omnibus plurimū excelluit, &, ut aliquis diceret, solus inuidia superata, Socratici nomē obtinuit: clarus itaq; apud omnes cū esset, ueteris academiæ princeps extitit: hunc Speusippus secutus est, qui in eisdem quidē inuentis mansit, sed in articularē morbū incidens, nō multum postea naturæ concessit, Xenocrate relicto, qui Platonis auunculi dogmata explicaret. Xenocrati Polemo successit, qui & ipse à Platonis disciplina non deuiauit, Cratemq; instituit, in quo uetus academia finē habuit. nam Archesilaus qui Cratē audiuit, mediā academiā inuexit, & ἐποχὴν, hoc est sentētię suę reticentiā excogitauit. hūc secutus Carneades, academiæ nouæ fundamēta iecit, Cli- D tomachumq; dogmatis sui sectatorē reliquit. fuerūt pręterea duę aliæ academię, quarū priori, Philo: posteriori, Antiochus præfuit. ex reliquis autē Socraticis, quos plures admodum fuisse constat, multis parem, inferiorem nemini Antisthenē arbitror: is enim austerā uitam agēs, philosophiam primus in opus deduxit. Antisthenem Diogenes sectatus est, & illi similis uitæ instituto fuit. hunc Zeno Citieus audiuit, qui & Stoicam sectam inuenit, & Cleanthem docuit. Chrysippi magister Cleanthes fuit, amboq; Zenonis doctrinā & uitę institutum tenuere. Chrysippus Diogenē Babylonium discipulū habuit, Diogenes Antipatrum instruxit, Antipater Posidonium docuit: rursus

quoq; Aristippus unus ex Socratis auditoribus A fuit, à quo Cyrenaicus cũ esset, Cyrenaicã sectam accepimus: sed nec Megarensium dialecticã (hoc enim nomẽ ea secta habuit) iure quispiã despiciet. huius autor Euclides Megarensis fuit qui Stilponem docuit, & ingenij subtilitate nemini eorum qui Socratẽ audierunt inferior fuit. Stilponẽ Menedemus Erytriensis audiuit, à quo erytriaca philosophia cognomen accepit. Phædonẽ Eliensem nemo nõ nouit, ut inter Socraticos è primis unus habitus sit. hunc Anaxarchus Abderita sectatus est, qui Pyrrhonẽ docuit, scepticę philosophię autorem. Aristoteles autem diu quidem Platonicis inuentis adhæsit, sed tandẽ seipsum nouo dogmati addixit, & Theophrastum scholæ & disciplinæ hęredem sibi elegit. Theophrastus Stratonem do B cuit, qui suo quodam iure, de rerum natura disputauit: nam Epicurus philosophiæ, ut quidam opinantur, eruditione contempta, disciplinæ genus quoddam inuexit, quod ab accuratis philosophis nõ est approbatum. Epicurum uero Metrodotus audiuit et Hermachus qui Epicuro succeßit. Porrò philosophorum genera duo suprema fuerunt Ionicum & Italicũ: sed de Ionico multa satis iam diximus. Italici uero, eius quidem quod Crotone & Tarento uiguit, princeps extitit Pythagoras: eius autem, quod Elææ floruit, Xenophanes Colophonius, quem plerìq; dubitãdo, potiusquã aliquid statuẽdo philosophatũ ferunt. Xenophanis placitis delectati sunt Melissus & Parmenides, quem abditarũ rerum notitiam adeptum sic C tradunt, ut Zenonem Elæatem, contẽtiosam philosophiam. Zenonis auditor Leucippus Abderita fuit, q primus atomos excogitauit: quod dogma susceptum à Democrito, & stabilitũ est. Democriti Protagoras discipulus fuit, qui primus oratoriam facultatem philosophiæ coniunxit.

De cognominibus philosophiæ.

Philosophia uero cognomen adepta est, partim ab autoribus, ut pythagorica & epicurea: partim ab eorum patria, ut eretrica, megarica: partim à fine, ut eudemoniaca: siquidẽ Anaxarchus philosophiæ quæ suo tempore uiguit, finem esse felicitatem dicebat: partim ab actionibus, ut peripatetica. Aristoteles namq; cum deambulando sermonẽ ad discipulos haberet, hoc cognomine phi D losophiam suam appellandam censuit: partim ab aduersando, ut cynica, partim ab aliqua eius portione cui præ cæteris operam dederint, ut dialectica: partim à locis in quibus diuersabantur, ut academica & stoica: partim ab affectu quo docentes utebantur, ut sceptica: partim ab auctoribus, fine, & patria simul, ut quam Aristippus introduxit, quæ ab ipso Aristippica dicta est: ab eius patria, Cyrenaica: à fine, uoluptaria: uoluptatem enim philosophię dicebat finem esse. uoluptatem autem illum plerìq; significasse affirmant, non illam sensuum motione excitatam dulcedinem, sed eum animi statum, qui molestia careat, nec illecebris ullis mulceatur.

De ordine & diffinitione philosophiæ.

Eam philosophiæ partem quæ nobis disserendi artem tradit, duabus reliquis eius partibus anteponendã censuere qui posterioribus seculis extitere philosophi, arbitrantes eos qui accurate uelint philosophiæ operã dare, non prius alias partes attingere debere, quàm disceptandi peritiam adepti sint, & quid sit unumquodq; cognoscẽdi. philosophiam nãq; cognoscendi facultatem esse quidam dicebant, & artem uitã optime traducendi. optimã autem uitam esse secundũ uirtutem uiuere. quidã uero ipsam diffiniebãt, exercitationẽ artis ad uitã optime degendã necessariæ. ac exercitationẽ quidem philosophiã esse, omnes existimant, artem uero sapientiã quæ humanarũ diuinarumq; rerũ comprensio est. quidã uero ipsam esse potius arbitrati sunt facultatẽ spectandi quæ eligenda fugiendaq; sint: per eligenda, bona: per fugienda, mala significantes. bona enim esse quæ propter se sequẽda sunt, & adepta poßidentibus utilitatem apportant. mala uero, quæ uitanda, & obtenta damnum habentibus inferunt.

De partibus philosophiæ.

Philosophiæ partes ex sententia plurium & eorum qui diligentißimi fuisse creduntur, tres esse in superioribus iam diximus. harum prima rationalis dicitur, qua scimus uniuscuiusq; rei substantiam, ab accidentibus discernere, & quo quicque ab alio differat: secũda naturalis uocatur per quã intelligere ualemus, quid in causa sit, ut cœlũ tanto ordine circumuoluatur, & quæ partiũ eius tarditatis ac uelocitatis ratio sit, ac id genus alia: tertia quæ alijs duabus magis est necessaria, & ad opus uitæ longe utilior moralis nuncupatur: qua cõmode colloqui, & pacate cõuersari scimus. ac imperiosos quidem & elatos, nõ odio prosequendo, sed partim eludendo, partim miserando, contemnere: mansuetos autem & officiosos econtrario diligere. horum autem uitã agere, melius atq; facilius est, cum expositi omnium cõmodis sint. illorum autẽ, & malum, & difficile, quia nec adiri uolunt & adeuntibus molesti sunt.

De sectis.

Sectam aliqui tribus modis dici affirmãt, communiter, proprie, & proprijßime. ac cõmuniter quidẽ consensum esse aliqua in re, quæ ad uitam degendã pertinet: proprie uero cõsensum in artis alicuius exercitatione: proprijßime autẽ, consensum rerũ ad philosophiã spectantium. Hãc sic ex notione diffiniunt. Secta est collectio multorum dogmatũ sibijpsis concordantiũ, & ad unũ finem tendentiũ. sectæ uero quas maxime generales existimant ij, quibus ista curæ fuerunt, quatuor enumerantur. dogmatica quæ in multis constituta & stabilis est. sceptica quæ de singulis dubitat. contentiosa quæ cauillis superior esse in concertationibus studet: sunt aũt cauilli sicut si dixeris, quod ego sum, tu non es: homo sum, ergo tu non es homo: & id genus alię pueriles & litigiosæ deductiones. mista quæ licet multa decreta habeat, de mul

tis

tis tamen adhuc dubitat, nec ita de singulis dispu tat, ut ea constituat. dogmaticos fuisse tradũt Pythagoram Samium & Epicurum Athenienfem. Scepticos Zenonem Eleatem, Anaxarchũ Abderitam, & Pyrrhonem, quem exactissimum in hoc genere fuisse dicunt: contentiosos autem appellarunt Euclidem, Menedemũ, & Clitomachũ, mistos uero Xenophanẽ qui de rebus omnib. dubitauit, illudq; solum asseruit, cuncta unum esse, deumq; & finitũ & immutabilem & ratione præditum. item Democritum, qui nulla alia de re sententiam suã protulit, sed tantum atomos uacuum & infinitum asseuerauit.

De exortu philosophiæ.

Principium philosophiæ tribus modis dicitur, inuestigandi, constituendi, demonstrandi. principium inuestigandi est quod primos homines in opinionẽ philosophię induxit. constituendi, pars ea philosophiæ quæ prior in artẽ redacta fuit. demonstrãdi, illud unde probare incipimus ea quæ apud nos inuenta & constituta fuerũt. Xenocrates ideo repertam philosophiam asserit, quia cum turbulenta sit actiua uita, se ad contẽplationis studium prudentes homines contulerunt.

De signo.

Signum à dialecticis diffinitur proloquiũ mentis coniunctum. item antecedens cui consequens aliquod adnexum sit. signorum autẽ quædã ostendere, quædam admonere dicuntur. ostendũt quæ sic adnexa significatis sunt, ut cũ primũ apparet, nos in cognitionem rei significatæ ducant: ut fumus, quẽ simulatq; cõspeximus, ignẽ subesse statim intelligimus. admonent quæ nõ nisi prius obseruata in notitiam rei significatæ nos abducunt, ut lac in papillis: id enim ubi prius adesse cognouerimus, antea peperisse mulierem intelligimus.

De syllogismo.

Syllogismus est oratio quę ex concessis ab eo, cum quo disputamus inexpectatum aliud quippiam colligit: ueluti in primo de republica Thrasymacho concedẽte, iustum id esse quod urbium magistratibus est utile, magistratusq; interdum aberrare: colligit Socrates, iustum quoque id esse quod magistratibus inutile sit.

De diffinitione.

Diffinitio est concisa oratio quę nos ducit in cognitionem uniuscuiusq; rei, uel diffinitio est oratio quæ breui quadam commonefactione nobis propositas res detegit. diffinitionum aliæ à substantia, aliæ à notione sumuntur.

De diuisione.

Diuisionem existimãt separationẽ esse eorum quę in unũ conuenerint. diuidi autẽ nomen, in significationes. totum, in partes. genus, in species & differẽtias. species in singularia. & hæc in accidentia, accidentia tum in seipsa, tum in subiecta.

De iudicio.

Iudiciũ est rem discernẽs consideratio. duplex aũt iudiciũ habemus, unũ quo uiuimus, alterum quo res esse uel nõ esse dijudicamus. tribus modis

A uero dicitur iudiciũ, cõmuniter, proprie, & maxime proprie.

De uero.

Verũ est quod alicui oppositũ cum re cõuenit. differt autẽ uerum à ueritate, substãtia, cõstitutione, potentia. substãtia, quoniã uerum incorporeũ est, cum dignitas sit quæ ab omnibus proloqui solet. ueritas autẽ corpus. nam omniũ rerum sciẽtia est. sciẽtia principalis animi facultas, principalis facultas spiritus esse uidetur, qui merito corpus existimatur. cõstitutione, quia uerũ euidẽs est, ut ego disputo. ueritas autẽ à nobis inquiratur oportet, cũ bona uniuersa comprendat. potentia, quoniam uerum malis & ineruditis hominibus, nam uera interdum & ipsi dicunt: ueritas autem non nisi probis & eruditis uiris inesse potest.

B De demonstrationum generibus.

Quoniã ad eam philosophiæ partẽ quã logicã uocant pertinere uidetur de demonstrationibus docere, consentaneum est ut de his quoq; aliquid dicamus. demonstrationes uoco syllogismos qui euidentibus propositione & assumptione conclusionem ostendunt, uel qui nulla alia egeant cõprobatione. sunt autẽ bifariã distincti. nam alij cathegorici, id est, prædicatiui, alij hypothetici, hoc est cõditionales appellantur. Horũ alij modũ habẽt, alij modo carent, alij misti sunt, alijq; secundũ, alij tertiũ adiacens prædicant. conditionaliũ species sunt septẽ. prima est in qua duobus positis quorũ unum pręcedat, alterũ sequatur, præcedens assumitur & sequẽs infertur. ut, si dies est, lux est. sed

C dies est, ergo lux est. secũda est, quę ex antecedente & opposito consequẽtis, oppositũ pręcedentis colligit. ut, si dies est, lux est, sed lux non est, ergo dies non est. tertia est, quæ ex adnexo negato & opposito unius partis, alterius partis oppositum deducit. ut, nõ si dies est lux nõ est. atqui dies est, igitur lux est. quarta est in qua ex disiuncto & partis unius opposito, alterum probatur. ut uel dies uel nox est, sed dies non est, igitur nox est. quinta est in qua ex disiuncto & una eius parte, altera nõ esse arguitur. ut uel dies uel nox est, atqui dies est, igitur nox non est. sexta est quæ ex coniuncto negato & una eius parte, reliquam non esse concludit. ut, non & dies & nox est, sed dies est, igitur nox non est. septima est in qua ex cõiuncto & par

D te una negata, alteram colligimus. ut aut dies aut nox est, sed dies non est, ergo nox est.

De naturali philosophiæ genere.

Quantum igitur par fuit de his agere, quæ ad rationalẽ philosophię partem attinent, à nobis est alio in opere fuse conscriptũ. hic autẽ pauca quædam solũmodo perstringentes, ad ea recensenda properamus quæ de natura rerum antiqui tradidere. nemo uero mihi succensere debet, si quæ ab alijs inuolute & perplexe scripta sunt, ea nos facile & explicate referre cõfidimus. nam & hoc fieri posse non dubitamus, & rudibus satis fore censemus hinc philosophiæ dogmatibus, tanquã sacris quibusdã initiari. exordiũ autem faciemus à primis rerum naturalium principijs, tam efficien

tibus, quàm materialibus. quibus cũ animũ adie- A
cissemus, iure omnibus anteponendũ duximus
causas efficientes, inter quas deus principem lo-
cum obtinet, quem omniũ quę sunt, quæq; in dies
fiunt, auctorẽ, & artificẽ, ut ita dixerim, ueteres
asserũt. Plato siquidẽ & Stoicus Zeno quid esset
deus explicãtes, non mundũ, ipsum esse dixerũt,
sed præter hæc omnia, quiddã aliud, incorporeũ
quidem, ut Plato sentit, corporeũ uero, sicut Ze-
no asseuerat. neuter tamẽ quæ dei forma sit expo-
nere est ausus, sed Epicurus humanã ipsum habe-
re figurã credidit. Stoici propriã quidẽ eum sem-
per non retinere, sed igneus spiritus cũ sit, omniũ
quibus affluxerit formã facile suscipere, illisq; si-
milem effici. locum illi determinatũ Epicurus in-
ter mũdos assignat, ubi deum incedere, & ambu- B
lare dicit. Stoici, rebus omnibus eum connasci, il-
lisq; similẽ effectum, cũ eisdem & moueri & locũ
mutare dicunt, ac ex ingenita sibi uirtute, cuicũq;
rei sibi coniunctæ prospicere. ijdem quoq; deum
quidem cuncta gubernare dixerunt: sed nullius
rei curam peculiariter habere. Stoicis Epicurus
hac in parte consentit, affirmans beatam incorru
ptibilemq; naturã, neq; ipsam in se molestias ul-
las habere, neq; alicui alteri negociũ facessere, uni
uersis tamen hominibus bona deũ elargiri. Plato
autẽ opinatus est deum & omniũ simul, & uniuſ-
cuiusq; priuatim, curã habere in his solummodo,
quæ ad uitã spectant. Quicunq; mundũ genitum
putant, deum inquiunt ipsius extructorem fuisse.
non tamen omnes qui genitum mundum conce- C
dunt, eandem quoq; de ipsius fine sententiam ha-
bent. uerũ Plato ex eius qui ipsum construxit ad-
mirabili artificio, neq; dissolui, neq; aboleri posse
mundum existimat. Stoici contra absumi mun-
dum putant, idq; ignis opera fieri, qui in causa est,
ut exustus in infinitum commutetur: sub quo cer
to quodam tempore materia quiescit, totq; cõmu
tationum uacationẽ accipit, donec rursus in con-
trarium statum uergentibus rebus, alia quoq; ele-
menta denuo prodire incipiant, & rursus diuino
iussu segregata, atq; in unum corpus redacta, no-
uum mundum constituant. Ac cæteri quidẽ om-
nes, qui deum cunctarum rerum auctorem credi-
derunt, ipsum quoq; unum horum omniũ causam
statuunt. solus Plato ideas introduxit, quarũ exẽ- D
plum deus in conficiendis rebus sequeretur. item
materiã omni qualitate carentem, ex qua singula
quæq; cõponeret, & dissimiles inter se res distin-
ctasq; faceret: neq; enim ex his unum aliquid suf-
ficere, sed tria simul hæc requiri censet, si quid ab-
solui debeat. uerum quoniam de efficiente princi
pio satis multa attulimus, tẽpus est ut de materia
quoq; aliquid dicamus. Omnes qui de rerum
natura aliquid locuti sunt, cõcordes materiã esse
cõcedunt. quæ nam uero sit, nõ omnes cõsentiũt:
sed Pherecydes Syrus terrã eã esse credidit, Tha-
les autẽ aquã, Anaximander infinitũ, Anaxime-
nes & Diogenes Apolloniata, aerem, Heraclitus
& Hippias Metapontinus ignem, Xenophanes
Colophonius aquã & terram, Hippo Rheginus
ignẽ & aquã, Oenopides Chius ignẽ & aerem,
Empedocles quatuor elemẽta, terrã, aquam, ignẽ
& aerẽ. His amicitiã & litem adiungit, quarũ alte
ra coniungit & unit, altera segregat & distinguit.
Democritus & eum secutus Epicurus, atomos,
omnium rerum materiam opinantur. Heraclides
Ponticus & Asclepiades Bithynus rerum princi
pia faciũt moles quasdam omni actione carẽtes.
Anaxagoras minimas quasdam & similes rerum
particulas. Diodorus qui Cronus appellatus est,
indiuidua minimaq; corpuscula. Pythagoras nu-
meros, mathematici corporum fines. Strato phy
sicus cognomẽto, quas uocant qualitates. Plato,
Aristoteles & Stoici naturã quãdam informẽ, ex
qua primũ quatuor elementa, tum reliqua fiant,
sed Aristoteles elementis quintum corpus addit,
quod circumuoluitur & est immutabile.

De principijs & causæ differentia.

Principiũ & causam aliqui nihil inter se differ
re putant. aliqui principiũ quidẽ, rerum omnium
originẽ præcedere uolunt, non tamẽ ipsum euen
tus huiusce causam esse dicunt. sed id, quo secun-
dum unumquodq; modũ res fiunt. causarũ genera
quatuor ijdem statuunt. prçcedens, quod ab euen
tu separari potest, idq; quod iã effecit permanet.
continẽs, quod rem quã facit non deserit. nam eo
præsente, res gignitur: absente, desinit: urgẽte, cre
scit: desistẽte, minuitur. perfectũ, quod per se solũ
rem peragit. concausans, quod cęteris pares uires
in euentũ confert, ut in arãdo uidemus in quo uel
plurimũ affert qui minimum etiam adiumẽti con
fert, ut bobus quidẽ duobus arator indigeat, sed
multo facilius opus absoluat si tertium iumẽtum
adiunctum aliorum laborem leuet.

De principijs & elementi differentia.

Cum Iones elementũ à principio nihil differre
arbitrarẽtur, plurimum Plato interesse iudicauit,
atq; ita utrũq; distinxit, ut elementũ id sit quod cõ
positũ & effectum est, quomodo terrã, aquã, aerẽ,
& ignẽ elementa uocamus. principiũ uero dica-
tur quod se prius quicquã non habet, ex quo gi-
gni potuerit: alioqui principiũ non fore elemẽtis.
nãq; priora sunt, tũ materia informis & perẽnis,
tũ forma species & ἐντελέχια, hoc est perfectio
nũcupata, demũ priuatio, quã absentiã diffiniunt
rei quæ tum adesse debeat. merito igitur Plato re
perta differentia, ueterẽ Ionicorũ sententiã impro
bauit.

De natura.

Naturã aliqui diffiniunt arte præditũ suapteq;
motu in generationẽ tendentẽ igneum spiritum.
alij nihil aliud q̃ minutorũ corporũ congressum
& discessum. Aristoteles principiũ motus & quie
tis eius in quo est primo & nõ secundũ accidens.
naturalia uocat, cũ elementa quatuor, tum cętera
quę ex eis fiunt, animalia, stirpes, metalla, & quæ
in aere generãtur, imbres, niues, fulmina, grandi
nes, uenti.

De motu.

Motum omnes penè concedũt quicunq; pau-
lo diligentius philosophati sunt, locorũ cõmuta-
tionem

tionem. ut cum quis Alexandria Romam uenit, A uel Alexandriam Roma discedit. qualitatum uariationem, ut siquis ex frigido calidus fiat, uel ex calido frigidus euadat. naturæ uicissitudinem, ut siquis antea non existens homo, nũc esse incipiat: uel contra existens, homo esse desinat. staturę mutationem, ut siquis è paruo magnus crescat, aut è magno in paruum decrescat.

De corpore.

Reliquis corpus esse dicentibus quodcũque siue agat siue patiatur, mathematici corpus esse diffiniunt, quod trifariam extentum est, in longum, in latum, & profundum. punctum nanque esse qui partes non habeat, lineam uero longitudinem tantũ, superficiem, latitudinem longitudini coniũctam. hanc si profunditas accedat corpus appellari. qui B dam etiam corporũ fines corpus crediderũt. Plato molem esse corpus asseruit, quæ & locũ occupat, & intra se molem aliã non admittit. neque enim duo corpora unũ locum obtinere simul posse.

De figura.

Figura, corporis superficies, circunscriptio, & finis est. figurarum uero, aliæ rotũdæ sunt, aliæ angulares, quarum infinita penè uariatio est.

De forma.

Forma substantia est incorporea, quæ quidem ex se nõ subsistit, sed formis carentem materiã informans, omnia quæ uidemus extare facit. Socrates & Plato formas arbitrantur naturas esse à materia separatas in intellectu cogitationeque dei, hoc est in mente diuina sitas. Aristoteles autẽ formas C quidem & species nõ abstulit, sed eas materię cõiunctas esse uoluit. Stoici nostras intellectiões formas appellarunt.

De mundo.

Stoici mundum unum esse dixerunt, quem & totum esse, & corporeum arbitrati sunt. Empedocles mundum quidem unum esse concedit, totum tamen ipsum negat, sed exiguã quandã totius particulã, reliquũ uero ociosam materiã. Plato mundum unum esse & totum tribus argumentis cõiectat, quia perfectus non esset, si omnia non contineret: nec exẽplari similis, si unicus non esset: nec ęternus, siquid extra se haberet. Metrodorus tam absurdum esse putat unum mundũ in infinito natum dicere, quàm in agro magno, unam spicam. nam D cum infinitæ causæ sint, mundos quoque infinitos esse necessum est. sunt autem infinitæ causę, id est, atomi, quare & infinitos effectus esse oportet, hoc est mundos, cum eorum quisque finitus sit.

De constitutione mundi.

Mundus rotunda figura hoc pacto constitit. indiuidua corpuscula quæ tum fortuito motu ferebantur, cum unum in locũ plurima conuenissent, magnitudine, & figuris differebant. quęcunque igitur angulosa, magna, & grauia fuerũt, substitere: quæ uero parua, leuia, & rotunda, in superiorẽ locum ab illis extrusa sunt, nec prius ascẽdere desierunt, quàm impulsionis uiolentia cessauit. tunc enim retro acta, cum inferius descendere nõ possent, in loca sibi cõgrua deuenere. ea autem sunt quę circũposita. ut igitur inter se satis coagmẽtata sunt, quæ circũ undique erant, extimũ cœlum genuerũt. quę uero illis & loco & natura proxima extiterũt planetas effecerũt. nam aerẽ exhalatorũ corporũ multitudo cõposuit, qui cõcitatus in uentũ, cœlũ agitare cœpit, & eum in orbem actũ circunuersare, quem motus ordinẽ stellas adhuc seruare uidemus. ut autem ex corporibus in sublime eiaculatis, cœlum, ignis, & aer, ortus est, ita ex subsidentibus nata est terra: quã multa materia nimium adhuc corpulentam, cum uentorũ impetus, tum stellarum splendor compingendo attenuarunt, & ad eam quã spectamus paruitatẽ, redegerũt, aqua expressa: quæ fluida cum sit per decliuia labi cœpit B in loca cõcaua, uel ipsa per se aqua huc illuc discurrens alueos sibi & latos sinus excauauit. sic itaque præcipuę mundi partes in lucem prodierunt.

De deo.

Quæ de deo inter initia omisimus ea nunc explicare nobis in animo est. nam ex antiquis philosophis quosdam inuenimus qui deos nõ esse dixerunt, nõ tamen id palam fateri ausi sunt, sed an dij essent ignorare se dicebãt. fuerunt autẽ Diagoras Melius, Theodorus Cyrenaicus, Euemerus Tegeata, & Euripides Atheniẽsis, quanquàm id ipse nõ dicit, sed Sisyphum id dicentẽ introducit ob metum Areopagitarũ. sed istos missos faciamus, & Anaxagoram potius audiamus, qui diuinã mentem asserit, res omnes à primordijs mundi inter se C cõfusas distinxisse, atque ita res omnes procreasse. uel Anaximandrum, qui stellas cœlestes deos arbitrabatur. aut Democritum, qui mentem igneo circularique corpore utentem, hoc est mundi animam deum esse affirmabat. nã Pythagoras ex hisce quæ ipse inter principia collocauit, unitatem, hoc est unius naturam, & mentem ipsam deũ atque bonũ existimauit: dualitatẽ uero, dæmonẽ, & malum, quã corporea moles circũstat, id est quẽ aspicimus mundũ. Socrates autẽ & eum secutus Plato deum id inquiunt esse, quod unum, quod solũ, quod bonum, & ex sese est. quæ omnia illuc tendunt, ut deum mentẽ esse significent nulli materiæ cõmistam, nullique affectui obnoxiã. Aristoteles uero supremũ deum formã esse diffinit, sepa- D rabilem quidem, æthereo tantũ corpori quod quintum appellat, inhærentẽ. id autẽ cũ in plures sphęras natura quidẽ coniunctas, ratione uero distinctas, separet, quamque sphęrã animal esse censet, ex anima & orbe cõpositum. quorum hic ęthereum corpus est, in circuitum uolubile. illa, ratio, quæ ipsa quidem motũ non admittit, sed tamẽ motus est causa. Stoici deum esse pronunciant, ignem arte præditum, rationeque & uia ad mundi generationem procedentẽ, atque omnes rerum omniũ rationes continentem, quibus uniuersa fato eueniunt. item aliter: spiritum toti mundo infusum, qui uarias appellatiões sortitur pro diuersitate materię, in quã diffusus est. deos autẽ existimãt cũ stellas, & cœlum, tum præcipue mentem. Epicurus deos

omnes humanã ſpeciẽ habere credidit. uideri tamen à nobis non poſſe, ob ſummam tenuitatẽ atomorum, quæ ipſos componũt. quatuor etiam alia rerum genera ſempiterna ſtatuit, atomos, infinitum, uacuũ, & ſimilitudines, quæ ab eo eiuſdem rationis partes & aliorum elementa cenſentur.

Vnde in cognitionem dei uenimus.

Dei uero cognitionem habuimus ex pulchritudine, quã cœlo ineſſe ſpectamus. nihil enim temere, aut caſu, pulchrum oritur, ſed artificis alicuius opera. quamobrem & Euripides ſtellas, inquit, ornatus gratia ab opifice ſapienti cœlo inditas fuiſſe. deuenimus autem in huiuſcemodi cognitionẽ, cum ex aliĳs ſtellis, tum præcipue ex ſole & luna, quæ ſubterraneum iter emenſa, eodem colore, eadem figura, eadem magnitudine naſcũtur, eadẽq; & tempora & loca ſeruant.

De Heroibus & dæmonibus.

Thales, Pythagoras, Plato, & cum his Stoici, unanimes aſſerũt, dæmones naturales ſubſtãtias eſſe, Heroas autem, animas à corporibus ſeparatas: & harum bonas eſſe, quæ hominũ fuerint ſancte uitam traducentiũ, malas autẽ, male uiuentiũ. Epicurus tam dæmones ꝙ Heroas nõ concedit.

De anima.

Cum multa de anima ab antiquis inter ſe controuerſa dicta ſint, nemo me à propoſito introductionis modo diſcedere arbitretur, ſi paulo fuſius ea cõmemorauero, quę ab illuſtriſsimis quibuſq; dicta ſunt. animã igitur exiſtimãt aliqui ſpiritum eſſe toto corpori adnexum, non tamen æquabiliter, ſed uni mẽbro magis, alteri minus. hoc Aſclepiadis ſectatores dicũt. eandem aliĳ facultatẽ qua uiuimus arbitrãtur. quidam principiũ motus omnium, quæ fiunt & ſunt. Epicurus autem aerem illum quem reſpirando attraximus, animã eſſe credidit, cuius ſubſtantiã aliĳ incorporeã dixerunt, ut Plato, aliĳ corporeã, ut Zeno, et ipſum ſecuti Stoici. nam ſpiritũ ipſam eſſe opinati ſunt. item mortalem aliĳ, ut Epicurus & Diocles. aliĳ immortalem, ut Plato & Stoici, ipſam exiſtimarũt. quanquam Plato ſuo ſe motu ſemper mouentẽ, nec unquam interiturã ipſam aſſeueret. Stoici contra, tam diu animã durare, quoad mundus diſſoluatur. tunc enim ipſam quoq; corrũpi. rurſus aliĳ ſic adnexas corporibus animas aiunt, ut ex eis ipſas ſpõte natas dicãt. hocq; in cauſa eſſe, ut corporeis uoluptatibus tantopere delectent̃. aliĳ uero animã uolunt dei particulam quandã eſſe, nec ullum extare elemẽtum quod otioſum ſit, quodq; in compoſitarũ rerũ rationem nõ ueniat. peccare uero animas inquiunt, aliĳ quia liberæ cũ ſint, ſuopte arbitrio ad malũ ferantur. nam cũ uoluptates appetãt, ut eas aſſequantur, uitia perſequi, flagitioſum eſſe nõ iudicant. aliĳ, cuncta fato euenire putantes, animam quoq; nulla electione habita delinquere poſſe cõcedunt. pœnas dare ſceleratorũ animas, ubi à corporibus ſolutę fuerint, exiſtimat Plato: bonorum autẽ, ad deum poſt mortẽ reuerti, & in aſtris habitare. Stoici nihil iſtorũ admittunt, ſed poſtꝗ aiunt A ſeiunctæ à corporibus fuerint, quę intemperãter uixerũt, & uoluptatũ adhuc auidæ ſunt, corpus aliud iterũ ſubeunt, deſiderio uoluptatum illectæ, quas corporis miniſterio aſſequuntur. id autẽ eas tãdiu facere quoad uirtutẽ edoctæ, in cognitionẽ ueri boni deueniant, ac meliorẽ uitã traducant, à qua ſtatim ubi ſolutæ etiã ab impedimẽtis corporis liberæ fuerint, ipſis per ſeſemet interlucentib. honeſti ac decoris ideis uniunt̃, à quibus nunquã ſic affectæ poſtea diuelluntur. partes animę Plato tres fecit, rationẽ, iracundiã, & cõcupiſcentiã. Ariſtoteles quartã addidit naturalẽ, quæ corpus uegetat. Stoici & ipſi partes animę quatuor enumerant ratiocinandi, ſentiendi, loquendi & gignẽdi facultatẽ. aliĳ ſimplicẽ & partibus carere animam B arbitrantur. nihil enim aliud ipſam eſſe ꝙ prudentiam, quã tum mentẽ, tum intellectũ appellãt. Menemachus unus ex ſectatorib. ſtoicæ diſciplinæ, ubi ſuſpicionẽ addidit, loquendi & gignẽdi poteſtatẽ ademit, eas ſentiendi facultatibus attribuẽs. nõnulli demũ in ſenſum & rationẽ animam diuiſerũt, quib. aliquis merito potius aſſentiri poterit.

De minimo.

Ante quatuor elementa nonnulli fragmenta quędam eiuſdem rationis paruiſsima & rotunda ceu elementorũ elementa extitiſſe dicũt. Heraclitus quoq; fruſtula quædam cum minima, tum indiuidua, cogitatiõe tantũ apprehẽſibilia cõcedit.

De colore.

Color eſt qualitas corporis uiſibilis. Pythago-C rici colorem appellant ſuperficiẽ corporis. Empedocles ꝙ meatibus oculorũ quadraret. Plato flammam è corporibus prodeũtem cuius partes apte oculis incidũt. Zeno is qui Stoicorum princeps fuit, colores eſſe diffinit, primos materię habitus. qui Pythagorę ſucceſſerũt philoſophi, colorũ genera quatuor fecerũt, albũ, nigrũ, rubrũ, & pallidum: reliquas autẽ colorum uarietates ex diuerſa elemẽtorum commiſtione oriri: animaliũ uero etiam ex aeris & locorũ diuerſitate conſurgere.

De miſtione.

Priſci miſtionem elementorum fieri dixerunt, ex mutua inter ſeſe per primas qualitates actiõe. Anaxagoras et Democritus ex eorum ſolũmodo cõgreſſu. Empedocles è paruiſsimis micis elemẽ-D ta cõponit, quas minima quędam fruſtula, & ueluti elementorũ elementa eſſe dicit. Plato tria tantum corpora ex ſe mutuo fieri credidit, ignis, aer, & aqua, terrã nanq; ſolam immutabilem eſſe.

De uacuo.

Qui à Thalete manarunt philoſophi ad Platonem uſq; uacuum omnes abnegarunt. Empedocles intra mundum, inquit, uacuum res nulla, nec extra eſt. Leucippus DemocritusEpicurus et Metrodorus atomos quidem multitudine, uacuũ autem magnitudine infinitũ dicũt. Stoici intra mundum uacui quidem nihil eſſe, extra uero infinitũ. aliĳ tantum uacui ſolummodo extra mũdum eſſe, quantum ad reſpirationem mundi faciat. mundũ enim igneus cum ſit, euentatione indigere.

De loco & receptaculo.

Stoici & Epicurei locum à receptaculo differre censent, ac locum quidem esse quod corpus totum tãgit ut superficies: receptaculum autẽ quod parte solum, ut in uasis uinarijs contingit.

De tempore.

Pythagoras tempus esse arbitratur, continẽtis nos cœli machinã. Plato mobilem æternitatis imaginem, uel interuallum motus cœli. Eratosthenes solis circũuolutionem, tẽporis autem essentiam. Plato cœli motũ existimat. Stoici ferè omnes motum ipsum. ac cæteri quidem ingenitũ tempus arbitrãtur. Plato genitũ ex sensus nostri cogitatiõe.

De ortu & interitu.

Parmenides Melissus et Zeno Eleata ideo nec generari nec corrumpi quicquam asseruerunt, ꝙ uniuersum immobile ponunt. Epicurus & cæteri quotquot è minutis corpusculis mundum extruunt, ex atomorum conuentu gigni & eorũ discessu aboleri cuncta affirmant. hi autẽ neq; oriri quicquã neq; interire propriè dicũt. nam cum ex congerie non ex alteratione gigni res uelint, nõ qualitatis sed quantitatis motũ, ortus & interitus momentũ præcedere faciunt. Pythagoras & alij quicunq; materiam pati supponunt, ortum & interitum propriè astruunt, cum uelint elementorũ qualitatibus immutatis nasci res & dissolui.

De necessitate.

Thales ualidissimam esse necessitatem dixit, cum uniuerso dominetur. Pythagoras mundo eam incubare credidit. Parmenides & Democritus omnia necessario euenire dicunt, eandemq; ipsam esse cum fato, cum iudicio, cum prouidentia. Plato quædam in prouidentiam, quædam in necessitatem refert. necessitatis autem essentiam Empedocles arbitratur causam principijs & elementis utentem. Democritus resistentiam motum & impetum materiæ. Plato, nonnunquam materiã, interdum habitum eius qui circa materiã operetur.

De fato.

Heraclitus omnia fato euenire dicit. ipsumq; idem esse quod necessitas. Plato quãuis in hominum animis & uita fatum constituat, ei tamen & libertatem nostram adiungit. Stoici Platonẽ hac in parte sequuntur, ac necessitatem quidem diffiniũt, insuperabilem & uiolentam causam. fatum uero causarum seriem, in qua tamẽ illa quoq; causa cõtinetur, quæ in nobis est, ut quædã fato fiãt, quædam non fiant. fati uero essentiam Heraclitus esse diffinit rationem, substantiã uniuersi permeantem. fatum autem corpus æthereum quo tãquam semine uniuersum gignitur. Plato perẽnem rationem & legẽ naturæ totius uniuersi. Chrysippus uim ordine cuncta gubernantem. item in diffinitionibus Fatum, inquit, est ratio seu lex cuius prouidentia reguntur omnia quæ sunt in mundo: uel ratio per quam, orta nata sunt, nascentia oriũtur, oritura nascẽtur: reliqui uero Stoici fatum describunt causarum seriẽ, hoc est ordinem & nexũ intransgressibilẽ. Posidonius tertiũ ipsum à Ioue fa-

A cit, ut primus sit Iupiter. secũda natura. tertiũ, fatũ

De fortuna.

Plato fortunam diffinit causam quæ secietur & incidat rebus quas facere eligimus. Aristoteles causam quæ hisce rebus interuenit quas alicuius gratia & uolentes facimus, obscuram tamẽ & instabilem. differre uero fortunam à casu, ex eo quia quæ fortuna fiunt, casũ quoq; fiãt, cum fortuna solum in nostris actionibus uersetur. quæ uero casu fiunt, nõ omnia fortuna. in his enim casus etiã consistit quæ ad actiones nostras non attinent. insuper fortunam ad homines tantum spectare, casum autem non ad homines solum, sed ad bruta, & ad reliqua quoq; uita carentia. Epicurus inconstantem & ipse causam, modis, temporibus, perso-
B nis, fortunã dicit. Anaxagoras & Stoici causam quæ humano discursu assequi non possit, atq; alia quidem, necessitate. alia, fato. alia, electione. alia, fortuna. alia, casu fieri.

De finitate & infinitate mundi.

Pythagoras primus hanc rerum omniũ congeriem mundum appellauit, exactam eius dispositionem cõtemplatus. Thales & qui ab eo deriuarunt, unum mũdum asseruit. Democritus & Epicurus, et utriusq; magister Leucippus, infinitos in infinita uacui amplitudine sitos. Empedocles cũ in suprema parte mundi solem circũuolui faciat, mundũ finitũ statuit, Seleucus autẽ infinitũ. Diogenes uniuersum quidẽ infinitũ dicit, mundũ autem finitum. Stoici multum inter uniuersum & to-
C tum interesse dicunt: ac uniuersum quidẽ infinitũ esse, cum uacuũ quod infinitum est cõprendat: totum autẽ quia uacuũ excludit, finitum esse. quare cum totũ & mundus idem sint, mundũ finitũ esse.

De figura mundi.

Aristoteles & Stoici rotunda figura mundum constare dicunt. alij partim cono, partim ouo similem malunt. Epicurus & his & id genus reliquis mundum constare posse concedit.

De anima mundi.

Reliqui omnes animam habere prouidẽtiaq; regi mundum arbitrantur. Democritus & Epicurus, & quotquot atomos ac casum introducunt, neq; animam habere neq; prouidentia regi ipsum inquiunt, sed bruta quadam natura. Aristoteles
D non anima, non ratione, nõ mente, non prouidentia præditum mundũ omnibus suis partibus existimat: sed cœlum tantũmodo. cœlestes enim orbes singulos & animã & uitam habere. reliqua uero infra cœlũ posita, omnibus his carere. quod si ordine aliquo frui uideant, non ex se illa ipsum habere, sed incidẽter, quatenus à cœlestibus corporib. reguntur.

De æternitate mundi.

Pythagoras & Plato factũ à deo mũdum arbitratur, ac quantũ in ipso est, interire posse. nam cũ sensibus percipiatur, corporeũ est et dissolubile. nõ intercidet tamẽ dei ꝓuidentia & custodia præuentus. Epicurus & Stoici mundum interiturum cõcedunt, ortus cũ sit, id quod & reliquis accidere uidemus & animalib. & stirpibꝰ. Xenophanes inge-

inge-

ingenitum, sempiternum, indelebilem, defendit. Aristoteles quæ infra lunam sunt, mortalia: quæ uero supra, immortalia statuit.

An mundus alatur.

Aristoteles, qui mũdum sempiternum tuetur, nullo ipsum alimẽto indigere concedit. nam si nutrimento egeret, interiret tandem. Heraclitus ex ijs quæ hic corrumpuntur ipsum sibi mundũ immutatione quadam nutrimentum subministrare putat. Philolaus ex Pythagoricis unus corruptiones duas esse dixit. interdum nanq; ignem è cœlo descendere, interdum uero lunaris aquæ circumuersatione aerem effundi. horũ itaq; exhalationibus cœlum nutriri.

A quo elemento mundus exordium ceperit.

Physici mundum à terra exordium sumpsisse dicunt, tanquã à centro, quod rotundis omnibus esse principium solet. Pythagoras ab igne. Empedocles ætherẽ primo extitisse dicit, tum ignẽ, postea terram, de qua circumuoluẽtis se cœli impetu uehementer astricta, exilijt aqua, quæ in uaporẽ cõuersa, aerem peperit. cœlum autem æthere, solem igne solo constare credit. reliqua uero quæ hic apud nos sunt, ex alijs. Plato cum uisibilem hunc mundum ad imitationem mundi intelligibilis factum existimet, animum primum extitisse dicit, tum corpus, quod ex igne & terra primo, ex aere & aqua secũdo constat. Pythagoras cum quinq; tantum figuras solidas esse cerneret, quas etiã mathematicas appellant, è cubo terram natam credidit, è Pyramide ignem, ex octaedra aerem, ex icosiedra, aquã, è dodecaedra cœlum. atq; Plato hac quoq; in parte Pythagoram sectatus est.

De ordine partium mundi.

Mũdi partes ita inter sese complicatas Parmenides asseruit, ut una ab alia contineatur. ac quãuis omnes ex raro & denso constent, eas tamen quę in medio sunt, ex opaco & lucido mistas, quę uero cæteras continet, instar muri solidã esse. Leucippus & Democritus tunicam & membranam quandam mundo circumponunt. Epicurus partim raro, partim denso, mũdos operimento inuoluit, quorum alios circũagi putat, alios autem minime. Plato supremo loco ætherem collocat, tum ignem, postea aerem, deinde aquam, ultimo terram, interdum tamen ætherem igni cõiungit. Aristoteles ætherem primo collocat, quem incõmutabilem, & quintum corpus facit. ab eo commutabilia disponit, ignem, aerem, aquam, & infimo loco terram. his autem ita motum attribuit, ut quintum corpus, hoc est cœlestes orbes, circũuoluantur. alia uero quæ infra cœlum sunt, recto motu ferantur, ac leuia quidem, ascendant, ignis, & aer. grauia uero, descendant, aqua, & terra. Empedocles nec definita, nec eadẽ loca semper habere sensit elemẽta, sed in alterius locũ omnia succedere.

De mundi inclinatione.

Diogenes & Anaxagoras post mundi cõstitutionem, & animalia genita ex terra, sponte mundum, unã sui partem ad austrum inclinasse, alterã ad septentrionẽ extulisse. fortasse uero diuina prouidentia, ut quædam mundi partes habitari possent, quædam non habitari, pro caloris, frigoris, & temperiei conditione. Empedocles aerem, inquit, solis impetu adactum, boreales plagas extulisse, australes autem depressisse, atq; ita totũ mundum inclinatũm esse.

An extra mundum aliquid sit.

Qui duce Pythagora philosophati sunt, extra mundum uacuum esse dixerunt. uacuum nãq; respirãdo mundus attrahit, expirãdo remittit. Stoici quoq; ideo uacuum foris esse uolunt, ut cũ mundus conflagrabit, in ipsum diffundi queat. id autẽ uacuum infinitum esse, quanquã Posidonius infinitum ipsum non facit, sed tantum solummodo, quantum ad dissolutionem mundi sufficiat, libro primo de uacuo. Diogenes uacuũ & ipse astruit. Plato & Aristoteles nec intra mũdum, nec extra uacuum ponunt.

De dextra & sinistra mundi parte.

Pythagoras, Plato, Aristoteles, dextram mundi partem orientalem faciũt, unde motus incipit: occidentalẽ uero sinistrã. Empedocles quæ ad solstitium, dextrã: quę ad brumam, sinistrã diffinit.

De cœli essentia.

Anaximenes extimam mundi circunferẽtiam, terream esse credidit. Empedocles cœlum solidũ esse putat, cõstareq; ex aere in morem crystalli ab igne durato, & utroq; hemisphærio tam ignem quàm aerem continere. Aristoteles è quinto corpore, ipsum facit, reliqui ex igne, ipsumq; ex calidi frigidiq; commistione compactum.

De cœli segmentis.

Thales, Pythagoras & qui ab eis manarũt, cœlum in quinq; circulos diuidũt, quos zonas appellant. horum is qui nobis semper apparet, arcticus uocatur: sequens, solstitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: ultimus, antarcticus: qui nostris oculis hic aspici non potest. obliquus autem circulus quem Zodiacum nominãt, tres medios cõiungit, ductos autẽ à septentrione ad austrum, æquinoctialis rectis angulis diuidit. Pythagoram uero ferũt Zodiaci obliquitatem primum animo concepisse, quod sibi tamen Oenopides Chius arrogare, tanquam à se inuentum, non dubitauit.

De stellis.

Thales è terra quidem cõstare stellas opinatur, uerum ignitas esse. Empedocles ignem tantum, quem æther compressus quo tempore dirimebãtur elemẽta, illuc submisit. Anaxagoras ætherem igneum esse ex sui natura putat, ipsumq; circumuolutionis suæ uehementia, lapides è terra surripere, quos sursum euectos & inflammatos, stellas asserit. idem rursus alio in loco stellas appellat saxa latentia, quæ crebro in terram decidẽtia extinguntur: sicuti contigit cum in Aegos fluuiũ candens saxum in morẽ stellæ cecidit. Diogenes stellas opinãr perinde atq; pumices, & raros lapides, ac per eos mundum respirare. Empedocles fixas crystallo (sic enim ipse cœlum appellat) adnexas.

errantes

errãtes aũt, solutas asseuerat. Plato quãuis stellas maiori ex parte igneas esse credat, tamē aliorũ elementorũ expertes eas nõ iudicat, sed elemētis glutinis uice cõtineri. Xenophanes è nubibus accensis cõstare stellas arbitrat̃, easq; interdiu extingui, noctu accēdi, nõ aliter atq; carbones solent, ortũq; & occasum nihil aliud esse, ꝙ nubiũ accensionem & extinctionē. Heraclides & Pythagorei singulã quanq; stellã, unũ mundũ esse, terrã, aquã, aerē, & ætherē comprehēdentem, ferriq; per aerē infinitum. hæc opinio in sacris Orphei cõtineri perhibetur, quibus initiati quanq; stellã unum mũdum arbitrantur. Epicurus nihil istorum non admittit, cum id genus omnia contingere posse concedat.

De stellarum figura.

Stoici stellas rotundas existimant, ut & mundum, & solem, & lunam. Cleanthes, coni figurã. Anaximenes, tanquam clauos cœlo adactos. alij tanquam folia candentia, & picturas.

De ordine stellarum.

Xenophanes una superficie stellas omnes moueri credit. Stoici quasdã altius, quasdã summissius ferri. Democritus stellas ita disponit ut fixæ summũ locũ teneãt, uagæ succedentem, inter quas solē & lunã reponit. Plato post fixas Saturnũ collocat, deinde Iouē, postea Martē, deinde Venerē, postea Mercuriũ, deinde solē, ultimo lunã. mathematicorũ alij Platonē sequuntur, alij solem in medio statuũt. Anaximãder & Metrodorus Chius, atq; Crates, supremũ locum soli dant, succedentē lunæ, tertium stellis fixis & uagis.

De motu stellarum.

Anaxagoras, Democritus, & Cleanthes, ab ortu in occasum ferri stellas omnes existimat. Alcmæon & mathematici uagas ex aduerso fixis incedere dicũt. hoc est ab occasu in orientē. Anaximander uehi stellas existimat, ab eo orbe cui insunt. Anaximenes eodem pacto sub terra, quo supra moueri. Plato & cũ eo mathematici Solē, Venerē, & Mercuriũ eodē tẽpore cursum suũ absoluere dicũt.

De stellarum lumine.

Metrodorus omnes stellas tam fixas ꝙ uagas lucem à sole accipere iudicat. Heraclitus & Stoici nutriri stellas putãt è uaporibus sursum eleuatis. Aristoteles non indigere nutrimento cœlestia dicit æterna cum sint, & corrumpi nequeant. Plato ut mundũ, sic stellas è seipsis nutriri sentit.

De stellis quas Castoris & Pollucis uocant.

Xenophanes stellas quæ in nauigiorum malis & antennis quãdoq; uident̃, nubeculas quasdam esse credit, quæ certo quodã motu agitatæ resplendent. Metrodorus nautis timore cõsternatis oculos interlucere putat.

De stellarũ significatiõe.

Plato, solem, lunã, & alias stellas, tam uagas, ꝙ stabiles, occasu & exortu suo tẽpestates, quæ æstate & bruma contingunt, significare non dubitat. Anaximenes nõ ex alijs, sed ex sole solo, hęc intelligi uult. Eudoxus & Aratus ex omnib. indifferēter.

De sole.

Anaximander orbem esse putat octies uigesies A terra maiorē, similemq; rotæ plaustri canthum habentē, concauũ, igne plenũ, quem nobis ore quodam paruo, tanquã per modioli foramen ostēdit, hocq; solem esse. Xenophanes è siccis uaporibus igniculos quosdam conuenire dicit, qui in unum corpus redacti, solem constituãt, uel solem accensam nubem esse. Stoici solem inquiũt ignitũ fluentum esse, è mari illuc euectũ. Plato ipsum maiori ex parte, igne cõstare credit. Aristoteles globũ è quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus uitro simile, quod ab igne qui in mũdo est, lucem suscipit, & eam ad nos remittit. quamobrē tria requiri ad solis constitutionē, ignis, qui in cœlo est: corpus, quod ab ipso perinde atq; speculum quodam igniri & illustrari possit: & tertio, lux quę ab B eo speculo repercussa ad nos usq; diffundat̃. nam & hanc lucem solem appellare solemus, tanquam simulachrum simulachri. Empedocles duos soles existimauit, unũ præcipuũ atq; primum, hoc est ignē qui est in opposita & dimidia cœli parte, quã replet, quiq; semper ex aduerso suę imaginis, hoc est solis nostri, incedit. alterũ, eum quē spectamus solem, qui repercussio est lucis eius quã ex præfata cœli parte aere cõcalefacto plena antedictus ignis suffundit, ac in corpus solare quod est crystallo persimile mittit, ubi refracta ad nos descendit, & ad primi solis motum circunfertur. atq;, ut tam multa duobus uerbis explicem, sol est repercussio ignis qui circa terram mouetur. Epicurus collectionem terræ pumicis spongiæ'ue per simi- C lem putat, quã ignis eius foramina permeans accendit. Heraclitus collectum uaporē qui in oriente accenditur, in occidente extinguitur.

De magnitudine solis.

Anaximãder solem quidem æqualem terrę credidit, orbem uero quo fertur, & è quo respirat, septies uigesies terram excedere. Anaxagoras multoties Peloponneso maiorem. Heraclitus quantũ est humani pedis longitudo. Epicurus omnia quę hactenus attulimus, alias contingere posse. talem tamen hunc esse qualem ipsum spectamus, parũq; uel maiorem uel minorem esse.

De figura solis.

Anaximenes solem, ut folium extentum iudicauit. Heraclitus peluis instar intus concauum fo- D ris conuexum. Stoici rotundum, ut cœlum est, & stellę. Epicurus ipsum posse hisce omnibus esse figuris admittit.

De conuersione solis.

Anaximenes ideo solem conuerti putat, quod ab aere densato & obnitenti retro pellatur. Anaxagoras eum repelli ab aere qui septentrioni subest, censet, quémque sol ipse compingens ualentiorem iam densitate reddidit. Empedocles cum ab orbe quæ ipsum defert, tum à brumæ & solstitij circulis, solem prohiberi credit, ne rectà ad polos descendat. Diogenes quia sol extingueretur, frigore calorem oppugnante. Stoici eatenus solem progredi uolunt, quoad alimentũ inueniat. oceanum autem & reliqua maria soli nutrimentũ subministrare

subministrare uapores summissos, cũ quibus terrę A
quoq; exhalationẽ admisceri uolunt. Plato, Pythagoras, Aristoteles, ob signiferi obliquitatem, qua sol oblique meare cogitur, & secũdum brumę sol stitijq; circulos progredi. Hęc autem omnia ænea sphæra docet.

De solis defectu.

Thales interuentu lunæ quæ suapte natura opaca est solem deficere primus dixit, idq; ex supposito soli speculo facile discerni. Anaximander clauso foramine per quod ignis euaporat. Heraclitus cõuersione partis eius quæ cõcaua est ad superiora, eius uero quę cõuexa est, ad nostros oculos. Xenophanes deficientẽ solem extingui putat, rursusq; renascentẽ aliũ accẽdi, narratq; solẽ aliquando integro mẽse defecisse, rursus alio tempore sic B
ex toto defecisse, ut interdiu nox esse uiderẽt. sunt qui putent densam nubem nostris oculis incõpertam solem occupare. Aristarchus solem in errantibus stellis annumerat, terramq; circa solis circulum mouet, qua inclinante solis orbem adumbrari credit.

De luna.

Anaximander orbem lunę decies nouies terra maiorẽ existimat, ac quemadmodum de sole diximus, rotæ plaustri similem canthum habere, concauum, igne plenũ, uno foramine uaporantẽ. Xenophanes accensam nubẽ. Stoici corpus ex igne & terra compactum. Plato ignem maiori ex parte. Anaxagoras & Democritus corpus solidum, ignitum, campos, montes, & ualles habens. Heraclitus terram nebula inclusam, Pythagoras & C
ipse ignem esse lunare corpus existimat.

De magnitudine lunæ.

Stoici maiorem terra lunam computant, quemadmodum & solem. Parmenides æqualem soli, à quo lunam quoq; illustrari dicit.

De figura lunæ.

Stoici rotundã lunã dicũt, sicut & solem. Empedocles, disco similẽ. Heraclitus, peluí, hoc est orbicularem & cõcauam. nonnulli oblongam. figurã uero luna septem modis assumit. nam ab interlunio discedens cum primum apparere incipit, cornuta spectat, tum dimidia, post semiplena, demũ rotunda, rursus à plenilunio reuertens semiplena euadit, hinc dimidia, postea cornuta, uideri postremo desinit, donec iterũ nouetur. multa uero hac D
de re ultro citroq; dicunt. quidam id umbra terræ contingere credunt, quæ modo totam, modo partem aliquam eius occupet.

De lumine lunæ.

Anaximander ipsam peculiarẽ lucem habere cẽsuit, rariorẽ tamen. Antipho proprio lunã splẽdore fulgere docet, quod si paulatim abscondatur, id illi contingere solis propinquitate. sic enim à natura institutum esse, ut minor lux maioris accessu sopiatur. id quod & reliquis stellis euenit. Thales et qui ab eo deriuarunt philosophi, lunam à sole illustrari dixerũt. Heraclitus idem lunæ quod soli cõtingere defendit. stellas enim quoniã cõcauę sunt, & uapores excipiũt, lucere uideri, ac solem quidẽ splendidius cum in puriori aere ferat. lunam uero languidius, quia turbulento magis incedat.

De lunæ defectu.

Anaximãder ideo lunam deficere putat, quod os rotæ obstruatur. Berossus quia ad nos conuertat partem quæ minus lucet. Heraclitus quia auertat partẽ quę caua est. Pythagoreorũ quidã lunã asseuerant reflectere, & intercipere lucem, illudq; nostra, hoc antipodum terra fieri. Plato, Aristoteles, Stoici, & mathematici, concordes asserunt lunam congressu solis occultari, digressu illustrari. deficere autem terrenæ occursu umbræ, quæ tum temporis ex diametro plus minus inter utrunque sidus porrigitur.

De maculis lunæ.

Pythagorici lunam idcirco maculis interpunctam arbitrantur, quia maiora animalia & proceriores arbores habeat quàm hic apud nos reperiãtur, esse uero decies quinquies animalia illa nostris grãdiora robustioraq;, nec usitatum ullum excrementi genus emittentia. diem quoq; quantum diximus, longiorem nostro. Anaxagoras in diuersitatem partium hoc refert. lunam enim ex attenuatis & corpulentis partibus componi, quamobrẽ opacam lucidis interiectam uideri. stellamq; lucis ementitæ lunam ideo nuncupari. Stoici quoque non integre compactam lunam fatentur, quia dissimiles partes habeat.

De distantia lunæ.

Empedocles plus duplo lunam distare censet à sole quàm à terra. mathematici decies octies plus. Eratosthenes solem à terra distare cõputauit stadiorũ millibus centũ triginta, lunã autem uiginti octo.

De annis.

Annus is qui Saturno attribuitur, annorũ est triginta: qui Ioui, duodecim: qui Marti, duorum: qui Soli, mensium duodecim. Veneri totidem & Mercurio deputãtur. eodẽ enim tempore quo sol cursum suũ peragũt. lunæ uero annus dierum est triginta. tot enim dies mensis comprendit, si quis à cõgressu ad egressum numeret. annũ uero quem magnum appellant, quidã octauo quoq; anno cõpleri dicũt. alij decimonono. quidam sexagesimo primo. Heraclitus decẽ & octo millibus annorũ solarium. Diogenes è trecentis sexaginta quinq; annis tam longis quàm eos Heraclitus facit. nonnulli septẽ millibus septingentis octuaginta septem.

De circulo lacteo.

Circulus lacteus è nubibus constat. is noctu in aere semper apparet, lacteusq; est de suo colore nũcupatus. Pythagoreorũ aliqui crediderunt ipsum esse uestigium incendij stellæ cuiusdam quæ Phaetontis tempore suis sedibus excidit, & loca per quæ circumuoluta est exussit. alij solem antiquo tempore illac iter suũ peregisse dicunt. quidã nihil istorum uolunt, sed id modo sic nobis apparere ex multitudine luminis cœlestis ignis, quod illis in locis à cœlo tanquã à speculo quodam fractus ad nostros oculos reijcitur. id quod etiã cœlestis arcus nubes facere cõsueuerũt. Metrodorus, hunc

nunc solis circulū esse putat, qui solis discessu cō-
spici potest. Parmenides rarum denso cōmistum,
lacteum colorem procreare asseuerat. Anaxago-
ras umbrā terræ lacteū circulum existimat, quem
ideo cœlum ita occupare uult, quia sol cum terrę
subest, omnia illustrare non posit. Democritus
splendorem multarum, paruarū, & cohærentium
stellarum, quæ crebrę cum sint, cōiunctam lucem
fundere uidentur. Aristoteles exhalationis siccæ
incendiū, quæ iugiter & abunde succedit, non ali
ter atq; in crinitis fit, quas infra planetas esse non
dubitamus, & ab igne accendi. Stoici ignis æthe-
rei raritatem, ipsumq; superiorē planetis. Posido-
nius & ipse ignis aceruum lacteum circulum cre-
didit, qui licet stellis clarius luceat, splendorem ta
men continuum habet.

De crinitis & discurrentibus stellis ac trabib.

Pythagoreorum aliqui crinitas inquiunt stel-
las esse de numero illarum quæ nō semper appa-
rent, sed certis quibusdā temporū spatijs oriūtur.
aliqui repercussionem uisus nostri ad solem, non
aliter atque in speculis fieri solet. Anaxagoras &
Democritus conuentū duarum pluriúmue stella-
rum sese illustrantiū. Aristoteles siccæ exhalatio-
nis accēsam cōgeriem. Strato sideris alicuius lucē
densa nube retentā, id quod & laternis euenit. He
raclides Ponticus nubē præaltā illic à superna lu-
ce illustratā. eandem hic barbatis, areis, trabibus,
colūnis, & id genus alijs, causam assignat, ut om-
nes peripatetici faciūt qui ex inflammatis uapori
bus species hasce fieri dicunt. Epigenes uaporem
terrę cōmistum, in altū eleuatum, ibiq; accensum.
Boethus ardētis aeris id speciē esse credit. Dioge
nes, stellas quidē crinitas putat, sed quę impēdens
alicuius periculū significēt. Anaxagoras quas di-
scurrētes stellas uocāt, perinde atq; scintillas ex æ-
thereo igne cadere putat, quamobrē statim quoq;
extingui. Metrodorus ex solis radijs uiolenter nu
bem, ut sagitta solet, irruētibus, discurrentis stellę
speciē excitari. Xenophanes id genus omnia, nu
biū accensarū cōstitutiōes incursiōésue existimat

De tonitruo, coruscatione, fulmine,
turbine, & conuolutione.

Anaximander hæc omnia spiritu contingere
existimat. is enim densę nubi inclusus erūpere ni-
titur qua parte tenuior & leuior ea fuerit, nubis
disruptio, tonitru, spiritus expāsio, secus nubē a-
tram, coruscationē facit. Metrodorus cū in nubē,
inquit, densitate compactā spiritus irruit, frangē-
do & discindendo tonat, percutiēdo & diuellēdo
micat. quod si inter motus festinationē à sole quo
que calorē spiritus is acceperit, fulminat. fulmen
autē cum impotens fuerit, in turbinē degenerat.
Anaxoras cū calor, inquit, frigus impetit, hoc est
cū ætheris pars spissum aerē inuadit, crepitu, toni
truum facit, colore quē ex uicinitate nubis atræ
promit, coruscationē: luce uero cū multa, tum ma
gna, fulmen procreat: corpore paulo plus dēsato,
conuolutionē gignit: nubilosiore, turbinem absol
uit. Stoici nubiū concursionē, tonitruū diffiniūt,
A coruscationē earundem accensionē attritu excitā
tam: fulmen, uiolenter actæ nubis incensionē: tur
binem tardius motę nubis progressum. Aristote-
les omnia ista è siccis uaporibus cōponit, qui cum
in humidos inciderint, erūpere cōnantur. dum igi
tur sicci humidos impellūt & discindūt, strepitus
excitatur. id tonitru est. dum protrudunt & erum
punt, inflammanť. hæc quoq; coruscatio est. cū ue
hemētiori impetu tanq̄ è catapulta exilierint, mul
to magis accensi ruūt: fulmen hoc appellať. nā tur
bo à cōuolutione hoc differt q̄ ille calidiori, hæc
densiori materia cōstat, utrūq; tamē multā habet.

De nubibus, pluuia, niue, & grandine.

Anaximenes ex aere plurimū densato consistere
nubes arbitratur. idem ex eodē adhuc plus inspis-
B sato, pluuiā exprimi putat. quod si dum cadit, plu
uia gelascat, niuem procreare, & grandinem si à
uento aliquo frigido cōprendatur. Metrodorus è
uaporibus aquosis in sublime delatis nubes cōpo
ni censet. Epicurus ex atomis. rotūdari uero gran
dinem, & pluuiam longo per aerem descensu.

De arcu cœlesti.

Eorum quę in sublimi fiunt, quædā re uera cor
pus aliquod sunt, ut imber & grando: quędā autē
quāuis solidi nihil in se habeant, inanē tamē quan
dam sui speciē oculis nostris obijciūt. quod genus
est arcus cœlestis, de quo tum deniq; aliquid dice
mus, si prius quo pacto cernamus explicauerim⁹.
Quicquid uidemus uel recta, uel curua, uel fracta
linea uidemus. nemo uero existimet lineas oculis
C aspici posse. nam cū incorporeæ sint, mente tantū
spectari queunt. rectis lineis uidemus omnia quæ
in aere sunt, quęq; cornu, uitro, speculariq; lapide
interposito, spectamus. rara enim hæc sunt, & re-
ctis meatib. uidenda transmittūt. curuis lineis as-
picimus, quæ aquis subsunt. quapropter & remi
siquis eos è longinquo spectauerit, curui apparēt.
curuatur enim uisus necessario, cum sit aquæ na-
tura densior aere. fractis lineis intuemur quas in
speculis uidemus imagines, ad quas arcū quoque
cœlestem referri dicimus oportere. prius tamē hu
midam exhalationem in nubem mutatā concipi-
endum est, tum roris instar ex ipsa minutas gut-
tas manare. cum igitur sol in occasu uel ortu fue-
rit (nam arcus soli contrarius sit oportet) tum ocu
D li guttas quas diximus spectantes, solis lucem in
eis refractam uidēt, id est arcum ipsum cœlestem.
guttæ uero non figuræ sed coloris causa sunt. tres
enim colores arcus habet. phœniceū, uiridem, et
purpureū. phœniceum, quia solis radij sinceri pe-
nè remittuntur: uiridem, quia plus aquæ cōmisti,
minus puri redduntur: purpureū, quia magis ad-
huc turbidi sunt & inter guttas dispersi. exemplū
sibi quisq; conficere potest, siquis aquā ore sumat,
& eam aduerso soli cōpressis labijs ita propellat,
ut nubis rorē imitetur. nam si se lux ad guttas re-
franget, arcū protinus formari uidebis. sed & qui
lippientibus oculis sunt, si ad lucernam respiciāt,
iridem illic uident. uerum hæc Platonis & Ari-
stotelis mens est. Anaximenes uero cœlestem ar-

cum fieri credit quoties sol in aduersam nubē radios mittit, quos densa crassa & nigra cū sit, euadere nō sinit, sed eos in se detinet. Anaxagoras lucem solis ab opposita densaq; nube repercussam, arcū appellat, quē semper è regione solis cōsistere dicit. eādem quoq; causam affert cur duo soles, ut frequēter in Ponto contingit, uerū solem hinc inde astare uideantur. Metrodorus, cū solis radij nubem intrarint, tūc nubem uiridem, radios purpureos apparere dicit.

De uirgis & gemino sole.

Virgæ quas in cœlo uidemus, & soles gemini, partim corpus aliquod habent, partim nō habēt. habent quia è nube quam cōspicimus, constant. non habent, quia colorem quem spectamus, proprius ipsis nō est, sed aduenticius, ut qui ex ijs rebus sit quæ non sunt, sed apparent. hi autem omnes affectus tam qui per naturam sunt quàm qui per adumbrationem fiunt, similes inter se sunt.

De uentis.

Anaximander uentum existimat fluxum aeris esse, cuius subtilissimas maximeq; humidas partes sol iam absumpserit. Stoici uētum omnē fluentis aeris impetum arbitrantur, qui uarias appellationes pro locorum diuersitate sortiatur: nam ab occasu spirās, Fauonius appellatur: ab oriente ueniens, Subsolanus uocatur: ab Vrsa flans, Aquilo dicitur: ab Africa prorumpens, Africus nominatur. Metrodorus uentos alios tum commoueri dicit, cum sol aquosæ exhalationis humorē exusserit. Etesias autē, aere iam ad septentrionē inspissato, recedētem solem peracto solstitio subsequi.

De hieme & æstate.

Empedocles & Stoici hiemem fieri dicunt, aere præualēte sursumq; sua se densitate protrudente, æstatem autem contra igne inualescente, ac se deorsum ad nos agente.

De terra.

Thales & qui ab eo deriuarunt philosophi, unam tantum terram esse dixerunt. Pythagoreorū aliqui duas, hanc, & huic aduersam aliam. Stoici unam & finitam. Xenophanes infinitā ex ea parte qua deorsum tendit, atq; ex aere & igne compositam esse. Metrodorus terram aeris, solem ignis sedimentum existimat.

De figura terræ.

Thales & eum secuti, terram rotundam arbitrantur. Anaximander columnæ similem, quæ tamen planam non rotundam superficiē habeat. Anaximenes mensæ, Leucippus, tympani figuram habere credit. Democritus disco quidem similē, uerum magnitudine concauam putat.

De situ terræ.

Qui Thaletem secuti sunt, terram in medio positam arbitrantur. Xenophanes primam, ut quæ in infinitum radices suas porrigat. Philolaus Pythagoricus ignem in medio statuit, quē totius naturæ meditulliū censet. supra quē terram huic nostræ contrariā, & inde nostram collocat, quam ex opposito sitam illi dicit & circa eam ferri. quam-

A obrem eos, qui illic sunt, à nobis uideri nō posse. Parmenides omniū primus terrā extra duos circulos habitabilem dixit, solstitialem & brumalē.

De inclinatione terræ.

Leucippus terram in austrum propendere credit, ob exilitatē quæ adest illi parti, eo quod septētrionalis plaga quæ summis algoribus infestatur, cōpacta sit, australis autem è cōtrario, combusta. Democritus demisisse sese ad meridiem terrā putat, quia satis ea quæ illic nascuntur sustinere non possit. namq; septentrionē cum intemperie laboret pauca gignere, meridiem bene temperatus cū sit, multa proferre, quæ aucta terram deprimunt.

De stabilitate terræ.

Cæteri quiescere, Philolaus, moueri terrā asse-
B uerat circa ignē per obliquū circulum, eo more, quo solem & lunā uidemus. Heraclides Pōticus & Ecphantus Pythagoricus quāuis moueri terrā dicūt, non tamen eam locū suum exire cōcedunt, sed instar rotæ circa propriū cētrum, ab occasu in ortū ferri. Democritus initio terrā leuior et rarior cum esset, uagasse fatetur, uerū procedēte tempore grauiorem & densiorem factam, constitisse.

De diuisione terræ.

Pythagoras ad imitationem cœli terrā quinq; cingulis distinxit, septentrionali, solstitiali, æquinoctiali, brumali, & australi. horū medius & duo proximi mediam terrā cingunt, atq; pars hæc cōbusta nuncupatur, utrinq; quod succedit, usq; ad australem & septentrionalem cingulū, bene tem-
C peratū cum sit, habitabilis regio dicit, inde quod superest, nimio gelu torpescit.

De concussione terræ.

Thales & Democritus terræmotus causam in aquam referunt. Stoici cōcussionem terrę sic diffiniunt. terræ cōcussio est exitus uaporis humidi è subterraneis locis in aerem prodeuntis. Anaximenes terræ siccitatem & humiditatem commotionis causam assignat, quarum illam æstus, hanc pluuia gignit. Anaxagoras terram tremere putat ob inclusum aerem, qui cum in superficiem terræ incidat, nec eam prę dēsitate penetrare ualeat, ambientē locū succutit. Aristoteles ob frigiditatē undiq; ambientē, & in abeuntis locum succedere uolentem. nam exhalatio leuis et calida cum sit in su-
D periorē locum euadere nititur, sed cum uiarū angustijs & obliquitate impediatur, ac succedenti quoq; locum dare cogatur, conatus, & altercatio oboritur, ex qua cōmoueri terrā oportet. Metrodorus rem nullam asseuerat, modò propriū locū obtineat, moueri, nisi uiolenter inde propellatur uel abstrahatur. quamobrem terram quoq; sua in sede morantem commoueri non posse, partes tamen eius interdum loca inter sese cōmutare. Parmenides, Democritus terram ęqualiter undiq; recessisse, æqualiter quocūq; propendere dicūt, nec habere causam ob quam plus huc quàm illuc uergat. hincq; fieri, ut uibrare se possit, mouere tamē nō possit. Anaximenes ideo terrā succuti putat, quia terrā, lata cum sit, aeri tanquàm uehiculo insidere credit

dit. alij, quia perinde atque crusta, seu tabula mari incũbat. Plato sex genera recti motus enumerat, sursum, deorsum, in dextram, in læuã, ante, retro, horũ nullo terram moueri concedit. nam cum nõ habeat quo plus inclinet immota remanet, quędã tamẽ eius loca cõcaua ab inclusis flatibus agitari. Epicurus fieri posse dicit, ut ab incluso crassoq; ae re, ut qui aquæ naturã adhuc sapiat, terra cõcutiatur, & ueluti subter pulsata quatiatur. fieri quoq; posse cõcedit ut cauernosa cũ sit, ab interfuso spiritu huc illuc per cauernas discurrẽte cõmoueat.

De salsedine maris.

Anaximander humoris primi reliquias mare existimat, maiori nãq; parte, quæ dulcis erat, igni consumpta, reliquum quod extenuari nõ potuit, amarum substitisse. Anaxagoras cum, inquit, inter initia stagnaret aqua, continua solis obambulatione uri cœpit, atq; ita factũ est ut pingui in uapores ablato reliquum & amarũ & salsum remanserit. Empedocles terrã putat solis calorib. æstuantem sudorẽ fundere eumq; maris fluctibus elutũ salsedinis causam esse. Antipho quoq; sudorẽ corporum æstuantium mare credit. Metrodorus mare putat tanquã per colum à terra transmitti, atq; ita crassitiẽ & salsedinem ab ea mutuari, nõ aliter atq; transmissa per cineres aqua solet. Platonici aquã dicũt, quę gignit ex aere frigoris opera, dulcem esse: quæ uero caloris ope resudat, aut euaporat, salsam.

De accessu & recessu maris.

Aristoteles & Heraclitus solem dicunt uentos complures excitare, & circũducere. flantib. igitur uentis, Atlanticum mare pelli, pulsum intumescere, tumens littora inundare. rursus cessantib. uentis aquas retrahi, hocq; recessum, illud accessum esse. Euthymenes Massiliensis ad incrementum & decrementũ lunæ, mare crescere & decrescere iudicat. Plato mare attolli credit, aquis insurgentibus, subsidere, descẽdentibus. ostiũ enim quoddam esse per quod aquæ ultro citroq; reciprocãt, indeq; maris accursum & recursum fieri. Timęus cõplures fluuios è Celtarũ mõtibus in Atlanticũ pelagus labi putat. horũ incursu protrudi & inundare mare credit, defectu reuocari & subsidere. Seleucus cum & ipse moueri terrã opinetur, existimat eam sua conuolutione in lunæ obuolutionem incidere, sicq; afflatum inter duo corpora repercussum, in Atlanticum pelagus irruere, quo impetu maria cuncta attolli credibile est.

De incremento Nili.

Thales etesias uentos aduersus Aegyptum flantes Nilum attollere credidit. nam cum aduenientis pelagi tumor ipsum erũpere non sinat, increscat oportet, et alueũ exeat. Euthymenes Massiliẽsis externis oceani maris aquis, quas ipse dulces existimat, Nilũ augeri putauit. Anaxagoras Aethiopiæ niuibus, quæ per hiemem densatę, æstiuo tẽpore liquescant. Democritus & ipse niuibus, sed quę in septẽtrione sint. peracto nãq; solstitio resolui niues illic iudicat, & eas in uapores primum ac nubes mutari, tum ab etesiis in meridiẽ et

A Aegyptũ expelli. repentinos itaq; illic imbres effundi, quib. Nili paludes restagnẽt, & Nilus ipse abũdet. Herodotus is qui cõscripsit historiã, ęqualem dicit ęstate & hieme Nilum è fontibus manare, per hiemem tamẽ minorẽ eum uideri, ob solẽ, qui tum uicinus Aegypto discurrens, eius aquas extenuat. Ephorus historiarũ scriptor & ipse, narrat ęstiuo tempore Aegyptum uniuersam laxari, atq; ita magnã aquarum uim erumpere: Arabiam quoq; & Libyã, rara arenosaq; terra cũ sint, ad id plurimum cõtribuere. Eudoxus ab Aegyptijs sacerdotibus se accepisse memorat permutationẽ æstatis in hiemẽ causam esse, ut Nilus quotannis exũdet. nam quando nobis qui sub Cancro degimus, æstas ingruit, habitantibus sub Capricorno

B hiems adest. quo fit ut inde aduectus Nilus, continuis pluuijs auctus increscat, & ruptis alueis latissime spatietur.

De sensu.

Sensum ita Stoici diffiniunt, sensus est rei sensilis comprensio. multis autẽ modis sensus dicitur, nam & habitus, & potentia, & actus, & imaginatio, ea quæ per instrumentũ aliquod res comprendit, et id postremo quod ipsi octauo loco numerãt animę principatũ, à quo sensus omnis manat. rursus instrumentum sensus appellat, spiritus intelligẽs à principatu animę in mẽbra sensuum missus. Plato sensum enũciat corporis et animę societatẽ, ad ea quę foris sunt cognoscẽda. uim nãq; quæ id facit, animę, instrumentũ quo facit, corporis esse.

C conueniũt autem utraq; ad ea percipienda, quę extrinsecus posita sunt. Leucippus & Democritus sentire & intelligere nos putãt è simulachris rerũ nobis obuiantiũ. neminẽ enim intelligere aut sentire posse, cui simulachrũ eius rei non occurrat.

De ueritate sensuum & imaginationum.

Stoici sensus omnes ueros arbitrãtur, imaginationũ uero quasdam ueras, alias falsas. ac sensum quidem uno tantũ modo falli in ijs quæ ad intellectum pertinent, imaginationẽ uero tam in ijs quę ad sensum q̃ in ijs quæ ad intellectũ spectant aberrare. Epicurus tam sensum q̃ imaginationẽ uerã putat, sed opinionum alias falsas, alias ueras esse.

De numero sensuum.

Stoici quinq; particulares sensus enumerãt, ui-

D sum, auditum, olfactum, gustatũ, & tactũ. Aristoteles sextũ quidem nõ addit, sed communẽ quendam sensum omnium iudicem cõstituit, ad quem singuli sensus sua uisa renunciant. is enim singula discernit, & quo modo ab una re ad aliam uẽtum sit docet, ueluti figura uel motu. Democritus plures sensus bruta q̃ deos habere credidit.

De notionibus anticipatione & ratione.

Cum, inquiũt Stoici, homo nascitur, pręcipuã animę partem habet, perinde atq; membranã scribẽdis literis aptã. siquidem in ea notiones quasq; notat. primus adnotandi modus est, qui per sensus fit, ut siquis tunicam albam uideat, is ea remota tunicæ memoriã habet. ac si multoties ipsam uideat, multas memorias habebit. memoriæ multę,

experiẽtia nuncupantur.experientia nãq; nihil aliud eſt ꝙ eiuſdem rei ſpecie plures memoriæ.notionum autẽ alię natura fiunt quo diximus pacto, aliæ diſciplina & arte comparantur,atq; hę tantũ notiones appellantur,illæ anticipationes etiã nominantur.Ratio uero qua rationales dicimur anticipationib.intra primum ætatis ſeptenariũ completur.eſt autẽ diſcurſus de re imaginabili. res autem imaginabilis ſimulatq; in rationali anima ſuſcepta eſt,ratiocinatio dicit̃,nomine à ratione ducto. quapropter in reliquis animalibus imaginabilis res non cadit, uerum in nobis tantum,& in dijs.ſed quæ in nobis cadunt,ea genere imaginabilia ſunt,ſpecie uero diſcurſus.

De imagine,imaginario,imaginatione, & imaginabili.

Chryſippus inter ſe differre quatuor hęc exiſtimat,imaginem,imaginariũ,imaginationẽ,& imaginabile.ut imago ſit animæ affectio, quæ tam ſe ꝙ autorem oſtendat.ueluti cum quis albedinem intuetur,ex aſpectu affectio quędam in illius animo naſcitur,eiq; res ipſa quæ alba eſt reſpondet. quod de uiſu diximus,id quoq; de reliquis ſenſib. cẽſeatur.imaginariũ autem id eſt, quod in animo ſui imaginem cauſare poteſt.cuiuſmodi ſunt alba frigida & omnia quæ exteriores ſenſus mouere poſſunt.imaginatio affectio eſt animi nullo quinque ſenſuũ obiecto,ſed potius quadã animi propenſione excitata.ſicut tyronibus cõtingit, qui ſe ad pręliũ exercẽtes,ſpeciẽ hoſtis concipiũt,& aduerſus eam ictus ſuos dirigũt,nihil tamẽ ipſis adeſt,quod enſe diuerberent.nihil igitur extra imaginationi quemadmodũ imagini reſpondet.imaginabile autem eſt illud in quod inani quadã imaginatiõe ferimur,atq; crebro hoc euenit in ijs qui atra bile & furore laborãt,quales Oreſtẽ & Theoclymum legimus.

De modo uidendi.

Democritus & Epicurus è re uiſa ſimulachrũ quoddam attolli putant,idq; in oculos aſpicientis incidere.nõnulli radios ab oculis ad res egredi & inde ad oculos reuerti cõcedunt.Empedocles radios ſimulachris cõmiſcet, cõpoſitumq; iſtud radios ſimulachri nominat. Hipparchus radios inquit utroq; ab oculo ad res peruenire,atq; earum ſuperficiem tanq̃ manũ,attrectare, & ſic rem foris uiſam intus renũciare. Plato uidere nos cẽſet duorũ luminũ cõuentu.uno quod ab oculis emiſſum ad certã diſtantiã prodit,altero quod è rebus conſurgens obuiam procedit.aerem uero qui medius interuenit,affinis luci cum ſit, facilem utriq; congreſſum præbere.præſertim cum ignea uis oculorum ad id plurimum conducat. atq; hæc eſt, quę Platonis colluſtratio nuncupatur.

De ſpeculorum imaginibus.

Empedocles à rebus uiſis quos ſimulacri radios appellat,effluere dicit.hos in ſuperficie ſpeculi collectos ab ignea ui,quę de ſpeculo prodit,& ſecum trahit aerem in quẽ radij ferunt̃,oſtendi.Democritus & Epicurus in ſpeculis ſimulachrum illud uidere nos credunt,quod aſsidue manat è no

A bis.nam ſimul atq; in ſpeculum incidit, cum ulterius tendere nõ poſsit,cõuertitur,atq; ita ſe nobis inſpiciendum exhibet.Pythagorici eas imagines fieri cenſent ex cõfractis uiſus noſtri radijs.feruntur enim ceu ferrum intenti.ſed ſpeculi denſitate & leuore retuſi,in ſeſe redeunt.nõ aliter atq; manus ſolet, quæ ſiquid offendat, ad hominem ſe retorquet.hoc ad ſuperius caput potius attinere uidebitur:ſed illuc & alia quoq; referri poſſunt.

De tenebris.

Stoici tenebras uideri dicũt.ex oculis enim in ipſas lucem quandam prodire,nec reuera falli uiſum,ſed tenebras comprendere.nam tenebrę uiſum colligunt,intercipiũt,ac retundunt. lux autẽ eundẽ diſpergit,extendit,& ad res uſq; uidendas
B producit.quamobrẽ aer lucidus,medij uicem nobis prębet:tenebroſus,obiecti. Chryſipp⁹ ita nos uidere inquit: à principali facultate animi ſpiritus,nõ ater aut obſcurus,ſed igneus & ſplendens ad oculorũ pupulas mittitur. inde ſi propinquus aer ſimilis,hoc eſt lucidus,fuerit,in coni morẽ ad res uſq; ſe ꝓfundit.ſin diſsimilis,id eſt opacus extiterit,tenebris obuiat,atq; ſic eas aſpicit.

De auditu.

Empedocles audire nos cenſet aere partẽ intimam auriũ impellente,ea ſiquidẽ in modũ cocleę obuoluta,ac tanquã tintinnabulũ edito in loco ſuſpenſa,irruẽtis aeris pulſus omnes agnoſcit. Alc-
C mæon autẽ iſtud idem fieri dicit,ꝙ aures intus uacuæ ſint.uacua nãq; omnia reſonare,quoties in ipſa uox aliqua ferat̃.Diogenes aerem quẽ in capite habemus percuti uocibus & cõmoueri credit. Plato & qui ipſum ſecuti ſunt philoſophi pulſari uolũt aerẽ, qui aurib.inſidet,pulſum in principalẽ animæ ſedem ferri, ſenſumq; ſic auditus illic cõmitti.

De olfactu.

Alcmæon in cerebro pręcipuã animæ partem cõſtituit.atq; ipſam odores inter reſpirandũ attractos percipere cenſet.Diogenes autem qui ipſam in cordis arterijs ponit,unà cũ ſpiritu qui ad pulmonem deſcendit,odores quoq; cordis ſinus ingredi putat.atq; ideo cum quis grauiter ſpirat, ut qui deſtillationibus laborant,exaſperatis & inuiſcatis blena meatibus odores non percipere.

De guſtu.

D Alcmæon cũ humiditate & temperato calore, tum mollitie ſapores internoſcere linguã arbitratur.Diogenes autẽ,quod inſtar ſpõgiæ rara & tenera ſit,ſapores combibere,& eos per uenas quę plurimę ad ipſam perueniunt,in cor tranſmittere cenſuit.

De uoce.

Plato uocẽ ita diffiniuit.uox eſt imperio cogitationis emiſſus ore ſpiritus, & aer impulſus qui per aures & cerebri neruos in animũ uſq; peruenit.proprie uero hominũ locutio,improprie aliorum quoq; animantiũ ſonitus & mutarũ etiam rerum crepitus,uox appellatur.Epicurus uocẽ affe uerat atomorũ fluxum,qui è loquentibus, ſonantibus,aut aliter ſtrepẽtib.prodit.has autẽ atomos ad ſibi ſimiles primum effluere.ſibi ſimiles appellat

lat, quę ſunt eiuſdē generis, ut rotūdæ rotūdis, tri/angulę triquetris. demū auribus impingentes, uocum ſenſum iſtic cōmittere. colligi uero quod dicit, tum ex utribus, cum muſto pleni efflant, tum ex infectoribus, qui ueſtibus inſufflare conſueuerunt. Democritus aerē quoq; dicit in ſimiles atomos ſciſſum, unà cū uocis atomis ad aures uſque cōuolui. nā ut in prouerbio eſt, graculo graculus aſtat, & ſimilia deus ſemper cōiungit. Stoici non ex atomis compoſitum, ſed per totum cōtinuum aerem eſſe nec interſparſum uacuum habere contendunt. pulſus igitur aer à ſpiritu, fluctuat in gyrum, non aliter atq; ſtagnū ſolet, iniecto lapillo. illud tantū intereſt, q̄ aquę ſuperficies ſubinde maiores circulos cōmittit, aer autem undiq; totus in orbes exūdat. Anaximander uocem oriri putat, cum aer ſpiritū repercutit, et eum ad aures uſq; retorquet, quo modo cōficitur & quā nominamus echo.

De uoce corpúsne ſit nécne.

Pythagoras, Plato, & Ariſtoteles incorporeā uocem arbitrantur. neq; enim aerē ipſam eſſe, ſed aeris ſuperficiē certo quodā oris impulſu figuratam. Stoici corpus defendūt. nā omne quod agit, aut etiā facit, corpus eſt. uox autē & agit, cū in aurib. noſtris reſonet, & facit cū in ſenſu quod percipiamus relinquat. inſuper omne quod mouetur, corpus eſt, uox mouetur. nam ſi in loca polita incidat ut pilam à pariete, ſic uocē ad nos inde reuerti uidemus, id quod in Aegypto comprēdi facile poteſt. ſiquis eñ intra Pyramides ſemel inclamet, quater aut quinquies ſubinde uox eadē remittet.

De precipua animæ parte & quomodo ſingula comprendat.

Stoici ſupremam quandā animę partē ſtatuūt, quā principalem facultatē, & rationē appellāt. ab hac ſeptē alias deriuari uolunt. uiſum quē diffiniunt ſpiritū à principali facultate in oculos uſq; protenſum. auditū quem ſimiliter deſcribunt ſpiritū à principali facultate in aures extentū. olfactū, quē eodē modo ſpiritū à principali facultate ad nares uſq; productum. guſtatum, quē itidem inquiūt ſpiritū à principe facultate in linguā tranſmiſſum. tactum quē & ipſum quoq; ſpiritū aiunt à principali facultate delegatū in uniuerſam corporis ſuperficiem, quo illic omnia cōprenderet quęcūq; adhærēdo uel prodeſſe, uel obeſſe nobis poſſent. ſuper ſunt duo, quorū unum ſeminis procreatrix facultas nominat̄, quā item diffiniūt, ſpiritum à principali facultate miſſum in membra ſemini cōficiendo deputata. alterū uocis artifex facultas nūcupatur, quā ſimiliter & ipſam inquiūt ſpiritū à principali facultate miſſum in mēbra formādæ uoci accōmodata.

De ſede principatus animæ.

Democritus & Plato ſedē præcipuę partis animæ in toto capite ſtatuūt. Strato in ea capitis parte quę ſupercilijs reſpōdet. Eraſiſtratus in mēbrana quę inuoluit cerebrū. Herophilus in cōcauitatibus cerebri. Parmenides & Epicurus in toto pectore. Stoici cūcti in toto corde, uel in ſpiritu cordis. Diogenes in arterijs cordis ſolū quę ſpiritum

A cōtinent. Empedocles in ſanguine. quidā in ceruice cordis, alij in mēbrana ueſtiēte cor. nonnulli in ſepto trāſuerſo. iuniores quidē in ea corporis parte quę à capite ad ſeptū tranſuerſum peruenit. Pythagoras uitalem facultatem in corde, mentē autem & rationē in capite, tanquā in arce, habitare credidit.

De reſpiratione.

Empedocles initio reſpirationē fieri ſic arbitratur: cū primū fœtus humor incipit minui, nā plurimus in eius ortu fuit, tum primū aer ad uacuum replendū patētibus meatibus ſuccedit. poſtea calor innatus erūpere cum uelit, aerē foras eijcit. & eo reuertēte rurſus aer ſubſequit̄: hoc inſpiratio, illud expiratio cognominatur. nunc autē ſanguine procurſu ſuo per nares aerē pellente, & recur-
B ſu eundem attrahēte, reſpirationē confici iudicat. id nos in clepſydris ſpectare monet. Aſclepiades pulmonem infundibuli uicem pręſtare dixit, cauſamq; reſpirationis eſſe, attenuatū aerem in cōcauitate pectoris. illuc enim externus aer q̄ craſsior ſit, fertur, et inde reijcitur cū pectus tale ſit, ut neq; multū aeris continere, neq; prorſus eo carere poſſit. is igitur qui in pectore ſubſiſtit aer tenuior paulatim efficitur, & quia totus ſimul nequit excerni ingrediētis ponderi cedens, foras egreditur, non aliter ac in cucurbitulis euenit. idem uolūtariam reſpirationē eſſe credidit collectis quibuſdā anguſtiſsimis meatibus qui pulmoni inſunt & uolūtati noſtræ obtemperāt. Herophilus motricē facultatem relinquit in neruis, in arterijs, & muſculis,
C pulmonēq; cenſet motus quatuor habere, unum quo extra poſitū aerem attrahit, alterū quo attractum in pectus exprimit, tertiū quo expreſſum denuo recipit, quartū, quo receptū foras demum eijcit. ſed hi motus partim quatuor, partim duo ſūt. nam primū & tertiū pulmonis extenſio facit, ſecūdum et quartū eiuſdem uiſceris cōtractio peragit. pectus autē bis tantum mouetur, ſemel cū ſe dilatat & aerem à pulmone adducit. iterum cū ſe colligit, & acceptum anhelitum eidem reſtituit.

De affectibus.

Stoici ſenſus in principali facultate animi collocant: affectus in mēbris quos afficiūt. Epicurus utroſq; in mēbris affectis reponit. Strato tam ſenſus q̄ affectus in principe animi facultate ſtatuit.
D in ipſa ſiquidē tolerātiā ſitam eſſe, quēadmodū ex dolorib. & cruciatibus colligi poteſt, quas fortes intrepide ſubeūt, meticuloſi plus æquo formidāt.

De diuinatione.

Plato & cū eo Stoici diuinationē admittūt, quę uel numinis alicuius præſentia, uel propriæ mētis diuinitate, uel ſoluto per ſomnū animo celebrat̄. uerū hi plura diuinationis genera probāt, omnia Xenophanes & Epicurus tollūt. Pythagoras haruſpicinā tantū improbat. Ariſtoteles & eū ſecutus Dicæarchus duas relinquūt, ſomniū, & furorem. nam licet animas immortales eſſe nō concedant, eas tamen diuinū in ſe quiddā habere fatentur.

De inſomnijs.

Democritus inſomnia fieri putat ſimulachrorū

obſeruatione. Strato cogitationẽ, aliam quãdam naturã in ſomnis habere. tunc enim melius ipſam ſentire credit, atq; ideo magis etiã cognoſcere. Herophilus partim à deo ſubmitti ſomnia dicit, quæ neceſſario cõtingere iudicat. partim à natura confingi, cũ animus rerũ ſibi utiliũ uel futurarũ etiam formas effingit. partim caſu fieri. cõfuſa hęc ſunt, & imaginum occurſu procreata. tunc enim ea ſpectantur quæ deſideramus, id quod amantib. euenit, qui ſibi per ſomniũ amicas tenere uidentur.

De ſemine.

Ariſtoteles excrementũ ultimi alimenti ſemen diffiniuit, quod in ſe uim conficiendi tale aliquid cõtinet, quale eſt id à quo proiectum eſt. Pythagoras optimi ſanguinis ſpumã ſemẽ aſſerit, uel nutrimẽti partẽ quãdam ſuperabũdantẽ, qualis & medulla & ſanguis eſt. Alcmæon cerebri particulã. Plato ſpinalis medullę profluuiũ. Epicurus corporis & animæ modicũ quiddam auulſum. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partib. ſemen deriuari credit, ut oſsibus, carne, uenis.

An ſemen corpus ſit.

Leucippus & Zeno corpus, ipſum dicũt. ſemẽ enim pars eſt animę, anima uero ſecundũ eos corporea. Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, uim ſeminis que ipſum ceu mẽs diſponit, incorporeã: affuſum autẽ humorẽ, corpus aſſeuerãt. Democritus & Stratõ uim quoq; corpus eſſe contendũt, ſpiritus cum ſit.

An fœmina ſemen afferat.

Pythagoras Epicurus & Democritus fœminas quoq; ſemen effundere cẽſent, ſeminales alueos cũ habeant qui in uterũ ex aduerſo profluunt, atq; iſtud cauſam eſſe ut etiã mulieres ſeminis uſum appetãt. Ariſtoteles & Zeno humorẽ quidẽ eas emittere cõcedunt, non tamen concoctũ id ſemen eſſe dicũt, uerum ex congreſſus fatigatione, quendã ueluti ſudorẽ. Hippo. fœminas nõ minus maribus ſemen effundere opinat, quicquã tamen ipſum ad conformationẽ fœtus nõ conducere, cũ extra uterũ incidat. hinc mulieres aliquot, uiduas præſertim, abſq; uirili concubitu ſemen interdum emiſiſſe.

De conceptu.

Ariſtoteles cõcipere fœminas arbitratur utero menſtruis expurgato. cum menſibus nãq; puri ſanguinis quoq; portionẽ quandã deſcẽdere, quæ uirili ſemini cõgrediens fœtũ exorditur. impediri uero cõceptum iudicat, uteri immundicia, animi cõſternatione, mulierũ ſterilitate, uirorũ impotentia.

Vnde mares fœminęue naſcantur.

Empedocles pro caloris frigoriſue cõditionibus mares fœminãſue gigni pronũciat. hincq; illud quod fertur manaſſe, primos maſculos in oriente & meridie natos è terra, fœminas autem ſub ſeptentrione & occidente. Parmenides oppoſitũ ſentit: mares, ob denſitatẽ in ſeptentrione, fœminas, ob raritatẽ in meridie genitas. Anaxagoras tum maſculos procreari dicit, cũ dextræ partis ſemen, in dextrã uteri ceciderit, et ſiniſtrę in ſiniſtrã. fœminas autẽ cum locorũ permutatio facta fuerit. Cleophanes cuius mentionẽ fecit Ariſtoteles, mares, è dextro, fœminas, è læuo teſticulo prodire credidit. Hipponax in naturã ſeminis cauſam refert. nam ſi ualidum & compactũ extiterit, mares: ſin imbecillum & difflues, fœminas procreat.

De monſtris.

Empedocles monſtra naſci dicit, ſi multũ fuerit ſemẽ, ſi paucum, ſi diuulſum, ſi euanidũ, ſi inordinato motu immiſſum. Strato uel quia additum, uel quia detractum, uel quia tranſpoſitũ, uel quia tumidũ aliquid ſit. nonnulli medici, quia tunc uterus ſpiritu diſtortus fuerit.

Cur mulieres quãuis frequenter concumbant, raro tamen concipiant.

Diocles medicus ſæpe concũbentes fœminas raro cõcipere iudicat, uel quia ſemen nõ emittãt, uel quia minus quàm cõueniat, uel quia tale, ut in eo uis prolifica non ſit, uel quia caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatiſq; plus minúſue quàm par ſit, habeat. uel deniq; quia reſolutus uterus, ſemen non cõtineat. Stoici uirilis membri obliquitatem culpant, ut quod recte ſemen eiaculari non poſsit. itẽ genitalia ſi inter ſeſe parum conueniant, ueluti cũ uterus introrſum abſiſtit, penis autẽ illuc non attingit. Eraſiſtratus uterum tantũ accuſat qui modo latior eſt quàm deceat, modo anguſtior, aut callos habeat quibus uteri meatus obſtruantur.

De geminis & trigeminis.

Empedocles abundantia ſeminis & diſtinctione duos trẽſue ſimul infantes concipi dicit. Aſclepiades id ipſum naturæ ſemini aſcribit. nã ut hordeum reperitur quod duarum & trium ordinum ſpicas gignit, ita fertiliſsimum ſemen extat quod duos pluréſue fœtus procreat. Eraſiſtratus in apprenſionem matricis cauſam refert, ut in brutis quoq; contingit. nam earũ uterus cum bene purgatus fuerit, tunc ad corripiendum ſemen deſcendit. Stoici uuluas dicunt habere loculos. cum igitur in duos ſemen inciderit, geminos: cum in tres abierit, trigeminos fœtus edi.

Vnde ſimiles parentibus filij gignantur.

Empedocles fœtum illi ſimilẽ fore dicit, cuius ſemen ſuperarit: diſsimilem, ſi calor qui ſemẽ inſequebatur euaporarit. Parmenides è dextra parte uteri patri ſimilẽ prodire infantẽ arbitratur, è ſiniſtra matri. Stoici è toto corpore & anima ſemen deſcẽdere cenſent, eiuſq; unãquanq; particulã ad ſimilitudinẽ membri illius à quo deſcẽdit cõponi. perinde ac ſi pictor aſtaret, qui ex alicuius inſpectione uultũ ſimilibus colorib. effingeret. atq; hoc pacto generis forma figuraq; retinetur. cum uero tam mater quàm pater ſemen effundat, ſi matris ſemẽ uincat, matri ſimilẽ filium naſci: ſin uincat, patri.

Cur diſsimiles parentibus filij naſcantur.

Complures medici caſu & fortuna id euenire putãt. nam ſimul atq; tam maris quàm fœminę ſemen refrixit, diſsimiles parentibus nati reddũtur. Empedocles ad mulierum cogitationem quam inter concipiendũ habuerunt, infantes formari credit. ſiquidem illas quod pictam imaginem ſtatuámue aliquam eo tempore adamabant, imaginib. ſtatuiſq; ſimiles

similes fœtus plerũq; genuiſſe. Stoici tacita quadam diſcordia radiorum & ſimulachrorum mentis quo tempore ſemen effluebat, parẽtibus filios diſsimiles reddi arbitrantur.

Vnde mares infœcundi fœminæ ſteriles fiant.

Medici fœminas ſteriles inquiunt uteri denſitate, raritate, duritie, obſtructione, quam uel caro, uel callus faciat. item animi languore, corporis tabe, & eiuſdem malo habitu, uel demum quia diſtortus cõuulſus'ue ſit uterus. Diocles uiros infœcundos arbitratur uel quia ſemen prorſus non emittunt, uel quia minus quàm cõueniat, uel quia infœcundum, uel quia uieto pene ſint, aut ita diſtorto ut iaculari ſemen in uterum non ualeat, aut ita puſillo, ut in uuluã non aſcendat. Stoici diſcordes coeuntium uires qualitatesq; culpant, quas ſi quis diuellat, & ſui generis alteri coniungat, euincet natura, & fœtum procreabit.

De mulorum ſterilitate.

Alcmæon mulos ideo nõ generare credit ꝙ genituram nimis tenuem habeant, id autem frigiditate contingit. mulas autẽ non cõcipere, quia ipſarum uulua nõ hiſcat, id eſt, os non pãdat. Empedocles in eius paruitatẽ & anguſtiam cauſam refert, ut quam præ exiguitate cum etiam uentri retorte cohæreat, nec iactus ſeminis attingat, nec, ſi attingeret, ipſum excipere poſſet. Diocles Empedocli conſentit, ſe plerũq; in diſſectionib. uidiſſe ſcribẽs mularũ uuluas oblique collocatas, euenireq; ut ea de cauſa mulieres quoq; non cõcipiant.

An fœtus in utero ſit animal.

Plato fœtum in utero adhuc exiſtentẽ, animal idcirco arbitraẽ, ꝙ ſe moueat, ꝙ alimentũ capiat, ꝙ demũ increſcat. Stoici cõtra, partẽ ipſum uentris defendũt: nõ aliter enim infantes, atq; fructus, quos arborũ partes eſſe conſtat, cũ maturuerint, decidere. Empedocles & ipſe reſpirare quidẽ, nõ tamẽ animal eſſe fœtũ in utero putat. Diogenes ſine anima partus effundi ſentit, magno tamẽ calore præditos, qui ſtatim ut in lucẽ editus eſt infans, in pulmonẽ cõuenit, & ex eo loco frigẽtem aerẽ trahit. Herophilus naturales motus infantibus relinquit, ſpirationẽ adimit. motionũ autem inſtrumẽta neruos eſſe, ſed partũ tum deniq; animal euadere, cũ primũ editus aerẽ attrahere cœpit.

Quomodo fœtus in utero nutriatur.

Democritus Epicurus infantes dicunt in utero commorantes nutrimẽtum ore ſuſcipere, hinc fieri ut in lucem editi partus mammillas quamprimum ore conquirant. nam & intra uuluam papillas quaſdam eſſe, è quorum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per umbilicum fœtibus tranſmitti nutrimentum aſſerunt, & hac de cauſa obſtetrices ipſum ſtatim ut quis editus eſt, ligare conſueuiſſe, orisq; rictum digitis aperire quo cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmęon perinde atque ſpongias undiq; toto corpore alimentum fœtus aſſumere credidit.

Quid primum in utero abſoluatur.

Stoici membra pariter omnia compleri dicũt.

A Empedocles ſpinam primò, quæ carinæ ſpeciem inter corporis membra præ ſe fert. Alcmæon caput, in quo princeps animi facultas conſiſtit. Ariſtoteles cor, à quo uenæ pulſantes & quietæ originem ducunt. aliqui magnum pedis digitum, quidam umbilicum malunt.

Cur ſeptimeſtres infantes uiuant.

Ariſtoteles & Hippocrates ita hac de re ſentiunt: ſi intra ſeptem menſes uterus impleatur, deorſum inclinat, & id quod editur uiuit: ſin impleatur quidem, ſurſum autem repat, fœtus quidem in octauum menſem ortum differt: ſed cum extenſione debilitatus umbilicus, alimentum uix adducere queat, infans ubertim, ut ſolebat, non nutritur, atq; ideo ſemienectus fame naſcitur. ꝙ ſi nonum B menſem expectet, utero iam deſcendente, tum quoq; integer egrediẽ. Polybus dies centũ octuagintaduos & dimidiũ ſufficere putat, ut ortus aliquis uiuat. quod ſpatiũ quãuis ſex menſes cõprehendat, ſeptẽ tamen computatur, quia dies ultimi ſeptimũ menſem incurrunt. tot autẽ diebus à bruma ad ſolſtitium ſol peruenit, ac redit. octo uero mẽſium nõ uiuere, quia ſurſum rediẽs uterus umbilicũ diſtendat, diſtentus nõ facile nutrimẽtum trãſmittat, atq; ideo fœtũ imbecillẽ reddat. mathematici octauum menſem ideo naſcentib. inimicũ pronunciant, quia nulla ſocietate octauũ zodiaci ſignũ cum primo teneatur. ſeptimũ amicum, quoniam oppoſita radiatione iungatur. ꝙ ſi quis octauo menſe naſcatur & uiuat, infelicẽ & breuẽ omC nino uitam traducturũ: ſunt autem à ſe inuicẽ diſiuncta Aries & Scorpius, Taurus & Sagittarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Piſces, Virgo & Aries, Libra & Taurus. Diocles & empirici ſcire ſe dicunt octauo menſe natos uiuere, infirmos tamen eos, atque ideo frequenter mori. Timæus duodecim menſibus partum geſtari credidit, nouẽ tamen eos interdũ exiſtimari, interdum & ſeptem, quia non ſemper ſtatim à conceptione menſtrua ſupprimantur.

De ortu animalium.

Qui mundũ genitũ dicunt, animalia quoq; genita cõcedũt & interitura: qui ingenitũ aſſerunt, ea ſibi uolũt ſemper ſuccedere. partes enim mũdi ſunt animalia: quamobrẽ Anaxagoras & Euripi D des nihil, inquiunt, interit eorũ quæ ſunt, ſed in aliud commutatũ, diuerſam ſpeciem ſuſcipit. Anaximãder in aqua putat animalia primũ orta, ſpinoſisq; corticib. inuoluta fuiſſe. uerũ poſtea cum ætatis proceſſu in ſiccum exiuiſſent, obtrito corticẽ modicum tempus ſuperuixiſſe. Empedocles animalia primũ edita queãdmodum & ſtirpes etiã, nequaquã inter ſe recte cõmiſſa credidit: ſed parũ conuenientib. partibus cõpoſita, ſecũdo nata, ſic inter ſe partibus iuncta fuiſſe dicit, ut quales nũc ſtatuę ſunt, tales uiderentur. tertio poſtmodũ orta membris ex ſeſe prodeũtibus extitiſſe. quarto demum genita non amplius ex uno aliquo ſimili ut terra, uel aqua conſtitiſſe; uerum è ſeſe iam fœminarũ pulchritudine ad procreãdũ uiros incitãtẽ

cuncta uero animalia pro temperaturæ conditione quatuor generibus esse distincta. sponte namq; alia aquas petũt, tanq; naturæ suæ plus accõmodas, alia aerem adeunt, ꝙ eius in se plurimũ contineant. alia terrã incolunt, ex eo quia suapte grauitate illuc trahantur. alia toto pectore uocem effundunt, ꝙ æquali temperatura constituta sint. A

De generibus animalium, & an omnia sensu prædita rationis usum habeant.

Extat liber Aristotelis in quo quatuor generibus animalia facit, terrestria, uolantia, aquatica, cœlestia: stellas nãq; ac cœlum ipsum arbitratur animal immortale rationeq; præditum. Democritus, et eũ secutus Epicurus cœlestia nõ enumerat. Anaxagoras animalia cuncta rationẽ agẽdi quãuis continere nõ dubitet, omnib. tamen quã passibilem & mentis interpretẽ appellamus, non concedit. Pythagoras & Plato bruta quoq; rationẽ habere fatentur, corporis autẽ intemperie rationis usu carere, præsertim cum loquẽdi facultatẽ non habeant, ut canes & simiæ, quæ licet aliquid ganniãt, non tamẽ illud quicquid id est eloqui ualẽt. B Diogenes & ipse nõ expertia quidem bruta rationis asserit & intellectus, uerum partim corporis crassitie, partim humore nimio, nec discurrere, nec aduertere, sed affici perinde atq; furẽtes solẽt, in quibus præcipua animi facultas delinquit.

Quanto tempore fœtus in utero formetur.

Empedocles in hominib. à trigesimosexto die fœtum incipere dixit, undequinquagesimo partibus omnibus absolui. Asclepiades in masculis C ꝙ calidissimi sint, uigesimosexto die membra distingui, qnquagesimo cõsummari credidit, quosdam tamen etiam intra hoc tempus formari: fœminas autem intra duos menses incipere, quarto compleri, frigidiores cum sint: alias autẽ animantes ex elementorum facili congressu pariter totas & inchoari & absolui.

Ex quibus elemẽtis mẽbra singula constent.

Empedocles carnẽ ex æquali quatuor elemẽtorũ portione constare uoluit. neruos ex igne terra & aquæ partib. duabus. ungues ex neruis, aeris contactu refrigeratis. ossa ex aquæ & terræ partibus æqualibus composita quidẽ uideri, constare tamen è quatuor elementis in quibus ignis & terra dominantur. sudores & lachrymas attenuato & eliquato sanguine manare. D

Quo tempore homo perfectus sit.

Heraclitus & stoici homines inquiũt perfectos esse, transacto secundo septennio, quo tẽpore semen adolescentes excernere incipiunt. nam & arbores tum perfectas haberi, cum fructum gignere cœperint: imperfectas, quoad fructum effundere non ualuerint. Aristoteles post septem annos hominem perfectum existimat: ab eo siquidẽ tempore boni maliq; notionem pueris inesse disciplinæq; tum eos capaces haberi. alij tertio septenario perfici nos arbitrantur, quòd iuuenes facti tunc pubescimus & plurimum corporis uiribus præstemus.

De somno & morte.

Alcmæõ sanguinis recessu in uenas ipsius confluxui deputatas somnũ fieri censet: mortem uero, si prorsus omnis illuc abscedat, quia frigidum corpus ita nimium redditur: expergisci uero nos idem sanguinis eiusdẽ reditu putat. Empedocles calore sanguinis parumper frigefacto, somnum: prorsus refrigerato, mortẽ oboriri credidit. Diogenes, si, inquit, sanguis qui per uniuersa mẽbra diffusus est, uenas impleat, & aerem qui in uenis continetur, non tamen totum in pectus & uentrẽ pellat, somnum pariet, & ea membra solito plus incalescent: sin totum protrudat, mortem inferet. Plato & Stoici dormire putãt animalia quiescente spiritu illo, qui sensibus uigilantibus ministrat: non quia uelut in terram concidat, sed quòd ad principem animi facultatem feratur, quę intra supercilia sedem habet. occidere uero si spiritus ille prorsus omnem motum amittat.

Somnus & mors animi sint an corporis.

Aristoteles tam ad animũ quàm ad corpus somnũ quidẽ spectare iudicauit, somni uero causam esse uaporem quem uenter in caput summittit, & calorem qui in corde uiget, crudo alimento refrigeratum, mortẽ uero solius corporis esse. mori namq; animã non posse. Anaxagoras ex lõga corporis fatigatione somnũ excitari credidit, corpusq; nõ animum ipsum affici, cæterum animas quoq; mori cum à corpore separantur. Empedocles mortẽ opinatur discessum eorum ex quibus homo constitit, propterea q; tam animas quàm corpora occidere, somnum uero caloris secessu aduenire.

An stirpes animalia sint.

Empedocles non solum animatas sed animalia quoq; stirpes arbitratur. id autẽ conijci, quod se cõmoueant, ꝙ ramos intẽtos teneant, quod adductos uix sequi permittant, quod remissi celeriter adeo redeãt ut pondus etiã secum auferãt. Aristoteles animã quidem eas habere, nõ tamẽ animalia esse cõcedit, animalia nanq; sentiũt, appetunt, & ex eis aliqua etiam intelligunt. Stoici & Epicurei stirpes ne animã quidem habere uolũt. animalia namq; solum animã habere, ac eorum alia cõcupiscere et prosequi, alia rationẽ quoq; possidere. stirpes autẽ nõ animæ, sed casus instinctu pullulare.

Quo pacto stirpes augeantur.

Empedocles inter animalia stirpes primũ è terra natas asserit ante quàm sol circumageretur, diesq; à nocte discretus esset. eas quoq; maris & fœminæ rationẽ coniunctas habere ex temperamenti conueniẽtia, crescere uero ob calorem qui terræ subest: quamobrẽ ipsas sic terræ partes esse, ut fœtus uteri, fructus autẽ ignis & aquæ, illius quę stirpibus insunt excrementa censeri. frondes amittere, quibus æstatis calor humorem absumpserit, semper frondere, quæ maiorem succi copiam habent, ut laurum, oleam, palmam. saporum uarietates, cum ex alimẽti diuersitate, tum ex stirpium differentia nasci, quæ è terra id quod sibi simile est attrahunt: neq; enim tam uitium differentiam

quàm

quàm soli diuersitatẽ, dissimilia uina procreare.

De nutrimento & incremento.

Empedocles animalia censet alimẽti couenientis accessu nutriri, crescere, multi caloris præsentia, minui, caliditate diminuta, tabescere demũ & extingui utroq; ablato. huius autem ætatis homines, si primo genitis hominibus comparentur infantium instar esse.

De febre.

Erasistratus ita febrẽ diffiniuit. febris est motus sanguinis, cõceptacula spiritus subintrãtis, nullo febriẽtis assensu factus. nã ut mare cũ nullis uẽtis infestatur, quiescit, cũ aliquo uento præter modũ impellitur, undiq; fluctuat: sic in corpore cum sanguis excitatur, spiritus cõceptacula subit, ibiq; ex calefactus totũ corpus incẽdit: placet quoq; ipsi febrem etiã unum ex hisce accidentib. esse, quæ alicui morbo superueniũt. Diocles ex ijs quæ uidemus nos ea quæ latent intueri monet, & cũ uideamus, inquit, inflãmationibus, abscessibus, uulneribusq; febrẽ subsequi: oborta febre, licet aliquid istorũ fieri nõ cernamus, intus tamẽ aliquid eiusmodi factum esse credendũ est. Herophilus etiam nullo præcedẽte morbo febrẽ quandoq; cõcitari dixit.

De morbis.

Alcmæon sanitatem cõstare credidit ex æqualitate caloris, & siccitatis, frigoris & humiditatis, item dulcedinis, amaritudinis, & id genus alijs. morbos autem excitari quoties istorũ unum aliquod cæteris dominetur. singulorũ namq; excessus societatẽ dissoluit, atq; ita morbum parit. Diocles cum ex inæqualitate elementorũ quibus corpus compositũ est, tum ex aeris cõstitutione morbos oboriri existimat. Erasistratus ægrotare nos arbitratur ob alimentum uel nimium, uel incõcoctum, uel corruptum, sanos uiuere, si ciborũ quantum sufficiat assumpserimus, & dum eos assumimus ordinem quendam seruemus.

De senectute.

Stoici & medici pariter omnes cõsentiũt senẽctam inopia caloris aduenire, ac qui plus caloris habuerint tardius senescere. Asclepiades Aethiopas arbitratur celerius alijs in seniũ deuenire. sexagesimo siquidẽ ætatis anno quoniã eorũ corpora sol plus q̃ par sit excalfaciat, Britannos contra annis centũ uiginti perdurare. nãq; cum frigidã regionẽ incolant, calorẽ ingenitum diutius conseruant. Aethiopes enim quos iugiter sol relaxat, rarum: Britãnos, cũ sub ursis degãt, spissum corpus habere, atq; ideo longiorẽ uitã ipsos traducere.

FINIS

GALENO ASCRIPTVS LIBER, CVI TITVLVS EST, MATHEMATICES SCIENTIÆ PROGNOSTICA DE DECVBITV INFIRMORVM,

Iosepho Struthio interprete.

CONSTAT quidem uel ex Stoicorũ philosophorũ sententia, qui non minus in loquendo quàm in bene uiuendo fuere semper exquisitissimi, qualis & quàm exactæ ueritatis sit mathematica scientia: nihilominus cum præsens sermo de ijs est institutus quæ ars medica perhibet, necessarium uisum est nobis, medicorum præstantissimorum assertiones adferre, tum ut mathematica cognoscatur ab omnibus, tum ut ipsi medici, quamuis non omnes, plurimi tamen eam partem suæ artis qua ipsi ad præuidendas res plurimas utuntur, mathematicę scientiæ se debere intelligant. Hippocrates igitur uir præcipuus, ac in rerum scientia admiratione dignus, inquit: Quicunque in medicina se exercent, eius autem philosophiæ ignari sunt, quæ docet dare iudicia de rebus à natura earum desumpta (physiognomoniã uocant) horum animus in tenebris perpetuo oberrans fatigatus consenescit: non solum non recte agere huiusmodi homines, sed etiam plurimum decipi dicit: ait enim eorum animum errore confici ac defatigari qui usum physiognomoniæ ignorãt. Cum autem maxima pars astrologiæ ad eam quam diximus physiognomoniã seu philosophiam iudicatoriam pertineat, liquet illum si partem laudauit, multo magis totam laudauisse. Diocles autem Caristius medicus & orator, nõ solum hoc idem dicit, ut & tu ipse scis, sed etiam asserit, ueteres medicos ex diuersitate luminis & cursus lunæ, præcognitiones quæ in morbis fiunt, conficere solitos fuisse. Cum uero dignitate & eruditione præstantissimi uiri, qui medicinæ partem præcognitoriam non solum diligenter persecuti sunt, sed etiam scriptis suis adauxerũt, idq; non solum ex sua arte, sed aliunde etiam sumpto auxilio, aliqua de ijs rebus memoriæ prodiderunt, inde & tu charissime Aphrodisi, si decubitum infirmi diligenter exploraueris, atque ueterum illorũ quos diximus principijs institeris, uberrimam tuæ artis frugẽ es accepturus, præcognoscendo ac prædicendo ea quæ infirmis sunt euentura. Rem autem hinc ordiamur.

Ante omnia considerare oportet progredientem lunam, sit'ne in augmento an decremẽto sui cursus, non luminis, in quo multi decepti sunt. Si igitur eo tẽpore quo quispiã primo decũbit, luna in aliquo signorum duodecim, suo motu moueri incipiat, accedens ad oppositã signi partem (pars autẽ signi opposita est quæ maxime & ex diametro distat) pręsertim uero si tum etiã coniunctionẽ cũ sole faciat, unde tandẽ à cõgressu facto in XVI partem

partem egressa, soluta iam coniunctione in maio-
rem sui cursus magnitudinem tendat, occidet in-
firmū sub aduentum in CLXXX partē. Si uero
primū decumbente infirmo, luna cursu suo dimi-
nuta incedat, morbū ad oppositam usq; signi par-
tem protractum, ubi diametrū exierit, in salubrio
rem ægritudinē transmutabit. Aduerte autem &
motus seu testimonia stellarū reliquarum: si enim
tempore incipiētis decubitus, luna in cursum ma
iorē tendat, interim aūt & in schemate solis (aspe
ctus alij uocant) extiterit, augebit morbū, & peri-
culosiorem faciet. Si aūt & lumine & motu aucta
sit, ineuitabile infirmo periculū dabit, ubi diame-
trum attinget. Quòd si in adurentem solē Iupiter
forte inciderit, ipsa unà cū Ioue soli schema offe-
rente, morbū quoad fieri poterit securiorē faciet:
siue etiā in schemate tetragoni Iouis (quadratum
nostri uocāt) existat, infirmis sanitatē restituet ad-
uentāte diametro. Si uero Saturni adusti schema
acceperit, cursum autem suum eo tempore dimi-
nuit, in summo discrimine ac periculo infirmū re-
ponet, aduentante incepti cursus parte CC. Si ue
ro & posteaquam à coniunctione se redemerit, in
minorē cursum feratur, mortem ineuitabilē infe-
ret, circa partem incepti cursus CLXXX. Si au-
tem tēpore cœpti decubitus sol lunæ schema dia
metrū dederit, ipsa uero tum cursum siue etiā lu-
men minuat, minuetur & morbus, ubi uentū fue-
rit ad partē incepti cursus CC. ac postea occurren
te bono aliquo schemate, ad sanitatem suam infir
mus redibit. Si autē & coniunctionē futuram etiā
motu diminuto solutura est, sanitatem restituet
circa partem incepti cursus CLXXX. Opus au-
tem erit animaduertere in primis, quo modo stel-
læ in singulis signis sint repositæ, & quem situ ha-
beant: ex progressu enim lunæ per signa duode-
cim, causæ morborum cognoscuntur. Scito autē
si quis calculos seu numeros negligēter dispos ue
rit, nihil ueri posse succedere: falsitatis aūt nō res
ipsa, sed qui negligēter se gerit, causa est. Disquiri
to tandē accurate & figurā genituræ, ex ea enim
singula exacte cognoscūtur. Decumbente igitur
aliquo dum luna est in Ariete, existēs in schema-
te solis, morbus accidet ex eo, ꝙ ęgroto à radijs so
lis caput exustum est: dolor erit in mēbranis capi-
tis, erunt febres cōtinuæ, erūt uigiliæ, incēsiones
nimiæ, sitis, asperitas linguæ, ustio ac ueluti flāma
in thorace, dolor in hepate, pulsus retracti ac inor
dinati. huic utilis est detractio sanguinis, ac miti-
gantiū & refrigerātiū adhibitio: alienatio ēm mē-
tis futura est & phrenitis. Quòd si interim nullus
ex planetis beneuolis lunā protexerit, ac ipse etiā
Saturnus unà simul tetragonū lunæ addiderit, ul-
tra septimam non uiuet, prēsertim si tum luna mo
tu aut lumine augetur. Si autē decumbat aliquis
dum luna est in Ariete, affecta maleuoli schema-
te, tetragono scilicet aut diametro, uel si cū eo fue
rit cōiuncta, oportebit eū ipsum planetā animad-
uertere: & siquidē fuerit Saturnus, causa est in ca
pite, morbus est lethargus, ægroti sunt somnolen

A ti, insensiles, frigidi, neq; eandē seruant ęqualitatē
morbi, nunc enim augescit, nūc minuitur. Quòd
si luna tum motu aut lumine aut utroq; est diminu
ta, summā ac extremā (ut & antea diximus) mor-
bi accessionē timeat, circa partem incepti cursus
CC. Conspicito aūt eo tempore & stellas alias: si
enim Iupiter aliquo schemate lunæ annuerit, ma-
gnum quidē infirmo periculū est subeundū: præ-
tergressus tamē diametrū, sanus seruabitur. Si au-
tem Mercurius solus prędicto scopo (lunę scilicet
cum Saturno, ita ut diximus situatæ) schema suū
addiderit, citra ullum dubium morietur. Si uero
Mercurius unà cum Marte ignito, hos tu redem-
ptores magis ꝙ interemptores censeto: tua porrò
intererit omnē prudentiā ac solertiā infirmo adhi
B bere, cum te nō lateat Saturnum efficere effectio
nes frigidas & rheumaticas. At uero si Mars de-
derit schema, prēsertim diametrū lunæ motu etiā
& lumine augescenti, hos faciet capitis affectus,
alienationes mentis, phrenitidas, iræ impetus,
phlegmonas, accensiones, insultus sanguinis. O-
portebit igitur in omnibus ijs adhibere ea quę re
frigerandi & remittendi potestatem habent, hisq;
utendū maxime circa tetragonū: à tetragono ēm
trium dierum spatio incipiet uigere magnitudo
morbi: futuri autē sunt usq; ad incepti à luna cur-
sus diametrum periculosissimi & acutissimi affe-
ctus. Si autem huic scopo (lunæ scilicet cū Marte
in eo, ut diximus, situ repositæ) Mercurius etiam
suum schema adiunxit, post exacta tanta pericu-
la infirmus sanabit, Mercurius enim Marti pro-
be cōgruit, Saturno minime. Quòd si decumbat
aliquis, luna autem sit in schemate Iouis aut Mer-
C curij & Veneris, etsi pro utriusque planetæ natu-
ra, inæquales est factura ægritudines, & in diuer-
sos affectus infirmos translatura, proculdubio ta
men sanantur. Operæprecium autem erit te ani-
maduertere rationem uictus, horas, exercitia, bal
nea, potus uini: & si quidem ad Saturnum perti-
nent qui ægritudine afflicti sunt, tenebuntur de-
siderio balneorum, sessionis quietæ, frequentis
nutrimenti, calidæ potionis: qui autem Martem
attinent, frigidæ potionis, motus, uini, inquietudi
nis. Vtile est igitur te iuxta singulos planetas, suo
cuique modo desiderio non aduersari: quælibet
enim stella cuius rei desiderio tenetur, eadē refici
tur recreaturq;. Non arbitraberis autem Aphro-
D disi optime (ut ego opinor) curas eiusmodi con-
trarias esse rationibus medicorum: ego enim qui
bene naturas stellarum cognitas habeo, dixi qui-
bus quæq; rebus delectetur, ubi fuerit ab omni
noxa ac uitio aliena. Si autem dum luna est in cō-
iunctione solis decumbat aliquis, Saturnus autē
in tetragono sit aut diametro, aut etiam lunā præ-
sens adeat, quę lumen & motum suum diminuat,
erit morbus quo ad originem, ex crapula, & di-
uersitate ciborum ac multitudine: futuræ autem
sunt febres cū astrictione alui, inflāmationes hy-
pochondriorū, articulorum dolores, pulsus retra
cti, ac inordinate totius corporis supercalefactio,
circa

A circa pulmonem autem & sinistrum latus, erit sensus grauitatis. huic auxilio erit subtractio sanguinis, ac usus eorum omnium quæ habitum corporis soluere possunt. Quòd si nemo ex beneuolis lunam protegit, omnino diametrum uiuus non supergredietur: imò si & Mars idem schema quod sol habuerit, aut ex diametro lunam aspexerit, supra primum incepti cursus tetragonum non uiuet. At si beneuoli adfuerint, & lunam inspexerint, periclitatus sanabitur.

De schematibus lunæ in Tauro.

Si quispiam decumbat luna existente in tauro, maxime hora diei, sol autem lunæ offerat diametrum, aut tetragonum, erit morbus ex multitudine sanguinis, aderit astrictio alui, aderunt accensiones, dolores colli & circa ossa, superflua uigi- B lia, desiderium rerum frigidarum & uini. huic sanguinis detractio plurimum conducet, atque ea omnia utilia erunt quæ uim aperiendi habent. Saturno autem idem schema quod sol habente, si nullus beneuolus protegit, diem XI non transiget: si autem beneuoli præsentes adsunt aut schemata porrigũt, post exacta pericula uigesimo die sanabitur. Si autē luna, ut diximus, posita in tauro, decumbat aliquis, motus autē lunæ & lumen minuitur, ad hæc Saturnus quocunque tandem in schemate reponatur, præsertim si & taurus pariter schemate contineatur, affectus ægritudinum iuxta signi propriam naturam erunt tardi motu, difficiles cognitu, quos crederes absentes esse: cũ tamen ægrotum affligunt, aderit uirium prostra- C tio, ac totius corporis debilitas, stomachus appetitu priuatur, calor in profundo latet, articulorũ dolores incessunt, totum corpus male habet. Hęc aũt ego tibi in omni zodiaci signo indicia propono, ut dũ aliquod horũ se tibi obtulerit, circa infirmum dubius nõ hęreas. Signũ aũt hoc natura sua tempestates ac uẽtos cõcitat, ac eorũ quæ in mari & terra eueniũt indicia facit, idcirco oportebit te præcipuã capitis curã habere: hoc enim est quod primam morbi causam contraxit, quãuis hoc ita nõ appareat: totũ neruosum genus cõpatitur, præter cętera stomachus: pulsus profundi ac reptantis formicæ speciem præ se ferẽtes, præsertim de die: propterea utilissimũ quidem erit infirmũ nutrire: nõ tamen tu pusillanimis subtractionẽ san- D guinis uereare (licet id nimiã subinde debilitatem inducat) neque subductionẽ alui, nec alia quæ euacuant. A tetragono aũt incepti cursus usque ad diametrũ æger diligẽtius est obseruãdus: & si quidẽ postea quã coniunctionẽ solis euaserit meliora indicia luna ostẽdit, soluetur morbus in diametro: si aũt euadens coniunctionẽ peius indicat, maxime si tẽpore cœpti decubitus nullus ex beneuolis protexit, ultra diametrũ nõ superuiuet. Si autẽ decumbat aliquis existẽte in tauro luna, cũ schemate Martis (præsertim ubi luna est amphicyrta) augẽs motus suos, causa morbi erit circa collum & hypochondria, idque ex ingurgitatione ac cibo nimio: febres aderũt urẽtes, alui astrictiones, asperitas linguæ, amaritudo oris, sitis nimia: ipsi autẽ ægroti oculis torui, truces aspectu, sermone audacissimi, qui aduersus suos facile irritantur ac exiliũt. Oportet igitur summã diligentiã strictæ aluo & eductioni sanguinis adhibere, neque desiderio frigidę potionis eorũ multũ aduersari: morbi ipsi à principio quinque dierũ spatio acutiores erũt: uigebunt usque ad septimã. Hic autem ad alia te esse etiã attentum oportet: si enim cõspexeris Leonẽ in quarta, scias ægrũ procliuem & aptum esse cardiacæ passioni: ideo fac ut omni hora totius septimanæ accuratus sis, ut citra incõmodum uinum exhibeas, & frigida alia: si autẽ transacta septimana æger in deterius labitur, ultimũ illi uale dicito, proculdubio enim obibit. In huiusmodi uero indicationibus oportebit te & horarũ aptitudinem inquirere, id quod fiet si repereris horas eas quibus schemata beneuolorũ prodeunt: hæ tibi plurimũ conferent tam in nutriendo quàm in lauãdo & exhibendo potu: si enim hora bonorũ schematum cibus offeratur (licet hoc dictis medicorum nonnihil repugnare uideatur) plurimum cõferet infirmo. Quòd si lunæ in illo quem diximus loco residenti Iupiter aut Venus aut Mercurius schemata dederint, siue ipsa motum augeat siue minuat, certum salutis in diametro affuturæ indicium tibi esto: quare citra exhibitionem aliorum sola attenuante diæta utere.

De schematibus lunæ in Geminis.

Si quis decumbit existẽte in geminis luna, cui adsit præsens Saturnus uel schema diametrũ aut tetragonum offerat, causa prima morbi erit ex nimijs laboribus, uigilijs, & maxime ex itineribus. Quòd si tum luna motum & lumen augeat, locus affectus erit manifestus, morbus breui seipsum declarat: augeri uero incipiet à die tertia usque ad XX. erunt enim leuiusculæ febres, & macies quę per nocturnos assiduosque labores exinanito sanguine cõtracta est: aderunt & splenis grauitates. Vbi autẽ ex beneuolis nullus protexerit, Mars autẽ idem quod Saturnus schema habuerit, post diem trigesimã obibit. Si uero boni pręsentes adfuerint, aut lunã inspexerint, chronicis ac periodicis morbis detentus tandẽ sanabitur. Si autem decumbat aliquis in geminis luna existẽte, cui tetragonum uel diametrum Mars offerat, uel præsens apud eam sit, augescente eius lumine & motu, morbus incurret periculosus & molestissimus: erunt enim febres continuæ, adstrictiones alui, ustiones magnæ, pulsus retracti ac inordinati: huic igitur cõpetet sanguinis detractio: & si ex beneuolis nullus lunam protegit, Saturno idem quod Mars schema obtinẽte, morietur in diametro: si uero beneuolus aliquis lunã intueatur, post tanta pericula seruabitur. Si decumbat aliquis in geminis luna existente, præincipiẽtes causę morbi erunt labores & balnea: morbus autẽ qualibet humiditate exaggeratur magis. Quòd si Saturnus una cum Mercurio schemata adijciant, maxime luna diminutis gradib. abscẽdẽte à sole, erũt

dolores

dolores circa opertas scoptulas & lumbos, totum corpus calet, & ad similitudinem ambustorum in superficie dolet: huic inutile fuerit si de uno loco ad alterum transferatur, id quod ipse optabit: aduersatur illi & frigida quæcunque potio usque ad septimam. Si autem luna incidens in solis coniunctionem, in minores motus progrediatur, sine dubio morietur. Quòd si prædicto scopo lunæ scilicet cum Saturno & Mercurio, ita, ut dicimus, positę, accedet tempore cœpti decubitus schema alicuius beneuoli, infirmi ipsi ab aliis ad alia mala trãsferentur, in ischiases, & id genus alios articulorum dolores. Quantitas temporis morborum ostendetur ex coniunctione lunæ, id est, accessione ad stellas beneuolas, quæ infirmos redimunt. Hanc autem rationem & in aliis omnibus signis obserues. Nõ ignores & illud, quòd in quodcũque signum luna intrauerit, illic imperium habet. Scito & hoc, quòd planetæ quando sunt diametrum lunæ porrecturi, facile ipsimet hoc indicant. Si autem luna, ita ut in priore exemplo dictum est, in geminis existente, tẽpore cœpti decubitus Mars aut sol, aut uterque simul schemata sua porrigant (præsertim si luna sit amphicyrta) ipsa uero luna in maiorem motum fertur, æger ita omnino sibi persuadebit, ut credat se certo moriturum: proinde lamentabitur, flebit ac tristabitur, in loquendo erit promptus & audax, diuersas simulacrorum seu phãtasmatum species ante oculos cernet, quę omnia illi sunt ad morbum. augent enim illum & deteriorem reddũt. de die autem & stomachi debilitas incurrit, & panniculorum capitis dolores inuadunt, ita ut infirmi dissoluantur, & pulsuum motu penè careant. Oportet igitur fomentãdi resoluendique diligentem curam habere, sanguinem detrahere, ac cibos opportune exhibere. Ex coniunctione autẽ solis cognosces, sit'ne futura morbi solutio: & si malum stomachi prosperius tibi apparebit, & panniculorum capitis dolores abscedent, sanabuntur sine dubio infirmi. At uero si à diametro morbus in maius augetur, & tabes uentriculo inuecta fuerit, citra ullum dubium perimunt: maioribus autem auxiliis quæ apud medicos in usu sunt opus esset. Si autem ad signum hoc geminorum tempore decubitus incepti, beneuolæ stellæ schemata porrigunt, siue luna motum augeat siue minuat, medicatione opus non erit: diæta enim, aere bono, balneis, deambulationibus, exercitatiõibus, morbus abigetur: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De schematibus lunæ in cancro.

Si decumbat quispiam luna in cancro existente, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel porrigat diametrum aut tetragonũ, erit morbi prima causa balneum & refrigeratio: aderit fluxus ad thoracem, aderunt tusses, aderunt cõstipationes, febres non uiolentæ, sed tamen malignæ, pulsus parui ac debiles, grauitas in lateribus. Huic conguunt omnia quæ calefaciẽdi uim habent. Si uero ex beneuolis nemo lunam intuetur, longiore

A ægritudine detentus post diem quadragesimam obibit: at si beneuolus aliquis lunam inspicit, plurima mala perpessus tandem sanabitur. Si autem decumbat aliquis luna in cancro existente, cui Mars aut præsens iungatur, aut tetragonum siue diametrum obiiciat, erit prima morbi origo ex nimio uomitu, ac ea agitatione quam choleram uocãt, aut uentriculi subuersione. Huic igitur congruunt ea quę constringunt & refrigerant. Quòd si ex beneuolis nemo lunam inspicit ad primũ tetragonum incepti cursus obibit: si uero beneuolus aliquis aspiciat, in primo incepti cursus tetragono sanabitur. Si autem decumbat aliquis luna existente in cancro, erit morbus ex repletione uini & ingurgitatione: inchoabitur autem à cõmotione distensioneque membrorum affectorũ: æger interrogatus bene morbum edisseret. Erit autem

B aliquando ex uomitu etiam citra repletionem: æger male de se sperabit afflictus dolore laterum, optabit aeri frigido semper exponi, quapropter & uestes dilacerat. Sæpius autem & coli dolores incurrũt, maxime transacta diametro: proin oportebit non solum à frigidis abstinere, sed etiam adhibere ea quæ resoluant & confortent, præsertim in principio. Si autem luna non sit immunis, sed Martis aut solis, aut utriusque aliquo schemate opprimatur, febres assurgunt augẽturque, pulsus sunt inæquales, nunc debiles, nunc firmi. Confert autem huic sanguinis detractio facta in tempore: à principio enim quinque dierum spacio usque ad incepti cursus partem C C. comitabuntur affectum laterum diuersa & praua accidentia. Quod si nemo beneuolorum protegit, futurũ est ut à coniunctio

C ne solis neruosum genus male afficiatur, ita ut capti tandem mente uociferent & acclamẽt: iuxta autem naturam signi huius mala de nocte magis affligunt. Si autem à coniunctione solis luna motu diminuto se est redemptura, non priuata præsidio bonorum, æger in morbum periodicum decidet ac sanabitur. Quòd si luna bonorum pręsidio priuetur, iuncta communioni malorum, nihilominus & in periodico morbo obibit. Si uero prædicto scopo nemo medius obuenerit, luna uero à coniunctione solis motum diminuat, post diametrum sanabitur: at si à coniunctione motum augeat, medius uero intercesit maleuolus Saturnus, subibit tot pericula, post diametrum tamen

D sanabĩt. Porrò natura huius signi est ut malignos & difficile solubiles morbos adferat, quibus ea remedia & curæ quas crederes multum profuturas, magis nocebunt. Vtilis autem est uini exhibitio, balneum, & cibus qui facile in corpus digeritur. Si uero Saturnus lunæ à coniunctione exeũti unà cum Mercurio schemata obiiciat, auferentur morbi quocunque tandẽ modo, sed relinquuntur dolores articulorum, & earum partium quæ circa aures sunt. Nonnullis autem circa pulmonem aut hepar aliquid mali remanet, eritque diuturnum & longum. Aduerte autem si in his schematibus luna minuat motum: hoc pacto enim faciet id quod

id quod reliquũ est mali non solũ longo tempore A duraturũ, sed mortem etiã allaturum. Si uero motum augeat & lumen, Iupiter autẽ quocũq; modo illi adhæreat, malũ relictum tãtisper durabit quoad luna peruenerit in decimũ ab incepto cursu signum. Quando autẽ luna in Cancro existens bonorum tantũ schemata habet, aut etiã ipsius Mercurij, soluuntur morbi ad primum incepti cursus tetragonum: oportebit uero abstinere à frequenti balneo, exercitijs autẽ uti & deambulationibus, ita enim morbis bene consuletur.

De schematibus lunæ in Leone.

Si quis decumbat luna existente in Leone, cui sol diametrum aut tetragonũ porrigit, prima morbi origo erit ex repletione & cruditate: aderũt grauitates thoracis & hypochondriorũ, aderunt febres, quarum calor maior erit in profundo quàm B in superficie corporis, aderit astricta aluus. Huic congruent omnia quæ calefaciunt modice & aperiunt. Quòd si nullus ex beneuolis lunam inspicit, circa diametrũ morietur: si uero boni lunã inspiciũt, plurima mala perpessus tandẽ sanabitur. Si autẽ decumbat aliquis, in Leone luna existẽte, cui Mars uel præsens iungitur, uel diametrũ aut tetragonũ porrigit, erit prima morbi origo ex nimia plenitudine sanguinis: febres aderunt cũ fluxibus alui, pulsus debiles at submersi, defectus animi, lapsus appetitus, grauitas, somnolẽtia, & languor totius corporis, imò & cardiaca aliquando. huic congruent ea quæ constringũt ac modice refrigerant. Quòd si nullus ex beneuolis lunã aspicit, die nona morietur: si uero boni aspiciunt, plurimũ periclitatus, post diametrũ sanabitur. Si autem decumbat aliquis luna existente in quacunq; C parte Leonis (hoc autem quod dicam & citra alia signa certũ, ac ueluti Themistos consilio proditũ obserues) Leone horoscopum occupãte, morbus erit ex demacratione membrorũ, per tristitiã, per negocia, solicitudines: thorax calefiet, extrema autem frigescent, adsunt & capitis dolores, oculi caui, nasus retortus, pulsus insensibiles: ægroti quasi longis detenti sint ægritudinibus ita apparent corpore deiecti: tenduntur autem quantũ est ex eorum plenitudine. Quare oportet confestim sanguinem detrahere, & si fieri potest, luna in hoc eodem signo adhuc existẽte, præsertim si motum suum auget: sin minus, intra tertium diem. Fricare autem oportet extrema, & resoluere ea quæ D thoraci incumbunt. Si autem Mars simul & sol uterque aucto motu, schemata porrigant, tempore cœpti decubitus, lunæ, cardiacam nullo modo infirmus euadet, infra quintum diem. Si autẽ Saturnus schema porrigat lunæ, non est adeo timendum ut moriatur. Si uero Iupiter aut Venus schemata lunæ porrigunt tempore cœpti decubitus, spes est firmissima salutis circa tetragonum incepti cursus affuturæ. Si autem ipsa luna sola, citra ullum schema, motu diminuta in Leone sit, etiam spes firma salutis. Proderit autem ægroto exhibitio uini, balneum, deambulatio, præsertim post tertiam aut post quintam. Si autem luna in Leone, ut diximus, sit tempore cœpti decubitus, augeatq; motum, Saturnus uero in medio cœli constitutus suum schema illi porrigat, futurum est id quod diximus circa tetragonum: nihilominus tamen uentris dolores & inflationes remanebunt, etiam si præsens adsit aliquis ex beneuolis: sanantur tamen, idq; tanto citius si luna à coniunctione motu aucto currat. Si uero lunæ in Leone existenti tempore cœpti decubitus Saturnus & Mars, & alius quicunque schemata obijciat, ipsa uero Aquilonem uersus egreditur, soluentur morbi omnino adueniente cursus incepti diametro. Non oportebit uero calefacientibus uti, sed ægrum in umbra decumbere: utile autem erit eius desiderio plurimum aduersari, frigida exhibere, cibos offerre qui nec inflent nec attollant. Si autem luna à nemine aspiciatur, auget uero motum, futurum est ut circa diametrum datis signis criseos morbus soluatur: at si motum minuit, auferet aliquid morbi circa coniunctionem solis: faciet tamen ut æger sæpius recidiuam perpessus longius affligatur, salubriter tamen.

De schematibus lunæ in Virgine.

Si quis decumbat existente in Virgine luna, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel tetragonũ aut diametrum porrigat, erit prima morbi causa, desidia & cruditas, dolor erit in uentriculo & intestinis, phlegmone in hypochondrijs, aderit febris cum alui astrictione, quæ non seruabit ordinem remissionũ & afflictionum: pulsus erũt profundi, frequentes & debiles. huic congruent ea quæ modice calefaciẽdo aperiunt. Quòd si beneuoli lunam non aspiciant, circa diem quadragesimam in summo periculo reponetur: si uero boni aspiciunt, longã ægritudinem perpessus tandẽ sanabitur. Si autẽ decumbat aliquis existẽte in Virgine luna, cui Mars uel præsens adsit, uel tetragonum aut diametrũ porrigat, erit morbus qui à fluxu uẽtris incipiet, quem subsequetur dysenteria, ita ut sanguis fluat, & excorietur intestina exulcerenturq;: aderũt febres malignæ, pulsus debiles ac frequentes, casus appetitus, subuersio stomachi, huic congruent ea quæ adstringendi uim habẽt: & nisi lunam boni aspiciant, morietur die trigesima: si uero boni aspiciant, sanabitur. Si uero decumbat aliquis existẽte in Virgine luna, erit morbus quem cœliacam uocant passionem, aderunt dolores uentris & inflationes, quæ à læsa coctione originem sument: ea quæ uenter excernet fluida erunt: quæ autem uesica, uiridia ac male olẽtia: aderunt punctiones in septo transuerso, & uentriculo iam debili, compatietur totum neruosum genus: oculi erunt aperti ac uigilantes, præsertim à principio, Si autem luna ex paruo motu in maiore prouehitur, Mars autem aut Mercurius & sol schemata illi porrigũt, timendum erit ne nimium exasperato malo infirmus in insaniã decidat: necesse uero erit adhibere ea quæ ingrossandi inspissandiq; uim habeant: uitanda erunt omnia fluida,

frigida, uuida: tanto autem hæc uitanda magis, A quanto in maiorē motum luna uehitur: circa diametrum enim suspitio erit cœliacæ & dysenterię, quæ mala si semel corripiāt hominem, longo tempore minutim abscedunt. Si autem lunę in Virgine, ut diximus, existenti Saturnus cum Mercurio aut Venere aut Ioue schemata porrigat, nihil minus futura est longi temporis ægritudo splenitica aut nephritica: quæ mala abscedent quidem, sed longo tempore affligunt. Si autem luna tempore cœpti decubitus sola sit, à nemine inspiciatur, siue augeat motum siue minuat, futuræ sunt hæmorrhoidum fluxiones, quas luna circumactis usq; aliquot reuolutionibus auferet: infirmi erūt liuidi, atri per longum tempus, sanantur tamen. Si autem tempore cœpti decubitus Iupiter aut B Venus aut Mercurius, siue horum aliquis, siue omnes lunæ schemata porrigant, non minus adsunt fluxus uentris, desinunt tamen circa diem quintam. Oportet autem uinum quidem exhibere, sed balneum subterfugere.

De schematibus lunæ in Libra.

Si decumbat aliquis in Libra existēte luna, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel tetragonum aut diametrum porrigat, erit prima morbi origo ex nimia uini potatione & crapula. Quòd si luna minuat motum suum, decubitus autem primū nō ctu incipiat, futuri sunt affectus mali capitis & thoracis, rheumatismi, tusses, præsertim à principio, grauedo capitis, casus appetitus, febres cōtinuæ, quæ nullum ordinem afflictionum seruabunt, C pulsus erunt frequentes & debiles. huic igitur congruunt ea quæ calefaciant. Si tamen una cum Marte Saturnus schemata porrigat, citra ullum dubium morietur, ueniente diametro. Si autem decumbat aliquis existente in Libra luna, cui Mars uel præsens iungatur, uel diametrum aut tetragonum porrigat, erit morbus ex nimia sanguinis copia, erunt febres continuo crescentes, pulsus retracti, defectus animi, phrenitis, superflua uigilia, totius corporis inflammatio. huic congruet sanguinis detractio, & ea omnia quæ soluunt habitum corporis. Quòd si nullus ex beneuolis protegit, infra X dies morietur: si uero boni aspiciūt, circa diametrum summum perpessus periculum sanabitur. Si autem decumbat aliquis D existente in Libra luna, diffundetur materia morbi in membra extrema, quę inflammabūtur & dolebunt, calor tamen erit in profundo maior, ęger oculos continuo occludet, cum tamen non dormiat, deficiet illi appetitus. Tales igitur sunt iuxta signi huius naturam affectus, in quibus cognoscendis multi errant: putant enim ea accidētia ex cibis, quos insciis medicis ægroti accipiūt, prouenisse. Si autē ipsi lunæ minuēti motus suos Saturnus & Venus, aut Mercurius aut uterq; accedit, omnino circa diametrū in phrenitim incidet: proinde fomentis utere, & iis quæ resoluunt: infirmū autem in secretiorem locum absconde, & in solitudine diligēter obserua, ne clanculū aquā bibat: futurū enim est ut circa diametrū excretione alui facta à morbo redimatur, usus iis quę diximus remediis: sed tamē ad diuturnos inæquales & periodicos morbos reddetur procliuis, à quibus tamen redimitur: at uero si solus adest lunę Saturnus, peribit, nisi luna motum augeat: sic enim plurima in principio & augmento morbi perpessus circa diametrum sanatur. Si uero existenti in Libra lunæ Mars & Sol schemata obiiciunt, erunt causæ morborum in capite, quæ facient cephalalgias, rheumatismos, hemicranias. Si uero Mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis, quæ facient suffusiones, dilatationes pupillæ, glaucoses. Utile est autem ut plurimum in iis malis sanguinem subtrahere: utiles sunt & alui excretiones: ne tamen promittas cito salutem infirmis affuturam, longum enim tempus in iis malis sunt absumpturi non sine magno discrimine. Si autem lunæ in Libra existenti, Iupiter aut Venus schemata porrigat, sanantur infirmi aliquousque male detenti. Si autem nemo se lunæ offerat, nec aliquis eam aspiciat, ipsa uero motus suos minuit, futuri sunt morbi maligni & difficiles cognitu, præsertim in oculis, sed tamen ueniente luna ad diametrum soluuntur. Scito autem omnia ea signa quæ in tropicis & æquinoctiali sita sunt, malignos semper producere morbos.

De schematibus lunæ in Scorpione.

Si decūbat aliquis existēte in Scorpione luna, cui præsens iūgatur Saturnus, uel tetragonū aut diametrū obiiciat, erit origo morbi ab inflāmatione inguinū & locorū profundorū, circa anum & pudēda. Quòd si luna motus suos augeat & lumē, beneuoliq; illā aspiciant, reditus ad sanitatē erit facilis. Si uero decūbat aliquis existēte in Scorpione luna, cui Mars præsens iūgatur, uel tetragonū aut diametrū porrigat, ipsa uero motus suos minuit & lumē, schemata beneuolorū retinens, redibit ad sanitatē, ultra uel citra tetragonū aut diametrū: hoc enim in singulis signis beneuoli faciūt, ut iam nosti: reddūt enim morbos mitiores & ad curandū faciliores. Si uero decūbat aliquis existēte in Scorpione luna, origo prima morbi erit ira & cōtentio siue iurgia, inflāmabuntur loca in abdomine circa sedem aut uesicā, febres à die tertia increscēt & augebūtur, infirmus aūt desipiēs factus exasperabit mala sua. Si aūt luna in hoc signo auget motus suos, pręsertim ab diametro, Mars uero ipsi præsens adest, periculū est læsionis per ferrum quoquo modo occulto. Si aūt et Sol pręsens adest, aut schema porrigit lunę suos motus augenti, (id quod fit quando ipsa secundum longitudinem sui cursus quindecim partes percurrit) periculum erit apostematis pleuritici, iudicantur autem & liberantur infirmi fluxu sanguinis. Oportet autem in secretiore loco infirmum seruare, abstinere uero ab omni frigidorum usu, à lotionibus, malagmatibus frigidis, balneis, extractionibus sanguinis per cucurbitulas: morbo autem ad diem undecimum protracto, itur tandem in diuturnum

diuturnum malum in quo non minus est periculum. Si autem decumbat aliquis in Scorpione luna existente, cui Iupiter uel Venus adsit presens, uel schema porrigat, erunt eadem mala quæ diximus, sed salubriora, à quibus tamen non liberatur nisi longo tempore: longitudo autem temporis aut numerus dierum durationis morbi cognoscetur ex connexione lunę cum stellis beneuolis: donec enim uel ipsi planetæ præsentes boni, uel eorum schemata non accesserint, morbi uigent, suamq; uim obtinent: statum tamen ac ueluti præfinitum tempus ægritudinis est ad diem diametri, ultra quam si morbus protrahatur, fit chronicus, & longus. Si autem decumbat aliquis luna in Scorpione existente, uergenteq; ad solis coniunctionem motu diminuto, cui Saturnus uel præsens iungitur uel schema porrigit, defatigabitur plurimum infirmus & labefactabitur longitudine morbi, qui erit defluxus ad inferiora loca, anũ scilicet aut pudẽda: & nisi beneuolus aliquis protegat, sic cõmorietur. At uero si luna motu aucto progreditur, Saturnus autem illi aut iungitur pręsens, aut schema porrigit, futura sunt eadem mala, sed minus periculosa, tamen chronica & diuturna. Natura autem signi huius exigit, ut uitetur usus balneorum, ac eorum omniũ quæ humores fundunt & defluere faciunt.

De schematibus lunæ in Sagittario.

Si decumbat aliquis existente in Sagittario luna, cui Saturnus præsens iungatur, aut tetragonũ uel diametrum obijciat, morbus incipiet à fluxu subtilium tenuiumq; rheumatum, aderunt dolores articulorũ, aderunt adstrictiones alui, febres, quarum accessiones erunt cum rigore & frigiditate extremorum. Quando igitur luna suum lumen & motum maxime minuet, erunt tum accessiones febrium duplices, erũt constipationes multæ, pulsus profundi: huic igitur congruent ea quę calefaciendo aperiunt: nisi uero beneuoli aspiciant, futurum est ut magna pericula subeat, sanatur tamen transcursa diametro. Si uero decumbat aliquis existente in Sagittario luna, cui Mars pręsens iungatur uel tetragonum aut diametrum obijciat, luna uero auget lumen suum & motum, erit ægritudo summi periculi, cuius origo est repletio & crapula, futuræ sunt febres continuæ, quæ magis ac magis inualescunt, erunt cholericę passiones, soluta aluus, pulsus debilis. Congruẽt huic ea quæ refrigerant & constringunt. Quòd si maleuoli lunam inspiciunt, septima morietur: si uero beneuolus aliquis inspicit, sanatur, transcursa diametro, sed non sine periculo. Si uero decumbat aliquis luna in Sagittario existente, morbus est qui ortum accepit à balneo & aere frigido, totum corpus fluxu rheumatum corripitur, adsunt dolores gingiuarum & dentium: præincipiẽs autem morbi causa in thorace est. Si autem lunę accidenti motu diminuto ad solem præsentes iunguntur, aut schemata obijciunt Saturnus & Mercurius, futuræ sunt inflammationes pulmonis &

A septi transuersi, totum corpus supercalefit: oportet autem adhibere ea maxime quæ resoluunt & exiccãt: utilis erit præsertim à principio detractio sanguinis. Quòd si luna transgressa prius tredecim partes, nũc decimamquartam transgreditur, quinta die morietur. Si autem tempore decubitus lunæ existenti in Sagittario, Iupiter aut Venus iunguntur, uel schemata porrigũt, futura quidem sunt ea quæ diximus, mala, sed erunt salubriora. Si uero luna nemini iungatur, nec aspiciatur à quopiam, motum autem suum auget, salubriora quoq; mala accidunt. At uero si Mars & Sol lunæ augenti suos motus schemata obijciat, supra mala prædicta tusses uehementissime superuenient. Natura autem signi huius est, ut ęgro-

B tis uigilias incutiat continuas, & noctu maiorem afflictionem quàm de die cõmoueat, unde adeo debilitantur infirmi, ut uix pulsus eorum percipere possis: necesse uero erit uti ijs quæ resoluuntur & modice calefaciunt: fugere autem balnea, lotiones, humectationem deniq; omnem: ęger uero in obscuro sub umbra decumbat, qui spem salutis certam habeat si boni lunã aspiciunt. Quòd si unus tantum ex beneuolis protegat inspiciẽdo lunam, plus quidem exasperantur mala, spes tamen est certa salutis post pericula.

De schematibus lunæ in Capricorno.

Si quis decumbat luna in Capricorno existente, & minuente suum motum, cui Saturnus præsens iungatur, uel tetragonum aut diametrũ obijciat, origo morbi est refrigeratio in balneis, adsunt tenuia rheumata, grauitas thoracis, & pul-

C monis, tussis præsertim à principio, febres quarũ accessiones ueniunt cũ rigore, idq; magis noctu. huic congruent ea quæ calefaciant, & nisi bonus aliquis lunam aspiciat, die uigesimoprimo morietur: si uero boni aspiciunt, sanabitur, longam pulmonis ægritudinem perpessus. Si decumbat aliquis, in Capricorno luna existente, cui præsens iungatur Mars, aut diametrum uel tetragonum obijciat, morbus erit qui originem traxit à læsa coctione, quam subsequitur uomitus & cholera: morbus equidem periculosus & acutus: comitabuntur illum neruorum distensiones, inflammationes, bilis mordax in intestinis & ano. huic cõgruent ea quæ refrigerent & constringant: nisi uero bonus aliquis tum aspiciat, die quinta aut se-

D ptima morietur: si uero beneuolus aliquis aspiciat, sanatur infra septimam. Si decumbat aliquis luna existente in Capricorno, causa præincipiẽs morbi erit labor & inanitio: erunt aũt dolores potissimũ in dorso, incurrent horrores sæpius, ita ut bis terq; breui spacio tẽporis accessiones suas faciãt: erigunt pili totius corporis, febres sunt cũ aluo adstricta & dissoluta debiliq; uirtute. Hęc ego multa tibi ea de causa adduco, ut tu habitis ijs indicijs, morbos certioribus notis dignoscas. Tãto uero debiliores infirmi reddũtur, quãto luna motus suos magis diminuit: uidebis ægrotum delirare in loquẽdo, oculos raro sursum attollere. Quod

ſi circa incepti curſus diametrum Saturnus lunæ iungatur uel ſchema obijciat, reponetur eo tempore in ſummo diſcrimine infirmus, idq; ob uiolentiã & afflictionẽ nimiam febris. Quod ſi tum aliquis ex beneuolis protegat, liberatur, ſed lõgo tẽpore afflictus. Si uero Mars, aut Sol unà ſimul ſchemata porrigat, trãſmutabitur morbus, fietq; periodicus. At uero ſi luna motum ſuum augeat, præſens uero illi circa incepti curſus diametrum adſit Saturnus aut Sol, ut dixim⁹, futurus eſt morbus periculoſior. Si autẽ lunæ in Capricorno exiſtenti Iupiter aut Venus aut Mercurius ſiue horum aliquis, ſiue omnes præſentes iungantur, aut ſchemata porrigãt, cauſa morbi eadem eſt quam diximus, ſed morb⁹ fit omnino ſalubris. Animaduerte autem naturã ſigni huius, cuius propriũ eſt periculoſas inferre ægritudines. Oportebit uero abſtinere à balneis, & ab omni frigidorũ uſu, decumbere uero in ſublimi & alto loco. Expediet et exercitia, ſi fieri poteſt, infirmis iniungere.

De ſchematibus lunæ in Aquario.

Si quis decumbat exiſtente in Aquario luna, cui augmentanti lumen ſuum & motũ Saturnus præſens iungatur, uel diametrũ aut tetragonum obijciat, origo morbi eſt, labores, uigiliẹ, aut itinera: non ſeruabitur autem æqualitas morbi in augendo & diminuẽdo. Quòd ſi bonus quiſpiã lunã aſpicit, ſanitas redit circa incepti curſus diametrum. Si uero decumbat aliquis, in Aquario luna exiſtẽte cui minuẽti motum ſuũ & lumen, Mars præſens iũgitur, aut diametrũ uel tetragonũ obijcit, cauſa pręincipiẽs morbi eſt in inguinibus, aut in cruribus, aut in pudẽdis: futuræ ſunt febres urentes, continuæ, & creſcẽtes continuo, extrema tamen membra magis quàm cætera inflammantur, incurrit ſitis, inquietudo, ita ut ægroti in eodem loco non permaneant, ſed crebro exurgant: adeſt deſiderium frigidæ potionis. Si uero lunæ augmentanti ſuos motus præſens Mars iũgitur, aut aliquod ſchema obijcit, futurũ eſt ut infirmus circa incepti curſus tetragonũ animo delinquat. Congruẽt uero huic ſubtractiones ſanguinis: nec oportebit nimium ſe opponere eorum deſiderio ad potionem frigidam, neq; in lucido loco decumbere. Quòd ſi circa tetragonum morbo nihil decedat, morietur in diametro. Si autem lunæ in Aquario exiſtenti Iupiter aut Venus, ſiue uterq; eorum, ſiue alter ex ijs ſchemata porrigat, luna uero ſuos motus minuit, ſanatur circa diametrũ. Si autem lunæ minuenti ſuos motus Saturnus ſchemata obijciat, aut etiam Mercurius, ijdem ſunt futuri affectus quos ante diximus: ſupra illos tamen accedunt & rheumata, & fluxus diuerſi ad inferiora membra. Periculum etiam erit ne infirmus in hydropem decidat: certum autem eſt quod longo tẽpore affligetur. At uero ſi luna tempore cœpti decubitus motum ſuum medium nõ excedit, ſanitas quidem eſt affutura, ſed tarde.

De ſchematibus lunæ in Piſcibus.

Si quis decumbat exiſtẽte in Piſcibus luna, cui A minuenti ſuum lumen & motũ Saturnus pręſens iungatur, aut diametrũ uel tetragonum obijciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quã ſubſequentur tenuia rheumata, ſtipabuntur extrema, febres accedent cum rigore, quarũ acceſsiones erunt duplices: erit dolor capitis, punctiones ad thoracem, grauitates in hypochõdrijs & articulis, pulſus profũdi & debiles. huic igitur congruent ea quæ calefaciant, & ſtipata aperiãt. Quòd ſi beneuolus aliquis lunã inſpicit, ſanatur circa diametrũ, remanent tamen diuturni articulorũ dolores. Si decũbat aliquis luna in Piſcibus exiſtente, cui augmentanti ſuum lumen & motũ Mars præſens iungatur, aut diametrum uel tetragonum obijciat, origo morbi eſt à nimia uini po- B tatione & cruditate, morbus autẽ à die tertia uigorem maiorem accipiet: afflictiones erũt noctu maiores, ſuccedent uſtiones nimiæ in thoracem, delirium, phrenitis, dolor capitis, ſitis, deſiderium uini, pulſus retrahentur. Huic congruent ea omnia quæ habitum corporis ſoluunt, præcipue tamen detractio ſanguinis: & niſi bonus aliquis lunam aſpiciat, circa primũ incepti curſus tetragonum morietur: quod ſi boni aſpiciunt, ſanatur poſt diametrũ, ſed magna prius expertus pericula. Si autem lunæ in Piſcibus exiſtẽti, Iupiter aut Venus præſentes adſunt tempore cœpti decubitus, aut ſchemata porrigunt, ſanitas redit aut circa primũ incepti curſus tetragonum aut diametrũ. Magni autem momenti apud te eſſe debent & anguli cœ- C li: ſi enim tempore cœpti decubitus beneuoli, aut in horoſcopo, aut in medio cœli ſint repoſiti, luna autẽ eſt in ſchemate tetragono aut diametro, malorum non leue eſt inde ad conſequendam ſalutẽ auxilium. Si contra maleuoli ſint in horoſcopo, luna autem eſt in ſchemate bonorũ, magnũ eſt ſalutis futurũ impedimentũ. Operæprecium eſt igitur optimũ medicũ meminiſſe ſemper præceptorum mathematices, diſquirere diligenter diem & horam decubitus: conſpicere deinde ſitum cœli, ſine conſenſu cuius nihil uſquã fieri poteſt. Si decũbat aliquis exiſtẽte in Piſcibus luna, cauſa morbi procatarctica eſt, uel importuna lotio in balneo, uel nuda deambulatio, uel frigida potio. Statim autẽ compatitur neruoſum genus, præcipue D ſtomachus: adeſt febris, adeſt ſpirandi difficultas, aſtrictio alui: calor tamen maior in profundo ꝙ̃ in membris extremis: pulſus adeo fiunt parui ut uix eos percipias, immutantur tamen ſubito, ita ut infra horas duas diuerſitatẽ in illis agnoſcas: uenter aũt fluida excernet, urinæ male olent. congruent huic uſus refrigerantium. Quod ſi luna in primo incepti curſus tetragono curſus ſuos augeat, icta Saturni aliquo ſchemate, ſanari quidem poterit, ſed cũ magno periculo. Si autẽ luna in Piſcibus exiſtens, Iouis & Mercurij ſchemata habeat, eædem morbi cauſæ erunt, quas ante diximus: in hoc tantum erit diuerſitas, ꝙ uẽtriculi dolores ſuperaddentur, quibus debilitantur, uarianturq; pulſus. Si aũt luna motum ſuũ medium excedit

dit, Saturni icta schemate, ultra primũ incepti cursus tetragonon non uiuet. Quod si Venus quoquo modo lunæ det sua præsidia, morbus usq; ad diametrum protrahitur, ex quo tandem dysenteria subsequetur, pallores, tumores pedũ, macies totius corporis, qua consumpti tandem moriuntur infirmi. Si uero luna excedens motum suum medium, Martis & Solis schematibus feriatur, eædem erunt morbi causæ, quas diximus: febres tamen continuo magis assurgent, phlegmone hepati additur, extrema uruntur. Oportebit uero hora opportuna cibare infirmum, cibo qui magis nutriat. Natura uero huius signi interdum nõ admittit euacuationem sanguinis per phlebotomiam. Nisi uero beneuolus aliquis aspiciat, morietur in diametro infirmus. At si Iupiter aut Venus inspiciat, luna uero motus suos minuat, periclitandum quidem infirmo est ex ijs, quas ante diximus, causis: circa diametrũ tamẽ sanatur, pręsertim si in curãdo medicus nõ erret. Aduerte autem ad Iouem & Venerẽ: si enim horũ schemata luna habeat, ipsa uero motum augeat, Martis & Solis schematibus oppressa, nihil inde est auxilij, moritur infirmus. Vellem autem ut eorum quæ hucusq; diximus præceptorum recorderis, nõ solum circa decubitus, sed etiam circa illata uulnera, circa partus mulierum, & alia quæ hominibus accidunt: inde enim scies quando opportune chirurgiam, aut curationes alias quæ ex delectu &

A arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas: ueluti, exempli gratia, in dilatatione pupillæ oculorũ, in glaucomate, in suffusione. Chirurgiam primũ incipies quãdo luna lumen & motũ suũ auget, bene uolorum schematibus exposita. Vtile est te scire & illud, periculũ esse excalfacere corpora quãdo luna auget lumẽ suũ & motum, cui Mars aut Sol iungatur, uel schemata obijciat. Periculũ item refrigerare corpora quãdo luna minuit motũ suum & lumẽ, cui Saturnus aut Mercurius pręsens iungatur, uel schemata obijciat. Quando uero uno die & eadem hora duo decubuerint, animaduerte ad ætates illorum, ac eas mutuo sibi cõferas, iunior enim citius sanatur & facilius (pro diuersitate morborũ quos iam circa singula signa diligenter examinauimus) si luna minuat motum suũ &
B lumen, Saturni uel Mercurij schemati exposita: senior autem aut transmutationem faciet morbi in alium morbũ, aut longiori tempore sanabitur. E diuerso iuniori maius incumbit periculũ circa incepti cursus tetragonum, aut (sicuti iam docuimus) diametrũ, si luna augeat motũ suũ & lumen, Martis aut Solis schemati exposita. At uero si luna seiuncta à cõmercio malorum, solum schematibus bonorum exposita fuerit, iuniores & seniores sanantur pro diuersitate affectuum, quos circa singula signa exposuimus. Hæc uero ego tibi nunc adiunxi, ut tu fretus consilio absolutissimo, in omnibus sis absolutissimus.

CL. GALENI DE PARTIBVS ARTIS MEDICATIVAE.

DE PARTIBVS medicatiuæ Iuste dilectissime conueniẽter mihi uideris dubitare: cum alij
D & alij aliter eas distinguãt. Audire nanq; est aliquos quidẽ in pharmaciam & chirurgiam & diætam totam artem incidentes, deinde rursus unamquanq; prædictarum partium diuidentes, non tamen simpliciter omnes. Et aliquos in curatiuam & uocatam sanatiuam: alios autẽ qui deposcunt & pręseruatiuã his adijci mox in prima diuisione: sicut & alij resumptiuam. Alij autem utrasque has: & cum istis euecticam. Sunt autem alij qui & gerocomicam siue senum educatiuam sicut propriam quandam partem artis adijciunt prædictis: quidã autem & pædotrophicam, id est infantium: sicut & alij decoratiuam, distinguentes eam à commotica. Quidam autem amplius adhuc diuidentes cum prædictis partibus aliam partem paruam mox in prima cõnumerãt diuisione, uocis procuratiuam: alij quidem simpliciter & indeterminate. alij uero cum eo quòd determinant & ostendunt tum quidam eis qui ad idoneam: tum etiam eis qui secundum naturam se uolunt habere: ut sicut uolunt habere alios actus ita habeant & uocem. Sed hi quidem nunquam perueniunt ad unumquodque eorum quæ secundum partem artis: & si quidem ita fecissent, haberet aliquam rationem diuisio eorum: sed quia omnes alios relinquunt, unius uero solius faciunt memoriam, manifeste redarguunt seipsos quòd immethodice & absque ratione faciunt diuisionem: aut neque per maximas partes pertransierunt: concordarent enim adinuicem de harum ipsarum diuisione ad minores partes. Alij autem quędam quidem prædictorum ponentes, ut partes, non pauca autem omittentes, superaddunt eis alias secundum primam mox diuisionem: sicut qui dixerunt physiologicam & pathologicam. Alij autem dicunt & materialem simul cum istis: sicut & alij significatiuam: alij autem causarum æstimatiuam. Empirici autem ferè
D omnes concordantes adinuicem in faciendo partem artis duplicem primam & secundum genus differentiam: alias autem earum finales: alias uero constitutiuas dicentes esse: non cõcordant adinuicem in harũ ipsarum connumeratione. Quidam enim eorum finales dixerũt esse signatiuam & curatiuam. Alij uero & uocatam sanatiuam: alij autem & decoratiuam: alij autem & uocis procuratiuam eis addiderunt: In constitutiuis uero per se inspectionem quidem & historiam uniuersi. Similiter uero transitionem non omnes enunciauerũt esse partem artis. At uero neque incidendo singulam prædictarum adhuc in minores particulas concordãt adinuicem, ut est dicere

empirici & dogmatici. Quinetiam ſiquidem om A
nia talia nominauerit aliquis partes medicatiuæ,
qualia in Roma maxime & ad multa & minora
diuidere ea non ceſſant, dentales quoſdam & au-
riculares & anales medicos nominantes, in diffi-
cultatem ueniet ſermo maiorẽ: quãuis & his oc-
caſionem aliquam circa hoc præbuerit nomen
ophthalmicorũ, id eſt oculariorum, nõ nuper im-
poſitũ, ſed multo iam elapſo tempore: ſi enim ocu
lorum ſolorũ fuerit aliquis medicus, non irratio-
nabiliter uidebitur & dentium aliquis alius eſſe:
& aliarum uniuſcuiuſq; corporis partiũ proprius,
ut ſint tot medici quot particulæ. Ac etiã appun
ctores, & herniarum inciſores. Alij quidam & la-
pidum inciſores: qui ſi ſic nominẽtur, plures erũt
quàm corporis particulę medici: ſecundum enim B
unamquamque paſsionem erit unus medicus. &
non eſt mirabile ſi in tam multa diuidatur ars ma
xima exiſtens, & in maxima ciuitate pro omni-
bus repente medicos reperiri. In parua enim ciui
tate appungens aliquis oculos, aut incidens her-
nias nequaquam nutrietur. Roma uero & Ale-
xandria propter multitudinem hominum ſuffici-
entes ſunt nutrire & eum qui quamcunq; artẽ o-
peratur: ſed in alijs gentibus coguntur ciuitates
permutare hi tales frequẽter, ingeniãtes, ut quod
his qui ſunt in Italia uel Roma ſola, hoc illis fiat
uerbi gratia Græcia tota. Sed mihi uidetur bonũ
eſſe ut adhuc incipiam loqui de mente mea: quo-
niam minimæ particulæ artis quales ſint ſecun-
dum naturam iam dictum eſt prius, nũc apertius C
determinandum quas oporteat uocare particu-
las minimas: exemplum in ſermone ponẽtes non
extra propoſitum negocium: ſed ſuper quidem
aliquid utilium debens eſſe. Sicut ergo corporis
noſtri particulas in anatomijs uſque ad minimas
ſecundum ſpeciem, quas & elementa ſenſibilia
uocamus, conamur diſcere, ita oportet & artis
minimas particulas * * & elemẽta ſen
ſibilia, organa quidem, ut caput, manus, pedes, et
huiuſmodi: horum autem ipſorum rurſus uniuſ-
cuiuſq; ſunt partes: uelut capitis quidem aures, et
facies, & naſus, & collum. ipſius uero nominatæ
propriæ capitis partes, & cerebrum, et ambæ me-
ninges, & cranium, & arteriæ, & uenæ, & mem-
branæ, & nerui, & cutis: quæ omnes ſecundum D
primam inciſionem inueniuntur. Harum uero
rurſus partium ſingula diuiditur in particulas: &
dictum eſt de omnibus ipſis in libris de Anatomi
cis tractationibus: in præſenti uero ſufficit pro-
ponendo quamcunque oſtendere inciſionem cor
poris uſque ad elementa. Arteria igitur bitunica
lis eſt ſecundum ſui rationem: monſtratum enim
eſt propter quid tritunicalis & quadritunicalis
appareat: tunicarum autem eius altera quidem o-
bliquas habet fibras, altera uero rectas. Ipſas au-
tem fibras in aliam ſpeciem non eſt incidere: ſed
eſt indiuiſibilis, & minima iam hæc particula ſe-
cundũ ſpeciem. Igitur & cõſuetudo eſt nobis eas
quidem quibus attributus eſt aliquis unus actus
neceſſarius aut utilis toti animali, partes corpo-
ris aut organa uocare: minimas uero eorum non
particulas ſolum, ſed etiam elemẽta ſenſibilia cor
poris: tales autem ſunt fibræ quæ ſunt ſecũdum
ſingulum organorum, ſicut ſunt arteriæ, & uenę,
et nerui, & inteſtina, et uenter, & matrix, et ueſi-
ca: ex fibris enim habent tunicas conſiſtentes.
Adhuc autem cum fibris ſunt membranæ, & col
ligationes, & caro tam ſimplex quàm quæ eſt ſe-
cundum ſingulum uiſcerum propria: quam qui-
dam parenchyma, ſeu affuſionem uocant: & cum
his eſt os, et chartilago, et pinguedo, & quodcũq;
tale. ſiquidem & illud ſenſibilia elementa corpo-
ris noſtri iuſte quis dixerit. Altera pars particula
rum organica erit: non eſt autem malum pertrã-
ſire & hæc. Venæ ſunt, & arteriæ, & nerui, & mu
ſculi, & tendones, et oculi, & matrix, et inteſti-
na, & renes, et uenter, & ſplen, et hepar, et pul-
mo, & cor: & quæcunq; alia talia. Secundum igi-
tur ſimilitudinem exempli, appunctiuam qui-
dem ſuffuſionis artem, talem partem totius medi
catiuæ oportet putare eſſe, qualis eſt corporis par
ticula quam appellamus organum: ſingula au-
tem eius particularum proportionalis eſt ſenſibi
libus corporis elementis. Sunt autem partes ar-
tis, notitiæ quæ fiunt in anima noſtra: quas nomi
nant quidam theoremata. prima namq; eſt quæ
eſt totius ſpeciei organi quod appungitur: ſecun
da uero particulæ illius quod eſt ſecundum orga
num ubi oportet appungere: & tertia quæ eſt ſe-
cundum commenſurationẽ diſpoſitionis: et quar
ta quæ eſt circa conuerſionem: et quinta quę eſt à
ſolutione & à motione ipſius ſuffuſionis de loco
quem comprehẽdit: & ſexta quæ eſt ex abductio
ne: & ſeptima quæ eſt de incuneatione. ultimæ
enim ſunt hæ notitiæ & minimę et ſimplices: et
non habent inciſionem ad alias notitias ſimpli-
ciores eis. Notitias autem uel notiones uel ſci-
entias uel theoremata dicere nihil differt ad præ-
ſens: ſicut neq; partes et particulas et portiones.
Scientia igitur quæ eſt de appunctione, compoſi-
ta eſt ex his quæ ſecundum partem ſcientijs quas
pertranſiui: uniuerſa autem cura ſuffuſionũ indi-
get aliquibus alijs notitijs duplicibus ſecundũ ge
nus: prima quidem ordine præparatiua: ſecunda
autem nominata apotherapeutica. ſi enim pletho
ricum ſufficienter uel cacochymum uel cephalal-
gicum aliquem accipiens quis ducat ad hanc chi
rurgiam, phlegmonas aliquas operabitur tunica
rum quę ſunt appunctę, & compaſsionẽ totius ca
pitis: ut autem non fiat hoc præparatiuæ artis eſt
opus: cuius intentio eſt abſq; ſuperfluitatibus qui-
dem & purum totum corpus, caput autem indo-
lens oſtẽdere. ex quibus autẽ rurſus hoc fiat theo-
rematibus elemẽta artis ſunt: ſicut rurſus cõueni-
enter, ex quib. poſt chirurgiã abſque phlegmone
quidem oculus ſit, inoffenſum autem totum ca-
put: & in hoc theoremate elementa medicatiuæ
artis ſunt, id eſt minimæ & ultimæ particulæ.
Hũc ergo ſermonẽ uelut exemplum ad alias uni-
uerſas

uersas passiones sciatis esse: & scientiam quæ est secundũ singulam earũ, talem esse partẽ artis qua/lis est in animali uocatũ organum. Licet autem & hoc citra magnũ laborem diligenter determinare totum: sicut enim suffusiõis, ita aliquis putabit & phlegmones simpliciter esse artẽ curatiuam: & si/militer ulceris, & fracturæ, & erysipelatis & alia/rum passionũ: non tamen est ita quod uerũ: qualis enim est corporis pars quam uocamus organũ, talis pars medicatiuæ est curatiua notitia phlegmo/nis: & qualis est particula corporis oculus, talis pars est sciẽtia curatiua ophthalmiæ: uoco autem ophthalmiam phlegmonen tunicæ exterioris de eis quæ sunt secundũ oculum: talis etiã est ægritu/do pulmonis quidem peripleumonia, succingen/tis uero costas tunicæ pleuritis. etenim & hæ pas/siones phlegmonę quędam sunt harũ particularũ. Alia quidẽ ergo est curatiua ars phlegmones ge/neraliter: & alia quę determinat̃ cum patiẽte par/ticula: sicut organũ quod generaliter intelligitur, aliud est à determinato organo. Quod autem alia quidẽ est quę phlegmones, alia uero eius quæ est in hac particula phlegmones ars curatiua, demõ/stratum est à nobis in therapeuticæ methodi scri/ptionibus. Empiricus autem non ait esse aliquam phlegmones ipsius secundũ seipsam generalẽ cu/ram: sed nõ est necessariũ amplius in talibus subtilitate uerborũ utendo immorari: sed ut in capitu/lo, dicẽdo, cum ars medicatiua existat de curis æ/gritudinũ, ad primas et principalissimas partes diuidunt̃ notitiæ curę simpliciũ ęgritudinũ, deinde cõpositarum. quot autẽ sint simplices & quot cõ/positæ ægritudines, ostẽsum est per unum librum qui de differẽtia ęgritudinum intitulat̃. si uero nõ solum ab ęgritudinib. ad sanitatẽ recuperare, est medicatiuę, sed etiam sanos in eodem custodire: sicut in alio à nobis ostẽsum est libro, pars alia hu/ius partis erit quę uocatur sanatiua: quę contra diuidit̃ dictę scilicet curatiuę: huius autẽ rursus sunt alię particulæ: theoremata per quę in sanitate cu/stodietur singula particularũ corporis. Si uero & tertia aliqua alia est dispositio quã neutram nominant: necessarium est & huius prouisiuam esse aliquam aliam partem artis. Videtur autẽ esse talis dispositio eorũ qui mala temperie pręditi quidem manifeste sunt, non tamen ęgrotãt: sed adhuc agere possunt cõsuetas actiones: uel nullum habẽt in se sensibile malum, sed insensibile: sicut est in mor/sis à cane rabido: uel eis qui sumpserunt deleteriũ ab his quę post tempus interficiunt. In huiusmodi enim dispositionibus propria quædam pars artis uidetur esse pręseruatiua: sicut rursus in his quidẽ qui liberati sunt nuper ab ęgritudine, debiles aũt intãtum existunt adhuc, ut neq; balneari possint, neq; cõsueta agere: & debilem habẽt dispositionẽ corporis, est alia particula artis quę uocat̃ resum/ptiua. Gerocomica uero uocata pars in nulla ui/detur debere poni dispositione: etenim senectus neq; certa est ægritudo, neq; integra sanitas. Qui/dam autẽ & pędotrophicã, id est infantiũ educati

A uam nominatã hic locant dicẽtes: quod sicut se habet corpus, ita debet prouidere ars de uentris dis/positionib. Adhuc autẽ alij addunt aliam partem quę est circa euexiã: quę uocatur ab aliquib. qui/dem euectica: ab aliquibus autẽ exercitatoria & gymnastica: ut sint primę & maximę partes artis quę est circa corpus curatiua, resumptiua, pręser/uatiua, gerocomica, infantiũ educatiua, euectica & sanatiua: quibus rursus sic diuisis, sicut ante o/stẽdimus diuidi, curatiua ad simplicissimas peruenit differẽtias theorematũ: quę uelut elemẽta quędam artis ostẽdimus existere. Huiusmodi incisio uniuersa secũdum dispositionẽ corporis facta est: alia uero est quę est secundũ operationũ differen/tias. quoniã chirurgiã & pharmaciã & diętam di
B cunt esse primas & maximas medicatiuę particu/las: fieri uidet̃ aliquib. huius incisio secundũ materiarũ differentias: omnis enim particula corporis saluari uel iuuari nata est ex diæta uel pharmacia uel chirurgia: sed magis proprie dicet quis eas oblata & quę fiũt et quę euacuant̃ & extrorsum incidentia. In summa uero dicẽdo, quicũq; à dispositionib. quas ars illa curat et custodit fecerũt eam quę ad partes diuisionẽ totius medicatiuę, tot particulas dixerũt existere quot sunt differẽtię dispositio/num. Quidã autẽ non ab his solũ, sed etiã ab omni uniuersa materia, cuius medicus habet scientiam: qui & physiologicã & uocatã proprie materialẽ cũ prędictis artis partib. cõnumerant. Quidã autẽ ab omnibus operatiõib. distinguẽtes partes artis,
C ultra dięta & chirurgiã & pharmaciã addiderunt signatiuã. Quidã autẽ diuidẽtes eam in pathognomonicã, id est passionũ cognitiuã, & prognosticã, addiderũt eas cũ prędictis partibus. Plurimi uero empiricorũ finales partes dicentes esse significatiuam & curatiuã & uocatã sanatiuam, in incisione curatiuę posuerũt dięta & pharmaciã & chirurgiã ut partes: peccãtes quidẽ in nominationibus: oportet enim eos non operationũ sed sciẽtiarum nomina dicere: nõ tamẽ in rebus fallunt̃: Melius autẽ esset, sicut & dicũt quidã ex eis, aliquam quidem partẽ artis esse significatiuã: aliam uero curatiuã: aliam aũt sanatiuã. Signatiuę uero esse partẽ pathognomonicã & prognosticã: sicut & curati/uę hanc quidẽ pharmacalẽ, hanc autẽ chirurgicã
D pręciderũt. Igit̃ ut dicunt primã & generalissimã esse partib. medicatiuę differentiã in eo quod alię sint quidẽ finales, alię uero cõstitutiuę, optime di/ctum est. Finales enim sunt quę finẽ efficiunt: constitutiuę uero, quę sunt constitutiones earũ: & ut utiq; dicat quis existentię causa. putare tamen si/gnatiuã ęquiparabilẽ esse sanatiuę et curatiuę parti artis, nõ recte dictũ est: de necessitate uero pręcedit: eo quod nõ sit prouidentia alicuius neq; cu/ra, nisi cognoscat̃ dispositio circa corp⁹ qualis sit, nõ tamen ex ipsa significatiõe peruenit̃ ad finem artis. Neq; etiã similis trãsitio ęquiualens est particula perseinspectionis & historię. qua in re nõ instat sermo qui nũc est: sufficiẽter eñ ostẽsum hoc est per totũ unum librũ perseinspectionis. Et neq;

Serapio aliter cognoſcebat:ſecundum hoc quidẽ ille & cuicunq; cura eſt eorum quæ aſſequunt̃ empiricam dictionem pertrãſierunt hunc librũ. Ego autem, quia tu eum qui eſt per indicationẽ & methodum ingreſſum ad talia noſti: principium ſermoni ſimile empiricis ponens ad continua ſermonis tranſibo. Dico igitur eſſe medicatiuæ primas quidẽ & proprias et maxime partes illas per quas nobis aduenit finis artis: aliæ uero ſunt & his ſuperiores. Primæ quidem igitur & proximę tot ſunt numero quot ſunt differentiæ propriiſsimæ medicinæ eius. propriiſsima autem medicina medicatiuæ eſt ut diſpoſitiones noris corporis: ſiue duæ ſunt: ſicut ſecundum genus: ſiue tres: ſiue plures: mõſtratum enim eſt per unum librũ qui ad Thraſybulum inſcribitur: quod duplex eſt prima differentia diſpoſitionum nominata proprijs nominibus utraq; ab uniuerſis hominibus: quarum quidem alterã ſanitatem nominare eſt nobis conſuetudo, alteram uero ægritudinẽ. Vtriuſq; uero rurſus earũ ſpecies ſunt duplices. una quidem eſt quę eſt ſecũdum habitum, id eſt hexin in utraq; diſpoſitione. alia uero ſecundum habitudinẽ, id eſt ſchesin. de ſanatiua igitur diſpoſitiõe quę eſt ſecundũ habitum, procurat illa pars quam uocamus ſanatiuam: cuius partem præcipuam quidam ponunt uocatam euecticam, & reſumptiuã, & gerocomicam. ſed in ęgritudinibus quidem quæ ſunt ſecũdum habitum & habitudinem nõ ſunt nomina ipſis partibus medicatiuæ: harum ipſarum etiã ęgritudinũ alię quidem chronicæ, aliæ uero acutę nũcupantur. Aliæ quidem igitur ſunt primæ & propinquiores artis: aliæ uero ſine quibus non, ſunt hę. Prima quidẽ igitur eſt ſignificatiua: cuius ſunt partes duæ: hæc quidem dignoſcitiua præſentiũ: hęc uero futurorũ præcognitiua. neq; enim abſq; ꝙ dignoſcat̃ paſsio, curã eſt eius poſsibile inueni re: neq; abſq; quod præcognoſcatur terminus criſeos eius, curare conuenit: has autẽ rurſus neceſſariũ eſt pręcedere illam partẽ artis quę eſt circa cõditionẽ omnium particularũ animalis, quę in anatomia mortuorum inuenit̃: ſecundario uero ex ſuperabũdanti illam quæ eſt de actibus: & tertio eã quę de utilitate earũ eſt: ipſas autẽ rurſus has eam quę de theoria quę eſt de elemẽtis corporis: & ſecundo eam quę de criſibus: & tertio eam quæ de uirtutibus naturalibus, quę inueniuntur cum anatomia quę eſt in animalibus. ad tot enim principia reſoluitur pars ſignificatiua: quam pręcedere curatiuam & ſanatiuam penitus dicimus. oſtenſa ſunt autem omnia illa in proprijs tractatibus. Eſt tamen alia pars artis quam adiungunt ſignificatiuę pręcedens curatiuam: quę pars eſt de notione omnium cauſarum ęgrotatiuarum & ſanatiuarũ: quam materialem quidam nuncupant: exiſtẽs cognitiua omnium cauſarum: maxime uero cauſarum in eis quę offeruntur & fiunt & euacuantur & extrorſum incidunt: conſiderãdo uidelicet uirtutem uniuſcuiuſq; prędictorum. quam autem utilitatem arti prębeant hęc, per therapeuticam me-

A thodum oſtenſum eſt. Quę quidem igitur ſecundũ propriiſsimam materiam medicatiuę inuentio partium eius, ex tali: quę uero eſt ſecundum ſecundam non propriam: ſic corpus hominis medicatiuę artis eſt materia ſecunda: & uti dicat quis ſecundum accidens: eo quod huius diſpoſitiones ſunt ſanitas & ęgritudo: eſt eñ & phyſicę ſermo: tamen & ſecundum accidens corpus eo quod eſt generabile et corruptibile: naturalis uero philoſophia de eis quę ſunt in generatione & corruptione conſiderat: & propter hoc primo & huic ſcientię eſt materia generatio: & propter hanc generabile corpus. iccirco enim & humanum corpus eſt materia naturalis: eo quod eſt generabile et corruptibile: medicatiuę uero non propter hoc, ſed in-

B quantum eſt paſsibile & ſanabile. Quia igitur materia quodammodo eſt medicatiuę corpus hominis: tot oſtendet inciſiones hęc ars ſecundum partem, quot & corpus: duę uero erunt earũ differentię ſecundũ genus: altera quidẽ circa elementales particulas, altera uero circa organicas: pars autẽ rurſus indiuiſibilis numero, particulę animalis autem ſunt tam elementales ꝗ̃ organicę: & harum rurſus uniuſcuiuſq; unaquęq; paſsio erit propria pars artis: quam oſtẽdimus ad actum qui ſecundũ partem diuiditur in ſermone de appunctione. harum enim ſcientię ſunt elementales particulę totius artis. In eis uero quę ſunt ſecundum pharmaciam, ſunt illę quę ſunt de ſimplicibus pharmacijs uniuſcuiuſq;: ſicut in eis quę ſecundum dietam il-

C la quę ſunt ſimplicium determinatum: non ſolum autem ex huiuſmodi materię inciſio uſque ad ultimas et elemẽtales artis particulas accedit, ſed etiam ex ea quę parũ ante dicta eſt. Adhuc autem ſecũdum alium modũ fit diuiſio: fer enim nos uelle diuidere uſq; ad particulas unum genus diſpoſitionum quę ſecundum ęgritudines proponentibus nobis. Erit igitur in hoc prima quidem inciſio: quod hę quidẽ homœomeris hę uero organicis accidũt: ſicut in libro de differentia ęgritudinũ oſtenſum eſt: ſecũda uero quod alię quidem ipſarum ſunt ſimplices: alię uero compoſitę: ſicut & hoc in illo libro oſtẽſum eſt. Neceſſariũ igitur eſt curatiuã ſcientiã minimas & elementales habere particulas eaſdẽ his quę antea dictę ſunt. fer enim

D ſi ita contingat calidam ęgritudinẽ uelle nos curare: maxime primo quidẽ curam eius cognoſcere eſt neceſſariũ: quod quidẽ contraria contrariorũ ſunt ſanationes. hoc enim eſt oſtenſum eſſe cõmune & primum omniũ: deinde quoniã id quod eſt in primo gradu calidũ, ei quod eſt ſecundũ primũ gradum frigidũ: deinde conſequenter gradus calidarum ęgritudinum & pharmacorum infrigidantiũ: ſicut in libris qui de pharmacijs oſtenſum eſt: quo & manifeſtum, quod undecunq; incepe rit quis incidere, ſi recte incidit uſq; ad ultima & elementalia theoremata, peruenit ad ſciẽtiam eorum quę dicta ſunt. Vt autẽ clarius adhuc ſciatis hic alicuius alterius inciſionũ faciam memoriã: et maxime eius qua multoties uſus fui. Eorũ enim

quę

quæ sunt circa corpus hominis,alia quidem sunt A secundum naturam, alia uero præter naturam. & eorum quę præter naturam,alia quidem secundũ ægritudines,alia uero secũdum symptomata: horum autem causæ:Eorum quæ sunt quidem secũdum naturam,scientiam custodię oportet habere medicum, eorum uero quę præter naturam, inter emptionis communis.quale autem esse conuenit utrũq;,ostẽsum est per alia:sed ad pręsens id quod proponitur examinandum est. Singulum prædictorum oportet diuidere propria incisione. seorsum autem de unoquoq; scriptum est:de ægritudinibus quidem in libro de differentia ægritudinũ: de causis uero seorsum in alio libro:sicut et de symptomatibus in alio. & sanorum etiam differentias ostẽdimus per sanatiuam tractationem: in qua B et quomodo oportet de unaquaq; earum prouidere scriptum est:facta resolutione ægritudinum & causarum & symptomatum in therapeutica. Et nanq; secũdum huius incisionem ea quæ sunt prima & principalissima artis non alia à dictis superius inuenientur esse. Similiter autem & ea quæ secũdario sunt propria:& tertio sicut antea dictũ est:& quoniam hæc ipsa oportet incidere:& si recte incidãtur necesse est incisionem desinere usq; ad elementalissimas scientias. Quod autem multiformiter sit incidere singulum eorum quæ proposita sunt:dictum est nõ solum simpliciter, sed à dialecticissimis philosophorum, ac etiam per exempla à Platone per duos libros, scilicet per sophisticum et politicum. Non igitur turbet te multitudo C incisionum:neq; si secundum diuersos modos inciderunt medicatiuam anteriores:sed si nihil eorũ quę occurrunt omissum est considera. quicunque enim hæc obseruat moderate diuidit. Optimũ est autem sicut prius dictũ est principiũ facere à proprijssima materia:& deinde alia secundum prius dictam methodum adijcere.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE DINAMIDIIS.

* *Desideratur libri principium.* *

Verum hęc est uirtutis demonstratio omnium medicamentorum quæ ad artis medicinę scientiã pertinet:quam si plenissime intelligent hi qui ar- D tem medicinę profitẽtur:semper his adiutorijs & curis homines adiuuabunt. Quòd si non negligẽs assiduitatem, & plenus huius disciplinæ & doctrinæ aliquomodo fuerit, facile recipitur in crassiã. hi magis decipi possunt qui doctrinam ignorant: qui quanto negligentes fuerint, tanto magis periculum hominibus uicturis faciũt:permista & pręposita & non cõgruentia ualetudinib. & iam magis uulneribus medicamenta componunt. Ne igitur errore curantes frustrentur, experimento hãc doctrinam prius memoriæ commẽdare oportet. In principio ergo, omniũ elemẽtorum uel humorum atq; urinarum siue pulsuum atq; phlegmonarum fere composui cõfectionem ad Glauconem conscriptam. In secundo tibi clarissime Paternianeomnium pigmentorum intellectum & qualitatem & defectũ posui. Nunc uero dinamidiam eorum nominum exponere institui, quæ multis generibus & ex dissimilibus rationibus cõstat:sicut infra ostenditur. Sunt autẽ genera nominũ & eorum effectuum hæc. Hypnotica sunt quæ somnũ uel †soporem faciunt. Peptica sunt quæ digestionem faciunt. Eustomacha apta stomacho. Styptica quæ stringunt partes elaxatas. Lea sunt lenia, quæ leniunt asperitatem. Orectica sunt quæ aufe rũt fastidiũ. Colletica sunt, quæ glutinatoria:quæ omnia soluta uel fluxa glutinãt & alligãt. Diuretica sunt quę urinã prouocant. Cathartica sunt quę uẽtrem & uulnera soluunt & purgant. Picra sunt amara:quæ amaritudine sua morbos & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ nequitiam humorũ uel morborum extinguũt. Glycea sunt dulcia:quę aliquando purgant:et interdum acres humores indulcãt. Thermantica sunt excalfactoria, quæ calore suo omnem perfrictionem & strictu ram calefaciunt. Psyctica sunt refrigeratoria, quę omnem calorem & lassitudinem mitigant. Paregorica sunt quæ mitigant ne malum crescat; nam non persanant. Trachea sunt aspera, quæ suffocata loca ulcerãt & exasperãt. Staltica sunt quæ carnes supercrescentes uulneribus æquant. Catulotica sunt quę cicatrices grossas comedendo ęquant & limpidant. Anaplerotica sunt quæ cicatrices crassant:quę alta uulnera complent & limpidant. Metasyncretica confirmatoria quæ persanãt. Malactica sunt quę omnem duritiem emolliunt et soluunt. Toxica sunt uenena quæ nocumentum inferunt mortis. Et hęc sunt ex quibus medicamina sunt prodeuntia. Sanationes constant ex animalibus marinis, uel terrenis, herbis, uel seminibus, lignis, uel lapidibus, aut floribus, succo, uel lachryma. Cętera omnia metallicis rebus constant. Omnium ergo qualitas & potentia quatuor modis probatur, uisu, tactu, odore, et sapore. Visus omnium similitudinem foliorum uel florum, & cuiuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cuiuscũq; rei mollitiem uel duriciem, ponderis seu leuitatis æstimationem docet. Odore intelliguntur ea quæ odorata sunt, thermantica, styptica, austera, & putrida. Sapore intelliguntur ea quæ sunt amara, dulcia, salsa, acria, acida, styptica, & lenia. Iam nunc ipsam medicinã leuiter demonstro corporibus ex his omnibus contrarijs prodesse. Et ex contrarijs sibimet uinci, ut ignis ab aqua uincitur, & ipsa aqua calore siccatur. Interdum & calore nimio maiori adhibetur:ut contrarijs † esse possit. Sic ergo & omnis causa contrarijs sibimet causis uincitur uel mitigatur. Consequens ergo est ratio ut prius causam curandi intelligas, deinde causæ rationem reddas, postremo de curis dicam. Febres ualidæ stypticis chalasticis et paregoricis rebus mitigantur:interdũq; & perfrictione, quando causa concepta fuerit. Similiter & omnis causa ualida curatur; stricta & dura

Marginal notes: *alias stuporẽ* (beside "uel †soporem"); *alias prodesse* (beside "contrarijs † esse")

dura causa malacticis & metasyncreticis rebus curatur. Aspera causa chalasticis & dulcibus & lenibus rebus curatur. Fastidia morborum orecticis rebus curantur. Humores acres & salsi amaris chatarticis rebus & dulcib. indulcantur. Cancrosa causa staltícis & chatarticis & acerrimis rebus & igne curatur. Verucæ & extantia corporis, stypticis rebus curantur. Difficilia uulnera & cicatrices crassę catuloticis et colleticis rebus curantur. Alta & caua uulnera & limpida anapleroticis & lenibus rebus curantur. Dolores omnes uetusti & insanabiles metasyncreticis & malacticis rebus curantur, aut paregoricis mitigan- A tur, aut igne perurunt. Hæc quidem doctrina cōplectens omnia experimenta nō debet medicum latere. Quoniã si huic doctrinæ operam dederit, omnes ualetudines et uniuersas imbecillitates humanorum corporum per hanc doctrinam salubri auxilio superare poterit. Igit totius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medicamentum, ferrum, & ignem. Quod enim medicamēto curari nō potest, ferro curare tentes. quodq; ferro sanari non permittitur, igne curari conceditur. quod autem nec medicamento, nec ferro, nec igne curari poterit: incurabile cogitabis quia nulla cura iam superari poterit.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER ALTER DE DINAMIDIIS.

L IBELLVM quem rogãti tibi promisi, omni cura adhibita descriptũ misi ordinatissimũ tuæ salutis custodię, quem debebis ea diligentia intueri qua scriptus est. ad curationē tui corporis omnia explorata sunt, quæ cum rerum effectu †comperi celeriter connexui. *aliâs corpori* Nanq; diligenti cura licet summa breuitate comprehēdi singula curationũ genera, sicut proxime te interposito Cæsari nostro fecimus. quæ per te etiam æstimare poteris. Sapientis enim ratio consilium inuenire consueuit. Omne itaq; corpus hominum uel pecudum aliorũq; ex quatuor humoribus constat. Sed præcipue hominum, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur uiscera unde spiramus. Calido cōtinetur anima qua uiuimus, inde est q sentimus. Sicca sunt ossa, quę uires faciunt ad sustinēdum laborem. Humidus est sanguis, quo alit uita. Per ossa uero & uiscera uenę currũt, quæ sanguinem regũt. Sanguis animã, anima uitam sustinet, spiritus autē aer est, ossa uerius munita uirtutem corpori præstant. Sanguis quando abundat ualetudinem uitiat: ex eo enim nascitur sanies quam in uulneribus uidemus. nascitur ex eo pituita quę nauseam facit. nascitur ex eo bilis etiã acida et amara: quę dicitur mater morborũ. bilis enim ubi est concitat calorem, pruritũ, pruritus perfricationē. inde fiunt dolores intestinorũ. oritur etiã inflatio qua corpus extēditur ut rũpi uideat. Sanguis autē ex nimio cibo, nimiaq; potatione incipit abundare, & cruditate corrũpi, qui quãdo uagatur extra cursum naturæ infert uitia corpori: & in quacũq; parte corporis incubuerit, uitiat, fatigat, & lædit: idem etiam animum uitiat, & inde os hominis incendit, incipitq; exinde fœtere. at quãdo est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus calorēq; fortiter sustinere. quãdo abũdat calor uel frigus, facit corporis languorem, uel malum generat odorē. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor constat humoribus, sanguine scilicet & phlegmate & utraq; cholera, quę dominant in suis locis. Sãguis uirtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate quod iecur uocam⁹. Cholera uero nigra in sinistro latere est in liene qui græce splen dicit. Phlegmatis autē alia pars in capite, alia in †stomacho, alia in uesica est. *aliâs pulmone* Sãguis calidus est & humidus: cholera rubra, amara, uiridis est, & sicca: cholera nigra acida, frigida est, & sicca. phlegma frigidũ & humidũ. hæc omnia in suis tēporib. crescũt: sanguis ueris tēpore, cholera rubra in ęstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hieme. Isti humores dominant siue per diē, siue per noctem. C sanguis dominat ab hora noctis nona usq; in horã diei tertiã. cholera rubra ab hora diei tertia usq; in horã nonam: cholera nigra ab hora diei nona usq; in horã noctis tertiam. phlegma ab hora noctis tertia usq; in horã noctis nonã. Hi etiã habent respirat iões per singulas partes corporis, sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os et per nares. Hi quatuor humores per quatuor etiã dominantur ętates: phlegma cũ parte sanguinis in pueris dominant usq; in annũ xiiij. & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominat usq; in annũ xxxv. uel quadragesimũ: deinde à xxxv. uel xl. anno magna pars sanguinis dominat usq; in suã ętatem cũ nigra cholera. Tales etiam faciũt mores in unoquoq; homine. D Sãguis enim facit pueros moderatos, blãdos, & formosos. cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilēntos, comedētes multũ, & uētres solubiles. phlegma facit compositos corpore inuigilantes, & intra se cogitãtes, et canos cito pducētes. cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos & timētes. Qui habēt uirtutē calidam dominant in superiori parte, qui uero frigidam in inferiori. Hi quatuor humores pulsus suos habent, sanguis facit pulsum plenũ & humidũ: cholera nigra tardum & segnē, cholera rubra tenuiorē asperũ percutientem: phlegma honestum plenũ & ęqualē. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnib. habentur ætatibus: si unus ex his minuit aut decrescit, lõgã facit ęgritudinē.

Simili

A Simili modo si augmentari cœperit, & si imperitum medicum habuerit qui non intelligat ex quo humore fiat ęgritudo. Scias autem charissime frater Mœcenas quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida & sicca & amara, quia sanguis calidus & humidus & dulcis est. Si uero cholera rubra, da ei frigida, humida, et dulcia, quia cholera rubra amara est, & ignea, & sicca. Si cholera nigra, da ei calida, & humida, & dulcia, quia cholera nigra acida est & frigida et sicca. Si ex phlegmate facta est ęgritudo, da ei assidue dulce, calidũ, & siccum, quia phlegma frigidum, & humidũ, & †salsum est. Et quãdo hoc factum fuerit, perduces ad propriam sanitatẽ ægrotum. Igitur ut facilius commodis fruamur, & incommoda uitemus, per currentia uitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaq; mortifera emendemus.

aliàs insipidũ

Ex quibus membris sanitas uel infirmitas perpendatur.

Quatuor corporis partibus origo infirmitatis uel sanitatis ostenditur, capite, thorace, uentre, & uesica, quę ita oportet cognosci. Homines sani erunt si urinam mane albam, ante prandium candidam, item ante cœnam roseam emiserint. Candida eñ urina debet esse, ubi cruditas nõ est. Quod si mane mutauerit colorem, ostenditur subesse uitium: quod autem genus uitij, ita intelligemus. Quãdo à capite morbus oritur, solet capiti dolor accidere, uel temporibus, tunc supercilia grauantur, & tempora saliunt, & aures sonant, oculi lachrymantur, nares repletæ odorem nõ sentiunt. Ergo quando ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione. hyssopi, aut coronæ bur bulę †fasciculum unũ feruescere facias, inde aquã cõtinebis ore, usq; dum caput calidum habueris, ut fluat pituita. qđ si quis negligat eam, caueat epiphoras, aut dentium, aut aurium dolorẽ. Interdũ etiã parotides nascũtur, & uitia circa aures & ceruicem oriri solent. Interdum destillatio uuulę, aut grauitas. Interdum ulcera nascũtur in capite, aut capilli defluũt. Quando autem à thorace morbus oritur, incipit sudare caput, lingua fit grauior, aut os amarum, aut mamillæ †dolent, oscitatio sequitur sine somno & quiete: grauitas & prurigo corporis, aut dolor, brachia manusq; intumescũt, subitq; tussis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, uitabis uitium si uomuerit, siue ieiunus, siue post cœnam, uel in balneo. plus enim prodest si ieiunus bilem proiecerit. eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui uomere nolũt, & stomacho laborant, si decimo quoq; die abstineant, omne uitium euitabunt. Nanq; frequẽter uomendo solet stomachus corrumpi. Quod si ex uentre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter uritur† & turbatur, & sentit dolorem, ut cibus et potus amara uideantur, genua subsidunt, lumbi grauantur, inter scapulas contrahitur, totumq; corpus particulariter grauescit, tardantur pedes, grauia sunt crura, renes indolescunt, & incurrũt febriculam. His itaq; cognitis, prima est abstinentiæ utilitas.

aliàs barbuinæ

aliàs maxillæ

aliàs uertitur

tunc etiam medicamẽtis satis est aluum purgare, ut graue corpus leuamentis adiuuetur. Quod si morbus maior premere uidetur, adijcies alterum diem in abstinentia, si uires tamen patiuntur: sin minus, qđ maxime leuissimum sumãt cibum, sicut ouum sorbile, aut aliquid ouo simile. Hæc qui neglexerint, fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici, & nascuntur tertianæ & quartanæ, fiunt podagrici, chiragrici: morbus etiam in articulis accidere solet, quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam solet sanguis à naso erumpere: oportet autem custodire & emendare uitiũ. In uesica qui nascitur morbus, hęc habet signa. pleni uidentur, & cito saturi sentiuntur, frequenter sentiuntur inflationes uentris, & strepitus, uidentur oscitare nec oscitãt, sed B tantum os diducunt. sequitur totius corporis stupor, somnus grauis, quasi macri corporis sit. Vrina liuida & uix erit† tumescunt etiam uerenda, & inde calculosi fiunt. hæc uitia sic emendantur. fœniculum, apium uino austero madefactum, uel etiam radices eorum conteres cũ uini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ, uel dauci semen, & myrtæ pusillum tritum cum uini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ, uel cicer album madefactum cum uino ut supra scripsi bibe, uel radices asparagi, uel orobum erraticum, uel serpyllum decoque in aqua uino mista & bibe. qđ si negligunt, fiunt hydropici, sequitur & iecoris, renũ, & uesicæ dolor: fiunt quoq; calculosi, sequitur & stranguria, & uẽter tumescit. Intueri autem opor C tet ægri uires, ut possit sustinere medicinam, ita & febris cruditate careat. Sed etiam cataplasmata adhibenda sunt, quæ apta sint capiti, uesicę, cruditati, frigori, calori, prout tempus erit. uti etiã oportet roseo aceto, oleo uiolato, & irino, & linguam asperam melle fricabis, uel mentæ folio. & reliqua diligenti medico permittenda sunt: quia morbus acutus est.

aliàs egeritur

Prologus libri.

Quoniam petenti tibi corporis sani & imbecillis per urinam notas dedi, adieci etiam ad curationem rationis consilia, nunc autem medicamentorum compositiones adijciam, & unde nascantur corpori uitia: & si nata fuerint, quę emendatio ad sanitatem perducat. Aduersus autem omnes im D petus morborũ duo sunt remedia certissima, primum est ut decimo quoq; die à cibo & potu abstineas, deinde postero die laueris, ciboq; firmo utaris. si sic feceris, oportet ut nihil uitij omnino accidat, perpetuaq; sanitate utaris. altera res salubris est potus qui lenitudinẽ confirmat. eius potionis cõpositiones habes per annos iam cõpletos amicissime Mœcenas, quãdo me cum Cęsare nostro morari †meministi. & hæc faciendo nunquã te in aliquo languore corporis decidisse: nec nostrum Augustũ. Itaq; me tecũ habebis, libellum meum legẽdo. adieci etiam quod plenius tibi consilium prętare poterit petẽti, quod in ultimis leges dinamidijs. Sed expedit ut crescẽtib. numeris lunã obserues quãdo tollere & quãdo ponere uelis curationem

aliàs inuenisti

A tionem. Si itaq; non feceris, & ad diminutionem lunæ sustuleris, minus ualere scire te oportet. & enim mare per lunã augetur & minuitur. cerebrũ etiam & corpora hominũ augentur crescente luna. quando autem luna minuitur, ita quoq; unaquęq; earum rerum diminutionẽ sentit, quæ licet recognoscas ex his hostijs quę quotidie immolãtur, in quibus uides omnibus augeri & minui cerebrum per lunam, ita quoq; in herbis, & componendis medicamẽtis. Sanè etiam totius anni dies tibi scripsi, per quos scias quibusrebus uti debeas aut abstinere. Incipiamus ergo ab hiemis conuersiõe, quæ fit solstitiali die, id est octauo cal. Ianuarij. Tunc incipit se diffundere humor increscens usq; ad conuersionem ueris. Vtendum est ergo ca-

B lidis, & aperitiuis rebus illo tempore, & uino aliquatenus indulgendum. Sũt autem dies in supradicta conuersione nonaginta tres, nam incipit ueris cõuersio à duodecimo cal. Aprilis. ex eo phlegma crescit & sanguis. Vtimur ergo bene olentib. & acribus omnibus, corpus exercere & laborare debemus usq; ad ortum pleiadum. diebus scilicet †xxvij. [aliàs xlvij] nam pleiades oriũtur sexto idus Maij. Ex supradicta igitur cõuersione usq; in hanc diem fel crescit, & amaritudo eius augetur, ex quo febrib. subministratur alimonia usq; ad æstiuam conuersionẽ. Vtamur ergo dulcibus, uenere & uino parcius, labore nihilominus exercitabimur. Sunt autem dies isti à supradicta conuersione xxxiij. conuersio uero æstiua octauo cal. Iulij incipit, tunc ni-

C grum fel, id est melancholia augmẽta suscipit usq; ad conuersionem autũnalem. Vtamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene olentibus, à labore tunc corpus abstinebimus, sed à uenereo usu continere debemus maxime diebus xij. [aliàs xv] † Cõuersio autem autũnalis incipit sexto cal. octobris, tunc etiã fel crescit, & pinguis humor, id est, pituita usq; ad occasum pleiadum. Vtamur ergo acidis, & acerbis, & parcius laboremus, & abstineamus à uenere. Sunt autem pleiadum occasus †dies xlv. [aliàs xl] quod est quarto idus Nouembris. tunc crescit in corporibus hominũ sanguis. Oportet ergo cibis leuioribus uti, & uinum sanũ sumere, & à uenere nõ abstinere. inde ad cõuersionem hiemalem dies sunt xij. His ergo utere, & sanus transibis omne ætatis

D tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

De catharticis.

Quoniam quidem de naturalibus qualitatibus specierum & ciborum in superioribus satis diximus, nunc de catharticis dicendum est, quæ diminuunt humores, quos auxerũt cibi incõgrue sumpti. Sana habentes corpora laboriosum est purgare, etenim tortionibus & strophis grauissime affliguntur, & grauiter eos cõsequitur purgatio, & deinde citius deficiunt purgati. Oportet igitur aliquem purgare uolentem, præextenuare & incidere pingues humores, et poros adaperire, per quos accipiuntur & extrahũtur humores à catharticis. & crudos quidem & tenues humores à principio morborũ euacuare oportet. Expectare autẽ oportet digestionẽ in pinguibus & glutinosis humoribus, sicut est phlegma & cholera nigra, & in omnibus prolixis passionibus semper digestionẽ expectare conuenit, In acutis autem †quoniam mouentur [aliàs quando] humores & circa initia purgandũ est cum cautela multa. In motione etenim, & ductione, & cursu existentibus humoribus, timendum est nequod uiscerum debile existens natura, materiam motã recipiat, & maxime thorax. In quolibet autem membro infixos humores, sicut in phlegmonis uiscerum fit, purgare nõ oportet antequã maturentur. quicunq; enim phlegmonas habẽtes dicit Hippocrates in principijs soluere tentauerint, nihil extendentis & phlegmonem facientis auferet. Nõ enim cõcedit nouella passio, sed salubria & morbo repugnãtia delinquat, sicq; corpore debilitato præualebit morbus. Quando uero morbus pręualet, honestum est humores educere. Vtimur autem catharticis in cephalęa & scotomia & hemicrania & epilepsia asthmate & synanche & orthopnœa & in ischiadica & arthritica & podagrica & nephritica & in uesicę et matricis passiõibus si prolixæ fuerint. Similiter autem & quãdo rheuma frequẽter nocet auribus, uel naribus, uel oculis, uel stomacho, uel ori, uel omni superficiei, & neque desiccatur ab alijs adiutorijs, neq; per se stare potest. solet enim uentris purgatio rheumatismos stringere. Hic quoq; ordinabo quomodo expurgetur melancholicus humor, post phlebotomiam, post retentionem hæmorrhoidarũ. Ad expurgandam uero & remouẽdam prolixam humorum dispositionem utimur cathartico in paralysi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo qui caros dicitur, & in grauitate permanẽte in aliqua parte corporis. Ad restaurãdum uero corporis habitudinem, utimur catharticis, & in prolixis febribus, uel quotidianis, uel quartanis, mania, melãcholia, extasi, cachexia, atrophia de malis humoribus facta, in elephantiasi uel epilepsia quoq;, scabie, & lepra, exanthematibus, satyriasi, in ulceribus multis spontaneis, & uix cicatrizantibus, & rheumatizantib. & ut abundantẽ & molestantem educamus humorem utimur catharticis in hydropico & icterico. hic quoq; ordinandũ est de rheumatismis uentris, in quibus utimur catharticis. aliquãdo etenim acer & inutilis humor insidet pelliculis uentris aut intestinorum. Similiter ut acria suppositoria, & acria clysteria cõmouent intestina, & ad desidendũ conatum excitãt. Vbi enim est acredo, ibi attrahitᷣ humor de membris in circuitu, uel de toto corpore. in his uero dignum est uti catharticis, ut talis humor expellatᷣ à toto corpore, & uenter, & intestina mundificentur. Vniuersaliter autem catharticis utendum in robustis uirtute, & promptis ad exercitia, stomachumq; robustum habentibus. & multã inutilem materiam in corpore congregantibus. Nimis uero pingues, nimisq; graciles ad purgandũ incongrui, multo abũdantes sanguine, et frequenter deficientes, & uix curabiles, & cito uomentes pro

qualibet

qualibet occasione, & pueri, & senes, et mulieres fortiter menstruosæ, & purũ ualde corpus habentes, & qui bene cauerint in diebus, & quibus ualde restringitur uenter secundum naturam. Sed et etiam in dysenteria, & qui leuiter apprehendũtur colica. Omnes enim colica grauati ad purgationem sunt incongrui. Nunc igitur incipiẽdum est à pharmacijs choleram purgantibus. A

De purgantibus choleram rubram.

Cholagoga dicuntur quæ cholerã rubram expurgant, quibus utendũ est, si opus est, omni tempore, absq; hyeme, in ætate quidẽ adolescentię, & iuuentutis, habitudine autem sicca, & gracili, & nigra, uel rufa, & in uiris magis quàm in mulieribus, & in ijs qui frequenter cibum corrũpunt, & in habentibus uentrẽ constrictum, & amara cholera abundantibus: facileq; irascentibus, & urinas modice egerentibus, cibisq; utentibus calidis & siccis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleniticis, pleuriticis, phreniticis, synãchicis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notandum quòd cathartica non simplici aliqua qualitate euacuant, ut per calorẽ (nam si hoc esset, omnia calida purgarẽt, ut piper, sinapis) sed potius purgant proprietate quadam, eo quidem modo quo magnes ferrum trahit. Sed catharticorum quædam quæ uentrem molliunt, tantum malactica dicũtur, de quibus superius diximus. Nũc uero de fortiter educentibus sermo imminet, quibus utimur aut ubi materiam per metathesim medicamur, aut induratum morbum cõmouemus, siue ut reficiamus corpus, & ad suam temperantiã conuertamus, aut humorem molestantem educamus. sunt autem alij quidam modi misti & cõpositi adinuicem, purgãtibus uero tempus est aptum uer magis, & maxime autumnus. B C

De aloe.

Aloe totum corpus non euacuat, sed choleram in stomacho, uentre, & intestinis existentem educit perfecte & suauiter, cum suppositis glãdibus, quæ nimis educit. datur autẽ capite grauatis propter fumigationes à stomacho frequenter ascendentes. datur autem ophthalmicis propter eandẽ causam, & ijs qui propter choleræ abundantiã sitiunt, & quibus lingua & os facile deficcatur. Et quibus stomachi fit subuersio aut propter calorẽ, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem. detur quoq; citrinis extra rationẽ factis, et ubi necesse est educere superfluitates, et clystere pro aliqua occasione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duæ, cũ melicrato, quod optimũ fiet si quis acceperit eum quotidie uespere, siue quod melius est, mane, quia uespere post cibum, cibum corrũpit. quibus uero insuauis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, uel brassicæ, uel cum terebinthina & melle cocto orobicas confice pilulas, et da ex eis secundum quòd opus fuerit. est autem eustomachicum plus omnibus catharticis. D

De scammonia.

Scammonia choleram rubram educit, stomacho maxime dolorẽ inferens, & insuauis, & grauiter olens, & ualde sitim faciens, & cũ omnia cathartica cacostomacha præter aloem sint, scãmonea est præ omnibus. abstinere igitur ab ea oportet debilem habentẽ stomachum. leuissima enim existens, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat quod purgandum non est. sed impeditur eius euacuatio frequẽter à calore febrium, ut de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur non febrientibus, & eustomachis, & difficulter uomentibus, & non facile deficientibus. Dosis uero eius est ℈.ij. siue plus, siue minus, secundum uirtutem, cui admisceatᷣ sal, aut thymi cimę, aut pulegij, aut aloe magis, quibus forte absentibus detur cũ melle, uel cum succo ptisanæ.

De peplio.

Peplij semẽ aut cimæ in umbra siccatæ dentur ℈.iiij. in melicrato modico aceto asperso. educit enim choleram rubram, & nigram, & phlegma, & uentositates, & secundum quòd Isaac dicit, maxime conuenit passionibus ex uentositate factis, & melancholiæ. in uitio splenis quoq; prodest, inflationibus prolixis & matricis & coli, & profundis tumoribus qui fiunt in uentre.

De elleboro nigro.

Elleborus niger purgat inferius cholerã rubrã, maxime & nigram de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantib. non grauiter, sed in circuitu, & per longum tempus datur, & manẽtibus chronicis, & in cephalæa diuturna, utilissimus uisceribus, & matricis passionibus. Maxime uero eius uirtus est ad educendum ex toto siquid corruptiuum sanguinis est admistum. Vnde utilis est ictericis diuturnis, & exasperationib. circa superficiem, ut est lepra, et impetigines, & similia, ad elephãtiacos quoq; facit. Dosis autem eius est ℈ iij. siue plus, siue minus. Tenuibus autem radiculis prius aquę infusis, deinde earum ablato cortice, & in umbra desiccato, diligẽterq; trito datur cum sapa, aut cum oxymelite, cui adiungitur causa boni odoris modicũ petroselini, uel dauci, uel pulegij, uel satureiæ, quòd si fortius uolueris facere, scammoneæ modicum adiunge.

De purgantibus choleram nigram.

Choleram nigram educentibus utimur in melancholicis, & scotomaticis, & furiosis, & ijs qui atrophia laborant, & qui se abscondunt, et epilepticis. detur autumni tempore maxime.

De epithymo.

Epithymũ igitur nigram choleram educit inferius. dandum ergo perfectis. ℈.iiij. cum sapa uel oximelite & sale modico. Conuenit autem passionibus ex uẽtositate natis, hypochõdriacis & quibus hepar grauatur, & dyspnoicis. similiter purgat illud superfluum quod nascitᷣ super satureiã, sed debilius est.

De polypodio.

Polypodiũ choleram nigrã maxime educit, &

phlegma.dentur autem radicis mundatæ ℈.vij.eli xa eas in melicrato aquoſo,uel ſole ſiccatas da co medendas ante cibum.purgat quoq; mediocriter in iuſcello gallinæ,uel ptiſana cocta.

De pulegio.

Pulegium quoq; educit choleram nigrã & tra/ goriganum & panthemínum, quod†leuitate mo/ diàsleucocinõ do dicitur & alixon,& alipon. Dentur autem de unoquoq; ℈.vi.Melius autem dantur cũ aceto,& ſale modico,& aqua ſiccata & trita.

De lapide armenio.

Armenius lapis ni.purgat choleram, & omne pingue & uiſcoſum,ideoq; datur melãcholicis & elephãtioſis,& ſimilibus,& phreniticis & aſthma ticis.doſis autẽ eius eſt ℈.iiij.ſiue plus,ſiue minus.

De centaurio minore.

Centauriũ minus choleram pinguiſsimam pur gat & mucilagines,& ideo prodeſt ſpleniticis,& iſchiadicis.bibitur autem elixatura eius. ſuman/ tur quidem centaurij ℈.vi.aquę cotyla una,& bul liat ad medietatem.

De purgantibus phlegma.

Phlegmagoga dicuntur quę phlegma purgãt, quibus utendum eſt in frigidis habitudinibus,& ætatibus,& ægritudinibus,tempore quidem hie/ mis,ut in paralyticis,apoplecticis,tumentibus tu more frigido,& qui multũ & frequenter pinguia phlegmata mingunt,& quibus phlegmata abun/ dant in uentre,& pectore,& ſtomacho,& mulie/ ribus rheumatizantibus,& qui pinguia excreãt, & faſtidioſis,& iſchiadicis de mucilagine articu/ lorum factis,elephantioſis:maxime autem hydro picis anaſarcam patientibus.

De colocynthide.

Colocynthis phlegma purgat maxime, & cho leram,& mucilagines. unde neruorum eorumq; paſsionum eſt purgatiua. datur & utiliter omni/ bus capitis paſsiõibus,& orthopnoicis,& iſchia dicis,& arthriticis,& renibus, & ueſicæ per lon/ gum patientibus.eſt quoq; utilis alijs paſsionibus quæ ſunt ex materia uix extirpabili & dura. dan/ tur autem ℈.ij.de interioribus in melicrati cyathis duobus,debilibus autem ℈.i.datur.eligẽda eſt au tem alba et mollis interioris colocynthidis pulpa: nam ſicca & denigrata inutilis eſt.terenda eſt au/ tem & ſoluenda diligenter,& multoties cribellan da,& quando opus eſt cum melicrato diligenter ſoluatur.nam trita antequam infundatur,tenuiſsi ma uidetur:ſed quando in melicrato infuſa fuerit, tumeſcit ualde,ut nõ facile credatur quod cribel/ lata fuerit.quæ ſi ſic bibitur,tumeſcunt eius par/ tes recentes in uentre & ſtomacho,& maxime in inteſtinorum circulis & reuolutionibus propter mollitiem,quæ acres exiſtentes natura & demor dentes,inteſtina ulcerãt quibus inſederint,et paſ/ ſiones neruorum inferunt, & ſtrophos, & fortes tortiones. Vnde cum multa cautela cum melicra to oportet eam ſoluere.ꝙ ſi mitius purgare uolue ris,colocynthidem deſuper aperi,et omne ſemen proijce,et ſolum pulpoſum abſq; ſemine in ea re/

A linque,et reple eam elixatura,uel uino dulci et ue teri,et ſic infundatur per diem et noctem, deinde colabis uinum cum panno,et calefacies, et dabis bibendum.Optime quidẽ purgat ictericos,et ha bentes liuidas puſtulas in ſuperficie.

De tithymallo.

Tithymallũ educit phlegma et colerã ni.Danť autẽ cimę uirides in uaſculo quodã ad ignem de/ ſiccatę,et ſic diligenter ſolutæ.Miſceanť autẽ eo/ rum ℈.iij.cũ polenta et aqua,et ſic bibanť,nam ſic/ cæ comę eius debiliores ſunt.Cũ caricis aũt tithy malli radix ſiccata in umbra reponať,et quando opus fuerit,corticis ablati diligẽter triti ℈.iiij.im/ mitte in uino dulci ueteri, et ſic infundi permitte die ac nocte,et per pannũ colans calefacies modi

B cũ, dabiſq; bibendũ cum uino,et optime purgat. Succus autẽ tithymalli datur à quibuſdam cũ ca/ ricis,uel cũ polenta ſtagones,id eſt guttæ iiij. aut v.ſed multũ ulcerat linguã et quæ circa eam ſunt, et uentri calorem inferũt maximum.Sed ſi uis be/ ne facere,in ficu matura et recẽti,ſupradicti lactis iij.guttas immitte,et de lacte eiuſdem ficulneę ſe/ cundũ uires ſumẽtis,et ſic da comedendũ,et ſi uo lueris ſeruare toto anno,poteris.quacũq; hora de deris facile purgat.Sed tanquã de fortiſsimo ca/ thartico obſeruate, quoniam mirabiliter ſoluit.

De yſio.

Yſion phlegma purgat maxime,cuius cortices ſiccæ et infuſæ ut prædictum eſt in aliquo dulci ui no da ℈.vi.bene purgat quantumcunq; uolueris,

C donec anum aqua nõ laueris, ſed cũ panno lineo illum abſterge.et quando tibi uidetur ſufficienter purgaſſe,laua anum frigida aqua,et extrema ma/ nuum et pedum in aqua mitte, et reſtabit fluxus.

De elaterio.

Elaterium purgat nimis phlegma et cholerã. dabis autem obolos iij.cum lactis confeſtim mul/ cti cotyla una.ſed eligẽdum eſt quod uiride ſit in colore, et leue,et non uetus.

De cocco cnidio.

Coccum cnidium phlegma purgat et cholerã mediocriter,ſed magis crudos et aquoſos humo/ res.Eſt enim ignitũ et acutũ. Dantur autẽ grana xxx.ſi uero leuius purgare uolueris, denť grana xx.uel xv.dentur autẽ ſic,quod interius eſt ex gra

D nis cũ polẽta teres et uino,et da ei bibendũ,et poſt ea modicũ olei roſei uel melini ſorbere facias, ne fauces exuras,ideoq; melius eſt ex eis cũ melle co cto catapotia formare,quia aquoſos humores ma gis purgat.inter aquoſos purgantia eſt magis ha/ bendũ.

De agarico.

Agaricum purgat phlegma et cholerã,ſed me/ diocriter.Dabis ʒ.ij.cum melicrato uel oxymeli/ te,eſt autem cacoſtomachum, et quia leue eſt, ſu/ periora petit.ſit autem albiſsimum,et facile,et nõ ualde lignoſum neq; robuſtum.

De cnico.

Cnicus,id eſt ſemen croci hortenſis ſiue hortu lani,purgat phlegma ſed nõ fortiter,tritum ʒ.ij.et in iuſcello gallinę,uel ptiſana miſtum et colatum, et ſic

et sic bibitur. quidam autem quod interius est cnici accipiunt & terunt cum amygdalis & aniso & melle, & catapotia formantes seruant, ictericis utiles quidem, sed leuiores.

De lacteride.

Lacterides, id est cataputia, purgant phlegma magis. Dentur de maioribus grana xv. de minoribus xxx. & amplius purgari indigentibus diligenter ut mandant præcipe: his uero qui multa euacuatione non indigent integra da bibenda, maxime si patientes fuerint cacostomachici.

De aristolochia.

Aristolochiæ rotũ. semen siccum tritum ʒ. i. bibatur cum melicrato. phlegma purgat et cholerã, est autem eustomacha.

De linozostide.

Linozostis, id est mercurialis, si elixetur, & sola folia comederis, sufficienter stercus expellit.

De cucumere agresti.

Cucumeris agrestis radix obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter, & stomachum non euertit.

De styrace.

Styrax pinguis & rubicundus datur ʒ. i. cũ terebenthina, mensura æquali in catapotijs, & phlegma satis educit.

De thymo.

Thymi cimas cum floribus teres cum oxycrato & sale modico ʒ. x. aut minus, & expurgat satis phlegma & choleram.

De cyclamino.

Cyclamini radices solutę ʒ. iij. aut iiij. secũdum uirtutẽ, & cũ hydromelite bibitæ, purgant phlegma & cholerã, maxime autem per sudorẽ. ideoq; bibentem oportet iacere, & cooperire, & calefacere corpus, ut sudoris exitum adiuuet.

De allio.

Allij ʒ. iij. solutę, & cũ hydromelite bibitę, phlegma educunt.

De chamæpitye.

Chamæpityos solutæ ʒ. ij. & cũ ficubus uel cũ melle coctosumptę in catapotijs, educũt phlegma

De bdelio.

Bdelij arabici clari atq; rub. ʒ. iij. solutę cum hydromelite bibantur, & phlegma purgabunt. proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De radicibus oliuæ & pyrethri.

Oliuæ radi. corticũ ʒ. i. cum uino uel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli viij. cum aqua & ligdos semine ʒ. iiij.

De galla.

Gallæ quoq; grana xl. excoriata comeduntur, & similiter operantur.

De hydragogis.

Hydragoga dicuntur quæ aquosos expurgant humores, quibus utendum est in hydropicis, & mulieribus molestatis per longum tempus ab aliquo fluxu, & rheumatizantibus.

De squama æris.

Aeris squamę ʒ. i. s. in melicrato data, non solũ

A aquosos humores, sed etiã phlegmaticos educit; quędam uero prędictorũ phlegma educunt aquosum, ut coccũ cnidiũ, & croci semẽ, & linozostis, & agrestis cucumeris radix, quę hydropicis est utilissima.

De euphorbio.

Euphorbiũ phlegma educit, sed maxime aquosum est, acutissimũ autem, nimis igniũ, & cholericum, ideoq; cholicis datur, & uetres frigidos habentibus, alios uero fortiter turbat, sitimq; ualidã infert, sed admisce ei aliquod odoriferũ semen. dabis ex eo iij. obolos cum melicrato, melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De chamælea.

Chamælea cocta in mulsa & bibita, aquosa magis expurgat, purgat quoq; phlegma & cholerã.

B mitte autem ex ea ʒ. v. in duabus cotylis aquæ, & coque ad quartam, in fine autem coctionis super mitte mel mediocriter, & parũ coque, & colans da in potum. quidam uero terunt ualde chamęlęę ʒ. i. & cimarum absinthij duplum, & cũ melle conficientes formant catapotia.

De ammoniaco.

Ammoniaci thymiamatis ʒ. iij. in melicrato bibe, aquam educunt. quidam splenitícis illud dant cum acetoso melicrato.

De sabuco.

Sabuci radicis corticum succus bibitus ʒ. ij. aquosum humorem educit.

De purgantibus sanguinem.

Sanguinem uero purgãt, porri capitati succus,

C id est eius quod dicit aratillũ, mercurialis quoq; albæ uiolæ, agrestis, malua, & saluia.

De opio.

Opium sic fac. Mense Iulio papaueris uiridis folia teras per linteolum extorquens, semen ipsius papaueris uiridis teras, & in ipso iure miscens coque ut spissum sit, & ad solem siccabis, et serua; illud est opium.

De omphacomelite.

Omphacomeli sic fac. ℞. botros mundos non maturos, nec acerbos, et repone in umbra, ut possint suæ humiditatis aliquantulum deponere, deinde exucca, & mitte de ipso succo partes iij. & mellis despumati partem unam, & mitte in uase fictili & gypseo cum calamo perforato, & suspen

D de ad solem per dies quadraginta. ualet ad crassas uentositates rheumatizantes, ad fastidium & debilitatem stomachi, flaccida corpora cõfirmat, & maxime quæ syncopim patiuntur.

Alia confectio eiusdem.

Omphacomeli sic fac. uuæ non maturæ succi partes ij. mellis partem i. in uase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & utere.

De œsypi ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. ceram, axungiam sine sale, colophoniam, ius lanę, uetus oleum ana lib. i. ius fœnugrę ℥. vi. adipis anserini & pullini añ. ℥. i. coque oleum cũ iure lanæ & fœnugræci diligentissime, donec ad mensuram olei ueniat. Iterũ pone ad focum, additis suprascriptis speciebus.

De iure de lana.

Ius uero de lana sic fac. lanā succidam in aquā multam pone ut molliatur, diebus sex, septima uero die coque, et ipsam pinguedinē desuper collige suprascripto penso. et exinde cōfice cerotum.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. mellis optime despumati libras xx. succi cydoniorum libras v. aquę fontis libras xl. misce diligenter in uase fictili tenui et picato, recōde, et claude, et mitte ad solem sub tecto diebus xlv. hoc est ex die calendarum iulij usq; in iiij. idus augusti, ita ut intra quinos dies uas conuertas, ut partes quæ quinq; diebus fuerunt superiores fiant infimæ. hoc genus poculi uino uetusto melius redditur, ut nescientes quid bibant putent se optimum uinum bibisse.

De gariofilato.

Gariofilatum ad catarrū sic fac. gariofilos zinziber et piper tere, adde uinū, et paucum mellis, et pone ad focum ut bene ferueat. deinde pone in cuppa lignea radicē apij, petroselini, libystici, costi, fœniculi, et super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariofilatum feruentem, et tandiu ibi sit donec temperetur ut bibi possit, per dies tres mane et sero hoc facias.

De cechalceumeno.

Cechalceumenon sic fac. limaturam de cupro in ollam rudem mitte, adde acetū in ipsa olla gypsea de argilla, et mitte in foco, ut intus et foris ipsa olla rubra sit quasi focus, tolle à foco, et mitte intus fusticulos paruos, et ipsam ollam ad solē mitte usq; dum refrigeretur, et illud est cechalceumenon.

De amylo.

Amylum sic fac. mitte frumentum mundum in aqua per noctes et dies tres, et per singulos dies aquā renoua, postea in pila macera, adde aquā, et per linteum extorque in concha, et dimittas residere, et tunc ipsam aquam diligēter expurga ut imum nō moueas, quod remanet ad solem sicca. et hoc est amylum.

De cerusa.

Cerusam sic fac. de plūbo fac tenues laminas, et mitte in uase operculato aceti modium mediū, & super acetū mitte ipsas laminas plumbeas, ita ut acetum non contingant. tunc ipsum uas gypsa ut nullum spiraculum habeat, ibi maneat diebus xv. postea tolle laminas, & rade puluerem quē ibi inueneris, & erit cerusa.

De æruginæ campanę.

Aeruginē campanę sic fac. laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad faciendam cerusam facias, habebis æruginē campanæ.

De medulla ceruina.

Medullam ceruinā albam sic fac. frange os ceruí, & tolle medullam, & dimitte manere in uino horis quatuor. de ipso uino tolle, & in aqua mitte, et manibus macera donec alba sit. fac tortellos inde, & repone, & utere.

De sapa.

Sapam sic fac. musti de peculo ℥. xv. tolle, cydo-
A nia integra viij. caricas xv. dactilos iij. anethi ramorū. M. i. fœni, similiter. apij similiter. coque ad tertiam, & quando refrigeratum fuerit cola, & repone in uase fictili & picato.

De careno.

Carenū sic fac. musti dulcis modios xx. mellis ℥ x. cidonia partita xx. poma similiter, pulegij M. v. canabis rad. M. i. ciperi M. iij. apij radi. & seminis M. i. scariolæ ramorum & seminū, petroselini ramorum & se. costi hortulani, radicum fœni, radicum libystici añ. M. i. hęc omnia coque ad mediū, & refrigeratum repone in uase picato.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. musti dul. modios x. balsamitæ siccæ M. iij. ciperi radi. M. iij. petroselini radi.
B fœniculi rad. appij radi. libystici radi. añ. M. iij. nuces pineas integras v. cydonia partita xij. coque ad medium, postea cola, & adde mellis cocti modium i. commisce bene, et quando refrigerauerit, repone in uase fictili picato.

De garo cathartico.

Garum catharticum sic fac. polypodij pul. lib. i. piperis al. gra. 50. diagridij ℥. i. gariofilorum cochlearium i. terens commisce cum melle, & repone in uase ui. deinde accipe ad quodcunq; uolueris cochlear i. uel ij. secundum uires, maxime humorem educit melancholicum.

De lycio.

Lycium sic fac. prunellas de caprifolio collige mense septēbri, & tere, per linteumq; extorque, et
C succū eius ad solem in cōcha sicca, & erit lycium.

De acacia.

Acaciam sic fac. mense septembri prunellas ex nigra spina tere, per linteum extorque, succumq; eius in uase argenteo siccabis, & erit acacia.

De flora.

Floram sic fac. cerusam tritam cū oleo & cera modica coque in uase cupreo aut æreo, cataplasma ubi necesse est apponere, celeriter coriū adducit.

De ptisana.

Ptisanā sic fac. mitte hordeum pinsitū in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteum extorque, condias de sale, butyro aut oleo cum pipere & cinnamomo modico, repone & utere.

De chalcidio.

D Chalcidiū sic fac. ęris florē in aceto uehemētissime subigito, sicca ad solem, fac puluerē & utere.

De opopanace.

Opopanacem sic fac. herbam uirgultam, & radicem panacis siue meu tere, extorque succum eius, in sole siccabis, & erit opopanax.

De omphaco.

Omphacū sic fac. acinos expressos † accipias, carnes ipsas & nucleos in sole siccatos tunde, fac in puluerem, & erit omphacum. *alias acidas olivas*

De diagridio.

Diagridiū sic fac. mēse augusti collige herbā tithymalli, & eius radices pinse, ius ipsius, id est lac in uase argēteo mittas ut coaguletur sic ad solē diebus xi. et pro necessitate quādo opus fuerit utere

De aphro-

De aphronitro.

Aphronitrum ſic fac. Nitri partes ij. et ſaponis i. diſtempera cum prima gutta ſaponarij, factiſq; trochiſcis ad ſolem pone.

De polenta.

Polentam ſic fac. Hordeum quãdo cœperit habere quaſi lac, mitte in furno, et quando deſiccatũ fuerit, paleis munda, & fac farinam.

De elaterio.

Elaterium ſic fac. Succum cucumerum agreſtium non maturorum exprime, expreſſumq; ſuper plenum uas aquæ infunde, & quod ſupernatauerit collige, & ad ſolem ſicca.

De reſina.

Reſinam frixam ſic fac. ℞. reſinam pineam in ollam miſſam duriſsime coque, & ſic proba ſi eſt frixa, Gutta poſita in marmore ſi infrigidata pulverizetur, tolle ab igne.

De aqua ignita.

Aquam ignitam ſic fac. ℞. ſalis lib. ij. ſulfuris uiui, tartari ana ℥. i. † uinum forte, & fac ad diſciplinam aquæ roſatæ. alias ij.

De hydrelæo.

Hydrelęon ſic fac. ℞. partes ij. aquę & iij. olei.

De hydromelle.

Hydromel ſic fac. ℞. partes ij. aquę et iij. mellis.

De poſca.

Poſcã ſic fac. ℞. aquę partes ij. uini iij. & coquatur.

De cephalęa.

Si quis cephalæam patitur, & unũ de brachijs tumuerit, uel caput, & ex utraq; parte, ſeu ſiniſtro oculo ſignũ apparuerit in modum lenticulæ, moriturus erit. Si uero ex nullo alio ſigno moriturus eſt, demus ei hæc antidota, eſdram ſcilicet, uel philonium, hieram picram, blancam, et puluis fiat ex ſpica nardi, & ſquinãto, & ammoniaco, & ſucco tithymalli uirginalis & interioris, & opium, & ſemen papaueris, & flores centaurij addant, ex nullo magis, ſed æqualiter ex omnibus fiant, & diagridij unciam unam: his omnibus in puluerem redactis, dabis ℈. i. cũ uino calido: & anethino ac roſaceo oleo perfunde caput. Item eſdræ potio cum uino calido temperata & bibita, ſiue unctione facta, dolorem capitis ſedat. Item theodoricon emperiſton magnum, ad omne uitium capitis facit, hoc idem facit diaolibanum.

Ad dolorem capitis, & calorem.

Accipe cimas ſalicũ, & in fortiſsimo aceto ad ij partes decoque, & exinde caput & pedes foueas, & ex cimis caput fomenta. Item galbanũ chartæ impone: & pone in parte illa qua caput dolet, & prodeſt. Item ſauinam tere cum albumine oui, & cum aceto fortiter diſtempera, et emplaſtrũ fac ſuper caput eius, & ibi dimitte iij. diebus, et ambo crura eius uſq; ad genua mitte in aquam frigidã, & da ei potum ad ſoluendum.

Ad febrem capitis quæ nõ permittit hominem dormire uel quieſcere.

Tolle capita papaueris ſicca uel uiridia, & ſemen lactucæ, uiolas, & folia myrtæ, & pone in cacabo aqua pleno, & coquat̃ uſq; dum omnes herbæ diſſoluantur, & decoctione ipſarum pedes & crura lauentur, & extergantur linteo fortiter, deinde unganẽ oleo uiolato. & ſic ſomnũ præſtabis, & dolorem & anguſtiam auferes. Potio ad capitis dolorem, fœniculum, rutam, libyſticum, mel, piper, uinum totum commiſtum ieiunus bibat.

A

Item ad ſomnum.

Succus papaueris agreſtis cum farina hordei inunctus dat ſomnum.

Item ad dolorem capitis.

Folia hederę terreſtris cũ albumine oui in fronte ligata proſunt.

Electuariũ ad capitis & ſtomachi dolorem.

B ℞. Maſtiches, aniſi, fœniculi, polypodij, thuris, myrobalanorum indorũ, croci, ſpodij, ſandali albi & rubri, portulacæ ſeminis, diagridij, ana ʒ. iiij. zacaræ, amygdalæ, ana ℥. s. dragaganti ʒ. ij. cãphoræ ℈. i. muſci ℈. s. uiolæ quantum de alijs omnibus ſpeciebus, tempera cum ſyrupo uiolaceo.

Vnguentum laxatiuum quod caput alleuiat, ſtomachũ purgat, appetitũ confortat, oculos clarificat.

℞. ſucci apij ℥. ij. foliorũ rubi ſucci ℥. iij. polypodij ſucci ℥. iiij. laureolæ ſucci ℥. i. fœniculi ſucci ℥. xiij. mercurialis ſucci ℥. xiiij. olei li. ij. adipis gallinæ & uerris ana lib. v. reſinæ ℥. i. thuris, maſtiches ana ℥. s. caſiæ fiſtulæ medullæ ℥. ij.

Ad tineam.

C Elleborum nigrum tritum cum uncto pone ſuper totum caput. Ad idem. Ficatum porcinum crudum & calidum cataplaſma diebus ix. poſtea laua de aqua frigida, & ſanabitur.

Ad furfures.

Accipe ſemen urticarum, & trita parumper, & pone in aceto per diem & noctem, & poſtea laua caput de qua re uolueris, deinde uero de ipſo aceto, ad ultimũ autem de pura aqua, hoc fac bis uel ter. Ad idem. Coque cyclaminum in uino, & caput ablue, deinde coque ſaluiã in uino, & caput ablue, & ſuper hoc puluerẽ nepitę aſperge ſuper totũ caput nocte, & mane iterũ laua cũ ſaluia.

Ad capillos cadentes.

D Apes quãplures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & ex inde in caput mitte, & ſcarificatum perunge.

Ad diuturnam alopeciam, & renaſcentes capillos.

Pyrethrum tritum miſtum cum felle uituli perunges. Stercus etiam felis idem præſtat cum aceto illinitum: euforbium cum oleo frequenter impoſitum idem mirabiliter operatur. Ad idem. Caprarum ſtercus, & ungulas ipſarum cõbuſtas, & cum aceto ſolutas adhibe. Ad idem. Teſtudinem uiuam ſuper ſarmenta incẽde, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis ℥. iij. & medullæ ceruinæ totidem, cum uino coque, & alopeciã inde frica. Item ad ſuriones in capillis.

Accipe fel terræ, & fel bouinum ſeu taurinum, & acetum, et pone in cucurbita de creta, facq; fortiter

titer feruere, & refrigerato, & colato, laua semel uel bis, deinde laua cum aqua calida si uis. Ad idem, & ut capilli citius crescant. Olibanũ cum stercore murium pari pondere tere cum aceto & perunge, sed ante loca nitro frica. Idem facit git ustum cum aqua tritũ & illinitum. Item lacterida trita, & cũ oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item fimum caprinum comburе in testa, & tempera cum oleo, & raso capite inunctum spissos capillos præstat. flos agrimoniæ tritus cum oleo & fricatus nigros capillos facit. Item ad capillos cadentes, agrimoniam tritam cũ lacte caprino impone. Ad idem. Verbenam cũ absinthio in lixiuio coque, & laua caput assidue. Vt capilli nascantur ubi uoluerís. Panem hordeaceum & chartam cum sale æqualiter comburе, & tere cum adipe ursino, & unge locum. Vt capilli nascãtur ubi uis. Vnge caput oleo myrtino, quod sic fit. ℞. flores myrtę, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos, & stet sub diuo xl. diebus: sic fit omne oleum, ut rosatum &c. Item corticem mediam de ulmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, deinde puluerem rutæ superasperge. Item ad capillos & pilos ut nascãtur. pellem de capite uulpis calybitidis, id est tugurialis, excoriatam cõbure, & lacertæ uiridis corpus eiecto capite uno die aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cũ puluere, & unge ubi uoluerís. Ad idem ex cortice capparis incenso cum melle inũge. Similiter ex puluere ranarum, & muris fimi cum pice liquida, & ex cinere quercus nouellæ unge sæpius.

Ad auferendum pilos.

Ad pilos de facie uel alia parte corporis auferẽdos. Psilothri, calcis uiuæ lib. i. in uase fictili ad ignem, sine aqua per diem & noctem dimitte, in crastinum autem aquę quantum sufficit infunde, et diu agita, postea adde lepnias pulueris, id est auripigmenti ℥. ij. Quãdo uero probare uolueris an perfecte coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur coctum est, tunc in balneo antequam lauerís unge: post horam quando iam pili cadũt, de furfure absterge, & laua.

Vt pili ita ablati nunquã renascantur.

Cicutæ semen, uespertilionis sanguinem, uerbenæ succum commisce ut multum spissentur, unge prius ablatis pilis.

De hemicrania.

Siquis hanc passionem habuerit, & nullum cibum sumere quærit, & dormire nequiuerit, nauseare iterum non ualuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua non habuerit ut debet, sed hæsitauerit ut ictericus, ista signa mortem significant. Si uero nulla sint mortalia, dabis ei picram Gal. & sal catharticum. Vnguento thermãtico uel calido unge caput eius. Item succo foliorum hederę cũ oleo & aceto unge nares. & statim dolor sedatur. Pilulæ ad hemicraniã. ℞. mirobalanorũ citrinorum: kebulorũ indorũ ana ℥. s. croci orientalis, mastiches ana ℥. ij. & ℈. ij. scammonię ℥.

A i. s. Aloes hepatici quantum pensat totum, tempera cum succo fœniculi, & da eunti dormitum. Ad idem & ad quoslibet alios morbos. Baccarũ lauri cum folijs ℥. i. bryoniæ ℥. i. mastiches ℥. i. aloes ℥. ij. tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patiẽti post comestionem xi. uel xij. secundũ uirtutem eũti dormitũ. Ad idem. Herba quinquefolia in uino, aut in aceto trita perunge.

De scotomia.

Qui uillam iugiter circuit per gyrum, uel contra solem respicit, seu in puteum, seu in quemlibet locum manum mittit ut inde aliquid attingat, & statim cadit & spumat, mortale est. si autem nullum mortale sit signũ, abrotanum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hierã, &
B anacardinum theodoricon. Item ad capitis uertiginem. Balsamitã cum oleo tritam & expressam, cerebro & fronti tepidam ungendo appone.

Ad caput fractum.

Aranea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit & sanat.

De epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in unum, non tamen spumat, & postea libenter manet solus, & cũ nemine propria uoluntate loquit̃, signa mortalia sunt. Siquis lunaticus spumat, & oculos conuertit, & fremit, & mugit, & cadit, et membra contraxerit, et colorem similem croco habuerit, moriturus est: si autẽ hæc signa desunt, cum blanca, aut sancti Pauli an
C tidoto, aut esdrę cum scammonia ei subueniatur. Item epilepsia nascit̃ ex iij. humoribus, id est phlegmate, cholera ru. et melancholia. Siquis cadens fecerit spumam multam et albam, et stridet dentibus, erit de phlegmate: si uero quando ceciderit claudit oculos quasi dormiat, et non proijcit spumã, et cito resurgat, erit cholera. Si autem uultũ nigrũ habebit, et distorquebit os, et caput, et linguã, et manus strinxerit, et fecerit spumã paruã, et continebit se quasi ad mortẽ, de melancholia erit. Itẽ per urinam potest cognosci, ex quo horũ trium ęger patiat̃: quia si fuerit alba et crassa, erit de phlegmate: si citrina et parum nigredinis habuerit, de cholera rubra: si alba et nigra et crassa, erit de melancholia: hoc potest probari in sequenti nocte
D sui casus, uel præcedenti in urinis. Patientes autẽ melancholię causa uel phlegmatis, sic curari possunt: in primis talem diętam accipiant. xv. diebus uel xx. comedant carnem † ouillam nõ pinguem, *alias suillam*
coquinatam, et agnos paruos. De uolatilibus, comedant gallinas, gallos, anseres, anates, pullos columbarũ domesticos, phasianos. De oleribus, porros coctos cũ oleo, buglossum coquinatũ, pastinacas coquinatas, fœniculũ, asparagos, ius cicerum cum oleo: De fructibus uero nullũ, nec pisces, Bibant uinũ subtile cum aqua. Potio ad idẽ. ℞. pęoniæ grana, saluiã, absinthium, urticam, marubium secundũ ęstimationem in aqua frigida tẽperabis. Itẽ ad idẽ. Lasar, id est assę fœtidę, maluæ, betonicę, abrotõi, phu, cinnami, piperis albi, rhu põtici, euphorbij

euphorbij, ſalis, ficuum, opoponacis, ſaluię, origa-
ni, diagridij, ſcyllæ, caſiæ fiſtulæ, ammoniaci, ma-
ſtiches, hyoſcyami, coſti, rutæ, caſtorij añ. ℥. i. s. ſa-
gapeni, mãdragoræ, mercurialis, ſampſuci, thuris
añ. ℥. iiij. da ei cum aqua calida in modũ auellanæ.

Item puluis ad caducos, & qui ſpumant
& paralyticos.

℞. olibani, maſtiches, myrrhæ, ſanguinis draco-
nis, aſpalathi, antimonij æquali pondere, opopo-
nacis ℥. i. oliuæ ſmaragdinæ, bdelij uarij, petræ de
capite corui marini nigrę †unc. ij. cryſtalli, ſadib, *(al. drach. vij)*
id eſt folia nucellæ, naſcam, id eſt fungum querci-
num, carbones ſabuci, petræ ſancti ſepulchri, na-
ſcam uitis, †pannum blattæ byzantiæ, naſcã myr-
tinam, †crucem marinam, †herbam occaſionis,
cicerellum, furfura, matriſyluam, herbam hirci-
nam, betonicam, maiorem maluam, marcoram,
id eſt marubium, baccaram, †malum ſtyracis, un-
gulam urſinã, corium uituli marini, fel & ficatum
urſinum, fel & ficatum corui, fel & ficatum erina-
cei, cingulum de corio capreoli, os de corde cer-
ui, ſulphur, pallam maris, radicem de carduo al-
bo ana ʒ. ij. puluerem fac & da cum aqua frigida.

(aliàs carnem — aliàs cucurmã — aliàs canoſolã, id eſt polium — aliàs malũ terræ, id eſt cyclaminum)

Ad idem. Oua coruorum comeſta proſunt, ex-
pertum eſt. Qui perdit loquelam culpa epilepſię,
ſuccum rutæ agreſtis naribus inijciens hoc ſæpe
facto eam recuperabit. Vnguẽtum ad idem: Cen-
tumneruiam, uiolam, brancam urſinã, allium, far-
faram, apium riſus, batrachion, linguam caninã,
ſiſymbrium, fœniculum, libyſticum, aquilegiã æ-
qualiter, herbam fœtidam pluſquã de alijs: his o-
mnibus pinſitis cum axungia ſcrofæ recenti, et in
axungia ualde coctis, exprime fortiter per pannũ
in aqua frigida, & quod ſuper coagulauerit colli-
ge & repone, & utere. Infirmus autem ſecludatur
diebus xxx. prius tamen accepta potione quę o-
ptime purgat, capite raſo, et bene calefacto, ma-
ne totum caput hoc unguẽto, & totum collum in
circuitu unge. & ſero ſimiliter eunti dormitum, et
hoc xxx. diebus facto, ℞. caſtorium, & olibanũ,
& antimonium æquali pondere, & pulueriza, &
diſtempera cum fœniculi ſucco, & da bibendum
mane ieiuno, & ſero eunti dormitum, & hoc per
xxx. dies, & cuſtodi à cibis contrarijs.

Item probatum unguentum epilepſiæ.

℞. linguam caninã, brancã, lupinã, plantaginẽ
de aqua ſulphurea ſiſymbriũ, fœniculũ, lybiſticũ,
centrum galli, uiolam, ſaluiã. hæc omnia æquali
pondere cum recenti axungia ſcrofæ in aqua de-
coque, & cola fortiter, et quod ſupernatauerit in-
frigidatum collige. Et quãdo operari uolueris, ca-
thartico patientẽ purga prout res poſtulare uide-
tur: deinde abraſo capite abundanter inunge, ha-
bens idẽ ſupra caput, & circũ amplam teſtam cale-
factam, ut affatim calorem miniſtrare poſsit. hoc
per triduum, uel quãtum opus fuerit fac. Et aquã
aliquantulum mellitam & calidam bibat, antimo-
nium, caſtorium, olibanum, linguæ caninæ radi-
cẽ, fœniculi radicẽ æquali pondere, & pulueriza-
tis utatur in ſupradicta aqua, uel eius ſucco ex-
A preſſo. Itẽ ad idem. Fac bullire centũneruiam,
id eſt barbaram ſyluanam in ix. phialis uini, ut re-
deat ad tertiam: da phialam. i. per dies nouem.

De apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexia, & de multis rebus
deſiderat ſibi cibum afferri & potũ, & ſtatim quã-
do uidet hoc abominatur, ſiue maſculus fuerit, ſi-
ue fœmina, mortem ſibi imminere ſignificat. qui
autem non habuerit hęc ſigna, curari poterit cum
ſupradictis antidotis & unguentis.

De phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur, phlebo-
tometur de media uena frontis, quantum oui te-
ſta capere poteſt. Si perdiderit loquelam, ſternu-
tamento utatur, quod conficitur ex condiſi her-
B ba. Si autem præ nimia anguſtia dormire nequi-
uerit, crura & pedes lauentur ex decoctione uio-
larum, et roſarũ, & ſemine lactucæ, et myrtę, et ſic
colatis linteo, ungatur oleo uiolato, & ſi non alie-
natur, & deſiderat balneum, ſine aliquo timore
detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur
totum caput, & ex calido pulmone pecoris ob-
uoluatur totum caput, & maneat ibi per totã no-
ctem, & ſuper folijs cucurbitę, et totus ſtomachus
ſimiliter obuoluatur de folijs, & matutina hora
præ nimio fœtore auferantur. De cibis, utatur cu-
curbitis & portulacis conditis cum pauco oleo et
aceto, & comedat far, ptiſanam. de pomis autẽ,
mala granata, & mala ſyria, et pyra. Item ad phre-
nitin, Succus hederæ in naribus infuſus, & ruta
C miſta cum aceto, cerebroq; ſuperpoſita nimis ad-
iuuat. Item ad ſomnũ. Semen hyoſcyami fortiter
tere, & cũ lacte mulieris, & oleo uiolato, uel ro-
ſato tempera, & tempora & frontem inunge.

De melancholia.

Qui melãcholiam patitur, ſemper uomit, & fa-
ſtidiũ patitur, et nihil de cibo & potu accipere po-
teſt, tamen hoc tantillum quod ſumit nõ proficit
ei, & ſolis uel ignis ardorem nequit ſuſtinere, &
dormire non poteſt: tamen quando dormit ſupi-
nus iacet: et nunquã firmiter dormit, et poſt dor-
mitionem pigritia ei ſentitur, & ambo labia uiri-
dia ſunt, moriturus eſt. Item ſi multũ ſitit, & late-
ris patiatur dolorem ex utraq; parte, talis eſt ei cu-
ratio, calami, nardi, caſiæ fiſtulæ, euphorbij, coſti
D añ. ʒ. ij. eſulę. ʒ. iiij. hæc omnia in puluerẽ redige, &
cum uino bibat ieiunus ualde diluculo, & tũc ie-
iunet ad horam nonã. Item ad idem potio. Ireos
tunſum & cribratum miſſum in uino ieiunus bi-
bat mane. Aliud catharticum. Tartarum, & fari-
nam tritici mitte in uino in ſero, alia die fac inde
pilulas, & dabis ad manducandum ieiuno.

Item ad idem medicamentum purgatorium
melancholiæ, quod tunc humorem proprie
purgat & liberat corpus.

℞. aniſi ℥. i. petroſelini ℥. iiij. epithymi ʒ. ij. mel
quod ſufficit, dabis cum aqua, uel cum uino.

De lethargo.

Qui in lethargum ceciderit, & libenter eſt ſoli-
tarius, & multum comederit, et eo quod amplius

desiderauerit,& loquitur quod non decet,& iugiter saliuam suam foras mittit,moriturus est:maxime si sudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si uero talia signa defuerint,ita curabis. Ante diem tertiũ nihil est adhibendũ.Iacere debet in loco luminoso,frequẽter pulsando nomẽ eius uocetur: ꝙ si præualeat plurimũ ei somnus, ungenda sunt ex oleo dulci & calido eius pręcordia, et lana muda & calida fascianda. Cibo autẽ dato, fricentur illius manus & pedes. ꝙ si iterũ dormiuerit, mulsam accipiat,& clysteria iniĳciãtur, & caput pressius tundatur,ferulę incensæ fumus eius naribus apponendus est. Sicut etiã lucernæ extinctę odor olfaciẽdus est. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda est,sisymbrium in aceto tritum infundimus in capite,aut testudinis sanguinẽ in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare cõuenit, alĳ sanguisugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu ceruino et galbano fieri fumum eius naribus ualde approbamus.

Ad oculorũ uitia.

Super panem hordei calidum & per medium scissum puluerem carui asperges, & ante oculos patientis tenebis.

Ad sanguinem & uulnus oculorum.

Primum tere pinguedinem, et postea adde farinam milĳ,& distempera cum uino in modum unguenti,& linteolo superposito cui opus fuerit impone. Item tolle crocum orientalem,et lycium,& succum ocimi,& lac fœminæ marẽ nutrientis,et dactylorũ carnes,omnia tere fortiter, & cũ aqua rosata uel cum succo ipso & lacte distempera in modum unguenti,& super oculos pone.

Item ad oculos sanguinolentos.

Tolle pullũ columbinũ,et sub ala incide, et sanguinẽ qui inde exierit in oculos infunde,probatũ est.

Ad lachrymas oculorum.

Tolle rapas syluestres,& tere fortiter, & cum aqua rosacea distempera, & super oculos pone, probatum est.

Ad lippitudinẽ oculorum.

Atramentũ,mel,albumẽ oui ęqualiter teres,& oculis suppone,& mane et sero lacte mulieris inunges.

Item ad lachrymas oculorum.

Rutę succũ,et mel cõmisce,et oculos unge, certum est.

Item ad sanguinẽ & dolorẽ oculorũ.

Aloe & opiũ tempera cum lacte mulieris quæ nutrit masculum.

Item ad tumorẽ,et caliginem,& sanguinem.

Verbenam cum oui albumine tere, et tritam impone,optimum est. Item cynoglossi succus in oculis immissus,et herba trita & superposita oculis,mire prodest.

Item ad caliginem oculorum.

Rorem qui cadit in matutino,& succum rutæ collige,et in oculis mitte.

Ad panum oculorum.

Puluis olibani cũ melle,et aceto,ac stercore maiorũ muriũ mistus,atq; inunctus,caput denudatũ capillis uestit,& panũ oculorũ diluit. dysenteriæ obsistit cũ aqua sumptus occasione frigoris,lumẽ amissum pulueriz atus & iniectus restaurat.

A Item ad panum & sanguinem oculorum.

Membranum oliuæ fortiter tere, et misce cum albumine oui,et pone super oculos,multũ ualet.

Ad ungulam oculorum.

Tolle anguillam uiuã,& extrahe inde sanguinem,et mitte in oculum,multum ualet.

Item ad idem.

℞.nitrũ,& mitte ꝑ ix.dies in ignẽ,et postea fac tenuissimũ puluerẽ,et mitte in oculum, expertũ.

Item ad sanguinem oculorum.

℞.Succũ apĳ,et albumẽ oui,misce insimul, & mitte in oculum sero eunti dormitum.probatum est. Ad idem. ℞.salicem siccum, combure fortiter in ignẽ,postea fac tenuissimũ puluerem,mitte in oculum eunti dormitum,probatum est.

B Aliud ad pruritum,& pinguem pituitam.

Succũ uel folia apĳ misce cũ bono uino,et dimitte per unũ diẽ,postea unge oculos,uel laua, mire prodest.

Ad albuginem oculorum.

Succus agiolę,fœniculi,instillatus eunti dormitum,multũ ualet: stercus albũ tantũ lacertę cũ uino tẽperatũ idem facit. Itẽ succus ederæ terraneæ in nare eiusdẽ partis oculi in quo fuerit albugo immissus, capite uehemẽter reflexo manẽte, albuginem eĳcit.

Item ad clarificandum uisum.

Fel uulturis cũ stercore humano mistum, & uino bene colatum, & oculis immissum mire facit. Fel arietinũ immissum hoc idẽ facit. Pillulę ad uisum expertę. ℞. squinãti,spicę,xylocasię,xylobalsami,carpobalsami,agarici,asari,rosæ,uiolę,epithymi,absinthĳ,colocynthidis,terebinthinæ,cinnamomi,croci orientalis, stœchados, mastiches ana ʒ.i.diagridĳ.ʒ.iiĳ.aloes hepatici.℥.v. tempera cum succo absinthĳ, & fac pilulas.

C Ad aurium uitia.

Ad aurem percussam,uel uulneratã, calidi panis interiora cum melle tere: et frequenter pone.

Item ad aurium dolorem.

Tolle cepas, & tere fortiter, & adde cyminũ, & mitte in frixorio,& fac in modum cataplasmatis,& tepidum pone super aurem.

Item ad auditum.

Micam panis hordeacei impone calidam.

Ad aurium dolorem.

Succum mentæ tepidum infunde.

D Item ad aurium dolorem.

Rutæ cymam & cyminum tempera cum lacte mulieris, misce & cola. & succus inde extractus tepidus auribus instillatus ualet.

Item ad aurium dolorem,uentositatem, & surditatem.

Cepulam albam,& allium simul tere, et exprime inde succum,& auribus instilla. Item tolle malum terraneum, & caua, et immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat.

Item ad diuturnos sonitus.

Euphorbium cum oleo cyprino tritũ & calefactum in aure missum,singulare præsidium est.

Item ad dolorem calidum & tumorem.

Succus cucurbitæ cũ oleo rosaceo calefactus et immissus

immissus sanat. Item lycium, & opium lacte mulieris admistum, & auribus immissum, nimios dolores mitigat: si tamen opium uetus fuerit. Item oua formicarum tere, & per linteum cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde, uetustissimum emendat surdum. Si uulnus in auribus fuerit, aut auditus grauetur, urinam puerilem tepefactam infunde: humorē desiccat, & celeriter sanat. Item hederæ succū cum uino mistum infunde.

De fluxu sanguinis narium.

Ad nariū sanguinis fluxum, testas ouorum, & maxillas cancri, & sanguinē draconis, et stercus bouinum siccum, & parum de psilotro unguento sicco, quod remanet in uase in quo cōficitur. hæc omnia tere, & in puluerem redige, & quantū tres digiti leuare possunt, uel quantumcunque potest cum nare unde sanguis fluit leuare attrahat, & liberabitur. hic puluis cum aqua frigida temperatus, in mane & sero potatus cum prædicta mensura scilicet trium digitorum curat fluxus mulierum, dysentericos, & hæmoptoicos. Item ad idē. Gypsum cum aceto forti, aut argillam fronti, uel temporibus illine, & testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lumbricos terrestres cum thure & tenui albumine oui cōtere, et fronti & naribus impone. Item bambacem aliquātulum ustum, & uino & oleo infusum in nare de qua sanguis exit mitte: eamq; exinde oppila. Item herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit: puluis urticę combustæ naribus insufflatus idem facit. Item uitellum oui assatum & durum naribus immissum sanguinem stringit.

De fœtore narium.

Ad nares male olētes, rutę semē, absinthij semē, uel pyrethri accipe: fac puluerē, et in narib. pone.

Ad polypos naris.

℞. aluminis scissi, myrrhę, sandaracæ an. ʒ. iiij. æris usti, gallæ an. ʒ. i. diligēter tere: & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono uino, & bene ualebit. Emplastrū leneadi diapepereon, solu cum cum succo mali granati acidi idem pręstat.

Ad uitia oris.

Si quis ulceratione oris patitur intrinsecā, tolle oculum lucidum, id est lycium, & cum aqua rosea distempera, & in ore tenere facias, & sanabitur. Si ex rheumate tamen fuerit, abrotanum tritum, & cum melle mistum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxiliū hoc est, & ad dolorem dentium ualet.

Ad fœtorem oris.

Folia †fragi māduca pulegiū & serpyllū simul, & quando perrexeris dormitū, aceto bono laua. *aliàs fagi*

Si anhelitus olet quādo perrexeris dormitū.

Aceti boni cyathum, id est per partes bibe.

Vnguentum ad uitium oris, uel uulnus.

Ius de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo, piperis grana. 51. coque ad medietatem, & utaris.

Ad linguæ uulnus.

Arundinem in melle missam & coctam pone: mirifice sanat.

De dentium uitijs.

A Nasturtij succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira & acharistum potata dolorem dentium sedant & placant. Item tithymalli radicem coque in uino ad medietatem, & bis per mensem os lauetur, & dentes nunquam dolebūt. Item ad idem. ℞. radicem urticarum, & coque in aceto, acetum tene in ore, de radicibus uero emplastrum facias super maxillas dolentes. Ad idem. Tolle membranum, radicem tapsiæ, & coque in aceto, & ablue dentes, prius tamen scarificatos, ut sanguis inde exeat, hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasuram corticū † oui tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene. Ad idem. Chamædryos cum *aliàs orni*
B aceto forti tene, & longe in ore tene, statim dolor deficiet. Item hederæ radicem in uino coque, & in ore tene radicem & uinū, multum prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto aut uino coctum ieiunus in ore tene. Item uinū cum pipere miscebis, & parum bullies ad focum, & tepidum in ore tenebis. Item succus alij cum pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentē positū perfecte idē operatur. Item puluis olibani cum staphisagria tritus prodest dentibus, & linguā expeditā reddit. Item ℞. zz. grana piperis, & tere fortiter, cum forti uino bullias, et teneas in ore, & reijcias, & iterū bis uel ter aut amplius sumas, donec dolor cesset. cortex pyrethri bene tritus, & sup dētes positus pro-
C dest. puluis eius idem operatur: hoc idem facit uena incisa quæ retro est in media aure, uel alia ligata inter pollicem & indicem contrariæ partis.

Ad maxillas tumidas, & ad dolorem dentium.

Bulli tithymallum in aqua & cola, herbam fascia leuando, & ponendo in gingiua.

Ad dentes continendos.

Corticem † pyrethri incende, & bolum armenicū, & mastichen, misce, & facto puluere ungē gingiuas. Item piper. zz. calx cum melle prius mista, et postea assata, & galla, et mastiche, & balaustia, omnia ęqualiter pulueriza, & unge gingiuas. *aliàs piri*

Ad uuulam destillantem, & fauces tumētes.

Succo absinthij sufficienti laua. Item sinapis in
D aceto gargarizatus cum melle multum iuuat.

Contra uitia faciei.

Ad impetiginosam faciē & rubram ℞. succum carduncelli albi, & morgellinæ, tantundem de olibano, & melle, & absinthio, & cerusa, et his commistis unge: & laua faciē cum mica panis in aqua infusa, deinde teneras cymas rubi cum melle luna decrescēte confice: postea inunge cerusam nouies ablutam, deinde commisce oleum, & psimythium, id est cerusam & olibanum.

Ad lentigines.

℞. ouum, & pone in aceto, donec testa maceretur: & accipe sinapi & pulueriza, & cum ouo confice, & unge faciem eunti dormitum: postea laua cum farina hordei. Ad idem. Succus bryonię & cucumeris

A & cucumeris agrestis ana ℥.i.gummi hederę ℥.s. accipe, & faciem laua superiori modo, & si intumuerit facies, cum succo strychni, id est solani & albumine oui laua.

Item ad impetiginem.

℞. radicem plantaginis, sal & acetum fortissimum, tere fortiter, & de illo aceto distempera, & laua. Item radix minoris lapathij in aceto cocta, & super impetiginem fricata liberat. Item hiera logodion, & hiera Rufi, facit in initio impetiginem habentibus, & uarijs alphis.

Vnguentum ad impetiginem.

Lacertam uiuam, & uitem albam pone in oleo: & coque ad tertiam, & colato oleo, adhibeatur cera purissima. probatũ est. Ad idem. ℞. olei libram unã, olibani, cozumbri, pegulæ, sulphuris, B saponis, licij, auripigmenti, cerę añ. librã mediã.

De morpheæ curatione.

Trochisci ad morpheam albã uel nigrã. ℞. ellebori albi, piperis longi, careos, id est carui, halcyonij, id est spumæ maris, sulphuris uiui: calami aromatici, andrachnes, id est portulacę, sãdaracę: omnia æquali pondere, tere, & fac trochiscos cũ aceto, & utere. Ad maculas albas uel nigras.

Oua trita, et cretam, lithargyrum, & cerusam, ex æquo cum aceto & oleo rosato confice, et loca prius cũ linteo perfricata usq; ad ruborem perunge, probatum est.

Ad maculas rubras.

Cum melle & absinthio inunge faciem. Item aloe trita cum melle inuncta faciem iuuat. C

Ad rugas de facie tollendas, & omnem ægritudinem depellendam.

Cucumeris agrestis radices siccas tere, et secerne, & misce cum aqua, & faciem laua: hinc alia aqua frigida laua faciem. quod si per triduum feceris, mirum effectum uidebis.

Vnguentum ad morpheam.

℞, staphisagriæ, sulphuris, lithargyri, fac puluerem, et uade ad balneũ & laua te: & postquam lotus fueris, laua te cum aceto, et unge supradicto unguento, & post triduum iterum laua te.

Aliud ad morpheam albam & nigram, & serpiginem.

℞. succi mali terranei, id est cyclamini uel panis porcini, succi hyari, succi dracõteæ, uiticellę succi, saponis, sanguinis drac. et aliquantulum capitelli: frica fortiter sicut unguẽto, et unge ubi opus fuerit. D Ad scrophulas.

℞. radicis raphani agrestis rotulas. ix. et tantũ de eadẽ radice, ut tantũ succi posit exprimi quod sit ad mensurã trium digitorũ, in ampulla uitrea, & da ut bibat in die Martis luna crescente: & in die Iouis luna deficiẽte, et scrophas super scrophulas pone. Vt tota facies sit candida.

De sanguine tauri faciem linias, maculas de facie tollit, & limpidam reddit. Item ad idem. Aphronitrum, lithargyrum, picem rufam, olibanum, cimoliam, raphanum cum aqua pluuiali confice, & faciem linias.

Vt totum corpus hilaris fiat coloris.

Vini ueteris fæcem cum oleo tere, & totum corpus perunge.

Ad faciem clarificandam.

℞. crystalli, amenti dulcis & salsi, dentalis & antalis, coralli albi, et rubri, umbilici marini, nitri, salis gemmæ, sarcocollæ ana ℥. i. cerusam circa omnia supradicta contere: ubi ergo cutem laueris, distempera paululum de prædicto puluere in manu tua, & inde tange cutem. Item ad idem. †Olibani, ceræ uirginis, cornu ceruini, lithargyri *alias olei* cerusæ ana ʒ. iij. terebynthinæ ℈. iij. cõfice & utere. Vt facies albescat & mollescat.

Cerusam, & ceram albam teras ualde cum roseo, & unge. Theodoricon emperiston male coloratis, Anacardinum pallidis ualde facit.

De passionibus gulæ.

Lotio ad scrophulas. ℞. ellebori nigri, mali terranei, herbæ mauræ, id est trifolij, matrisyluæ, caudæ lupinę: has bene ablutas fortiter pinsito, et ad tertiam decoque, & patienti de tertio in tertium diem dabis. Item ad idem. ℞. radicem spatulæ, & radicem herbæ mauræ, & testiculos agni, & nouies ablue et tere: et in uase pleno aquę ad cœlum liberum suspende nocte una: et singulis diebus bibe, & frondes tritas herbæ maurę in patientibus locis fascia: & dimittatur tota nocte. Item ad idem. ℞. stercus porcinum, & fac puluerem ex eo, et laua prius ulcus de fortissimo aceto uel uino: & postea imple de puluere illo, donec sanetur, expertum est. Ad idem. Fabæ lupinæ radices uino nouies lauentur, & aqua in diuersa projciatur loca: quarum radicum una pars teratur mediocriter: alia pars dimittatur integra: & ix. grana piperis integra, et cinnamomi integri ℈. ij. & mellis ℥. ij. imponãtur in olla cum uini cyathis. ix. quę omnia bulliant ad tertiam: et sic tribus diebus detur infirmo bibendum luna deficiente. Ad idem. ℞. Brusci radices: asparagi radices, radices fœniculi, radices uiolę, cymę oliuę, cortices fagi, paululum radicũ acori, cortices ulmi, flores stœchados, rosę agrię, id est agrestis, uel rosæ caninę, quæ omnia lauentur nouies in aqua: & concoquantur in uino usque ad tertiam: et postea misceatur paululum mellis, & piperis, & ita bibat. Item uitis albę radicem tritam cum axungia superpone frequenter. Ad idem. Succus capparis, & succus fumiterræ misti & bibiti ualde prosunt. Ad glandulas.

Obuli cataplasma impone, et glandulas deficere certum est. Item folia persici cum sale tere, & superpone, mirifice prosunt. Sed si fuerint duræ ipsæ glandulæ, fimum caprinum tere cum aceto, & in panno inuolue, et superpone.

Item ad scrophulas.

Tolle lacertam uiuã, et mitte in olla rudi, olei libram unam, & ibi se decoquant. penitus aquam non tangat: postea unge mane et sero, uel decies in die. Item potio ad idem.

Enulæ radices, gladioli, asphodeli, folia lauri: omnia

omnia coque in uini fortis phialis nouem quousque ad tertiam redeat. dabis luna deficiente.

Contra uitia palati & gutturis.

Diamoron de rubis, quod facit ad omnes causas palati & gutturis: uuulam subleuat cadentē, & humorosam desiccat. ℞.succi mororum rubri libras duas, mellis libram unam, sapæ libram unam: quod conficitur sic, Succum cum melle & sapa in uase æneo stagnato ad leues prunas decoque, & ad perfectam decoctionē feruefacere desine. Quando uero coctum fuerit scies, quia posita de eo gutta sup marmore, si se retinuerit ut mel, bene coctum est. tūc in uase stagnato reconde, & usui reserua, quando opus fuerit, ex eo palatum et uuulam unge, aut ad gargarizandum dabis.

Aliud ad idem, & ad uulnera faucium, alba uel nigra.

℞. balaustij, succi corticis granati sicci, amborum ana ℥.iiij. aluminis scissi, mastiches añ.℥.i. tere, & in puluerem redige, & cum decoctione croci collige: & quādo opus fuerit, locis dolentibus unge. Ad uocem clarificandā electuarium.

Recipe cymini assi unc. ij. seminis sinapis, piperis ana ℥.xv. calaminthes, pyrethri, cinnamomi ana ℈. i. mellis quod sufficit.

Ad tussim ueterem & nouam.

Sotira magna cum uino detur eunti dormitū. Simili modo acharistum datur cū sotira mistum tussientibus. Vtile etiam est diabutyru pectori & tussientibus. Idem facit diacalaminthes.

Item ad raucedinem.

Apij semen, cymini syriaci, seminis fœniculi, seminis anethi, seminis pulegij ana cochleare unum in puluerem redige: & cum fœnigræci succo da bibendum per triduum, res est nimis salubris.

Pillulæ ad tussim probatæ.

Recipe styracis ℥. i. opij, galbani, sulphuris uiui, terebynthinæ ana ℥.ij. piperis nigri ℥.xv. tempera cum succo apij, & da eunti dormitum, aut tres aut quinque.

De præcordiorum passionibus.

Quibus color rubens apparet in facie, aliquando post hoc in pallorem conuertitur: & tunc uadit dolor inter scapulas, uel tibias: & tussit: & quod proijcit ab ore, saporem salis habet, & memoriam non habet, & uidentur esse aspera quæ uidet, hunc deuita quia moriturus est: sin minus, ita curabis: diaprasu utile est, diaireos, uitijs pectoris, sic diacalaminthes, aut climax, id est aristo. uel uitis alba, & diaolibanu catarrho, & tussi.

Electuarium expertum ad uitium pulmonis, & ad omne rheuma descendens à capite ad thoracem, et qui sanguinem expuunt, & ad raucedinem uocis, & qui male ructant ab ardore stomachi, & synanchen quæ in faucem rumpit. & stranguriā quæ ex phlegmate fit curat.

Recipe spicæ nardi, anisi, cinnamomi, dragaganti, confitę, id est styracis, hyssopi, petroselini, piperis albi, gariof. seminis fœni. dactyli, carui, A rhu pontici ana ℈. i. mellis quod sufficit, da mane & sero.

Item aliud probatum ad uitium pulmonis, & omnem tussim.

Recipe rapa, pyrethri, enulæ, elenij, iridis illyricæ, piperis ana ℈.i. dabis mane & sero.

Electuarium dianthu quod optime facit contra cardiacos, phthisicos, hepaticos, cōfortat illos qui sunt debiles natura, & ex longa infirmitate curat.

Absinthij florum libras duas, & frondis eius libram unam, sandali rubri & albi ana libram unam, gariof. spicæ, galangæ ana unc. s. piperis longi, zz. mastiches ana ℥.ij. liquiritiæ libram unam, succi eius unc. i. sacchari libram unam, rosę B ℈. iiij. mel quod sufficit.

Diapenidion magnum, quod facit asthmaticis, arthriticis, sicce tussientibus, uocē perditā ex calore perfecte reparat phthisicis, peripleumonicis & pleuriticis subuenit.

Recipe penidiarum ℥.c. pinearum, amygdalarum purgatarum, seminis papaueris albi, omniū trium ℥.xxx. cinnamomi, gariofili, zz. succi liquiritiæ, dragaganti. gummi arab. amyli, seminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitarum purgatarum añ.℈.xi. camphoræ ℈.iiij. syrupi uiolati quod sufficit. Cōficitur sic, penidię cū syrupo, lēto igne aliquantulum bulliāt, & inde puluis terendorum temperetur. detur mane & sero cum tepida.

Diapenidion minus, faciens ad uulnera quæ C intrinsecus sunt maturanda, omnes putredines expurgat, & cōstipata pectora mollit.

℞. zz. dragaganti, pinearū purgatarū, amygdalarū, anisi, seminis citruli, melonis, cucurbitæ, papaueris, omniū nouē añ.℥.xij. spicę, croci añ.℥.vi. mellis ros. q̄d sufficit. det mane et sero cū tepida.

Epithema ad tumorem uel dolorem, uel inflammationem hepatis.

Recipe rosarum, trium sandalorū, farinæ hordei æquale pondus, tempera cum succo solani & cum aqua frigida.

Trifera magna, quæ facit ad dolorem stomachi ex frigiditate, sic ut quando accepta fuerit statim patientē ad sudorē prouocet, phreniticis, & mulieribus quæ ex melancholia de D matrice insomniam patiuntur, suauiter somnum præstat, rheumaticis, & qui faciunt uentrem cum sanguine utilissima est. ascarides et lumbricos educit, & menstrua prouocat cum mulsa data.

℞. opij. ℈.ij. cinnamomi, gariofilorū, galangæ, spicæ, zedoarię, zinziberis, costi, styracis, calami aroma. cyperi, iridis, peucedani, acori, mādragoræ, celticæ, rosæ, piperis, anisi, apij, petroselini, fœniculi, macedonici, dauci, hyoscyami, ocymi seminis. omniū xxv. añ. unc. i. mellis quod sufficit.

Ad infusionem.

Recipe squamam ferri, & tere, & misce cum melle, & cum succo mentæ, sanicenę, id est herbę sanctæ mariæ, & succo abrotani, & pastillato, mitte

mitte in testa posita super caueam terræ,& sic coque,donec siccetur multũ,& reserua:quãdo opus est accipe cochlearium unum puluerizatum usq; ad dies nouem,& bibe post acceptionem, uel misce in uase uini puluerem, & quassatum bibat. similiter probatum est.

alias capitis Triasandali expertum ad dolorẽ †hepatis ex calore,ictericorum colorem emendat potenter,& omnem calorem intraneorũ usitatum extirpat,& sitim intolerabilem temperat.

Recipe diagridij in citonijs cocti.ʒ.xxvij.zacaræ,spodij,rosarũ babylonicarum añ.ʒ.ix.sandali albi,rubri,& citrini,succi liquiritiæ, seminũ portulacæ omnium añ.ʒ.iiij.rhu barbari,croci orientalis,amborum añ.ʒ.iij.camphuræ ʒ.i. & ℈.i.Sirupi Galeni quod sufficit,dosis eius. ʒ.iij.cũ tepida.

Ad ictericos.

Accipe uirgã quæ sit de ære,& intinctam in forti aceto pone in oculis.Itidem facies de succo pomorũ granatorũ amarorum. Ad idem. Rosmarinus coquatur in uino optimo,& decoctiõe eius infrigidata,nocte & die utatur.

Electuariũ diaprasiu,siue sancti Petri, quod ualet ad causas pectoris,& ad febres ex his natas,& ad tussim maxime prodest.

Recipe hyssopi,serpylli,fœnigræci,anisi.ana ʒ.ij. iridis illyricæ. ʒ.iiij. origani, pulegij, calaminthes,scyllæ,prasii syluestris,& domestici añ.ʒ.iij. herbæ uirides cõcoquantᷓ in quindecim sextarijs aquæ ut ad tertiam redeant, pinsantur, & exprimantur fortiter. Ius aquæ decoctionis misceatur cum melle.℥.v.lente super carbones buliant, donec aqua cõsumatur: deinde mitte pinearum,dactylorum,caricarum pinguium mundatarum & pinsitarum ana ℥.iij.draganti: postremo his optime expressis, addantur pulueris liquiritiæ. ℥.iij.gallæ muscatæ. ℥.i.gariofilorum,galangæ,zedoariæ,spicæ, cinnamomi, rhu pontici ana ʒ.iij. confice,& usui reserua.Sotira asthmaticis auxiliatur. theodoricon anacardinũ,ictericis medetur. hiera fortissima idem facit.

Pillulæ probatæ ad tussim.

℞. myrrhæ,croci,castorij,styracis,galbani,piperis,opij añ.℥.i.olei laurini ℥.xv.costi,casiæfistulæ ana ℥.s. Aliæ ad idẽ. ℞.myrrhę,castorij,galbani,dragagãti,opij,styracis ana ℥.s.croci.℈.iij.

Ad uocem meliorandam.

Accipe lardũ recentem de porco multũ crasso, cũ aqua tepida,depilato & tantundẽ enulæ: facq; in olla bullire per totum diem,& carne cõsumpta fac iterum bene excoqui ius eius, quo excocto utatur quilibet sicut uoluerit.probatum est.

Antidotum ad splenem.

Recipe costi, spicę celticæ, pulegij, rhu pontici, aristolochię longæ,casiæfistulę, squinãti ana ʒ.iij.dabis ʒ.ij.Item accipe uerbenam,& chelidonium,fac tortellos,& comede.

Item ad splenem res probata.

Cortices fraxini excoque in uino,& bibat quotidie donec sanetur. Si uis probare, da porcello

A per triduũ ut bibat, & in quarto occide ipsum, & non inuenies splenem. Item radix ebuli cum syluestri rapa decocta & superposita splenis duriciẽ ualde remollit. Item ad idem. Tamarisci in uino decocti, & quadraginta diebus continuis bibendo eius decoctum, mirifice prodest. scypho etiam de eo facto,si cum eo assidue potetur, splenis duritia dissoluitur. Item potio esdræ cum diagridio mirifice prodest. Item acetum scylliticum splenem cito extenuat:conficitur autem sic. Scyllam sume, & eius durissima & tenerrima remoue,& medium per aliquot dies dimitte ut consenescat,& postea libram unam & ℥.sex sume,& in aceti lib.xij.pone ad solem per uiginti dies: quibus expletis per sacculum diu exfrica,& proiecta

B scylla in uase uitreo conde & utere.facit etiam hydropicis & †stomachicis. *al. asthmaticis*

Contra uitia stomachi.

Ad stomachi dolorẽ & rugitũ,siler,& cyminũ coque in uino falerno:& pone sup̃ stomachum.

Item ad uentositatem & dolorem non solum stomachi: sed etiam uentris & ilium ex frigiditate nata:expertum est.

Accipe baccarũ lauri partes duas, & tantundẽ rutæ,& cymini partem unam, & his tritis cõmisceãtur:& mistis apponatur de melle quantũ sufficit,& ponatur in frixorio super ignem,donec fiat calidum satis,& dolenti loco superponatur.

Diatrionpepereon stomachis cibos nõ digerentibus,& postremo ad omnem imbecillitatem stomachi ualet. Idem facit diapepereon.

Ad idem zz.conditum,quod: ℞.radices erin-

C gij bene mundatas & purgatas atq; lauatas libras quinque, deinde immutata aqua bene coquãtur. Postea de aqua colando siccentur: sic puluerem illius libræ uni zz.in aqua rosata per noctem uel amplius mollificati cũ melle sufficienti bene despumato commisceas: ita tamen quòd radices ipsæ in prædicto melle prius bene bulliant: & tunc demum omnibus bene iunctis aliquantulum uel usque ad mellis spissitudinẽ coque: & sic repone.

Item ad idem, cõfectio marmoridarũ,id est penidiarum habentium duritiem marmoris.

Recipe sachari libras duas, solue cum frigida: quibus commisce pulueris cinnami zz.añ ʒ.iiij. gariofilorum,galangæ,spicæ ana ʒ.ij.pone super ignem, & tandiu coqui dimitte semper agitan-

D do,usque dum aqua consumpta fuerit: sed spatula nunquam recedat: deinde tres guttas olei super mundum marmor mitte, quod sit in modum tabellæ, & incide,& utere. Sed si uis laxatiuum facere,mitte ibi ℥.ij.diagridij.

Ad uomitum superius & inferius.

Recipe tapsiæ lib.s.cataputiæ lib.s. agarici ℥.iij.atriplicis,rapæ radicis ana ℥.ij.croci iij.mellis quod sufficit. Aliud. Recipe tapsiæ ℥.ix.cinnamomi ℥.ij.s.mellis quod sufficit.

Vomitus suauissimus,& sine angustia purgans choleram ustam.

Recipe tapsiæ libram mediã, castaneolæ,condisi

disi, cinnami crassi, lacteridarum mundatarum, crocí ortulani ana ℥.iij.mel quod sufficit:dabis in modum nucis cum calida.

Alius uomitus.

Recipe tapsiæ libras duas, croci libram unam, condisi ℥. iij. cinnami ℥. iij. mel quod sufficit: datur ut supra.

Vomitus sine periculo.

Recipe succi ciclamini, attriplicis seminis, spermatis genestellæ ana ℥. iij. cinnami unc. s. mel quod sufficit.

Item alius qui sic fit.

Recipe mellis cyathum unum, aquæ cyathos duos, aceti cyathos tres, coque ad medietatem, deinde raphanum ibi intingas, & manduca: & bibe de ipso oxymelite.

Ad uomitum.

Mitte in uase fictili librã unã aceti, & tantundẽ aquę, et tãdiu bulliat donec aqua consumatur.

Ad uomitum, & dolorem, & concussionem stomachi cum uentris dolore.

Recipe sumac, mastiches, carpobalsami ana ʒ. ij. seminis bauciæ, carui, cardamomi ana ʒ. ij. spicæ †ʒ.i.trita in uino mitte cum ʒ.s.de croco: post addes corticum citri uiridis, aut mentæ unciam unam, & succum mentæ, & succum turionis uitis, confice, durat per annum. *aliàs drach. ij*

Ad uomitum stringendum.

Nympheam bibe cum uino distemperatam per tres dies. Ad idem. Nepitam coquas in lacte caprino, prodest si bibas per triduum. Item tolle olibanum, & succum mentæ & parum aceti, & simul cõfice: & facto emplastro pone in furcula gulæ & super stomachum.

Ad uomitum nimium, & uentris solutionem.

Recipe cyminum, & fac bullire in aceto, & da patienti bibendum & manducandum.

Electuarium ad uomitum prouocandum.

℞. ellebori albi lib. s. tritum sicca, cribella, fac tegulam calidam, & desuper pone puluerẽ modica hora: deinde mitte tres phialas mellis despumati in olla, et ipse puluis insimul bulliat in ipso melle, & repone: quandoq; opus fuerit, da cochleare unum, & facit uehemẽter uomere sine angustia.

Ad uenam ruptam interius restringendam.

Bibat parũ nasturtij seminis, aut adrianũ balsamatũ cum mulsa calida, aut athanasiam cũ succo plãtaginis, aut triferã magnã cum mulsa, quæ etiã uomitũ, & dysenteriã cum calida mire curat. Similiter oleum musellinũ uomitum stringit, et angustiam tollit. Ad idem. Boli armeni partem unam, gummi saracenici partem alteram, & draganti tertiam. hæc omnia temperabis cum uino ueteri, fac pilulas, & exinde dabis.iij. Ad idẽ. Lac caprinum coque simul cum draganto: & utere uno die in modum †lactis. *aliàs electuarij*

De stringendo sanguine.

Ad stringendum omnem sanguinẽ folia enulæ tere & impone. hoc etiã cum sale & urtica imposita fistulam stringit. Aliud. Corticẽ medium caprifici rasum impone. probatũ est. Item cepam finde, & impone. satis probatum est.

Ad hæmoptoicos.

Sanguinem draconis, aloem, symphytũ, alumen ex æquo trita, dabis cum aqua frigida. uel cum succo arnoglossi.

Electuarium ad stomachum, quod asthmaticis peculiariter prodest.

℞. galangæ, gariofilorũ. piperis, zz. costi aã. ʒ. ij. spicę, mastiches aã. ʒ. iiij. xylobalsami ʒ. iiij. cõstæ, myrrhæ ana ʒ. s. cinnamomi ℥. i. liquiritię. ℥. ij. rosæ, unc. ij. s. croci unc. ij. s. mellis quod sufficit.

Item ad eos qui sanguinem fundunt ex ruptura uenæ.

℞. symphytũ, & bolum aã. ʒ. ij. fac puluerem, et bibe cum aqua pluuiali per triduum in mane.

De singultu.

Ad singultum tollendũ. Mitte manus & pedes in aqua calida: & postea apprehende spongiã, & intinge in aceto, & superpone stomacho. Item tere rutam uiridem, & cyminũ in oleo frigido, & in stomacho fascia. Item aquã pluuialẽ, & zinziber bibant, & cyminũ manducent. Item in aqua calida sedeant: & aquã decoctionis zz. & galangę bibant. Ad idem. Sotira cum mulsa bibita mirifice prodest. Item accipe castorium, & tere, & fac puluerem: & da patienti comedendum.

Oleum ad debilitatem stomachi, & uentositatem, facit etiam debilitati hepatis.

℞. olei rosati ℥. i. mastiches ℥. iij. uel ℥. i. ceræ albæ. ℥. ij. hoc in æstate fiat. Si autem fuerit hyems: adde laurini ℥. ij. costi ʒ. i. hæc omnia concoquantur lento igne in testa: & bene liquefacto tepide totus stomachus unguatur, & tegatur stuppa.

De signis hepaticorum, & spleniticorum, uitæ & mortis.

Qui tussit nimium, & in latere dextro nequiuerit quiescere, & quod proijcit ex ore dulce est: hoc accidit ex iecore, & si nullam memoriam habet, & frequenter nares eius sanguinẽtur, & pes eius dexter tumuerit, & nihil sumere desiderauerit præter aquam, post uesperam & circa uesperam pigritiam uel lassitudinem passus fuerit, qui ista signa habuerit, morietur. quicunq; uero apostema patitur, & ista signa non habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apij: quod ita conficitur. succum apij cyathos duos coque in similitudinem mellis, tunc cum pauco uino, & butyro, et terebynthina ana ℥. i. pyrethri. ℥. s. commisce, & lento igne decoque: & da mane & sero in modum auellanæ. Super latus autem illud pone emplastrum oxyra croceum: & da sibi hieram Gal. & picram eiusdem, herbam artemisiam tritam cum uino, & cum ferro candente calefactam quotidie bibat, & sanabitur: sed & alia superius experimẽta & potiones scriptas, si hæc non plene profuerint, ut cures dabis.

De splenitica passione.

Qui in illa iugiter die noctuq; tristis apparet, & dolorem in sinistro latere patitur semper, & in

eodem loco ubi dolet tumescit, & pedes & tibiæ A eius tumescunt, & dormire nequit, & nihil delectat edere, et urina sua croco similis fit, & fastidiũ habet, moriturus est. si autem hęc signa nõ habuerit, suprascriptis medicinis curetur.

Ad splenem probatum.

℞. splenẽ erinacei terreni recentem uel siccum, tere, cũ uino albo infirmo acum in manu sinistra tenenti in die Iouis luna deficiente dato.

De passionibus uentris.

Qui in illa die multum nauseat, & si quid manducat aut bibit illi non proficit, & pedes eius sem per calorem generant, & dolorem patitur, sicut de passione †nescia ista signa mortalia sunt. Sin minus, ita curetur, a charistum ei dabis. *alias uesicæ*

Item cataplasma tale fac.

Incende fustem caprifici, & fac cinerẽ, & tempera cum pice liquida, & pone calidum ubi dolor sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

Medicinæ ad laxandum.

Pilulæ ad laxandum multum. ℞. aloes, scammoniæ, cocci cnidij, lactericum æquale pondus, masticches quantum medietas scãmoniæ, confice cum lacte tithymalli, dabis tres in modum † ciceris, & postea dabis mulsam calidam, & ieiunet usque ad horam nonam. *alias piperis*

Pannus ad uentris solutionem.

Succum ellebori uiridis exprime: & ex eo totum umbilicum perunge: & pannum de oleo illinitum superpone, & si de uiridi elleboro habere nõ poteris, siccum in puluerem redigas, ipsumq́ cum succo polypodij & mercurialis & cucumeris agrestis temperes, & ut supradictum est umbilicum perungas: & si uis ut uomat, stomacho superponas doctrina prædicta.

Item ad uentris solutionem.

Lac anabulæ in carica fac fluere, & ignorante patiente ad comedendum dato: uel cum prędicto lacte farinã tempera, & inde facias fritulas in frixorio cum adipe porcino frixas, ad comedẽdum dato. Item ad idem. ℞. cocci cnidij, euphorbij, croci orientalis æquale pondus, mellis quod sufficit, purgat per superius & inferius.

Electuarium bonum ad laxandum.

℞. esulæ ℥. iij. gariofilorum, epithymi ana ℥. i. baccare, elaterij, polypodij, mastiches, piperis ãn. unc. ij. mellis quod sufficit.

Item ad soluendum uentrem.

Fel taurinum inuolutum lana ad umbilicũ positum uentrẽ soluit, & infantib. lumbricos necat.

Ad idem catapotia Galeni.

Recipe † diagridij ℨ. iij. colocynthidis, aloes ãn. ℨ. iiij. myrrhæ ℨ. ij. mastiches ℨ. i. fac pilulas in modum ciceris. *al. morgellinæ*

Ad uentrem laxandum.

Accipe sauinã, et mitte in cacabo, & bulliat fortiter: & postea extrahe, et pinse fortiter cum pinguedine porci, & iterum pone in caldario, et bulliat, & cola, & fac unguentum, & unge umbilicũ. Ad idem. Fel lupi pone ad umbilicum.

Aliud unguentũ mirabile adeo secessum prouocãs, ut stercora constipatissima in momento prouocet.

Fel taurinũ, aloen, sal gemmã & oleũ cõmisce, et orificiũ ad ignem fortiter unge. probatum est.

Clystere. ℞. aloes librã unã, scamoniæ ℥. ij. succi ebuli, succi betę atque malue palustris, et mercurialis semen, et oleum, & furfur coctum in aqua salsa, & sic super puluerem succi mittantur, & tepefactum inijce.

Clystere ad renum dolorem.

℞. ellebori nigri ℥. i. radicis cucumeris agrestis ℥. iiij. caricas numero ix, aquæ alexandrinæ ℥. i. cucurbitæ mundæ ℥. ij. coque ad tertiam, & inijce.

Ad dolorem uentris.

B Stercoris porcini, baccarum lauri, seminis fœniculi, apij ana ℥. i. rutę fasciculum unum, mastiches unc. ij. fac puluerem, bulliat cum olei libris duabus, & cum lana infunde, & in uentre ligabis.

Ad puncturam sub ubere.

Mitte mel in sartagine, et fac tepidum, & extende super stuppam, & desuper asperge puluerem cymini, & impone loco dolenti. probatũ est.

Clystere quod facit ad nimiam solutionem uentris.

℞. cymas lẽtisci, cymas myrtę, nepitę, radices rubi, et cymas eius, coque omnia in uino, & inijce.

Antidotum ad uentrem stringendum de quacunq́ distemperãtia, ualet iliacis, dysentericis, & ad omnem solutionem.

C Recipe myrrhæ, opij, acaciæ, prunellæ, styracis ana ℨ. i. olibani, mastiches ana ℨ. ij. † stœchados ℥. s. confice cum succo cymarum rubi, aut arnoglossi, fac catapotia, dabis quinque aut septem, & est mirabilis effectus. *alias cicidos, id est gallæ assæ magnæ*

Pilulæ ad omnem solutionem uentris.

℞. Balausti, corticũ maligranati, gallæ, acaciæ, tartari, sumach, croci oriẽtalis, gallę, mirtyllæ æquale põdus, opij quantũ pẽsat medietas unius, et trita tẽpera cũ succo myrtę, & lẽtisci, et fac pilulas in modũ ciceris, & da. v. uel vij. eunti dormitum.

Ad nauseam uel fluxum stringendum.

Puluerem mastiches tempera cum albumine oui, & fac uelut emplastrum in purpureo panno, & stomacho imponas, & prodest.

D Item ad uomitum stringendum, & tensionem stomachi, & defectionem.

Baccarũ lauri ℨ. iiij. cymini, rorismarini, absinthij ãn. ℨ. iij. pulegij. ℨ. ij. mastiches ℨ. i. panis usti ℨ. ix. perunge stomachũ de melle calido, et supasperge puluerem, & cooperi cum lana & fascia.

Ad lumbricos necandos.

Recipe folia herbæ maurę, coque in uino, & misce parum mellis, expellet omnes mortuos. Item ℞. absinthij uiridis, git, lupini, pulueris fellis taurini, medullæ cerui ana unc. i. ceræ † unc. s. *alias unc. v*

Contra dysenteriam.

Sotira tẽperata cũ succo sponsæ solis, uel myrtę utilissima est, uel athanasia cũ succo plãtaginis, seu solus succus semperuiuæ. Ad idem. Accipe

cotonea

cotonea, & munda interius & exterius, & gallas, & cyminũ, et coque. Coctis autẽ, accipe decoctionẽ, & misce cũ sacharo, & aqua, et bibe de tertia in tertiã diẽ, & liberabis à fluxu. Item ad idem.

Trifera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omnino sanat, & uomitum stringit.

Ad eos qui sine uoluntate egerunt.

Accipe succum symphyti & hypocystidos, & fęcem olei, & ceram, fac inde magdaliones; & postea mitte in anum.

Ad sanguinem reprimendũ, si alicui cum sanguine anus exierit foras.

Puluerem aspalathi & gallę superasperge, si solus †anus exierit, aquã in qua cocti fuerint caules immitte. Itẽ unge ex aloe cũ uino ueteri distẽperato. Ad dysenteriã & lienteriam probatum.

aliâs sanguis

Poma syluestria in aqua coque, & calida super umbilicũ, & sup renes pone, more emplastri inducta, & illis refrigeratis, alia tepida assidue superponãtur: in die una uel nocte etiã desperatis cito subueniũt. ꝙ si hoc suppositoriũ adiũgas, citius restringit: quod sic facies, Accipe porrũ cũ capillis suis de terra abstractum, nõ lauatũ, sed à terra excussum: tere, & exprime succũ, remotis prius folijs, & misce succũ cũ resina super tegulã calidã: & exinde cũ lana succida fac suppositoriũ, & quando frigidum fuerit calefacito: & quãdo siccatum fuerit renoua ter uel quater: certum est.

Ad eos quibus anus exit foras.

Aquã ubi cocti fuerint caules tolle, & ano immitte. Itẽ unge ex aloe, et cũ uino ueteri distẽpera. Ad idẽ. Puluerẽ aspalathi, et gallæ superasperge.

Item ad dysenteriam.

Calefac petram molendini, & frõdes porri pinsitas superpone cum aceto forti: & homo in sella perforata sedeat circumquaꝗ inuolutus, & totũ fumum per anum recipiat bis uel ter.

Item ad pondus.

Vinum coctum, cyminum coctum cum nitro, & pice de romania fac bullire, & supersedeat. Sic etiam saluia iuuat, tegula quando calida fuerit, si supersedeat patiens multum iuuat.

Suffumigium ad lienteriam.

Spoliũ serpẽtis, aut carnẽ eius siccã suffumiga.

Pilulæ ad dysenteriam probatæ.

℞. opij, styracis, croci oriẽtalis, galliæ, maceris, mastiches, myrtilli, rosæ siccæ, gummi de Babylonia, myrrhæ, roris siraci, aluminis, gallæ, acaciæ, balaustiæ, æquale pondus, tempera cum aceto, et fac catapotia, & da mane & sero. iij.

Contra uitia renum, & ilium.

Ad dolorem renum. Folia lauri pinse fortiter, & coque in uino optimo quousꝗ coaguletur, & superpone renibus modo emplastri. Adrianum balsamatũ utile est nephriticis, et turbulẽtã urinã faciẽtibꝰ, et in uesica lapidẽ habẽtibus. philãthropon ad idem ualet. Sic diapepereõ, & acharißton.

Potio probata ad ilis dolorem, & ad frangendum lapidem.

℞. dactyli mundati intus & foris, saxifragiæ, radicis capparis, petræ lyncurij, ossis de corde cerui, petræ de corde ceruino, gariofilorũ, seminis citri, cucumerorum, seminis apij, alumẽ de Africa, seminis alexandrini, & petroselini seminis, radicis asparagi ana ℥. i. mel quod sufficit, bibãt in balneo cũ uino uel aqua calida in modum auellanę. Vrinam enim mouet, & lapidẽ frangit. Ad idẽ.

Cardui radicem cum oratione dominica collige: & laua nouem uicibus, & pinse fortiter, & mitte nouies nouena grana piperis, colabis, & succum ad bibendum dabis. probatum est.

Emplastrum ad idem.

℞. †ladani, adipis ursini, olibani, saxifragiæ, petræ lincurij, myrrhæ siccæ, opoponacis ana ℥. i. cerę ℥. iiij. olei quod sufficit.

aliâs sandali

Sorbitiuum ad idem.

℞. †Galangæ ℥. i. zedoarię, saxifragię, grana solis, seminis apij, anisi, asari, squinãti, omniũ æquale põdus, pone in vi. lib. aquę, bulliãt ad medietatem, cola, et proijce species, & da ut bibat mediã phialam.

aliâs Gallæ

Ad ilis dolorẽ, & frangẽdos lapides, & stranguriã, & dysenteriã.

Dia cissu. ℞. seminis hederæ, gummi eius, saxifragiæ, petroselini macedonici, apij, piperis, pyrethri ana ℥. i. dauci, grana solis, cardamomi, myrrhæ asparagi, agarici, cinnami, seminis citri, sperma †cerui ana ℥. i. sanguinis hirci de mense augusti, galangæ, diagridij ana ℥. ij. aloes, unc. iiij. spicæ nardi, unc. ij. mel quod sufficit.

aliâs carui

†Sclirosimon faciens nephriticis, dysentericis, sanguinem uomentibus, ad dolorem stomachi, arthriticis & ischiadicis.

aliâs sclirophilon

℞. cinnamomi, styracis, spicę, zz. xylobalsami, castorij, costi, pyrethri, smyrnidis. i. genus uernicis, terebynthinę, sagapeni, opopanacis, galbani, dauci, hyoscyami, piperis, petroselini ana ℥. viij. gariofilorum, opij ana ʒ. iiij. balsami unc. s. mellis quod sufficit: datur in modũ auellanæ cũ tepida.

Item ad ilis dolorem.

Tolle hederam terraneã, fac bullire ut fomentẽ, et tolle grana caudæ uulpinę, & laua ix. aquis, & tere, et da succũ patienti: & tolle tres cymas rubi, & tres urticæ, pinse: et accipe lilij radices siccas, et tere ut puluis inde fiat: & accipe petrã quã homo mingit, & fac puluerẽ, et misce cum puluere lilij: & accipe radicem pastinacæ, & laua ix. aquis, & cum aqua ipsius pastinacæ tempera omnia supradicta, & da patienti. probatum est.

Fomentũ ad ilis dolorem, & ad lapides proijciendos, & urinam prouocandam.

Furfur calidum infusum in aceto, uel arenã marinam cum sale calido, uel asphodeli frixi in oleo calido: hæc omnia singillatim missa in sacculo, dolenti superponantur loco.

Dauitica potio iliacis efficaciter prodest. Antidotum ad lumborum dolorem, & frangendos lapides, ut & lumbi pinguescant.

℞. nucleorum mundatorũ, amygdalarum, auellanarũ, nucum, fisticorũ añ. ℥. iiij. zz. ʒ. iij. cinnamomi, aliptæ añ. ʒ. ij. croci oriẽtalis, galãgæ, gariofilo

rũ an.ʒ.i.anisi,mastiches,an̄.ʒ.ij.mellis q̃d sufficit.

Potio probatissima ad ilis dolorem, ad petram rumpendam, & ad eos qui urinant cum tormento.

℞.gariofilorum ℥.i.cinnamomi ℥.iiij.zz.℥.ij.costi unc.i.thuris ℥.ij.seminis asparagi ℥.vi.& radicis eius ℥.iij.galangæ ℥.iij.pyrethri ℥.ij.spicæ ℥.viij.croci orientalis unc.iij.myrrhę ℥.i.macedonici seminis ℥.iiij.peucedani ℥.ij.saxifragiæ ℥.iiij.grana solis tãtundẽ,opij ℥.ij.seminis lapathij ℥.iij.hyoscyami ℥.iij.coriãdri ℥.i.celticę ℥.i.asari ℥.ij.petroselini ℥.xi.meu.℥.x.phu.℥.i.lithospermatis,libystici an̄.℥.iiij.piperis nigri ℥.i.mel quod sufficit.

Potio ad petrã frãgendã probata mirabiliter.

℞.petroselini macedonici,asparagi semen,grana solis,seminis urticæ,saxifragię, petræ lincurij, serpylli,seseleos,chamędrios,xylobalsami,sisymbrij,ligni aloes,mannę,rhu ponti,an̄.ʒ.ij.amomi, seminis anethi, seminis apij, seminis basiliconis, cinnamomi,aliptæ,galãgæ,gariofilorum.zz.zedoariæ,confitæ,carui,piperis ana ʒ.iiij.liquiritię, casiæfistulæ,mastiches,spicę ana ʒ.†ix. anisi.ʒ.ix. amygdalarum ʒ.xix.seminis citruli, melonis, cucurbitæ ana ʒ.ix.misce cũ melle.Item scarabæum nigrum siccum potui dato:mire prodest.

d.drach.vi

Ad lapidem frangendum.

℞.radices fœniculi,apij, petroselini macedonici,pinse,& succum cum uino in potu da.

De colica.

Ad colicam. ℞.radicẽ lapathij,chamędryos, eupatorij, id est saluiæ agrestis, plãtaginis, trifolium,uerbenã,gariofilatam,uiolam, fœniculum, apiũ,hypericon,cyminũ,piper, fac potionẽ cum uino & melicrato. Ad idem. Succi foliorum rhãni ʒ.ij,piperis grana,vij aut ix.mellis cochlearia.ij.da ut bibat in sole,& miraberis.hoc etiã nephriticis ualet. Ad idem. hydrelæon cum mulsa temperata bibita,et iniecta,mire ualet,maxime si est obstructio stercoris.Item farinã seminis lini & hordei æquali pondere,cum oleo chamæmelino coque,& calidum impone. Ad idem. Ceræ ℥.v.ouorum uitelli ℥.vi.farinæ fabæ ℥.iiij.olei chamæmelini,& rosati an̄.℥.ij.succi seminis lini quantum sunt uitella ouorum, & farinã cum succo seminis lini bene commisce, & sic ceram & oleum adde,& bene infrigidari permitte,quãdoq; opus fuerit circa loca dolentia impone.

Contra uitia hæmorrhoidum.

Ad hæmorrhoidas. Tolle cymas pulicarię minores,& pinse, & mitte in anum tribus uicibus, & postea puluerem de fungo,qui uesica lupina dicitur,superpone.

Ad hæmorrhoidas qui interius sunt in intestinis,unde ęger facit sanguinem ad sellam die noctuq;.

Omne calidum comedat & bibat, quia de frigiditate sunt,& utatur balneo calidę aquę,in qua sit absinthiũ,sampsucũ,& pulegiũ, & cæterę calidæ herbæ:& calefac latam tegulã, & fac eũ sedere super sellam perforatã, & pone tegulã subtus,

A & asperge interdũ merũ desuper, ut fumus & calor sursum saliat:hoc fac quotidie,& postea accipe zz.& galangam,anisum,masti.& cortices maligra.& gallas & hypocysti.hæc omnia coque in libra una uini usq; ad unc.iiij. & bibat. hoc quoq; faciet ter,uel quater,uel pluries, & de hac decoctione pone in prædicto fumigio super tegulam. comedat gallinas, anseres,perdices, agnos non multum pingues, arietẽ infra annum, nõ pisces, non fructum,omnia prædicta assata comedat, & quando assaueris,asperge merum super carnem porcinam guttatim:accipiat omnia electuaria styptica,& bibat uinum albũ cum aqua. Ad idem. Piper,aloem,saponem spatarenticũ, puluerẽ gallæ,unum uitellum oui assatum, nepitæ frondes,

B cymas rutæ,stercus hominis recens incẽde & fac puluerem.hæc omnia simul tunde, & fac sicut cerotum,& conficẽ cum uitello oui & succo saluię, & appone quousq; sanetur.

Emplastrum ad idem.

Sume symphytum, auripigmentũ, coria maligranati,ammoniacũ: fac puluerẽ, & distempera cum castorio,calaminthe,& terebinthina: induc in panno & impone. Item ad idem. ℞.Gummi hederę,saponem spatarẽticũ,panẽ siccũ incisum ęquali põdere,fac magdalionẽ longũ v.digitis,et immitte. Item ad hæmorrhoidas.

Semen taxi subtiliter puluerizatũ, & super pinguissimã caricam seminatũ si cum eadẽ carica est immissum,utilissimũ est.Oleum etiã fraxini inie-

C ctum mire prodest. Ad idem. Atramẽtum,alumen,carbonem,corticẽ arboris nucis,separatim pulueriza, quæ cribellata, in melle ad medietatẽ decoque,& calidũ distempera nõ nimis spissum: postea induc in panno lineo, & loco patienti ter uel quater superpone. Item gũmi hederæ coctum in oleo lini superponatur hęmorrhoidibus,& intus mittatur, proculdubio liberabitur. & puluis radicis tassi combusti idem facit. & sanguisugæ prosunt positæ.

Vnguentum ad idem probatum.

Saluiam, rutam,olibanũ,ceram,oleũ,& lac caprifici,liquefac,& cõmisce,& utere. Ad idem. Aristo.ro.fellis terræ fac puluerẽ,& liga in iij.frustis panni,& olla plena aceto forti bulliat, & ista

D iij.frusta desuper stent cum suprascripto puluere, & calidum quãtum durare poterit super ipsas pone,& leuando unam,aliam ponas. Ad idẽ. Lappam manducabis,& castaneæ cortex, & galla coquantur in aqua,& dolentia loca frequenter inde abluantur, & satis proficit.

Ad hęmorrhoidas intrinsecas & extrinsecas.

℞.ciperi, millefolij,marubij, mẽtastri, plãtaginis,centũneruię,æquale põdus,sed minus ponat de marubio:hęc omia tere,et cũ forti uino distẽpera,& bibat æger octo dieb. uel amplius, mane & sero. Ad hæmorrhoidas.

Tolle corticẽ uirginis nucis,& querc⁹,et aristolochiæ rotũdę, & marinã spõgiã, & pone in testa noua calida calefacta ad ignẽ,induc in puluerem, & unge

& unge ipsas hæmorrhoidas de calido melle, & postea superpone puluerem istum.

Ad ficus.

℞. Aristolochiæ rotū. piperis nig. æquale pondus, fac puluerem, & sic utere. herba calendula trita & superposita multum iuuat.

Emplastrum ad ficum qui apparet.

Mel, stercus pullinum, saponem gallicum, cymas lauri, & baccas cōmisce & superpone, tertia uero die solue, & inuenies sanum.

Ad idem res probata.

Plantaginis M. iij. millefolij, mentastri añ. M. iiij. hæc omnia tere, & succum exprime, cui piperis gra. viij. mastiches grana. vij. cōmisce, & ieiunus bibe per triduū, & renoua potionē diebus ix.

Ad ficum qui sanguinat.

Quinquefoliū in lacte caprino decoque, & bibe ꝑ triduū. Itē corallos, chelidoniā cū pipere & cerusa tere, & distēpera, ieiunus calicē unū bibat plenum, optimū est. Ad idē. Radicis raphani rotellas māduca ix. ieiunus infusas in melle diebus ix.

De arenalis mictus signis & cura.

Signa eorum qui lapidem patiuntur in uesica, natura eorum subtumida est, pruriginem patiuntur in ano, & mingere non possunt, nascitur hæc causa magis infantibus quàm iuuenibus, qui minores lapides mingunt. Cura. Petroselini semen, apij, semē betonicæ, saxifragię. zz. †elemi radicē seseli, arteriacæ, scilicet cōfectionis baccarū lauri, urticæ maioris semen, asari radicē, spicæ, rorismarini, costi ortulani, radicē cardui, radicē agarici, marubij albi, anisi añ. ℈. i. mellis modicum: teres omnia, dabis quando non febricitat, mane & sero, cum uino. Item gallū anniculatum occide, & in grosserio eius inuenies albos lapides, quos cū uino tere, & da febrienti cum tepida. *alias enulæ*

De mingentibus furfures.

Signa eorū qui furfures mingunt, quia per urinam in calice natant, signa hęc si uideris, scias lapides maiores ualde in uesica haberi. natura enī illorū si fuerit manib. fricata, intus redeūt lapilli, & ex cōfricatione in labijs uesicę fit scabies, & emittunt per urinā uelut furfures. Cura. Dulcia comedāt, & lac caprinū mox mulctū bibat si non febriunt, cancros fluuiales dabis comedendos.

Antidotum ad hoc.

℞. cymini, seminis apij, melanthij, seseleos, æquo pondere cum lacte & melle, & cochlearia singula, omnia commisce, dabis in mane ieiuno cochlearium. Item olera manducent, maluas, pastinacas, asparagos. cibos uero, oua sorbilia, succū hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie, & utantur balneis.

Antidotum ad uesicæ præclusionem probatissimum.

℞. saxifragiæ, spicæ, betonicæ, squināti, cinnamomi, carpobalsami, costi, absinthij, croci, suc. liquiri. acori, hyperici, rhu pon. chamęleōtis, petroselini, dauci, ireos, opopanacis, ana unc. unā, cōfice, & utere. Itē petroselini, saxifragię, apij succū simul bibat, & sanabitur. Itē saxifragię, asari, gummi, betonicæ, piperis, añ. unciā unā, mellis libram unam, uinum quod sufficit, hoc in balneo bibat.

Ad uesicæ dolorem cura talis est.

In initio oleum rutaceū per clystere ægro frequenter injcias. Fœminæ uero matrix infundenda erit, & extrinsecus pectinem & inguinem ex oleo cyprino calido & cū lana succida fasciabis, aliquando miscebis castorium si forte plus calidum fieri oporteat. Item clystere ex decoctione fœnigræci, aut radicum maluę cum oleo mista & calefacta: & si uesica stricta fuerit, subtili fomento relaxare, & urinam adducere oportet. Ad frangendum lapidem succus radicis ualet. Vesicę uero patienti calculum, adrianum si dederis cum decocto radicū alexandrię & semine ocymi, aut brusci, siue asparagi, aut pleni pugilli ciceris rub. Similiter potio Iustini cū uino calido, si dederis facit: philanthropos calculos frangit: mulsā lapidē in uesica frangit. Ad petram uesicæ.

℞. saxifragiā, grana solis, petroselinū, quinque folia, asparagum, bruscum, agrimoniā, & coquātur omnia in uino ut ad tertiā redeāt, & postea cola, & adhibe paululum mellis, gariofi. drachmam unā, petræ de †lucubio drachmā unā, da bibendū mane tepidum quasi phialam unam, & si potest bibat suc. erysimi & ipsam herbam comedat. *al. lyncuriæ.*

Diachryson ad petram.

℞. saxifragię, radicis brusci, asparagi, petroselini, apij, piperis añ. ʒ. i. grana solis alexandri, libystici semē añ. solidum unum, mellis quod sufficit.

Ad eos qui mingere non possunt.

Oleastri radicē, cyminū, & cepulas teras, & in oleo coquas, & super pectinē ponas. Itē parietariam tere, & calefactam super pectinē fascia, & miraberis. Itē sanguis hirci triēnalis aut uetustioris cū decocto nardi, & †cinnamomi, & siccarū cicadarū puluere datus, mirabiliter, et cū celeritate lapidem expellit. *alias cymini*

De genitalium causis.

Vnguentū album pro mentula. ℞. olibani, mastiches, aloes, assæ fœtidę, myrrhæ, ana unc. i. cerusæ unc. ij. temperentur cum melle, & sabuco, & ponantur in membro.

Aliud fuscum.

Pix græca, & aloe cum melle temperentur.

Ad uuluam stringendam quasi uirgo sit.

Recipe myrrhæ, olibani, mastiches, colophoniæ, picis nigræ, arsenici, boli, gallę, gypsi, cornu ceruini incensi, aristo. lo. & ro. omnia æquali pondere, fac puluerem, & in uuluam injce.

Puluis ad idem.

Recipe symphyti, aluminis, balaustij, myrrhę, olibani, mastiches, colophonię, picis nig. boli, gallæ, gypsi, cornu ceruini incensi, arist. ro. galliæ, ana drach. v. fac puluerem, et in uuluam injce, quæ prius fomentetur a qua pluuiali, in qua cocta sint grana uuæ, cortex castaneæ, & pulegium.

Confectio ad idem.

Recipe symphyti, corticum mali gra. & mespilorum, & quercus foliorum, rosæ caninæ, hypocystidos

cystidos, ana ℥. i. maceris, cinnamomi, gariofilorum, nucis muscatæ, anisi, antheræ pulueris aã. ℥. v. ista omnia trita & puluerizata collige cũ aqua ros. uel pluuiali, in qua ro. decoctæ fuerint, & inde trochis. formatis ad solem siccentur, & quãdo opus fuerit unum eorum in aqua ro. uel pluuiali resolue, & inde stricta uulua post balneum diutissime fomentetur. symphyti decoctio idem operatur. Ad idem. Tolle symphytum, & gallam, & gummi pineæ, & cinnamum, & amentum dulce, & fac puluerem, & misce cum pauca aqua, & laua locum, & miraberis.

Ad menstrua prouocanda.

℞. ammoniaci albi, galbani, opopanacis, aloes hepatici, colocynthidis interioris, myrrhæ, cicutæ seminis ana ʒ. ij. tere, & cum suc. porrorũ confice, & fac pilulas ad modum pisi, & da. ʒ. ij. uel iij. in aqua tepida. Item ad idẽ. Ante dies iiij. uenam de tibijs incide, aut tibias scarifica, aut in ambobus talis uenã incide, ita ut in una die unã incidas & in alia aliã, & post hoc dabis tenues cibos, & sic post vij. dies castoriũ cum pulegio bibẽdũ dabis, aut calamentho. educit enim menstrua pulegiũ, & calamentum, coctum cum mulsa. Est autẽ tempus dandę decoctionis uel potionis utile post balneum in sabanis, quia sic data multũ operatur, & plus his dictamus, & sauina data similiter. utiliter etiam datur picra, quæ: Recipe aloes drach. unã, quando autẽ ex plenitudine, & pingui superfluitate retinentur menstrua, cẽtaurij maioris succo, & radicibus minoris excludantur.

Ad idem in duabus aquæ partibus & una uini.

Artemisiæ, & saluiæ, blateos, calamentæ, matrisyluę ana M. i. allij quãtũ de omnib. alijs, et lento igne ad tertiã decoque, de quo ter in die fomẽtatio fiat, mane, & meridie, et sero eunti dormitũ. climax detur cũ decoctione cymini. quæ: ℞. elemi ℥. iiij. fœniculi ℥. iij. piperis, sesami, syriaci aã. ℥. ij. erucæ, seminis sileris montani aã. ℥. i. mel quod suf. Itẽ ad idẽ. Artemisię, rutæ, dauci, dictami, phu, meu, nasturcij aã. trita in aqua, fac balneũ, & da bibendã triferã magnam cũ aqua tepi. Itẽ ad idem. Vrticæ maio. radicem, assari, hyperici, epithymi, polypodij aã. hęc omnia coque in uino ad medietatẽ, da mane & sero. Ad idẽ. Baccas lau- D ri xxxvij. tritas cum uino bibat. Item accipe artemisiam & rutã æqualiter, & adde oleum laurinũ, & calefac parumper ad ignem, & facto ex panno pessario intinge, & in os uuluę inijce.

Ad sanguinem stringendum.

℞. myrrhæ unc. iij. cinnami, mastiches aã. ℥. ij. facto puluere accipiatur cum succo strychni, uel morellæ. si qua mulier post partum se purgare nõ poterit, esdræ potionem, aut acharistum accipiat, uel solum suffumigiũ de fungis siccis, aut de assa, aut phiala plena suc. caulium, sotira, & trifera, accepta menstrua educit.

Ad menstrua superflua.

Aluminis scissi, myrrhæ, rubi, thuris ana ℥. unã

A tere, & cum aceto cõfice, et pessariũ de lana mũda & intinctũ in eo suppone uuluę. Ad idẽ. ℞. spõsam solis, & tere, & succum da bibendum, pastillum uero in uulua suppone, & athanasiam dabis.

Ad menstrua prouocanda.

Ex sagapeno, opoponace, myrrha, & felle fac pessarium. Ad sanguinis profluuium.

Fæcem quæ ex quercu exit da bibendã mulieri cum aqua calida pluuiali. Ad idem. Accipe lignum syluatici libystici, & mediã corticem quercus, & testas marinas rubras quę inueniũtur iuxta mare, & pone in uase aliquo, et fac bullire ad ignẽ cum aqua pluuiali, & fomenta. Item tolle polygonium, & coque cum aqua pluuiali, & da ut bibat.

Vt mulier concipiat.

B In nouem phialis optimi uini mitte nouẽ rotulas mãdragoræ, & fœniculi radices tres, & ad tertiam bullire fac, & bene cola, & phiala mellis addita nouies nouem grana piperis sparge in puluerem, & iterũ aliquantulũ bullire permitte: quãdo autẽ infrigidatũ fuerit, tempore mẽstruorum per †vij. dies bibat mane phialã unã, & in obscuro loco iaceat, remotis amicis pręter pedissequã quæ eã custodiat, circa sextã uero horã pullus gallinaceus elixus cum pipere, aniso, & modico anetho conditus simul cum iure suo offeratur ut manducet, & de iusculo ad satietatẽ bibat, uinum leue & modicũ accipiat, & in nocte iaceat cum uiro, & uir eius uespere & mane diacameron, aut climacem, aut alexandrinam sumat. *alias iiij*

C Ad concipiendum eadem die sine periculo.

Myrrhæ ʒ. i. piperis grana xl. staphisagriæ. ℈. i. dabis in uino post balneum. Item nepitã cum uino coque ad tertiã, & mitte ibi calamentum aromaticum, galangam, irim illyricam, spicam nardi æquo pondere, coque ad tertiam, & da bibat per tres dies ieiuno. Item centauream cum folijs tere, & misce cum aqua, & fac pilulas ad similitudinẽ ossis dactyli, & inuolue cum terebynthina, et desuper mitte lanam, ne terebinthina cadat, & inijce. Item uiscum qui est in arboribus tritum cum uino da bibere menstruo incipiente aut desinente. Item in phialis nouem optimi uini de radice herbę barbæ syluanę libram i. coque ad medietatem, & decolato succo, mellis adde phialas duas. & pulueris cymini ℥. i. & modicum fac bullire. tempore uero menstruali per quinque dies singulas phialas ieiunæ propina mane, & sero in decoctione illius herbæ sedeat, diu que calefiat, & sic cum uiro suo coeat. Item coaguli leporis, corticum mandragoræ ana drach. iij. opij, drachmas duas, trita cum melle despumato confice, & mane ad modum auellanæ maioris cum tepido uino sumat non ieiuna. Item testiculi cerui puluerizati, & in uino bibiti, & fel capreoli suppositum idem præstant.

Item ut mulier concipiat.

Leporis uuluã assatam tere, & da cum uino in balneo †in sabanis sedenti ut bibat, et in ipsa die aut nocte si tacta fuerit à uiro statim concipiet. *alias cum*

Potio

Potio ad eas quæ non concipiunt,& quibus menstrua non apparent.

℞.matris syluæ,rutæ, artemisiæ, cicutæ; radicū brancę ursinæ,singularum fasciculos,quę pinsitę & mistę cum uino albo usq; ad tertiam coquātur, & eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde ceruiᵗ adhibeantur prius quàm ad tertiam redeat decoctio,deinde coletur cum panno,et co laturæ adhibeantur tria cochlearia olei,& draga ganti drachmæ tres de constantinopoli, & simul omnia bulliant, & unaquaque die mane accipiat phialam unam illa cui necesse est. Si matrix desce derit;cum bonis odoribus nares suffumigabis:sin minus,aspalathum sit inferius fumigatū ita, ut in uuluam fumus ingrediatur,& pessarium de styra ce,calamita,cum lana succida imponatur: si uero uolueris ut concipiat,prius purgetur cum Theo dorico anacardino,et post purgationem balneetᵹ & coagulum leporis in balneo bibat, & etiam ui ro suo tribuat,& post cum ipso iaceat,et si coagu lum fuerit masculi, masculum, si fœminæ, fœmi nam concipiet. *alias ignis*

Vt mulier non abortiat & fœtū contineat.

Cancrum fluuialem cōtere,& in uino ueteri da bibendum,aut leporem prægnātem uiuum acci pe, & tolle ei catulos de uentre, & coagulum eius cum uino potui dato, & ultra non eijciet.

Vnguentū ad omnes dolores matri cis post partum.

℞.adipis pullini,sampsuci ana ℥.vij. myrhę ℥.ij. butyri, cerę ana ℥.vi.adipis anserini,medullæ cer uinæ,terebinthinæ,casiæ,mellis ana ℥.vij. aloes ℥. ij.confice,& utere. Ad idem. Fac bullire oleū, & anethū,et mitte unum ᵗbirrum de lana succida, et calidum pone ad matricem. *alias uelum*

Ad apostema.

Succus frōdium porrorum,succus cichorij,uel heliotropij,succus petroselini,æquali pōdere,pul uis ferruginis,puluis paleę hordei,hęc omnia bul liant, et bibat.Si matrix foras exierit,aut tumorē habuerit,folia cicutę,abrotani,herbęᵗ canforatę, pinse fortiter,et pone desuper. *alias canforæ*

Ad retinendum partum.

Spolium serpentis cum mica panis dabis come dendum nescienti, mire prodest.

Ad matricem reuocandam.

Testas ouorum gallinæ,ex quibus pulli exclu duntur incēde,deinde superasperge picem nigrā, et superextende,et reuocabitur ex toto.

Ad excitandam mulieris libidinem.

Sanguis uespertilionis in floccello lanæ colle ctus nescienti sub capite ponatur.

De passionibus genuum,et tibiarum.

Centri galli succus, genibus et cruribus ad i gnem uel ad solem illinitus omnem dolorem ex tirpat, et neruorum contractionem penitus tol lit: probatum est.

Ad ulcera tibiarum.

Fel caprinum cum resina et cerusa misce, et po ne super ulcera.

A Emplastrum ad inflationem quę fit in cruribus & in coxis.

Stercus columbinum album cū forti aceto mi stum,& tritū,& in aluta inductum superpone.

Aliud probatum ad inflationem quæ fit cum rubore & calore.

Farinam hordei, & fabæ tolle, & in aqua co que, & superpone.

Ad omnem ulcerationem, tibiarum, ci catricē,uel maculam nigrā,uel albam.

Pulueris plumbi usti facti cum ligno auellanæ, aut lētisci ℥.viij.olibani, myrrhæ, aloes, mastiches ana ℥.i.oleum uiride,& modicū aceti exagita mi scendo in corpus unum, & in folijs hederæ indu ctum superpone.

B Ad tumorem genu.

Fac bullire radicem brusci bene, & postea pin se cum axungia,& pauco ᵗsaluiæ & in fascia, om nem tumorem tollit. *alias salit*

Vnguentum ad tibias fractas de phle gmate salso.

Folia persici, hederæ terrestris, colophoniæ pi cis,oleum de spica,oleum cōmune, sepum, & ce ram,& lithargyrum de auro.

Ad dolorem genuum.

Bibe succum rutæ.

Pro dolore podagræ.

Tere,et fac puluerem de gith,et unge ubi dolor est,& superpone stagnū, & insuper stupam unge de ipso puluere, & statim dolor recedet.

C Vnguentū ad idem & ad qualecunq; dolorē.

℞.mastiches,olibani ana ʒ.i.adipē ursinū, & al bumen ouorum insimul misce, et accipe cymulas uirides lentisci,& tolle ex eis succū,& adiūge ue tus oleū,et distempera, & fac unguentū.theodori con emperiston, ischiadicis & podagricis subue nit;idē facit philanthropos. Ad idem.℞.gariofi lorū,zingiberis,cinnamomi ana ℥.ij.hermodacty lorum ℥.v.costi,diagridij añ.℥.ij.mel quod sufficit. Item ad calidam podagram, succus radicis filicis cum oleo roseo mistus,& inunctus prodest.

Ad hominem subtiliandum.

Puluis ᵗciricus uel ciricon utilis ad pinguē ho minem subtiliandum, & crassiciem superfluā de ponendam,ita ut ad temperiē tenuitatis & siccita D tis patientē deducat.curat etiā leprosos,et hernio sos, pruriginosos & scabiosos, & si quis hoc usus fuerit,podagrico,uel arthritico,seu alio aliquo do lore non molestabitᵣ.Quicunq; hoc puluere frica ri uoluerit,in balneo postquā sudare cœperit fricē tur,& hoc tribus diebus uel amplius interpositis. diebus autē quibus utitᵣ nullo alio unguēto patiēs fricetur,à pipere, & salsamentis, & acrimonijs ca ueat. ℞.nitri ᵗassati,myrrhæ assatæ, sulfuris uiui, opocissi,id est succi hederę,iridis illyricæ añ ℥.iiij. baccarū lauri siccarū, sampsuci, ellebori albi, pu micis marini assati, chamęleontis nigri, pyrethri, sinapis,gallę alexādrinę,peucedani,pollinis fœni greci,cimolię,tartari,aristolochię lōgę & rotūdę, gith,orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthij, *alias assyricus* *alias asari*

cardamomi, marubij, cantaridum, ſucci ſicci elate rij, ana ʒ.ij. confice ſic, hęc omnia ſubtiliter tere, et in uaſe uitreo conde, & quãdo opus fuerit utere.

Electuarium ad idem.

℞. Gariofilorum, ſpicæ, galangæ, zingiberis añ. ʒ.s. ſachari libras duas & ſemis, muſci ϶.i. ſacharũ coque cum aqua roſata, & ipſa pigmenta pinſe di ligẽter, & miſce cum ipſa ſacharum, ſuper ignem ſemper agitando, & quando decoctum fuerit in funde ſuper marmor.

Ad hominem nimis craſſum.

Imple patellam floribus auellanæ, & ſuperfuſo uino agita fortiter, & bulliat die ac nocte, & ſemper quando ſiccat̃ funde uinũ, & cola, & bibat ieiunus ℥.iij. per dies quinq;, & comedat ad prãdiũ, hoc faciat menſe Februario. Ad idem. Tolle tartarum, & fac puluerem, & de omni cibo intincto in eo comede. deſiccat enim pinguedinẽ. hiera rufina ſcabioſis & leproſis utiliſsima eſt.

Vnguentum ad mala naſcentia.

Aloes, olibani, maſtiches, myrrhæ, arſenici, bo li armeni, colophoniæ, ſandarachæ, terebinthinę, æruginis campanæ, ſpumæ argenti, galbani, ammoniaci, ſagapeni, reſinæ, gũmi, perſici, picis naualis ana lib.ij. dragagãti, ariſtolochię †longę, conſitæ, caſtorij, floris plumbi ana ℥.iij. ceræ lib.ij. ſepi taurini uncias quatuor. *aliàs rotundæ*

Oleum frumenti ad ſcabiẽ, & ad herpetas, quod ita conficitur.

Pone frumentum inter ij. ferramenta calida, et exprime fortiter oleum.

Ad ſacrum ignem.

Accipe picem, & uitellum oui crudi, & fac em plaſtrum, & pone deſuper.

Vnguentum etiam de oleo frumenti, probatum eſt. Ad morfeam nigram.

Eryſimon cum uino bibat, & ſanabitur.

Ad ſanguinẽ ſtringendum undecũq; exeat.

Teſticulos in aceto pone, pedes infrigida, & ſtatim ceſſabit.

Ad carbunculos.

In primis liga maluas coctas cum butyro uel ſagimine, & appone, & mutetur in die, deinde ap pone emplaſtrum iſtud quod carbunculum cito aperit. ℞. ficuum pinguium paſſarum, cepæ coctæ, galbani, ammoniaci, lactis mulieris, maluarũ coctarum, carbonũ, uel cinerum uitis uineæ, teſtu dinis uiuę unius, pinguedinis porci recẽtis uel ueteris, æquale pondus, tere, & appone, uſq; dum aperiat. Ad idem. Accipe cinerem pruni, & diſtempera cum uitellis ouorum, & pone ſuper, & poſtea accipe ficus ſiccas, & parum olei, & arſeni ci, & tempera totum ſimul, & appone, deinde appone terebinthinam, & galbanum, quãdo putredo exire cœperit: ſi multi carbunculi exierint, tolle ſanguinem de brachijs, & da laxatiuum.

Ad puſtulas quas habet infans in manibus & pedibus ultra modum.

Accipe ſcyllam, & hyoſcyamum ipſam herbã, & ſabuci frondes, æquo põdere, & pinſito, & coque in aceto inde multum, & appone.

Ad omnia apoſtemata exteriora, ſiue tumores.

Agrimoniam, uerbenam, quinquefoliũ, ęquis ſi teres, & impones, ponderibus, cũ aceto coquas adiecta ſemperuiua ſanabis.

Ad rumpendum apoſtema.

Fermentum, olibanum, axungia, lac fœminæ.

Ad apoſtema ſubtiliandum.

Libyſticum feruefacias in aqua, pinſito cũ pinguedine, & pone deſuper.

Ad ſacrum ignem, uel calorem membrorum, qui per aliquam occaſionem naſcitur.

℞. Siſymbrij, rutæ, rubi, ſolani, omniũ quatuor cimarũ, M.i. radicis lilij domeſtici ℥.i. aloes ʒ.ij. cymini ℥.i. albumen oui unũ, aceti phialam unã, olei phialam unã: prędictas herbas tere fortiter, & ſuc cum earũ cum prædictis cõmiſce, fortiterq; cola, et cum penna unge loca languentia, & miraberis.

Ad ſcabiem.

Radices lapathioli coque, et axungiam porcinam cum eis uehementer tere, et argẽtum uiuum cum cinere et ſputo diſtempera, et cum eis miſce, et uehementer confice, inunge, et miraberis.

Vnguentum ad puſtulas, uel lepram, ſiue pruritum.

Florem tithymalli cum aceto coque fortiter, et oleum modicum miſce, et inunge uſque dum ſanus fuerit.

De modo cognoſcendi cancrum à carbunculo.

Sic poteris cognoſcere cancrum à carbunculo, in principio carbunculus quippe durus eſt, et rubens nimis et ardens, et dolet quamplurimum in oſsibus et neruis, et cito facit caput: ſed cãcer nõ tantum rubet, neq; tantum dolet, ſed durior eſt, et nõ tam cito facit caput, et plus occupat, qui quando molleſcere incipit, perfora cũ ferro quaſi carbunculum, et nepitã, apium, betonicam, agrimoniam, chamędryn, †trifolium, ſatureiã, pimpinellam, ſubtuſillam, carduum, fragifolium, millefolium, ana M.i. teras, et cum uino et pipere dabis in potum mane et ſero. *aliàs cẽtũfolia*

Item alia optima, ſed ualde grauior.

Aloes ʒ.ij. ariſtolochię longę ʒ.v. ſanguinis dra conis ʒ.iij. caſtorij ʒ.ij. pęonię ʒ.v. thuris, myrrhę ana ʒ.iiij. ammoniaci ʒ.ij. ſucci ſaluię uel foliorum ana ʒ.iij. decoque uſque ad dimidium lento igne, ipſumq; in uaſe picato mitte, et pigmenta in lintheolo mundiſsimo ligata in medium liquorem pendere facias, et de populo arbore puluerem facias, de ſupradicta potione calicem medium dabis quotidie, et de puluere populi quãtum tribus digitis leuare poteris in uino cocto diſtemperato.

Ad idem. Accipe albũ ſeceſſum canis, praſiũ, plantaginem ana ℥.s. calcis uiuę ʒ.ij. pulueriza totum, et ſupra malum pone, et poſtea pone unguẽtum marciatum, mane, et ſero muta illud, et ablue in omni mutatione de uino calido. Si uero aliqua pars

pars mortuæ carnis remanſerit, abſcinde cum ferro. Si autem longi temporis fuerit malum, & per prædicta ſanari non poterit, oportet incidere circumcirca, & poſtea apponere prędicta. Ad idē. Lenticulæ quæ in ſtagnis naſcitur, uel fontibus, uel alijs aquis ſuccus ſupra cancrum poſitus eum occidit. Similiter facit doliachæ ſuccus cum porcina pinguedine miſtus, & ipſa herba pinſita & ſuper poſita cū ſucco & pinguedine dictis prodeſt ualde. Ad idem. Succum ebuli, ſuccum ariſtolochiæ rotundæ, aut puluerem eius, & albumen oui fortiter cōmiſce, ſed non ut durum ſit, ſed molle, & taliter totum cancrum ex eo penna linies, et de frondibus ſeptemneruiæ illum cooperies, ſed per ſingulos dies mane & ſero mutabis, & quādo mutare uolueris, cum pēna in uino infuſa cancrū prius ablue, & unge doctrina ſupradicta.

Puluis ad cancrum.

alias non Calcis uiuæ †nouies ablutæ, nouem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei, fac focaciolam, & ſub teſta coque uſque dum incendatur, & pinſito, & fac puluerem, & ubi opus fuerit, mitte.

Vnguētum ad ſerpiginem, & carnem mortuam manducandam.

℞. ariſtolochiæ rotundæ, radices enulæ, cortices caprifici, cortices alburni, lotiū hominis, hæc omnia ſimul coque fortiter, poſtea pinſe, & conſice cum axungia, & utere.

Ad cancrum.

Vlcus primum forti & calido aceto bene laua, deinde cum panno lineo detergendo exicca, quo facto, puluerem gallæ ſubtilem ſuperaſperge, hoc

alias ſanetur fac bis uel ter in die, donec †ſiccetur. Ad idem. Sume mentaſtrum, & eo ſiccato fortiter frica inter manus, cui mentaſtro tertiam partem ſalis miſce, & ſimul omnia fortiter tere, quibus tritis ſuper ſtipites ardentes pone, ut utrunq; bene cōburatur. quod quādo fuerit combuſtum, bene iterū teratur, quorum puluis ter in die aſpergatur.

Pro carne ſananda.

alias et Linguæ bouis radicem tere, ſuccum cuius †ut paſtillum ſuperpone.

Res probata ad cancroſa uulnera quę depaſcuntur in circuitu.

Accipe quotquot habere poteris fellicul orū, et ſcinde, & extrahe ſuccum, ut ſit dimidia phiala, ſed prius laua plagam de uino tepido, & tunc accipe tres peciolas de panno lineo, & in ſucco illo infunde, & ad ignem calefactæ una poſt aliam ſuper uulnus apponātur, & poſtea de farina tenuiſſima panis hordeacei cum ſupradicto ſucco eidē plagæ ſuperponatur.

Ad cancrum res probata.

Caput gruis & uentriculum cum petris omnibus quæ in eis ſunt ſicca in furno, & fac puluerē, & ſuperſparge. hoc non ſolum cancrum, ſed omnia uulnera ſanat.

Item aliud probatum ad idem.

Muſtelam uiuam mitte in ollam nouam, & bene cooperi de tegula & argilla, & mitte in furnū calidum, & ea combuſta fac puluerem, & de oſtreæ teſta ſimiliter, & aſperge, & poſt diem tertium laua de uino.

Probatum ad fiſtulam.

Accipe terram francigenam, & galetum, id eſt gallam rotundam, & pulueriza, & pone deſuper, & ſanabit. Cortice quercino ſiccetur fiſtula primo, poſtea ſanatur, ſi mumia ſæpe bibat, maiorū pulueris hominum rapta ſepulchris.

Ad ſcabiem probatum.

Accipe ſigiam græcam, & olei communis partem unam, & duas aceti, & coque in modum unguenti, & unge in balneo.

Puluis ad cancrum.

B ℞. atramenti, ſarcocollæ, amenti ſalſi & dulcis, ſalis gemmæ, olibani, maſtiches, ana ℥. i. piperis ℥. vi. Ad idem. Brancam lupinam quæ inferius eſt rotunda tere cum ſale & fuligine, & parum de ſanguine, & pone. eo mortuo ad ſanandum puluerem aloes pone.

Ad carnem malam, uel ad cancrum.

Pinſe tartarum fortiter temperatum cum melle, & mitte in panno lineo, & liga cū licio, & mitte in foco ut ardeat, & fac puluerem, & ſuperpone. Item teſtam allij, fabas, & panem frumenti incende in olla, & cum iſto puluere miſce puluerem gallæ, & ſalis, laua prius de uino, & poſtea ſparge de hoc in die bis uel ter.

De fiſtula.

C Ad fiſtulam. Radicem lapathioli, qui rufum ſemen habet in fiſtula mitte, et donec purgata fuerit, per ſingulos dies ſingulas radices mutabis, & quando purgata fuerit, cognoſces, quia non ut aqua pus, ſed quaſi putredo fluit tantū: quando autem hoc uideris, hoc unguento ſanabit. ℞. picem, galbanum, ammoniacū, aloen, ſepum porcinū nō multū, ceram, et parū olei. prędictas guttas, et gūmi genera, et picē, et aloen ęqualiter commiſta liqua ad ignē, et poſtea ceram, et ſepum ſemotim liquefacta deſuper addas, et agita donec conficiat.

Ad fiſtulam.

Raphanum puluerizatum, et quolibet modo fiſtulis immiſſum, antea tamē ex aceto ipſa fiſtula ualde abluta, ualet. et modo quocūq; ſuperpoſitū.

D & infra: uel intra eam liberat. Ad idē. Sume herbam excuminatā nomine, et tere. cuius ſuccū infirmanti mane quādo ieiunus fuerit, da ad potandū, et de ipſo ſucco per ipſum foramē pone donec ſanus fiat ęger. Itē accipe coſtā folij raphani, et mitte uſq; ad profundū plagę, ita ut ſanguis egrediat, aliquanto autē ſpatio intermiſſo accipiat fel taurinū, et calefacito ita ut duriciē perdat, et oſſa gallinarū cōbuſta, et in ſubtiliſſimū puluerē redacta: ex his ellychniū componat, et ad fundū plagę mittatur, et interdū ellychniū de cōbuſto puluere ſacharo aſpergat, et ipſum interdum minuas donec ſanetur †uulnus. Ad idem. Sepi arietis ℥. i. gummi ℥. s. colophoniæ ʒ. ij. s. opopanaci, ariſtolochiæ lōgæ, ſarcocollæ, ęris uiridis an. ʒ. ij. cerę citrinę ʒ. ij. te- *alias fiſtula*

ij.terēda tere, & de oleo parū pone, ut poſsint ibi temperari, & ſuper ignē pone, donec ſepū et gummi genera liquefiant, & utere quādo opus fuerit.

Ad fiſtulas tollendas, & uermes occidendos.

Succū plantaginis mitte ſæpius. Itē ad idē. Potentillam bibat per dies xxx. probatum eſt.

Ad fiſtulam claudendam.

Thus maſculum diligenter tere cum uino ueteri, & inde perunge. Ad idem. Accipe in primis de carne ſalſa lardonem, & mitte ibi per iij. dies, et poſtea emplaſtrum fac hoc modo, accipe frondes libyſtici ſyluatici, & tere fortiter, & miſce ibi de ſale cocto puluerizato tātum quantum ſunt frondes, deinde adde axungiam ueterem ſufficienter, & tere omnia hæc inſimul, & fac emplaſtrum. Ad idem. Accipe tithymallum cum ſua radice, et mitte in clibano ut exiccetur, & fac puluerem, & inſuffla intus. Item accipe piper, aloe, galbanum, ceram, & oleum, & fac emplaſtrū, & utere. Ad idem. Pone emplaſtrum de farina, & alburno, & ſinape, & ſale cocto, & de calce extincta, & de ſapone †ſpatulano, & de capitello per ix. dies, deinde teres tres cimas rubi, & tres urticæ per tres dies. Item piper, alliū, ficus ſiccas, radicem petroſelini miſce, & tere ſimul, & fac emplaſtrum, & ſuper pone, et ſtatim interficit. Itē accipe marmor quod uidetur eſſe ſicut ſal, & fac puluerē, & inſuffla intus. Ad idem. Accipe farinā lupini, raphani, ſinapis, melarſum, alburni carbonē, omnibus tritis diſtempera cum ſapone ſpatulano, & admiſto de capitello fac tentam de licio torto ad menſurā fiſtulæ, & ablue eam mane & ſero de capitello.

alias ſpataren tico

De paralyſi.

Hiera fortiſsima G. theodoricon emperiſton, potio ſancti Pauli, & opopyri, paralyticis, arthriticis, & aliis diuerſis cauſis ſuccurrit.

Potio ad paralyſin Ioānis filij Ligorij medici. ℞. mādragorę ℥. iiij. caſtorij ℥. ij. piperis grana ccc. nepitę manu plena, uini optimi phialas xiij. bulliat ad medietatem, & ieiunus bibat phialam i. & uſq; ad nonam ieiunet. Ad idem. ℞. ſaluiæ, ſatureiæ, dictami, ſauinæ, mētæ nigrę, cerfolij, foliorū tenerę lauri, quinq; foliæ, betonicę, febrifugę, peucedani, agrimoniæ, pimpinellæ, artemiſię, chamędryos, hyperici, millefolij, balſamitę, pulegij, trifolij, hypocyſtidos, hyſſopi, praſii, origani. añ. M. i. dabis cum uino. probatum eſt.

Vnguentum ad paralyſin.

℞. ſauinæ pulueris, ſaluiæ, mentę, ocimi, pulueris urticę, balſamitę pulueris añ. ℥. ij. olei lauri phialam i. ceræ lib. i. olei zz. ana ℥. vi. omnia arbitrio tuo tere, & coque, & unge. Ad idem. Herbam centūneruiam, id eſt barbam ſyluanam laua cum ix. aquis, & tere, & in ſucco adde duo cochlearia mellis, & ſic unge digitos in phialis, da primo galli cantu, ſi laxat non euadet.

Item ad arthriticum dolorem.

Accipe micam panis madefactam aqua, et tere, deinde diſtempera cū ſucco morgellinæ, uel ſolatri, uel portulacæ, uel ſemperuiuæ, uel alicuius refrigeratiuæ, deinde ſuperpone loco dolenti, primum inuncto oleo roſeo, poſtea uero ne nimis loca neruoſa deſiccētur, adde emplaſtrum hoc. ℞. radicem alteæ, atq; ſemen lini, & coque in aqua, atq; fomenta, ad ultimum. accipe farinam lentis, & coque in quatuor partibus mellis, et aqua quātum ſufficit, & ſic ſuperpone. probatum eſt.

Vnguentum ad guttam.

℞. radicis bryonię, corticis medianę, ſabuci, abſinthij, rutæ, ſaluiæ, hederę, chelidoniæ, arnogloſſi, ſaliuncæ, aloes, thuris, mellis, olei, cerę quātum tibi uidetur, & confice.

Emplaſtrum ad idem.

Abſinthij, radicis ebuli, furfuris tritici, ſtercoris caprini, fac puluerem. acetū mitte in cacabo, & ſalis ſatis, fac bulliat fortiter, & ſuperpone.

Item unguentum ad guttam.

℞. rutæ, hederæ terreſtris, abſinthij, abrotani, barbæ Iouis, omnium ana M. i. ſauinę M. ij. ſimul tere, & coque in oleo, & butyro, et adipe taurino, uel ueruecino æqualiter, cola, & ubicunq; fuerit gutta unge, & poſtea in albo pāno indue et pone.

De ratione medendi ad os fractum.

℞. betonicæ, uiolæ albæ panem mundū ad cernendum, melangiæ, hederæ terreſtris, piloſellę, agrimoniæ, ſinimphæ, ſaluiæ, ne intumeſcat. Item betonica ſanat & tollit dolorem, ſaluia aufert dolorem, hedera terranea curat & mundat, uiola ſanat, melangia iuuat ut non claudatur uulnus. ꝗ ſi ex omnibus his habere nō poteris, accipe ſaluiā, betonicam, hederam terraneam, uiolam, agrimoniam, plantaginem, contere, & ſuccum uino miſtum, donec ſanus ſit ęger, ſolum accipiat potum: folijs ſupraſcriptorum deficiētibus, radices indifferenter, aut puluerem ad eūdem accipies uſum. Abſtineat uero patiēs ne comedat herbas, caſeū, lac, fructus, carnes niſi de caſtratis, oua, & panem niſi azimum, pultes. Ad idem. ℞. farinā de germano, id eſt de ſilagine partes ij. abſinthij partem unam, tere, & miſce cum melle, & pāno impone, & de raſo lardo ſuperpone ei, et ſuper plaga pone bis mutando per diem.

De plaga.

Ad plagam. Piloſellę ſuccum da bibere, ſi reijcit, morietur, ſi non, uiuet: prima die ~~plantaginē, &~~ fragam in uino dabis, ſecūda die gariofilatam adiunge prædicto uino, tertia die piloſellam, iiij die pimpinellam, quinto die hederam terreſtrem, ſeptemneruiam ſexto die, tranſactis uero diebus ſeptem, ſubtrahere debes ſingillatim, econuerſo incipiens ab hedera uſq; ad primā quę eſt fraga.

Antidotum contra plagas.

Angelicam, betonicam, agrimoniam, piloſellam, hederam terreſtrem, ſeptēneruiam, uiolam minorem de angelica, coque in uino, & potet tribus uicibus in die. Si ſanguinauerit plaga, cum cultello minutatim incide urticam, & intinctam in forti aceto, pone in plaga: ſtatimque ceſſabit ſanguinis fluxus.

Vnguentum ad plagas.

Anguil-

Anguillas coque in aqua, & collige adipẽ qui supernatauerit, & de gallinis, & de anseribus, & de scrofino sine sale, saluiæ succũ, rutæ, absinthij, hederæ terrestris, linguæ canis, artemisiæ, matriculæ, cicutæ, herbæ citri, hyoscyami, strychnibo li, olibani, aloes, myrrhę, ammoniaci de speciebus ana ℥.i. farinæ de molendino collectæ in gyro, dactyli ossium, croci orientalis, sandali, acaciæ, ceræ quantum sufficit, ut album fiat.

Tractum ad aperiendum, purgãdum, sanandum dolorem, & carnem mortuam, & carbunculum auferendum.

℞. succi ebuli, absinthij, cimarum rubi, urticæ, carui, apij, omnium ęqualiter, mellis cochleare unum, & albumen unius oui gallinæ, farinæ siliginis, uel cuiuslibet eorum quę sunt ad tenuitatem. confice sic: succos, & cætera pone in uase, & commiscẽdo exagita, donec spissum sit & tenax, si plaga profunda sit, pone ex hoc ellychnium perunctum: si uero patula, id est plana, pone super pannum donec sanetur: si uero tractum nimium desiccatur, renoua cum succo solius apij.

Vnguentum ad plagam.

℞. ceræ critinę ℥.s. picis, colophoniæ ana ʒ.ij.s. sepi arietis ℥.ij. infunde cum oleo, & pone super ignem donec unguentum fiat.

Potio ad plagatos.

Betonicam, agrimoniam, fragifoliam, asari, uiolæ, linguæ bouis, ambrosiæ, plantaginis †minutę, quinquefolij, hyperici, picis, linguæ ceruinæ, pimpinellæ ana M.i. tere, & adde † aquæ libras iij. mellis cochlear unum. cola, & appone piperis grana c. & quanto frequentius biberit tanto celerius sanabitur: sed à uenere abstineat, & omnibus cõtrarijs. Ad idem. Fac sagimen de lardo, & accipe mel, & farinã de sigale, & uinum, & coque simul, & mitte super plagã, mire curat & sanat. Item succus apij, & albumen oui, quibus adde puluerem thuris, & tãtum de farina frumẽti ut satis spissum sit.

(margin: alias mimitę; alias uini)

Ad capitis plagam sic fit.

Diligenter inquire utrum longa sit an non. An os fractum sit an non. his præmissis si profunda fuerit, & testa rupta, primitus capillos tunde, & deinde panni ellychnium absque ullo medicamine, uel lardi frustum excoriatum, iuxta plagæ quantitatem incisum in ipso ossis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine extendat, uel aliquid morbi generet, pone: & post pone primo embrocham, quæ sic fit: uinum & oleum, & panem non ex toto arsum fac feruere in sartagine, uel aliquo uase, deinde unguentum fuscum unaquaque die in plagella pone. memento tamen ut prædictum ellychniũ semper adsit donec caro crescat: quod si os ruptum non fuerit, sue cum acu in duobus uel tribus locis. hoc dico si plaga magna fuerit: deinde tonsis capillis, embrocham prædictam ad prędictũ terminũ, & unguentũ fuscũ in plagella pone

Ad plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis excepto capite.

A Primum pone lardum quantum tibi uidetur, & unguento fusco unge: & tũc pultes hoc modo compositas pone. Vinum, farinam, oleum cõmune, mel, rutam, saluiam, absinthiũ, trita cum axungia porcina omnia æquali pondere fac feruere in sartagine: quo facto, cũ panno superpone quousque plaga desiccet. memento ut unaquaque die bis mutetur, nisi prima die, & lardum impone semper ęqua quantitate usque ad vij. dies. deinde unaquaque die, prout caro solidescet, paulatim minue, quousque plaga clausa uideatur: & tunc impone emplastrum aliquod. in capite autem non oportet imponere pultem hanc, sed embrocham prędictã: quia non conuenit nisi pili nascantur, propter constrictionem pororum.

B Vnguentum fuscum sic fit.

℞. olei lib. i. sepi, cerę ana ℥. vi. picis ℥. iij. saluię, sisymbrij, lentisci, sauinę, allij, cimarum rutę ana M. i. cõfice sic. Herbas cum seuo diu cõtusas cum oleo coque, & cola, deinde cerã adde, ultimo picẽ quãdoque liquefactũ fuerit remoue, & usui reserua.

Potio ad plagam sanandam.

℞. agrimoniam, betonicam, saluiam, plantaginem, folia hederę terrestris, herbę uenti, pinsitis his, cõfice cum uino, da bibere quousque sanus sit.

Emplastrum ad plagam sanandam.

℞. farinam siliginis, absinthium, oleũ de oliua, axungiam porcinam ueterem, mel quod sufficit.

Vnguentum album.

℞. cerusę ℥. iij. lithargyri ℥. ij. mastiches, cõdisi ana C ℥. i. s. olibani ℥. i. olei rosei, & aceti quod sufficit.

Ad ossa fracta.

Ratio medendi ossa fracta hęc est: primum prouide ut leuissimis manibus aptes ad proprium locum male incisas fracturas, quo facto, sal, & mel in sartagine compone, & diutissime feruere dimitte, & prout pati poterit calidum superpone cum stupa, aut bombace, deinde lignula recta plana ad inuicem restibus concatenata circumliga: hoc per triduum fieri necesse est: post triduum uero, reiectis his diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialtea, aut marciato circumlinies, & bombace, uel stupa circumuolue: & sic unguentum circumuoluere, & circumligare, & fomentare contemplata ętate bis in die mane D & uespere oportet. usque ad xx. enim dies solidantur: habita tamen diligenti cura: iuuenis uero usque ad septemdecim dies. senum autem usque ad xxi. uel xxij. uel xxiiij. puerorum itaque expectatio usque ad xv. dies. in his ergo diebus constrictorium iuxta prędictam rationem facies ita. ℞. olibani, mastiches, cerę, boli armenij, ęquali pondere, ceram solue, & horum puluerem triconizatum superasperge: & ad modum ceroti coque, & tepidum superpone. memento tamẽ ut prius sapone, & aqua calida, uel aliquo tali optime lauetur: & sic cerotũ superpone. nõ enim adhęret appositum, propter unguentum. oportet etiam scire si ulcus adfuerit. non enim debet apponi in ulcere: quod si aliquo casu accidente disiuncta fuerit, ex utraque parte trahatur

trahatur manibus: ut ad priſtinum locum redeat iunctura: quo facto, palma utrarunqꝫ manuum locus conſtringatur, & poſtea fomẽtetur aqua calida: deinde circumliniat̃ agrippa: & tabulæ ſuperponantur: huius autẽ mutatio fiat de tertio in tertium diem ſemper cum fomentatione, & poſt, ſupraſcriptum conſtrictorium appone. Siqua uero coſtarum hominis fracta fuerit & interius plicata, coſtam hoc modo reduces ad exteriora: fac cõſtitui ignem longum ad longitudinẽ hominis, & nudus calefaciat uentrem & coſtam. tũc uero habens mel coctum, unge manus utraſqꝫ ex eo melle, & paulatim manibus perũctis blande tange locum, & trahe ſuauiter: ſic ſæpe facies trahẽdo, donec æqualis ſit aliĳs coſtis. deinde marciato, cæteriſqꝫ unguentis foueatur, & emplaſtrum apoſtolicon, uel diachryſu, uel aliquod quodlibet, donec ſanetur, exterius ponatur.

Emplaſtrũ diachryſu, quod latine aureum dicitur: oſsium fracturam ſanat: parotidas, glandulas ſanat: ſpleniticũ, callum pedis, & hemicranium mire curat: apoſtemata, & naſcẽtias, & carbunculos diſpergit: emproſthotonũ uel cui in capite, uel ceruice, uel ſcapulis nerui contrahunt̃, & omnem indignationẽ, uel phrenitin infantium ſanat.

℞. colophonię, reſinę ana ℥. ĳ. olei ℥. iĳ. picis lib. i. olibani, auripigmẽti, aluminis añ ℥. ĳ. aceti quod ſufficit. Parotidas, glandulas ſic incidas. cutẽ ſuperincide ferro: deinde cum hamulo ferreo ſubtiliſsimo glandulas ad te trahe, & tandiu abſtrahe pelliculas circuncidendo cũ ſpathula, donec omnes uenulas earũ habeas: & ſic embrochã de panno incẽſo ſuperpone, uel aliquod idoneum, ut ſanguis ſtringatur & ſanies: embrocha tũc cauatura lauetur, deinde unguentum fuſcum apponatur.

De oſſe fracto.

Ad os fractum. Cerebrum canis cum aceto calido diſtempera, & ſuperpone in panno lineo. per tres dies dimitte.

Item ad os fractum uel ſciſſum.

Inſimul albumen oui cum ſtuppa induc, & circunduc, & deſuper liga. Ad idem. Ceræ nouæ, ammoniaci, roſæ, myrrhæ, croci ana malagma facito: & linteolo apponito.

Tractum ad omnem plagam.

Aloes, myrrhę olibanę, maſtiches, añ. ℥. i. picis, ceræ, colophonię, ana ℥. ĳ. ſicca tere, liquida ſolue. cola per linteolum, fac magdalionem.

De febribus, & diebus timendis.

Rubra ad febrẽ tollendam. ℞. cimini, cozũbri, myrrhę, aniſi, croci, dauci, cretici, hyoſcyami, añ. ℥. i. opĳ ʒ. i. ſeminis apĳ ℥. i. mellis quod ſufficit.

Hydropoton ad febrem quotidianã, tertianam, ſed maxime quartanam, & ad omnes acceſsiões & anguſtias, ſomnũ facit, faſtidiũ tollit, ſudorẽ ꝓuocat.

℞. ameos, myrrhæ, aniſi, croci, hyoſcyami, opĳ ana ʒ. ĳ. chamedryos, apĳ, petroſelini, ſpermatis mandragoræ, thuris ana ʒ. i. mel quod ſufficit, dabis cum aqua calida.

Ad quotidianam.

Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram miſtam cũ hydropoto ante horas acceſsiõis. poſt bibat aquam frigidam. Si uero frigus fuerit, magnum uinum bibat, aut aquã calidam. ſi uero non profuerit iſtud, accipiat pancriſti, poſt bibat mulſam. Si uero ſtomachus fuerit plenus humore, ut uomat bibat oxymeli. quod ꝯ ℞. aceti phialas ĳ. mellis lib. i. ſeminis radicis, & attriplicis ana ℥. i. quæ coquãtur uſqꝫ ad medietatem, & ante acceſſionem bibat, & ieiunet una hora, poſtea ſi nõ uomuerit, accipiat aquam calidam, & bibat. De cibis, ius album manducet de gallina, cõfectum cũ oleo farina, porcellos, hœdos. de uolatilibus, faſianos, turdos, perdices, ficedulas. de piſcibus, ſaxatiles, aut aſſos, aut elixos. de pomis, mala cydonia, & uuas, et mala granata. de uino, albũ et leue.

Potio probata ad frigiditatem, & febrẽ.

℞. ſeminis trifolĳ acuti, opopanacis, ſerpylli. ana ʒ. iĳ. aniſi, fœniculi, amyli, apĳ ana ʒ. ĳ. farinæ orobi ℥. i. hęc ſimul tere, & pone in uino bono paululum, & poſt colligantur in modũ uictorialis põderis ℈. iĳ. dantur cum uino calido.

Electuarium quartanarĳs, et quotidianarĳs.

℞. ſiler, piper, amyli, marathri ana ℥. i. zz. pyrethri ana ʒ. iĳ. gariofilorum, galangę, ana ʒ. i. mellis quod ſufficit.

Ad quotidianam, tertianam, et quartanam.

℞. roſarum ʒ. xx. ſachari ʒ. xl. coſti dulcis, rhubarbari, arſenici, cinnamomi, nardi, maſtiches, ſpodĳ albi, ſandali citrini, et albi, berberis, gariofili, croci ana ʒ. ĳ. tere, et confice cum ſirupo uiolato, doſis eius ʒ. iĳ. ante acceſsionẽ et poſt.

Epithema ut ſudor febris exeat.

Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, et pone ſuper ſtomachum.

Ad quotidianas acutas in æſtate.

Si habuerint turbidam urinã, ex ſanguine eſt. prima, uel ſecunda die, uel uſqꝫ ad ſeptimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplaſtrũ, uel epithema, quod ualet ad febrẽ acutã. Succum ſolani tempera cum farina hordei, et induc in panno, et pone ſuper ſtomachum. Item panem aſſatum diu, ita ut fiat uelut carbo extinctus, poſtea tere, et cribra puluerẽ, et tempera cũ uino, et fac epithema. Diæta utantur tali: ſucco ptiſanæ expurgato hordeo. nam hordeũ poſitum in aqua una nocte, tundat̃, et ad menſurã unius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, et coquatur lento igne uſqꝫ ad tertiã partem, et coletur per linteolum, et utant̃ farre molli. et de pomis, malo ſerico, aut dulcibus amygdalis, et pane in aqua, et de electuario ſupradicto. Quodſi in tempore autũni uenerit, et ſine typo fuerit, ſimiliter curabit̃. Si cum typo, uomitũ prouocabis cũ aqua calida, et oleo, aut cũ oxymelite ſupraſcripto, et ſi fuerit conſtrictus, oxymeli catharticum dabis, quod conficitur ſic. Mitte acetũ, et mel, et elaterĳ ℈. s. uel ſecũdum uires

uires ęgroti. De cibis, ſuperius dictum eſt, quod ſi fuerit ſolutus, cibos ſtypticos damus. potu utere uino græco. Si uero in ſuo tempore uenerit cum typo, aut ſine typo, primum catharticũ dabis ad phlegma deponendum, id eſt diacalaminthes cũ adriano, uel omnes potiones calidas, ut picra, muſa, athanaſia, hydrocopion cũ aqua calida: cibos ſupraſcriptos: pannis autem, aut ceronium, aut oxyrocroceum cum cerotis cataplaſma. ℞. hæc micam panis, fabæ, abſinthij, farinæ fœnigræci, omnia æquali pondere, cõfice cum ouo molli aſſato, & cum oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, & ſupra uiſcera impone. expertum eſt. Si autẽ in tempore ueris, curabitur cum potione rubra et eſdræ. Cibos autem dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium uolatilium. De leguminibus, cicer, far. De oleribus, fœniculos, betas, coctana. De piſcibus, ſaxatiles. Vinum, album & leue.

De febribus tertianis cum typo.

Ad febres tertianas cum typo. Muſam potionem ante acceſsionis horam accipiat, & poſt bibat aquam calidam.

Ad duplices tertianas.

Vtatur hydrocopio, & muſa, & rubra quaſi una potione.

Ad tertianam miſtam quotidianæ.

Pancriſti, & rubra hydrocopio, quaſi una potione utantur.

Ad tertianas acutas.

Si uomitu egent, ponatur mel, & acetum, quibus adhibeantur atriplicis ʒ.iij. & utantur. Si conſtipati fuerint, accipias pulueris †uiolæ ℥.s. & bibant interpolato die cũ aqua frigida, et utanẽ epithemate. quod eſt: ℞. farinę hordei ℥.iij. roſę ſiccę ℥.i. ſandali albi ℥.s. ſpodij ʒ.ij. maſtiches ʒ.i. canforæ ℈.i. tempera cum ſucco ſolani, & quaſi unguẽto ungantur: & utantur deſuper tegumento ſtuppæ: & bibãt quotidie ſuccũ mali granati mane, & poſt vij. dies, ſi urina fuerit turbida et rufa, et nil ſuperiora profuerint, balneo utatur, & fomentetur ex aqua et oleo, & poſt fomentum phlebotometur de media uena dextri brachij.

alias molæ

Epithema ad omnes acutas febres.

℞. ro. ſeminis portulacę, ſandali albi et rubri añ. ʒ.ij. draga. parum, tempera cũ aqua roſea, aut ſucco mali granati, uel uuæ lupinæ. Si uero uolueris ut dormiat, ungantur frons, & nares, & aures, ex oleo uiolato: & lacte mulieris, & pedes loti in aqua, in qua papauer, & ſemẽ lactucæ, uel ipſę herbæ decoctæ ſunt, ungantur.

Antidotum ad idem.

℞. ſandali albi, ci. et ru. añ. ℥.i. draga. ℥.s. roſ. ℥.iij. ſachari ℥.iij. ſirupi quod ſufficit. Cibos dabis ſuccum oryzæ, aut alicę, ius galli, piſces ſaxatiles, poma frigidiſsima. de olerib. lactucas cũ aceto, portulacas, ſolanum, omnes cibos parũ ſalitos. dabis aquam frigidam, & mulſam de hydromelite, & ſi fuerit ſolutus, dabis ei cydonium melle confectũ ita: ſucci mali cydonij partem unam, mellis partes ij. coque ad lentum ignem, donec ueniat ad ſpiſsi-

A tudinem mellis, & dabis exinde mulſam.

Epithema ad idem.

℞. maſtiches, thuris, fœnigræci, ſeminis lini, farinæ hordei, croci, omnia ęquali pondere, trita diſtempera cũ uitello ouorum, & cum oleo roſ. hoc modo confecto: tolle oleũ, & roſas cum rore ſuo, et mitte ſimul in puteũ, aut in aquã uiuam per xx. dies. poſtea tolle exinde, & pone ad ſolem undecim diebus: poſtea habeas ad umbrã: hoc oleũ frigidiſsimũ eſt, et ſi unxeris igneam febrem de hoc oleo, mitigat eam, & ſolet eam amputare. Hęc eadem febris ſi fuerit in autumno curabitur: ſi diateſeron temperabiẽ cum uino, cum rubra, cum mulſa. Cibandi ſunt talib. ut eſt far, ſimila, & granũ bene coctũ, carnes pecudũ, & pedes porcini, & gallinæ, uinũ album & leue. In tempore hiemis, ſi fuerit cum typo, curabitur cũ mulſa, & hydrocopio, & rubra: & ſi ſine typo fuerit, prolõgabitur: †lixo perſicũ dabis cum aqua calida: cibos, carnes porcellorũ, cerebella eorũ, phaſianos, & agreſtia uolatilia, Quod ſi fuerit in tẽpore ueris, curabiẽ potione rubra, et roſata ſimplici quod eſt. ℞. croci orientalis ℥.i. draga. ℥.i. ſucci liquiritię ℥.i. ſeminis citru. melo. ana ℥.i. roſæ ℥.iij. tempera cum melle ro. et aqua roſea.

B

alias laxatiuũ

Rhodaſachara ad idem.

Accipe roſarum albarũ lib.i. minutatim incide roſas, & frica bene cum manibus ipſas cũ ſacharo, et pone in uaſe, et ligabis, ponasq; ad ſolem lx. diebus donec bene coquatur, et nocte auferes.

Diacydonion ad idem.

C Coctana mundabis interius et exterius, et coques cum aqua bene, et in una libra pomorũ, pone ij. lib. ſachari, et iterum coques ad ſpiſsitudinẽ, poſtea addes pulueris ſandali rubri, et citrini ana ℥.s. ſpodij ʒ.vi. roſę ʒ.x. ſeminis portulacę ʒ.iiij. ſucci liquiritię, ſucci rhu. draga. ſeminis cucu. ana ʒ.ij. mãnę, caſięfiſtu. añ. ʒ.vi. croci ʒ.ij. maſti. ʒ.i. camphorę ʒ.i. adde ſiru. uiolati ſimplicis quod ſufficit. Cibos dabis, ſuccum oryzę aut alicę, ius gallinę, &c. ſicut ſuperius notandum eſt.

De febre quartana cum typo.

Ad febrẽ quartanã cum typo. Si fuerit in ęſtate, ante horam acceſsionis dabis potionẽ muſam. Si fuerit in hyeme, utantur potione diaſulphuris, et dialteę unguẽto. de cibis, utanẽ rapis. porris coctis, et farre, et ciceribus. de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis. de pomis, mala cydonia. de uino, neq; leui neq; forti.

Ad duplicem quartanam.

Ad duplicem quartanam. Adriano, et pancriſto temperatis utantur cum balſamo: quartana ſi fuerit tempore ueris, curabitur potione eſdrę, miſta cũ potione ſancti Pauli, et muſa ęnea, Vnctionem talem facimus: ſinapi ungimus dorſum ante unam horã acceſsionis, cibos autẽ calidos et ſtypticos damus: ut lepores, phaſianos, perdices, anates, anſeres. de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabam fractam. de oleribus, fœniculũ, capita raparum, rutas agreſtes coctas, uinum rubrum et forte. in ęſtate uero, ru. miſta cũ theriaca

mūdissima cū uino tēperata damus: & unguento marciato ungimus totum corpus, ante unam horam accessionis prope ignem donec sudet, & pręterea hora accessionis. cibos autem superius diximus. Si tēpore autūni uenerit, curabitur potione adriani, et diacalaminthes. & trochiscis probatis ad quartanā: petroleū dabis bibendū. ungimus totum corpus ante & retro dialteas, & quotidie damus origanū ad bibendū, cibos uero ut supra.

Vnguentum ad quartanam.

℞. cinnamo. ℥. ij. croci ℥. i. myrrhę, styracis, sagapeni, ana ℥. v. laseris ℥. iiij. gētianæ ℥. ij. mellis quod sufficit, da in modum lupini, cū aqua calida. Ad idem. Oleo pulegino utere cū nepita. purgat stomachū & thoracē, cæteraq; membra, ita ut prius utat̄ commistione sancti Pauli, & calidarū potio- B ne, cōfricetur totum corpus cum uino austero.

De febribus ephemeris.

Ad ephemeras febres. Si nascantur ex calore, utantur tenui balneo, & fomentent̄ ex aqua calida, & oleo: & bibāt aquā frigidam, uel tenue uinum, & utant̄ frigida dięta, scilicet cucurbita, portulaca, malo matiano, uel syriaco, uel succo mali granati. de carnib. pipioibus, syluaticis uolucrib. Si autem ex frigore fuerit, ungat̄ stomachus oleo mastichino, quod recipit olei ros. ℥. ij. mastiches ʒ. iij. costi ʒ. i. rutę uiridis ʒ. ij. simul in oleo coquant̄, & ex ea ungatur stomachus, & detur potio diatrionpepereon. diæta, accipiāt pecorinam carnē unius anni & agninam, & pipiones domesticos, & bibant uinum rubrum & subtile, & ferantur C ad balneum calidum.

De synocha febre.

Ad synocham. Si ex sanguine fit, uel ex cho. ru. phlebotoma in prima die, uel secunda, aut ad summum in iij. die. si masculus fuerit, in dextro: si fœmina, in sinistro: si uentrē habuerit constrictū, clysterizabis ita: accipe succū cantabri, & maluas tunsas, coquant̄ cum oleo, deinde colato per linteum, & utere. Si autē desiderauerit balneū, concede sibi, & utatur fomento ex calida, & oleo: dięta utatur tali. succo ptisanæ, & farre molli, & malis matianis, & syriacis: & pane in aqua.

De homotono.

Homotonus curabitur sic: potionem rosatā superius scriptam teneat sub lingua usq; dum liquescat, & saliuam eius glutiat. unctionem talem faci- D mus. oleo roseo frequenter ungimus caput, et pręcordia. epithema tale facimus. ℞. croci orientalis ℥. s. mastiches, olibani ana ℥. i. ouorum assorum uitelli quantū tibi uidetur: confice cum oleo roseo, & pauco aceti, super præcordia ponas.

Item alia unctio.

Oleum roseū, cum portulacæ suc. aut cum suc. uerbenæ, aut cum suc. cucur. super præcordia pone. diætā talē damus: suc. alicę & suc. oryzę: à uino abstineat, sed mulsam atticam damus. Ad idē. Si uentrem cōstrictum habuerit, clysterizabis cū suc. cantabri, aut bibat psyllium in tribus aquis lotam, & utatur mali grana. suc. & malis, & pyris, et

A sorbis maturis, & ungatur unctione quæ recipit suc. semperuiuæ: suc. portulacæ, suc. rasuræ cucur. olei ros. ana ℥. i. & ungatur ex his totum caput, præter loca ubi cerebrum est: epithemate utantur ut supra.

De causo.

Causus nascitur ex cho. ru. nimiū sic. circa subtiliores uenas hepatis, quę his signis cognoscitur: sitis, & insomnietas est magna, & alienatio prosequitur, & surditas, aut muti fiunt: quādo hęc signa ante triduū habuerint, ꝙ febris fiat, dolor capitis sentitur, & buccinæ auriū, ipse dolor cū forti ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potione, & frigida adiutoria necessaria sunt his quę supra diximus. Euacuetur autē humor cholericus, extinguat̄, et dissoluat̄ per sudorem, aut per uomitum, aut per uentris solutionem. Certissime autē extinguitur si biberit aquam multam & nimis frigidā: etiam hydromeli bibat, aut lauacrum intret ut sudet, sed non descendat in soliū, nec diutius moretur. de escis uero nihil nisi ptisanam manducet.

De nephritica passione.

Ad nephriticam passionē. Si fuerit ex cho. ru. in dextro latere, detur ei musa, uel iustinū minus, post elixaturam apij & fœniculi, quæ cōficitur ex corticibus eorū in aqua coctis, si fuerit in sinistro latere, ex phlegmate uel cho. ni. detur ante adrianum, & iustinū maius, cum decocto apij & petroselini macedonici. si fuerit sine febre, uinū bibat, si fuerit cum febre, aquam: & utātur emplastro ceronio, & fomentent̄ cum aqua calida, & succum cressonis per se bibant. Diæta uero, omnia calida & leuia: & utantur crescionibus, & alexādris, & urticis: petroselinis, & apio, & asparagis. de carnibus, porcina, agnina, hœdina. de uolatilib. phasianis, perdicibus, turdis, ficedulis. de leguminibus, cicere. de piscibus, nullatenus. de uino, claro & rubro utantur.

De pleuritide.

Ad pleuritin. Si fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotoma de brachio eiusdem partis. & cozumbrū coctum in patella cum mel. plagellę imponatur ita, ut refrigerata altera calida imponatur. si fuerit ex cho. ru. utat̄ electuario quod recipit amygdalarū ℥. ij. pineæ mundatæ ℥. ij. gummi saracenici ℥. i. †dragaganti albi uel rubri ℥. i. seminis citruli. melo. cucu. cucur. mundatorū ana ℥. i. tempera cū decoctione epithymi, amygdalę purgatæ terant̄, & ex suc. aqua inficiat̄, & ita bibat: si ex phlegmate fuerit, accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat decoctionē hyssopi cum aqua, uel puluere facto de caprifico cocto in pice in modū emplastri utatur. Diæta uero sit, pultes, far molle, & amygdalæ, et bibat aquam eorum.

alias sandali

De phrenitide.

Phrenitis si fuerit tempore ueris, curabitur sic. Venam quæ in media fronte est post vij. dies tangimus, et eos sternutare facimus cum elle. albo, et euphorbij puluere. quod si sternutauerit, bonum. Vnctionē facimus talem. oleo roseo, uel oleo uio. frontem

A frontem, & præcordia inungimus. & sępius faciē eius aqua frigida irrigamus, ut nō dormiat. Si fuerit tempore æstatis, ungimus pręcordia eius cum oleo ro. & succo semperuiuæ.

Antidotum Basilij, hemitritæis omnibus.

℞. Costi, carpobalsami, celticę, gariofilorū añ ʒ. i. croci ℈. i. nardostachyos, meliloti añ ℈. ij. casięft. foliorū semperui. foliorum ana ℥. ij. mel lib. i. aquę lib. i. & s. aut ij. tere, et infunde. cataplas. ad omnes febres. ℞. lini semen, hordeū, fœnūgrę. absinthiū, anethū, apiū, petroseli. libysticū, & lupinos, ex supradictis farina facta mittas oleum desuper, aut axungiam ueterē, & facto ita cataplasmate, induc in linteolo, et calidum super stomachum impone: omnibus diebus mutando, & calefaciendo.

De diebus timendis.

B Quisquis prima die cuiusq; mensis in infirmitatem ceciderit, sequens iiij. dies est timēda, quam si transierit, usq; ad triginta dies euadet. Qui uero secunda die deciderit xiiij. timēda est. quā si transierit, diu euadet, licet ægrotans. Qui autē tertia die deciderit, sine molestia liberabit in proximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatē, grauiter usq; ad xviij. diem infirmus erit, sed euadet. Quinta die ægrotās, licet grauiter patiat, euadet. Sexta die decidens licet sanari uideat, quinta tamen die alterius mensis moriet. Qui septima die deciderit, absq; molestia liberabit. Octaua die ęgrotās, si nō fuerit factus sanus usq; ad xv. diē, moriet. Nona die ęgrotās, quāuis cum summa molestia, euadet. Decima die qui deciderit, ꝓculdubio morietur. Vndecima die qui deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die qui deciderit, nisi liberatus fuerit, in xv. die, morietur. Tertiadecima die qui deciderit, infirmus erit usq; ad xviij. quam si trāsierit, euadet. Quartadecima die si quis deciderit, manebit usq; ad xv. diem, & sic euadet. Quintadecima die si quis deciderit, nisi intra xviij. dies cōualuerit, morietur. Sextadecima die si quis deciderit, licet per xxviij. dies molestet, tamē liberabitur. Decimaseptima die decidens infirmus, usq; ad xviij. dies euadet. Decimaoctaua die decidens subito sanabit. Decimanona die decidens euadet similiter. Vigesima die decidēs v. diebus euadet, sed tamen sequēti mense moriet. Vigesimaprima

D die ęgrotans, nisi periculū mortis incurrerit, intra x. dies alterius mensis liberabit. Vigesimasecūda die decidēs, licet x. diebus patiat grauiter, liberabit. Vigesimatertia die decidens, quāuis cū molestia, altero mēse liberabit. Vigesimaquarta die decidēs ægrotās xxviij. die quasi liberabitur: attamē mēse sequēti moriet. Vigesimaqnta die decidēs, licet aliquātulū patiat, euadet. Vigesimasexta die decidens non moriet. Vigesimaseptima die decidens, licet usq; ad exitū patiat, tamē in altero mense liberabit. Vigesimaoctaua die decidenti mors minat. Vigesimanona die decidēs ægrotans, paulatim altero mēse liberabit. Trigesima die, utrum infirmus euadat, dubiū est. Similiter qui Trigesimaprima die ęgrotauerit: utrū euadet ignoratur.

De urina & pulsu.

Quoniam & causarum omniū & nōnullarum dimensiones atq; imminentis spiritus præuidere difficile est, urinę diuersitates, & uarios pulsus arguto stilo cōscripsi: ne cōfusa ratiōe medicinæ uel ordinata quęrenti pernoscere fecissent errorem.

De urina & pulsu in febribus ephemeris.

Ephemeræ febris pulsus est simplex, non ualde inæqualis, aut sordidus, aut difficilis: quarum ex urina, si guttatim fuerit egressa, & patiens dolorē capitis senserit, hæmorrhoidas scias esse uēturas. si uero ex animi ęgritudine, id est tristitia, aut cupiditate febris nata fuerit, pulsus eius est lassus, tenuis in principio: ita ut putes eū multis temporib. ex longinqua infirmitate ægrotasse. Vrina in his rufior inuenit, q̃ in cæteris ephemeris febribus. Si autē ex iracūdia ægritudo nata fuerit, & febris fuerit in magnitudine, & in nimietate, pulsus fit non minuēs atq; desinēs. Sicut in his qui ex tristitijs, & uigilijs, atq; cogitationibus laborant, urina crocea est, & ignea, & extra consuetudinē cholerica euenit cum morsu ueretri exiēs. Nam qui ex multo labore sudantes deficiunt, & frigescūt, pulsus eorū mitior inuenitur & lassior. urina uiridis & turbulenta apparet. Quę si subito asperitatē, & ru. uini colorē assumpserit, & calor defecerit: aut si fuerit uersa in album co. aut dolorem articulorum, aut auriū nūciat apostema, id est parotidas. quod si † cholerica supradicta urina abundans fuerit, & nō supradictum dolorē habuerit, eius ægri- *aliàs colore*

C tudinis solutionē ostendit futuram. Vrina alba et spissa bonā significat sanitatē: si tamen capitis dolor non fuerit. Si autē talis coloris urina in initio ægritudinis uenerit, contractionem corporis futurā denunciat. Illi uero qui nimia fatigatione fuerint lassi, pulsum habēt maiorē et lassiorē, in hisq; urina rubra est & cādida. Quibus uero indigestio ciborū febrem attulerit, pulsus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit. Vrina uero eorum multum ru. est. Quibus inguinum dolor febrem mouerit, pulsus est maximus, & grandis ictu, & uelox, atque spissus. Vrina his subalbido colore apparet, & communis ut in cæteris ephemeris.

De urina & pulsu causi, synochi, & synochę.

Causus & synochus, hi ambo habēt pulsum synochæ consimilem: non horarū declinationes similes. quib. si lingua fuerit arida, & uomitus cholericus & urina † lucida mors significatur. Vrina crocea & turbulenta cum nebulis non bonis, & pluribus diebus in eis nō egesta, aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatim stillando fuerit egesta, uētris cōstrictionem malam cum animi turbatione & angustia ostendit. Vrina alba & aquosa in augmento ægritudinis, aut in statu ueniens, laborem corporis cum frigore, & maciem nūciat futuram. Si uero pinguis fuerit, mortem significat. Vrina similis spermati hominis, imminentia nuntiat. Vrina uiridis critico die immutata, mortem ostendit. *aliàs liuida*

Vrina uiridis si se mutauerit in album, aut aquosum colorem, typicam ęgritudinem uenturã significat. Vrina ęruginosa strãguriam significat. Vrina ni. et tenuis, cũ nebulis, phrenitim ostendit: maxime si odor uitiosus fuerit ei. quibus autẽ fluxus sanguinis ex naribus uenerit, solutionem eius ægritudinis statim fore significat. Vrina æruginosum habens colorem, spasmũ significat. Vrina ni. & tenuis cum auriũ obtusione et insomnia, & in se nebulam habens, tempus longum eius ægritudinis nunciat, et sanguinis fluxũ imminere ostendit. Vrina sanguinea cum dolore capitis et hypochondrij dextrę partis, statim subitaneã mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus eueniens, apoplexiam facit, quę cũ soluta fuerit, caliginem oculorum cito transeuntẽ, et delectationem cibi ostendit. Vrina turbulenta et nõ uaria, crisim cum dolore aliquo uenturam ostendit.

De urina et pulsu in homotono, aucmastico, et paraucmastico.

Homotonus pulsum habet grauem, spissum et sordidum. Aucmasticus uero pulsum habet uigẽtem, et sordidum, sine intermissione. quibus grauis est, per singulos dies et horas febris augmẽtatur, nullo statu uel declinatione interueniente. Vrina rufa in his inuenitur. Paraucmasticus autẽ in secundo uel tertio die cum declinatiõe pulsum tenet mitiorem, quãuis in principio uehemens fuerit. In his ergo omnibus pręscriptis passionibus si urina fuerit colo. liuida, et tenuis cõstitutiõe, phrenitin futuram denuntiat: quã longo tempore protrahi significat. Vrina colore alba, et cõstitutione tenuis, cũ nebulis non bonis, renum et dolorẽ, et indignationem significat: si in bono colore, et in die critico conuersa fuerit, certũ discussionis tempus denunciat. Si uero ex bono colore in malum die critico conuersa fuerit, futuram mortem ostẽdit. Vrina cholerico colore, nebulam albam habens, & furfures supernatantes, aut longam ægritudinem aut mortem significat. Vrina tenuis cũ nebulis non bonis, phrenitin, siue mortẽ, aut spasmum significat. Vrina alba si se mutauerit, apostema celerius uenturum scias. Vrina turbulenta, et tardius residens, maxime si sanitas intraneorũ fuerit, & per multos dies perseuerauerit, & nõ se mutauerit, pro certo scias acutas febres in tertianam conuerti. Vrina subalbida, & spumosa, aut rufa, & si ex cholerico humore ipsa ęgritudo nata fuerit, mortem significat: quod si eo tẽpore sanguis de naribus fluxerit aquosus subito, & à solito abũdans: & tenuem se urina fecerit, & diu perseuerãs non se mutauerit: frigus subitaneum demonstrat uenire: pro quo frigore fit ægritudinis solutio nõ bona, Vrina cũ sudore si in febrium augmẽto fuerit, & abundantia urinæ fuerit, mortẽ cito uenturam nunciat. Vrina rubra & spissa modo supradicto, mortem cito futuram significat. Vrina rubra & spissa si fuerit egesta frequentius, & si dolor capitis, & scapularum affuerit, & auditum patiens obtusum habuerit, & hypochondriorum dolorẽ senserit, futuram phrenitin denunciat: quod si infra vij. dies soluta fuerit, ictericũ facit: & si nõ fuerit soluta in macronoxiam uenerit, et nebulæ non bonę in eadem fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba, & aquosa, & nebulam bonam habens, & cũ odore bono egesta, supradictã phrenitin purgat. Vrina lactea si in initio ægritudinis iuuenibus euenerit, non bonũ significat. Vrina alba, spumosa, & nebulosa, nõ bonum significat, & si in critico die, aut post criticum diem superuenerit, solutionem ægritudinis ostendit. Vrina nigra cum sudore, non bona signa imminere ostendit. Vrina puluerulenta, & maxime si frigus, & lippitudo oculorum fuerit, & caligo, et superiores partes in sudorem ueniant, uenturum spasmum denũciat: quod si se supradicta urina abstinuerit, & dolor capitis cum sudore corporis fuerit, spasmũ statim uenturum ostendit. Vrina non bonum colorẽ habens, & si non fuerit digesta, uel constitutionẽ urinæ animalis similem habuerit: & missa in calice cito resederit, & amens patiens fuerit, & insomniã senserit, spasmum significat, aut mortem. Vrina si ne nebula turbulenta, non bonum significat. Vrina nigra, aut liuida, non sine periculo erit. Vrina crocea, & spissa, laborem, & dolorem, & grauedinem in hac ęgritudine, siue mortem ostendit. Vrina tenuis, maxime si dolor capitis, et scapularum, & insomnia fuerit, phrenitin, & paracopen, & dementiã, siue cardiacã significat. Mulieribus tamẽ hoc tale signũ mortẽ significat. Vrina tenuis in cretico die si aspera facta fuerit, statim sudorẽ uenturũ demõstrat. Vrina suprascripta post crisim si se mutauerit, eius febris fiet repetitio. Vrina spissa, & cholerica si fuerit augmento febris, mortem significat. Vrina nigra, per uarios colores frequẽter mutata, cum nebulis non bonis, & uelut concisis, & separatis, & frequenter in nigrum colorẽ conuersa, phrenitin cum morte significat. Vrina nigra, & lucida, cum sudore, & dolore hypochondriorum, mortem nunciat. Vrina tenuis, & boni coloris, frequens, et multa egesta, macronoxiam, & solutionem ægritudinis ostẽdit, sed apostema scias esse futurum, & per uentris solutionẽ ægritudinis crisim demõstrari. Vrina alba, & turbulẽta, & nõ cõposita, aliquem dolorẽ cũ periculo nũciat. Vrina nigra, & spissa, nõ boni coloris, si multus uesicę dolor †fuerit mortem significat. Vrina nigra, & tenuis, & æstuosa, si æstuatio fuerit cũ fastidio, & si turbatum sensum patiens habuerit, & non recte intelligat, & loquat, aut malefactio non defuerit, mortem ostendit. Vrina quæ ueluti florem uini supernatantem habuerit, phrenitin, aut paracopen uenturam ostendit. Vrina ualde lucida, phrenitin uenturam ostendit.

aliàs nõ fuerit

De quartanis febribus.

Quartana febris in initio pulsum rarũ, et segnẽ facit, & in alto positũ, declinãte autẽ passione inuenit pulsus lassus, sordidus & segnis. Cui causæ tẽpore accidẽte frigido, minuit †plus accẽso calore. Vrina in his misto calore apparet maxime pallida

aliàs pulsus

lida, uel fusca & indigesta uidetur.

De tertianis febribus.

Tertianarijs pulsus est ingens, citatus, uehe-mens, creber. Vrina in eis crocea, aut satis rubra, quasi sanguinea uidetur.

De quotidianis febribus.

Quotidianis febribus pulsus est minor quàm quartanæ. Vrina eorum cãdida apparet, aut spissa, aut turbulenta. Vrina alba si longo tempore perseuerauerit, frigora soluit. Memineris autem quanto quartanariorũ pulsus à tertianarijs minor est, tanto quotidianorum à quartanarijs inferiorem esse. Vrina nigra quartanam nunciat. Vrina cũ nebulis scissis, macronoxiã significat. Vrina nebulas cholericas habens, in ægritudinem acutam transire significat. Vrina quæ uelut rasurã habuerit, & B arenam & in nebulis quasi sanguinem, syntexim renum, id est colliquationẽ ostendit. Vrina phlegmatica si apparuerit sicut sol in limpidis colorib. indignationem renũ denũciat. Vrina alba si se subito in malũ colorem mutauerit, proximã nũciat mortẽ. Vrina tenuis si post crisim uenerit, & longo tẽpore perseuerauerit, repetitio cuius libet ægritudinis fiet. Vrina tenuis si in malum colorem se post crisim mutauerit, & ij qui patiuntur prima ætate fuerint, contractionem corporis significat. Vrina aspera si post crisim fuerit, in eãdem febrẽ reintegrari demonstrat ægrotum.

De dolore capitis.

Caput dolentibus si urina liuida fuerit, augmẽtum significat. Vrina rufa ut superior demõstrat, C quibus si sanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet solutio.

De synanchicis.

Synãchicis pulsus est paruus, uelox, & densus, qui quãdo ad periculũ ueniũt, sine pulsu sunt.

De cardiacis.

Cardiacis pulsus est paruus, & densus, quibus imminẽti periculo pulsus fit catoryctus, id est defossus, uel deciduus, & quando creuerit, quasi iaculum contrahit, & fit uelox, & paruus, & minus clarus, & inanis, & uelut creber, ac ubi cœperit *aliàs crescere* †crebrescere pasio, incipit uibrans esse, non clarus, cũ tremore, & formicatione, incognitus, & se subducens, At ubi cœperit grauari, pulsus fit densior, & post defectior, quibus uelut inclusus esse D sentitur, quod est pessimũ signũ, quæ quando ad melius uenerit, pulsus inuenitur exaltatus, & bene dispositus, & leuis ictus. Vrina eorum alba & aquosa, cũ nebulis albis, eorũ ægritudinis solutionem ostẽdit. Vrina in eis spissa quãdo fuerit, quæ spissitudo si uelut scissa apparet, paralysin significat.

De pleuriticis.

Pleuriticorũ pulsus est spissus, quæ passio quãdo facta fuerit grauior, pulsus plus cõspissatur, & fit uelox, & ualidus, & ueluti fluctuãs, & inspiciẽtium digitis uelut ungues sentitur. Quando autẽ ad peripleumoniã conuertit pulsus, fit spissior quàm supradictis. Vrina tenuis, & saniosa si in initio ægritudinis uenerit, & per multos dies manserit, A phrenitin futuram nũciat, maxime si ei tussis sicca, & insomnia fuerit. quibus si sanguis narium, & plurimus dolor uenerit, solutionẽ ægritudinis huius futurã nũciat. Vrina pinguis, & rufa, mortem futurã ostendit. Vrina alba, & subliuida mortem demonstrat. Vrina tenuis habens ueluti limũ liuidum, indigestionem, aut mortem nunciat.

De peripleumonicis.

Peripleumonicis pulsus est ualidus, & spissus, qui quando ad periculum uenerint, pulsus fit tardus, & ueluti non comparens, et formicãs. Vrina eorũ nigra, cũ uarijs nebulis, mortẽ futuram ostendit. Vrina sanguinea, cum nebulis supradictis, uitæ periculum nũciat. Vrina indigesta in initio, et ante crisim, significat mortem futuram.

De cachecticis.

Cachecticis, & phthisicis pulsus est lassior, & talis morituris imminenter efficitur.

De dysentericis.

Dysentericis, & iliacis est pulsus lassus, minus tamen quàm cachecticis, quibus si cum singultatione pulsus fuerit, mortem futuram ostendit.

De hepaticis.

Hepaticorũ urina alba, & spissa, et plurimũ egesta, sanitatẽ promittit. Vrina sanguinea, mortifera est. Vrina nigra, & turbulenta, & uelut capillosa, & aliquid rasuræ habens, mortẽ significat.

De spleniticis.

Spleniticorum urina rufa, uel nigra intemperata, & tenuis, periculum uenturum ostendit. Vrina lucida nimis, bonum signum significat, quæ si cum nebulis fuerit, quasi conglobatione instanti, bona imminentia ostendit.

De ictericis.

Ictericorum urina intemperata etiam ut supra protractionem in longum tempus significat. Vrina rufa, & spissa plurimum egesta, sanitatẽ, & solutionem uentris promittit.

De hydropicis.

Hydropicorum urina intemperata, et pauca, et rufa quando fuerit, mortem annunciat.

De Iliacis.

Qui dolorem patiuntur ilis, pulsus est densus: & si ad periculum ueniũt, fit eis pulsus mitior.

De ijs qui in renibus patiuntur.

Iis qui in renibus patiuntur pulsus pigrior in una manu, maior, ac uehemens, plenus, uel siccus, aut celer inuenitur. In altera uero manu pulsus inuenitur paruus, aut imbecillis, aut inanis, dispari tempore respondens.

De nephriticis.

Nephriticorum pulsus lassus. Vrina in his rufa si fuerit, non bonum significat. si causa in peius protrahit. Vrina in his spissa, & color uelut sperma hominis, mortẽ significat. Vrina uinosa, augmentum doloris significat.

De apostematibus.

Qui eruptionem patiuntur apostematum, his pulsus est spissus, qui neque in declinatione, neque in augmento mutatur.

De ulceratione renum.

Iis qui renum ulceratione habent urina spissa apparet, habens uelut carnes supernatantes, nimium dolorem uentris significat.

De scabie.

Scabiem in uesica habentibus urina si spissa apparet cum furfuribus supernatantibus, dolorem futurum ostendit. Vrina saniosa, et plurimum egesta, et uelut coagulata, aut aliquam eruptionem in renibus, aut initium calculi in proximo uenturum ostendit.

De ischiadicis.

Ischiadicorum urina sanguinea, et tenuis, et intemperata, in dolorem si uenerit, acriorem dolorem uenturum ostendit.

De arthriticis.

Arthriticorum urina sanguinea, et tenuis, nimios labores uenturos indicat. urina rubra, et nebulosa, dolorem cessare significat.

De opisthotonicis & emprosthotonicis.

Opisthotonicis et emprosthotonicis pulsus est in tenuitate deductus.

De cognitione urinæ.

In omnib. his infirmitatibus, id est phthisi, hydrope, apoplexia, epilepsia, peripleumonia, paralysi, cholica, dysenteria, si urina rubra fuerit, mortem significat. In phrenitica uero uel pleuritica, synocha, causo, tertiana, si urina alba fuerit, aut sublíuida, mortem significat. Vrina alba sine febribus, in masculis, siue fœminis, dolorem laterum, & aliquando renum significat. & prægnantem fœminam significat aliquantulum. Vrina asterica, id est habens quasi stellas, ubi fœmina est, multum dolorem stomachi, grauitatemue capitis, masculis, scapularum dolorem significat. Vrina si superius claritatem habuerit, & inferius nebulosa, & subliuida, fuerit, dolorem renum significat, & coxę & genu, & superius stomachi. Vrina si superius fuerit subnigra, & plena, & inferius claritatem habuerit, inferius dolorem renum, & superius grauitatem capitis, obturationem aurium & narium significat, quod fumus stomachi facit. Vrina alba, & nuda in omnibus, debilitatem, & frigiditatem significat corporis. Vrina alba, & pinguedinosa, uel iumentina, dolorem renum significat, & uesicæ, & capitis aliquantulum. Qui sæpius ad urinam uadit, infrigidationem uesicæ significat. Qui patitur uitium hepatis, urinam rubram, & obscuram habet. Vrina pulmonis pinguedinosa, & alba, peripleumoniam significat. Si urina spumosa superius fuerit, significat stomachi uentositatem: & aliquando desiderium ueneris, & tussim, & frigiditatem.

De febribus maioribus.

Vrina quasi ignea, significat tertianam. Vrina sanguinea, synochum causam significat. Vrina sanguinea, et obscura, causon significat. Vrina de pleuritide quasi fæx est. Iuuenes raro moriuntur inde, & senes raro euadunt: sed qui quarta die solutionem habuerint, non euadunt. Vrina in febrib. rosea, et obscura, phrenitin significat. De synocho enim incidit homo in phrenitin. Si fœmina habuerit urinam uelut iumento similem: dolorem uuluæ, & matricis, & febrem significat. Cura fœminarum hæc est, si doluerit uulua, post balneum accipiat triferam magnam, & fero mittat ℈.ij. de eadem in uulua.

A

De uulneribus sanandis.

Mistura ad uulnera sananda. ℞. pilosellam pro ulcere, saluiam pro paralysi, uiolam pro dolore, agrimoniam ad curandum, hederam terrestrem ad sanandum, melangiam ad aperiendum, opopanacem, ne contrarij sint sibi cibi, tenericulam pro pleuritide, dictamum, quę etiam irrationabilibus subuenit, morsus serpentum curat, betonicam pro febre, †quinquefolia pro expellendo sanguine uel pure: ad costringendum plantaginem, ad consolidandum consolidam, eiecta pilosella, & melangia. al. pimpinellã

B

Mistura perfectissima ad plagam.

℞. buglum, id est herba uenti maior. i. cosolidam. fœniculum peplium, uel pimpinellam, pindemotis.

Emplastrum ad uomitum restringedum.

℞. Mastiches, cymini, an. ℥. i. baccarum lauri ℥. i. tere, & cum succo rutæ collige, & super stomachum pone, & miraberis effectum. Ad idem. Zingiberis ℥. iij. pinse, cofice cum melle, in stomacho pone, statim stringit.

Emplastrum ad febrem.

Tolle radices raphani, & frige cum melle, & fac inde tentam, et mitte intus, postea tolle agrimoniam, et pinse. et fac emplastrum, et superpone. Si uis scrofulas absque plaga curare, pone super eas corticem nucis ualde pinsitam, et post ij. uel iij. dies aufer, et pone ibidem nepitam herbam, tunsam: et post iij. dies tolle, et impone sanguisugas, et sanabitur.

C

Emplastrum barbaræ, quod facit ad omnia uulnera recetia, proprie autem neruorum, & musculorum contusiones, & laxata intumescere non patitur, articulos incisos iungit, & omnium hominum periculosissima sanat mirifice, interius prius iniectum, postea extra appositum plagas ueteres, & fistulas sanat, uel consolidat.

℞. ceræ, resinæ frixæ, pitis frixi, bituminis, omnium an. ʒ. iiij. opopanacis, aluminis, et uitreoli, croci, gallę omphacinę, olei ueteris an. ℥. ij. cerusę, mannæ thuris, aluminis scissi, ęruginis capanę, omnium an. ℥. iiij. cofice sic puluerem. terenda cum sufficienti aceto in mortario sine intermissione tere, solubilia cum oleo et cera soluta medicamini adde, et sufficienter comisce: quando autem comistum fuerit, copositis magdaliunculis code, et usui reserua.

D

Ad ficum.

Puluerem radicis philipendulæ, id est sisalidos dabis patienti interius, et exterius superpone.

Medicamen ad dolorem dentium.

Succo hederę terraneæ, aut herbæ in aure misso, in ea parte, qua dolor est, statim mitigatur dolor. Ad idem. Senecionis succus in aure eiusdem partis missus, mirabiliter tollit dolorem. Ad idem. Succus herbæ caledulæ per nares eius partis missus quæ dolet, dentes putridos excutit, et dolorem sedat.

Fumigium

Fumigium ad destillationem uuulæ & ad rheumatismum faucium.

℞.styracis,ficuum pinguium,florum amygdalarum,hyoscyami seminis, omniũ quatuor ℥.vij. fac sic: hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ficubus & styrace diu terendo commisce,et in trochiscos informa.quãdoq; opus fuerit, positos super carbones lentisci,ut traiectorium superimpone, & patiens ore aperto fumum accipiat donec sustinere præualet,& hoc ter in die faciat: mane, & meridie, & uesperi,& interpositis tribus dieb. aut quinq;,iterũ atq; iterũ faciat,donec sanus erit. Accipe auripigmentũ,& diu tere,ut multũ tenuis puluis inde fiat,& album oui,& misce cum prędicto puluere.quibus bene mistis, accipe pannum subtilissimum,& infice in illo misto, ita quod totum absorbeatur ab illo panno,postea pone ad solem ut bene siccetur,postea incide pannum,& ℞. frusta ad minus demum usq; ad ix.dies. ponat unum frustum super prunas positas in tegula,& in A ueniat infũdibulũ mittatq; super pannũ,fumũ qui inde exhalauerit per canellã infundibuli in ore recipiat. Ad guttã probatissimũ experimentũ.

Accipe cornu cerui,& incide per partes, quas incisas pone in lebete cum uino albo, & tãdiu fac bullire,ꝙ solummodo sexta pars uini remaneat, et sic cornu proijce,& uinum in pyxide repone, quod coagulabitur,et de illo loca dolentia perunge. Ad idem. Accipe nouem folia laurus,& pone unum in ueru,postea lardi frustũ,& sic facias pro unoquoq; folio unum frustũ lardi, quibus positis accende,& guttas lardi in paropside collige, & loca dolentia perunge.

Ad ficum destruendum.

Accipe puluerem herbæ capilli ueneris,& cepæ,& aristolochiam rotundam,appone super B ipsum,et sine dubio destruitur.

Ad hominẽ loqui impotentẽ propter phrenitin.

Accipe lapillum de oche,et bene tere,et puluerem cũ aqua tepida tribue,et sine dubio liberabitur.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE SPERMATE

SPERMA hominis descẽdit ex omni corporis humore,qui fit ex subtiliori natura quatuor humorum.hoc autem sperma habet neruos,et uenas proprias, attrahẽtes se à toto corpore ad testiculos:qui nerui et uenę,ex fricationis calefactione uiri et mulieris emittunt C illud,sicut ex collisiõe ferri et petræ elicitur ignis. Et hi nerui et uenæ diuersi sunt à neruis et uenis urinæ.urina enim suos proprios meatus habet, et istud suos.Sperma uiri fortius est et calidius muliebri,muliebre uero,nutrimentũ est spermatis uirilis. Secundum igitur naturam spermatis,ut ex subtiliori natura quatuor humorũ procreati,in cõeundo emittitur completum et animatũ,ac tunc spermati muliebri associatum recipitur cum quodam spiritu in matrice,et ibi impinguescit ex matricis calore et fomento,spiritu per arterias subtiles attracto.alius eñ spiritus est ille qui uenit per arterias subtiles et fouet matricem exterius, alius est qui cũ utroq; spermate in eam intrat:et ille spiritus qui exterior est,nõ permittit exire spiritum D interiorem,sed constringit eum ad fouendum infantem et calefaciendũ.Postea uero uenit in matricem quidam alius spiritus existens ex subtiliori natura sanguinis:qui iungens se spermati uertit illud in naturam carnalem per matricis calorẽ, sicut hepar uertit phlegma in sanguinem in duobus uasis:in quibus operatur fortiter operã suam cum uirtute fellis.nec mirum si hepar operatur illud fortiter cum opera fellis:quia indiget magna *alias crassum* opera ut uertat illud quod† graue est in sanguinẽ. spiritus uero qui est ex subtiliori natura sanguinis,non indiget tanta opera.leuiter enim uertitur in sanguinem per matricis calorem sperma:quod ex subtiliori sanguinis constet natura.quibus in sanguinem conuersis illa substantia incipit suscipere figuram hominis per calorem naturæ, et unaquaq; die in sui fomentũ sanguinem attrahit,et in carnem uertit,crescitq; in formatione hominis per naturalem spiritũ,propriam naturam singulis dans membris et similitudinẽ, scilicet alias ex acutis acuta firmãs,ut digitos,uel res acutas cum acutis,ut in iuncturis ossiũ,et sic in cæteris. Prius autem formantur humeri,ex quibus caput, & latera,& brachia,& tibia:ex lateribus renes: ex renibus coxæ:prius simul iunctæ,& postea una formando separatur ab altera.Demum uero formantur nerui & uenæ.& post hæc interior natura semper mittit harmoniã suam ad nutrimẽtum totius corporis,intus & extra. Intestina uero ex spiritu efficiũtur,& expletis diebus triginta apparet masculi figura, fœminæ uero figura peractis diebus quadraginta.Figura itaq; humana peracta crescit infans,impinguescit:et tũc aperitur os,incipiũtq; ossa crassescere ex calore ueniente à matrice per spiritũ naturalem.hic enim calor habet uirtutem conformandi totum corpus.Fiunt autem ossa ex quatuor humoribus,principaliter tamen ex grauiori sanguinis natura. purgat enim sanguinem. Medulla uero ex subtiliori natura illius grauedinis.Ossa acuuntur in compositione digitorũ,manuũ,et pedũ,et peractis mẽsibus tribus,in masculo uenę incipiunt exire inguinum cõstitutionem: in fœmina uero post tres menses.et deinceps mouet infans in utero. et sanguis mẽstruus,qui quotidie ex cibo et potu in corpore matris augetur uel efficitur,agitatur in corpore, uolens exire.et sub tilitate sua per poros quos aperit uenit in mamillas, ubi ex earum calore et humiditate mutatur in album et dulce.sed maior pars illius menstrui descẽdit in matricẽ ad nutriendũ infantẽ. Quod aũt infans ex sanguine ad matricẽ descẽdẽte nutriat,

qui emitti solet mẽstruo tempore ante conceptũ, testatur Hipp. sic, Vidi fœminam prægnãtem minuisse sanguinem per brachium, & in tertia die abortum emisisse. Viri autẽ menstrua ideo nõ patiuntur, quia poros habent, per quos sanguis ille tendẽs uertitur in pilos, quod patet in brachijs, et pedibus, & in cæteris partib. Spiritus quoq; per os et nares fortiores emittunt q̃ fœminæ, per quę exiccantur humores illius sanguinis qui per sudorem emittũtur. sicut enim aqua exiccatur in uase ex ignis calore, & per fumũ emittitur, sic ille sanguis à suo proprio calore exiccatus, fumum ex se generat, qui per os & nares exit, pilosq;, & sudorem, qui per poros subtiles exeunt. fœmina uero non tantum. non enim tanti caloris est.

De natura pueri secundum quantitatem & qualitatem matricis & spermatis.

Quantitas autem infantis formatur ex quantitate matricis hoc modo, si matrix longa & stricta fuerit, longus & gracilis puer erit, et sic in cęteris. Sunt autem in matrice spermatis receptacula septem, & tot creantur pueri, in quot ex illis ceciderit sperma. In dextram matricis partem si sperma cadet, masculus fiet infans. illic enim calor & humiditas per hepar, calor & siccitas ex felle uigẽt. Si autem sperma uiri debile spermati mulieris fortiori associatũ illuc uenerit, infans licet masculus, muliebris tamen est fragilitate membrorũ, & animi, & moribus. Potestq; fieri etiam ex prædicta spermatis uiri fragilitate cum forti mulieris spermate infans utriusque sexus. Si autem sperma in sinistram matricis partem cadet, fit fœmina, ex splenis & phlegmatis qualitatibus. Et si sperma uirile præualet, fit uirilis ac fortis fœmina, quandoque pilos agranones habens: potestq; ut diximus supra de uirili, fœmineum sperma hoc similiter nimis fragile utriusque sexus infantem reddere. Et nota q; si sperma uiri forte sit, masculus est, si debile, fœmina. Et fœtus ligatur in umbilico matris: & per eundem locum recipit nutrimentũ dum est in matrice, et non per os. umbilicus enim fœtus umbilico matris continuatur.

De alteratione sanguinis aliorumq; humorum in spermate.

Organa spermatis sunt arterię & uenæ, in quibus sanguis uertitur in sperma hoc modo. sicut enim in mamillis mulierum per quandam decoctionem sanguis in lac uertitur, sic & in arterijs & uenis ad nutrimentũ earũ uertitur sanguis in calidam & humidam substantiã, phlegmatis habentem figurã, & nutriẽdo uenas & arterias uertitur illa substantia in sperma, quod mox in caput ascẽdit cum magna † uenarũ & pororum subtilitate. (alias uentorũ) Et deinde descendit per duas uenas & duas arterias ad testiculos. Solet autem contingere quòd sperma descendens à capite poros narium & aurium obturat ita, ut uitalis flatus exire inde uel introire nequeat. Sperma retentum præter naturam idem operatur quod uenenum, crescensq; in uenis & arterijs suis, dum nequit descendere in

A sanguinis massam, nimiam generat passionem in †faucibus quandam: quæ gręce lycoides dicitur, (alias infantib.) latine lupus, id est strangulator. Quòd autẽ sperma principaliter ex sanguine, secundario ex alijs humoribus efficiatur, hac ratione probatur. quia in multo coitu spermate deficiente sanguis emittitur. Si uero sperma à capite descendens non impeditur, uenit ad testiculos, ad unum per uenam unam & arteriam, ad alium per arteriam & uenam alteram.

De testiculorum compositione.

Testiculi uero, quatuor habent panniculos, quorum duo calorem & humorem habent, alij duo habent acutionem, quæ acutio sperma adiuuaret. habent quatuor uasa etiam, id est supradictas uenas & arterias, quatuor †seminaria, quorum duo ex recto semine, alia duo sunt adenes, (alias ex se munctoria) quæ sunt attrahentia & purgantia sperma. solet namq; cum uero spermate descendere aquosum phlegma, quod ab †infirmis retinetur, & emittitur uel dormiendo, uel uigilando: quod semper liquesit. ex quo liquore acuto testiculi magnũ pruritum & ardorem recipiunt, unde generatur uoluntas coeũdi. Habẽt etiam testiculi neruos duos pendentes, & descẽdentes à principali osse colli, & fundamento corporis, per dorsum, & renes. (alias illis) qui nerui alios habẽt neruos coniunctos alijs ossibus totius corporis. Notandum autem est, quòd una uena est propria spermatis, uacua ab alijs, quæ recipit id sperma à quatuor alijs uenis, illę uero recipiunt ab alijs uenientibus ab omnibus partibus corporis, & ab omnibus ossibus medullam habẽtibus, quę uena ducit illud sperma ad caput, ut supra dictum est, quarũ quatuor prædictarum uenarum talis est natura. una est iuxta renes, altera est iuxta cor & stomachum, tertia in pectore, & extenditur iuxta pulmonem, quarta est prope formositatem hepatis, in quo est potestas sanguinis, unde diffunditur per totum corpus. ex cuius superfluitate nascuntur spasmus, apoplexia, diaphragmatis apostemata multimoda, & multæ alię passiones. In pectore uero est potestas phlegmatis, unde diffunditur per totum corpus, ex superfluitate cuius fit asthma. Primũ enim asthma fit ex corruptione aeris intrantis ad pulmonẽ. secundum uero fit ex fumositate phlegmatis ad caput ascendente, & inde ad pulmonem redeunte: & apostema diaphragmatis, & apostema multigeneris, & aliæ passiones contrariæ musculis pectoris: qui sunt organa spiritus, quem ad se trahit pulmo, & à se remittit: †& omnibus corde uerbum committentibus, & multæ aliæ passiones. (alias in) cholera enim potestatem habet suam in renibus: unde decurrit per totũ corpus. ex eius superfluitate nascũtur passiones in renibus, & petra. sperma etiam inuiscatum, & dolor in renibus generatur: & in ueretro, ideoq; aliquando non potest tenere urinam: uel non potest emittere, & in omnib. neruis usq; ad pedem patitur. Renum etiam siccatio inde prouenit. unde si cum muliere iacuerit, post patitur

patitur solutionem similem debili spermati super renes, & generatur apostema: ex quo aliquando procreantur uermes, & similia.

De domicilijs humorum sperma descendens alterantibus.

Habent autē præfati humores proprias sedes, & ab illis diuersas, de quibus diximus, in quibus suas habēt potestates. propria enī sanguinis sedes est hepar, phlegmatis pulmo, choleræ rubræ fel, choleræ nigrę splen. ex potestate cholerę rubræ quæ habetur in stomacho, quædam fumositas ad caput ascendit generans ibi dolores, diaphragmatis apostemata, & alias passiones. inde etiam descendit catarrhus ad pulmonem, unde nascit' asthma, & phthisis, & pustulæ in pulmone. quādo autem sperma descendit à capite, & suscipitur à duabus uenis & à duabus arterijs supradictis, ducentibus illud ad testiculos, antequā ad testiculos perueniat, descendit per loca illa, in quibus supradicti humores suam exercent potestatem, & ibi accipit naturam humoris ibi manentis. in hepate fit calidum & humidum, in pectore mutatur in frigidum & humidum, in corde & stomacho in calidū & siccum, & in renibus in frigidum & siccū. Sic ergo sperma quatuor humorum qualitatibus formatū in renibus, descendit in testiculos, ibiq; mūdatum & completū recipitur à matrice mulieris: sicq; homo ex quatuor constat humoribus. In coitu igitur cuius sperma superabundat, illi similis infans procreatur. similis matri etiam hac causa fit, quia sperma eius est nutrimentum spermatis uiri. aliquando tamen uno superante humore non est similis illi infans cuius est sperma: nam alij humores debilitantur propter superfluitatem alterius. aliquando enim sanis genitoribus strabo infans, uel claudus, uel naso torto nascitur: propter superfluitatem humorum, uel minutionem. quia quam potestatem habet sperma in loco suo, eandem habet natura in matrice. Item genitorū quolibet passione aliqua occupato, infans similem trahit qualitatem. Et aliquādo ex lacte matris. sicut enim sperma uiri habet potestatem in toto corpore, ita natura potestatem habet in matrice. sicut enim sanguis, ex cuius subtilitate omnium fit sperma, habet potestatē eūdi per corpus: ita & sperma quod inde fit habet potestatem exeundi sine uoluntate hominis uniuersaliter, dormiendo, uel uigilando. sicut enim natura corporis sequēdo quatuor mutationes in die, mutat corpus secundū illas, sic natura mutat sperma in matrice secundum easdem mutationes. Natura humani corporis proprie dicitur subtilitas fumositatis principaliter sanguinis: secundario aliorum humorum: & etiam aeris agentis & commouentis ipsum sanguinem in uenis & arterijs: quæ infixa in carne est temperamētum omniū membrorū, testāte Hippocrate quòd natura est medius gradus in caliditate & humi. & septē materierū. unde uenit quod quidā sunt cholerici, & quidā melancholici, quidā sanguinei, quidam phlegmatici. quod nisi esset, omnes eiusdem essent naturæ, licet non semper. ætas enim uel dięta, seu aliud naturas quandoq; reprimit: sicut qui est sanguineus, naturaliter est iracundus, tamen iram deponit à corde procedentem naturaliter, aliqua occasione superueniēte. Sic ergo natura quiescit & mutatur, † sed eius proprietas est incōuertibilis: quia qui naturaliter est sanguineus, iracūdus est, irā tamē deponit. sicut enim ignis prius acuit', & postea quiescit, non tamen amittit naturam suam: sic ille naturaliter prius acuitur, et postea quiescit, non tamen mutatur.

aliàs quiescit & mutatur secundum eius proprietates

De natura pueri concepti in horis sanguinis.

In tribus horis sanguinis, sperma conceptum à muliere in sanguinis mutatur naturā & informatur. homo inde edit' ruber est: supercilia eius grauia: uenæ temporum graues & plenæ: oculi sanguinei, nebulosi, passionibus semper abundantes: facies rubra, labia tenera, gingiuę sanguineę: sæpe fluit sanguis à naribus: guttur sanguine impeditur: inde uox grauis, rauca, debilis: os, dētes, guttur, & caput sæpe dolent: capilli tendunt in rubedinem: ambulatio moderata: passiones ex rheumate sanguinis, & synochus, & alia ex sanguine procedentia.

De natura pueri concepti in horis choleræ rubræ.

In horis choleræ rubræ cōceptus rubeus & citrinus, & capilli. uenæ crassæ, latæ, & plenæ, & citrinæ: color citrinus, aliquando uiridis. guttur, & os, & sputum, amara semper, & sicca: genua, crura, pedes, & ossa dolent, rheuma siccum per corpus sæpe currit totum: inde nascuntur gutta, passiones uentris, dolores, ut dysenteria, transuersio uentris, lienteria: fiunt in somnis pauor, in fronte dolor, ambulatio acuta.

De natura pueri cōcepti in horis phlegmatis.

Si uero in hora phlegmatis concipitur, albus, sed sæpe pallidus, oculi crassi, delati, aliquando similes oculis accipitris: palpebrę graues, capilli flaui: uox grauis, crassa: grauiter dormit, & sępe stertit: os abundat phlegmate, ambulatio grauis: passiones, nimia tussis, amphimerina, asthma, apostemata articulis, nephropoma, colica, uoluntas uomendi aliquando, quartana, paralysis, solutio naturalis, & alia ex phlegmate procedentia.

De natura pueri cōcepti in horis cholerę nigrę.

Si in horis choleræ nigrę, uultus niger, partim albus, oculi nigri, sicci, acuti: capilli nigri: uox subtilis, non alta. Risor propter splenē, à quo procedit risus: ambulatio acuta, nō audax: passiones, quartanæ, quotidianę, mania, mentis obliuio, cardiaca, id est uerberatio cordis, nephropoma, idest renum dolor, paralysis, phantasiæ, stupor mentis, omnis ossium harmonia sibi dolet, & alia quæ ex cholera nigra contingunt.

De natura humana, cur cunctis sit agilior.

Perscrutati sunt philosophi medici cur naturā humorum quatuor bruta animalia non imitentur, ut de sanguine fiant sanguinea, de phlegmate phlegmatica, secundum horas, signa, planetas, & in

in alijs: quod sic soluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia prȩditum esse necessariũ est, ut facile addiscat omnem ad quæ anima intendit phantasiam. homo enim theologus in uirtute sapientiæ cum ui rationis suę ad uniuersalitatẽ progreditur: & ideo corpus subtile & agile suscipit, ut facile rationem speculatricẽ sequatur, & imaginetur omnia: sic deniq; fit perfectum hominis organum in theorica & practica: itaq; multa sua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipsorum proprietates trãsfertur, & ex planetarũ atq; signorũ operatione existente uarias sortitur proprietates, ad quæ brutorum corpus non sic mutatur: sed tamen ex prima illorum eis in dicta proprietate omnia unius complexionis sunt. nam B breuis numerus est ei collatus. unde cum unus sit uelox, alter piger, alius paruus, alius magnus, & in hunc modum, eiusdem tamen complexionis sunt semper. si enim ita ad plenum sequeretur numerus, ut homines alijs alij præessent & stultitia, *al. id genus* & prudentia, cęterisq; †intelligentijs, neq; sicut in hominibus hora præualet materiæ spermatis eorum, ut conuertat illud, & firmet in humorũ proprietates quibus horæ illæ deputatæ sunt, sed extra infirmitas & natura spermatis eorũ trahit uim & dominium humorũ in sui materiã: quia adeo fixum & inconuertibile est sperma eorũ, ut nunq; omne, sed aliquando ex parte mutari contingat: quod in omnibus certum est: quia in tantũ agile & conuertibile eorum sperma est, ut uis horarum, C & dominium humorum potius præualeat spermati ad illud commutandum, quàm uis spermatis illius. nam & si in singulis horis ternis singuli dominentur humores in unoquoque homine, horæ tamen illius semper præualet uis in cuius horis natus est. nam ex debilitate spermatis aliquando contingit ut minus uigeat in homine uis humoris in cuius horis natus est.

De immortali substantia, qualiter uisibili & mortali copuletur.

Perscrutati sunt alij philosophi porphyrici quo modo substãtia incorporea possit uel esse uel iungi in substantia mortali. sed non sicut quatuor elementa cõiunguntur in cõstitutione alicuius substantiæ, sed animæ spiritualis uirtus sensuum cor- *al. uerbo dei* poris qui sunt uirtus corporis iungitur †uerbũ: & D etiam hoc causa non est extranea à cognitione q; substantia incorporea sit humiliata ad constitutionem alterius substantiæ: post cuius completionẽ illa substantia tenet se in sua proprietate: & eius differẽtia semper similiter fit per se: & eius altitudo nunquã est accidẽtalis, sicut altitudo illius sub- *aliàs destruit* stantiæ quã complet: et eius differẽtia †diffinit omnem accidentalẽ differentiã corpoream: & nulla differẽtia accidẽtalis potest esse firma in sua substantia: Hoc dicit Porphyrius ad ostensionẽ coniunctionis animæ cum corpore: & per hoc affirmat uerbum dei in sapiẽtia hominis esse: ad quod ostendendum fecit isagogas: in quibus ostendit differentias animæ firmas & immortales, & differentias corporis esse mortales.

De spiritu quid sit: & qualiter operetur in tota parte.

Spermatici spiritus uirtutes sunt tres: quarum prima est necessitas: secũda uirtus: tertia organũ. necessitatis duo sunt opera: nam & calorẽ custodit, & spiritum animalem nutrit: uirtus uero est complementum: organum uero †discurrit om- *aliàs discernit* nia ex opere animæ: spiritus autem ille cuius origo est à corde, porrigit se per arterias & uenas, dans in uenis sanguinem, mutando se in calorem naturalem & spiritualem uitã. fumus autem progrediens ex calore sanguinis, est nutrimentũ ipsi spiritui: qui fumus spiritualis mittit se à uenis in arterias, existẽs animatio totius corporis & nutrimentũ: quæ partim uertit̃ in carnẽ, & partim per poros mittitur ad procreationẽ pilorum. nec solum est fumus sanguinis, imò habet admistam sibi subtilitatẽ spiritus, decurrẽs per totũ corpus. Sanguis purgatur per hepar: spiritus uero in arterijs clarificatur ex fumo caloris à corde uenientis: cuius clarior pars ascendit per quasdam arterias ad caput: & ibi de secũdario clarificatur per calorẽ sursum procedentem à corde: & clarificatus uadit per duas arterias in neruos, qui sunt harmonia trium uentriculorum capitis usq; ad animam, cui ex nimia subtilitate sui cõnexa est anima: per quã anima ministrat phantasiam suã harmonię totius corporis: & harmonia illa pereunti corpori. Dicunt Ammonius, Democritus, & alij complures, quòd ille spiritus est corporeus: & ipse idem est anima, hac ratione, quòd ministrando phãtasiam sensibus, & sensus corpori, findens se in †parte *al. per poros* dat corpori sensum. hinc etiam accidentalis probatur esse, quia harmonia capitis eo consumpto necessario trahit alium spiritũ per easdem arterias ad nutrimentum animę: quia si substantialiter inesset, non esset opus alium attrahi. Vnde per hũc & ipsa anima corporea probatur. Porphyrius non considerat quidem animã, sed considerat spiritum animatũ rationalem, ostendens spiritũ hũc in isagogis corporeum esse ad opus animæ: non ipsam animã. Sed Socrates, Plato, Aristoteles, & Theodorus platonicus, & Andronicus peripateticus, & Porphyrius & alij complures unanimiter affirmant, q; nec corporea est, nec lege loci tenetur, nec scinditur: quia cum totum corpus uirtute sui illuminet ad quælibet exteriora progressa, non tamen in substantia sua aliquã scissionem patitur: et sicut aer sole illuminatur, sic corpus anima: & sicut aer per solis lumen †propriã omnium *aliàs primam* rerum confert oculis intelligentiam, sic anima corporis harmoniæ per spiritualem suæ sapiẽtiæ lucem & †propriam & secundam intelligentiam *aliàs primam* cõfert: & sicut lux solis quæ incorporea est suum complens effectum nullam patitur diuisionem, sic & anima. Sicut etiam lumen solis quod incorporeũ est separatur ab aere & ab omni intelligentia oculorum sine corruptione, sic anima quæ incorporea est separatur sine corruptiõe à corpore.

Empernomos

Empernomos philosophus dicit non esse mirum animam quę est substantia incorporea posse separari à corpore, cum ignis qui est substantia corporea possit separari à lignis quibus est iunctus, & reuerti in primam & propriam †materiã sine sui corruptione. sicut etiã solis lumen illustrandũ hominibus sola ui utitur sua, non indigens ui alterius quæ attrahat quasi ad complementũ prioris uirtutis, sic & anima: dicit Arist. in physica esse quinque partes animæ, phyticon, id est nutricem, æstheticon, id est sensualem, cineticon catatopon, id est uim ad omnia loca progrediendi: noeticon, id est rationem. Anima enim quoniam generatur à natura corporis, cum natura ipsius corporis uadit ad quatuor elemẽta: inde ad substantias inanimatas, ut ad lapides, ferrum, aurũ, propter nutrimentum: inde ad arbores, dehinc ad bestias, inde ad homines. quemadmodũ enim aqua diuiditur in partes quæ postea redimit in †homine: qui si bonus & purus sit, eius anima in cœlum clara redit. Sed Porphyrius nõ consentiens Arist. dicit quod nulla harum partiũ separatur à substãtia animę, cum omnes physici dicant animã nouam de cœlo immitti & associari spermati in matrice, uel puero prius formato: unde si malus fuerit homo, uadit in bestiã, & inde redit ad hominẽ, à quo si bonus fuerit, uadit in gloriam. Porphyrius uero negans hæc omnia, dicit animã potius de bestia in bestiã ire, de homine in hominem, deinde in cœlum.

alias naturam

alias redeunt ad hominem

De natura pueri secundũ horas humorum.

Notandum autem est, sperma non semper animatum ab homine uenire in matricẽ: sed tunc tantum quando à deo statutum est gigni infantem: et tunc anima sociatur spermati. Stoici dicebant animas quotidie creari: & corpori prius in matrice composito immitti: & omne corpus nouũ, & temporaliter creatum, esse mortale. Porphyrius renuit, ostendens sic opus dei esse debile: cum sit necesse quotidie creari. Sed sciendum nobis est quod animæ semper suam uitam firmã habent & stabilem ab initio: & sic nõ est opus deo facere nouas unaquaque hora. dicit Hipp. quod si mulier recipit sperma in prima uel in secunda uel tertia hora noctis uel diei, infans contrahit proprietates sanguinis, quia horæ sunt eius: si in quarta quinta sexta, choleræ ru. si in septima octaua nona, phlegmatis: si decima undecima duodecima, choleræ ni. Quòd si in sinistra parte matricis in horis sanguinis conceptus maneat, pater uero & mater in horis choleræ rubræ concepti fuerint, non trahit infans figuram ex cholera rubra patris ac matris propter fragilitatem sinistræ partis: & habet causas passionum ex phlegmate uel à cholera ni. plus quam ex cholera rubra: non tamen tanti acuminis, quantũ si esset in dextra parte: licet autem in ista parte sit uirtus choleræ ni. & propter †fragilitatem eius sit uirtus phlegmatis ibi, tamẽ infans à sanguine suarum sumit initium passionum. Si uero in dextra parte sit conceptus in horis sanguinis, pater uero & mater in horis cholerę rubrę, licet plus retineat

al. frigiditatẽ

A figuram à patre & à matre ex cholera ru. quàm ex sanguine, tamen retinet proprietatẽ passionum à suo principio, id est ex sanguine: quę passiões sunt hæ: synochus, pleuritis, spasmus, apostemata, causus, & aliæ passiones huiusmodi. habet etiam sanguis acutionem à cholera ru. Si infans conceptus est in horis choleræ rubræ, & genitores in horis sanguinis, ex his trahit figuram: magis tamen à suis, à quibus proprietatem passionũ retinet: quæ sunt febris acuta, tertiana, synochus, dysenteria, cephalalgia, phrenitis, icteritia, & similia. Si uero in sinistra conceptus sit horis prædictis existentibus suis & genitorum, puella magis retinet figuram sanguinis à patre & matre, quàm ex natura choleræ rubrę. frigiditas enim sinistri lateris superat proprietates passionum: tamen inhęrẽt ei cho-

B leræ rubræ: quæ propter frigiditatem minus sunt acutæ quàm in dextra parte. Si uero in horis choleræ nigræ concepti sunt pater & mater, & infans in sinistra sit parte, si puella est, naturaliter melancholica est, uel paralytica, splenitica, quartanaria, epileptica, stulta, & iners: similis est etiam patri & matri: nec alio modo potest temperari natura eius. si uero sperma est in dextra, non semper, nec ita prædictas habebit passiones, propter temperamentum caloris hepatis, & fellis, et quia hoc calor accidentalis est ei, non potest prorsus pellere naturalia. Horæ autem choleræ nigræ, & cæterorum humorum determinantur per cursum planetarum. Quòd si puella sit concepta in horis

C choleræ nig. pater & mater uero in horis phlegmatis, puella retinet figuram phlegmatis: magis tamen choleræ nig. & inde habet causas passionum. Si sit in dextra, magis retinet figuram patris ex phlegmate temperato à sanguine: sed passionum proprietatem habet à cholera nigra non ita acutarum, propter calorem dextræ partis. Si conceptio omniũ sit in horis phlegmatis, & sperma sit in sinistra, puella est phlegmatica, debilis, quotidianaria, lienterica, phthisica, cephalalgica, dolens in omni mẽbro: dolens in renibus, in matrice, & similia: & partim habet passiones à cholera nigra propter affinitatem phlegmatis. Si uero sit in dextra parte puer, eadẽ patietur, sed temperate, propter sanguinem & choleram rubram.

D Si pater & mater cõcepti sunt in horis phlegmatis, puella in horis sanguinis, trahit à phlegmate, sed non acutius, propter maiorem sanguinis proprietatem. Si uero pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, & puella in horis phlegmatis, cõtrahit passiones à cholera ru. & sanguine æqualiter: magis tamẽ à phlegmate: quę passiones temperantur per sanguinem. Quòd si conceptio sit in horis sanguinis, patris uero in horis phlegmatis, matris in horis choleræ nig. à sanguine passionẽ ducit: & figurã, & partem à patre: nullã uero à matre figurã: sed tamen debilitatẽ & inertiã. si in sinistra est, plus à matre minus à patre: proprietatem passionum à sanguine, quæ propter frigiditatem sinistrę non sunt ita acutæ sicut in dextra essent.

Quòd

Quòd si puer cõceptus sit in horis choleræ nigrę, pater in horis choleræ rubræ, & mater in horis sanguinis, partem figuræ retinet ex patre & matre: minorẽ partem ex cholera nigra: sed maiorẽ partem passionũ habet ex cholera ru. minorẽ uero accidẽtaliter à sanguine & cholera ru. quę passiones aliquantulum sunt temperatę. Si in sinistra est puella, plus continet ex cholera ni. minus eñ à matre, nihil ex patre: passiones ducit ex cholera ni. & sunt acutę. Quòd si pater & mater concepti sunt in horis choleræ rubræ, & puer in horis sanguinis uel phlegmatis, plus retinet figuram patris à cholera rubra, mediocrẽ figuram à matre & minorem: passiones à cholera ru. & sunt temperatę. Si pater & mater cõcepti sunt in horis sanguinis, puer in horis phlegmatis, & sit in sinistra, maiorẽ B partem figuræ habet ex patre, mediocrem à matre, minorem à phlegmate: passiones à phlegmate & sanguine. Si uero est in sinistra, plus habet à cholera ni. et phlegmate, min⁹ à matre, nihil ex patre: passiones ex phlegmate & cholera ni. Quod si omnium cõceptio est in horis sanguinis, habet figuram à patre: & si sperma matricis superabundet & sit sanũ, tota est ex parte patris figura: passiones sanguinis & acutæ. Si conceptio omnium in prædictis sit horis, & in sinistra sperma, & matris sperma sit debile, tunc filia maiorem partẽ figuræ retinet à matre, minorem ex cholera nig. Si sperma matris est debile, patris uero sanum & forte, totam figuram habet à patre, debilitatem uero corporis à matre: passiones à sanguine, partim à C cholera ni. accidentaliter. Si omnis conceptio est in horis choleræ ru. & sperma patris est forte, & matris debile, totam figuram habet à patre: & si sperma matris est forte, et patris debile, æquam utriusq; contrahit formã: et aliquantulum tamen habet à cholera ru. & passiones acutas. et si tunc fuerit in sinistra, partem figuræ habet à cholera, et tantũdem ab utroq;, passiones uero à cholera ru. si uero sperma patris sanum est, matris uero debile, figuram habet utriusq;: si utrunq; debile, totam figuram habet à phlegmate, parum à sanguine, & cholera rub. & si tunc in sinistra fuerit, parum habet ab utroq;, scilicet partim à cholera ni. et phlegmate: plus à cholera ni. propter frigiditatẽ illius D partis. Quòd si æqualia sint & sana, ab utroq; continet figurã ęqualiter: et parum uero à cholera ni. et accidentaliter. Quòd si sperma abundet et sanũ sit, plus habet à matre quàm à patre: passiones ex phlegmate. Quòd si conceptio omnium fuerit in horis choleræ ni. & utrumq; sperma debile fuerit, ab utroq; partim figuram recipit: plus uero à cholera ni. & aliquantulum à cholera ru. et sanguine accidentaliter. Si uero sana fuerint, utriusq; figuram retinet parum à cholera ni. & etiam à cholera ru. accidentaliter. Quòd si sperma abundet matris, plus figuram habet à matre. Et si sperma patris superabũdet, plus habet à patre, & à cholera ni. passiones: si sana fuerit, utriusq; figuram retinet, sed plus à matre: & etiam si sperma matris est

A sanum, patris uero debile, habet figuram à matre, minus uero à patre. si contra est, æquam habet ab utroq; figuram: & cholera ni. si plus superabũdat materia, plus habet à matre, passiones à cholera ni. plus, minus à phlegmate. si sperma omniũ fuerit in matrice matris eorum in eisdem horis, magnæ eloquentiæ erunt. si pater et auus infans uel puer concepti sunt in horis sanguinis infantis, mater uero in horis phlegmatis: et sperma matris superet, sed tamen debile, à neutro trahit figuram: quia illius sperma minus est, hui⁹ uero debile est. Quando uero habet puer principiũ ab horis sanguinis, sicut auus eius, retinet ab eo figurã. Si pater fuderit semen in horis sanguinis, mater uero concepta sit in eisdem horis, cuius sperma fortius & sanius sit spermate uiri debili, nõ capit figuram patris, quia sperma est debile: sperma uero mulieris fortius & sanius uertit sperma uiri in suam proprietatẽ, sed postea superueniente aliqua passiõe uel phlegmate uel cholera ni. uel alijs humoribus. debilitatur figura matris: & ideo puer non potuit eius retinere figurã. Et quia auia eius pueri est concepta in hora sanguinis: & sicut puer cuius sperma reduxit sperma uiri sui ad naturã, sperma illud quia est materia pueri acuens se in septima, non potuit uenire in figuram patris & matris propter supradictas passiones, uenit autem in figuram auiæ. Si uero fortius est sperma aui spermate auiæ, tunc retinet figuram aui si cõcepti fuerint in eisdem horis: ideo puer existens in tertio ab auo suo uel auia, iuuamen habuerit suę figurę, & non à patre uel matre qui sunt in secundo loco, uel utrique sperma fuit debile: tamen quia opera planetarum semper solent ministrare prosperitatem * secundum imparem usum, uel diuersitatem naturæ secundum parem numerum. Si uero sperma patris uel matris debile fuerit, tunc nec humores, nec secundus locus impediunt quin recipiãt figuram ab auo uel auia: & hoc propter naturam & uim loci & horarum.

De conceptione pueri alterata à stellis, & non à parentibus.

Contingit etiam aliquando infantem nulli parentum esse similem: & hoc fieri per naturã planetarum. nascitur enim aliquando mutus, uel carẽs pedibus, manibus, oculis, &c. Philosophi uero indubitãter asserunt teste Hip. ꝙ omnis substãtia corporea animata iuncta sit & ligata in planetis & signis quatuorq; elementorum nexibus: et hoc approbo autoritate Alexandri imperatoris Macedoniæ sic dicẽtis, ꝙ Natanabus rex Aegyptiorum pater eius secundũ opera planetarũ cũ matre sua Olympiade cõcubuit: et per suã mathematicam et astronomicã rationẽ pręcauit ut nõ cognosceret eam nisi in talibus horis in quibus ex operatione planetarũ et signorum figurã traheret, nõ ex patre uel matre. Cõsiderauit enim proprie solem uenturũ in leonẽ, et Saturnũ in Taurũ, à quibus uolebat filium suũ nasciturũ figurã & naturã principaliter retinere. à leone igitur tenuit crispitudinem

tudinē capillorū, citrinū colorē, & toruum aspectum & uultū, irā, & robur. & quia aquila retinet proprietatē a leone in hoc solo, ꝙ aquila altius uolat cæteris auibus, & acutius uidet, ideo Alexander habuit ex proprietate sui signi oculū unū aquileum et nasum. & ut sol clarus est præ cæteris, & quādo est in leone fortior est: sic ille toti mūdo dominatus est. ex tauro uero cōtraxit cornutā frontem, & corpus altū, & ferociā. taurus enim terrā findit ingenio simplici, & opere pio. Et quia draco habet proprietatē in signo Tauri & magnitudine & sensu, & draco supra habet dētes acutos, & alterū oculū, in similitudinem draconis oculos habuit: & ut Saturnus altior est in omnib. planetis, & in humilitate et subtilitate superat opus cæterorū planetarū, sic Alex. totum orbē superauit.

De natura duodecim signorum.

Sciendū itaqꝫ est de signis duodecim, tria esse calida & sicca. Aries enim ca. est in secundo gradu, sic. in tertio. Leo ca. est & sic. in quarto gra. Sagittarius ca. in primo, sic. in secundo gradu. Alia tria sunt frig. & humi. scilicet Cancer, Scorpio, & Piscis. nam Cācer est lunæ sedes. Scorpio hu. in primo, frigi. in secundo: Piscis frig. in primo, humi. in secūdo gradu. Alia tria sunt cal. & hu. Gemini ca. est in secundo, hu. in primo: Libra ca. est in primo. hu. in secundo: Aquarius ca. in primo, hu. in secūdo. Alia tria sunt frig. & sic. Taurus fri. in tertio, sic. in secundo. Capricornus fri. in secūdo, sic. in tertio. Virgo fri. in secundo, sic. in tertio. Alij philosophi dicūt ꝙ Gemini sunt cal. & sic. in tertio gra. & Virgo cal. & hu. in primo, & Sagittarius cal. & hu. in principio secundi, & Aquarius fri. & sic. in tertio gra. Aries, Leo, Sagittarius, sunt oriētales ca. ignei, & sicci, Taurus, Virgo, Capricornus, sunt terrei, frigidi, & sicci meridionales, Gemini, Libra, Aquarius, sunt occidētales, aerei, calidi & humidi. Cancer, Scorpio, Piscis, sunt aquatici, frigidi & humidi, septentrionales.

De differentia septem planetarum.

Ab his omnib. ducunt elementa rerū naturas suas & qualitates prędictas. & opera planetarum complentur & perficiūtur per signa prædicta. & quia elemēta iuncta sunt signis naturaliter, etiam ex elementis constat omnis substantia corporea animata: ergo elementa opus recipiunt planetarū a signis, & illud attrahunt omni substantiæ animatæ corporeæ, & illud esse natura a signis habet: & aliud, id est efficaciam & operationes a planetis. naturam enim dicimus in calore, & frigiditate, et cæteris: operationem uero in ualetudine, pulchritudine, pigritia, uelocitate, & similibus, quæ contingunt infantibus: etiamsi non fuere in genitoribus. Multa enim de huiusmodi materia dicturi sumus, sed in præsenti omittamus.

De alteratione signorum & planetarum.

Quatuor autem sunt elementa ac temporaneę mutationes, quæ fiunt secundum cursum & rationem signorum & planetarum. Temporū quidem aliud est calidum & sic. ut æstas. & hoc fit ex A natura signorum eiusdem complexionis, scilicet ca. & sic. Aliud uero calidum & hu. id est, uer, sicut alia tria signa. Aliud frigidū & sic. scilicet autumnus secundum sua tria signa. Aliud uero frigidum & hu. s. hyems secundum sua tria signa. Et unumquodqꝫ tempus secundum naturam suorū signorum acuit & mouet materiem elementorū, quæ sibi est conueniens: quod tamen aliquando mutari solet. nam cum æstas debeat esse ca. & sic. naturaliter, tamen eius calor minuitur & tēperatur ex frigiditate, nō ex sua natura, sed signorum. nam si ex potestate Capricorni & planetę eius generentur seu creentur res alicuius anni, ex eorum frigiditate temperatur æstatis calor, et ex illa frigiditate innaturali ęstatis currentis & contrariante, B contrariæ nascuntur passiones. Aestate uero transeunte uenit autumnus qui frigidus & sic. naturaliter est, sed ex Capricorni natura, qui potestatem habet anni, ut diximus, superuenit altera frigiditas quæ auget frigiditatē & sic. autumni: quæ res est contraria quatuor elemētis in corpore existentibus. est enim in illo tēpore maxima grauitas & intemperies. Et ex affinitate autūni qui nimis est frigi. & sic. superuenit hyemi magna intemperies: adeo ut superetur in omnib. quatuor elementorū temperata natura. putrefacta enim liquescit a sua proprietate. Adueniēte autem uere quod est calidū & hu. temperatur eius calor ex frigiditate Capricorni atqꝫ hyemis iam peractæ. Deinde calor ueris & æstatis contemperātur hyemis pera- C ctæ & Capricorni frigiditate, cuius potestas illo uiget anno: sicut unūquodqꝫ signum suam habet potestatem secundū suam naturam & mutationē suam. Et mouetur natura temporis anni illius qui pertinet ad signum illud, & etiā per frigiditatem præfatam natura ueris mutatur: qua mutata turbat̄ naturalis calor humanæ naturę: & quę prius erat per frigiditatē hyemis & Capricorni, rupta & putrefacta mouetur & acuitur: et generantur passiones quę sunt propriæ illorum temporū: quę sunt mortiferæ. Si uero ex potestate læsiōis & planetæ eius, qui sunt calidi & sicci, generentur res atqꝫ creētur, æstas erit magni caloris & siccitatis: ueniente autē autumno, ex calore leonis & solis eius frigiditas temperatur & hyemis: ideoqꝫ tur- D batur aeris natura & acuitur, tum propter naturā signi & planetæ quę sunt calidę naturę, tum propter naturam sui ipsius qui est calidus, & acuendo se pugnat contra naturas illorum temporum, scilicet hyemis & autumni, quæ frigidę sunt naturæ: sicqꝫ natura humana putrida mortiferas generat passiones, quæ proprie non sunt illorum temporum. nam si in anno Leonis & eius planetę, in æstate generentur passiones acutæ & graues, tūc sunt propriæ eorū: si uero hyeme, uel in alijs temporibus eorum quæ non sunt propria generātur passiones ad eorū proprietatē, tunc illæ passiōes magis erūt propriæ eorū Leonis & solis, qui sunt calidi & sic. quàm eorū temporū in quibus generātur, generant aūt aliquando passiones permu-

tata natura utrorūq;,id eſt temporum ſigna plane tæ:quę paſsiones generant alias quæ non ſunt ſignorum uel planetæ uel temporū. Quod autē dictum eſt de prædicto ſigno et planeta quæ in eis ſunt propria & quę nō, de reliquis intellige ſignis & planetis & tēporibus. ſole enim aſcendēte frigiditas: cum tamen potius ex ſole calor ineſſe debeat, quod cōfert poteſtas Saturni ex Capricorno, cuius frigiditas terrę acuit frigiditatē quę aduenit. fumus in aere aſcēdit, ex quo color aeris turbatur. æſtatē uero ex ſole calor & ſiccitas, ex terrę fumoſitate frigiditas & ſicci. aerem corrūpunt: unde animalia & nos turbamur in illo Capricorni anno: homines grauibus infirmātur morbis: ſicut apparet in anno Leonis deſcēdente ſole ſuper terrā: et quādo frigiditas adeſſe debet natura hyemis redeūtis, acuitur aer igne: & acuēdo turbatus generat graues paſsiones, quę proprie ſunt tēporis illius, ut dictum eſt. Similiter apparet in anno cācri, qui ex eius natura acuitur natura aquę: qua acuente, inde aſcēdit quædā fumoſitas in aerem, ex qua turbatur aer. inde frigidæ & humidę fiunt paſsiones nō propriæ illius temporis ſed ſigni. Si uero annus eſt libræ, acuitur, & acuēdo trahit ad ſe calorem ab igne: & tunc tempus eſt multū calidum & humidū, ſcilicet hyems, & inde fiunt graues paſsiones, quæ proprię ſunt ueris & hyemis: ſunt enim calidæ & humidæ.

De alteratione ſignorum & ſeptem climatum mundi.

Poteſtas tamen ſignorū & planetarū non eodē modo ſe habet in omnibus partibus totius terræ. climata enim mundi ſeptē ſunt ſecundum planetarum rationem. Anno igitur Capricorni qui eſt frigidus et ſicc⁹, eſt maior frigiditas & ſiccitas in partibus illius terrę quę proprie ſunt ſub planeta, id eſt Saturno, qui eſt frigidus & ſiccus. nam cum †aliæ partes terræ naturaliter ſint frig. & ſic. tamē ex natura & poteſtate Capricorni, quā habet illo tempore, magis mouētur & perturbantur ꝙ alię terrę quæ non ſunt propriæ eorum. Quòd ſi annus eorum non fuerit, tunc terra non habet moueri cauſa eorum niſi in hyeme & uere, ſcilicet per naturam. ſed quando planeta ſuperponitur, eſt alia ſignificatio. Illæ uero terræ quæ proprie ſunt ſuppoſitæ lunæ & Cancro, propter affinitatem frigiditatis quam habent, inferunt commotionem in ſuo anno, non tantam quantam inferunt ſuæ propriæ terræ: quia terra illa frigida eſt & humida, ſicut Cancer et Luna. Alijs uero terris quæ neq; frigidæ ſunt neque ſiccæ naturaliter licet inferant contrarietatem et commotionem, tamen paruā inferunt. Similiter Leo & Sol maiorē commotionem dant terræ ſibi proprie ſubiectę ꝙ alijs: illi tamē quę ſubiecta eſt Librę & Arieti, licet non dent tantam commotionē quantam dant ſuę propriæ terrę, tamen propter affinitatem caloris dant ei maiorem cōmotionē quàm alijs cum quibus nullam habent affinitatem. Si uero fuerit annus Leonis & Solis, ut dictum eſt, tunc toto illo anno dant commotionem in †æſtate tribus menſibus, & hoc ut dictum eſt per naturam.

(margin: diùs illæ; diùs æſtate)

De alteratione quatuor partium mundi.

Eſt & alia in terris mutatio ſecundum quatuor mundi partes, diſpoſitas ſcilicet ad orientem, uel occidentem, auſtrum, & ſeptentrionem: & ſecundum altitudinem mōtium ſoli accidentiū, et ima uallium à ſole remotarum. Conſideret ergo medicus an ſit mutatio temporum propria an accidentalis, ut ſupra dictum eſt. Aetates quoq; hominum, figuras, colores, terram, uſum, paſsiones terræ in qua ſunt geniti, utrum ſint conſuetudinarię an propriæ: an ueniant accidentaliter ſecundum mutationem temporum uel naturaliter. ſi enim ſunt paſsiones ex natura terræ, aliud exigūt medicamen quàm ex mutatione temporum naturaliter & accidentaliter.

De diſcraſia propria naturæ temporis paſsionum, uel non propria.

Intuendū eſt etiā an natura hominis ſuę cōcordet paſsioni, & temporū mutationi, an paſsio ſit accidētalis & mutatio temporum, an mutatio ſit ſubſtātialis & paſsio accidētalis. Solet enim paſſio cholerica & ſanguinea mutationi temporum concordare, ſed à natura patientis diſcordare, & ecōtrario. Pulſus quoq; uidēdus eſt an conueniat cum ſua natura & paſsione & temporū mutatione, an tantū conueniat cū mutatione & non cum paſsione nec cū natura, an conueniat paſsioni & nō immutationi neq; naturę, an naturę & nō immutationi uel paſsioni, an nulli. Adhuc etiā ſciendum eſt an tempus trāſierit, uel præſens ſit, ſeu futurū, in quo pharmacum dari infirmo debeat. his enim ignoratis nec bene eueniētibus, miratur, & cito deſperat medicus. Oportet etiam medicum noſſe utrum infirmitas debeat augeri: & hoc an ſui natura, an temporis, an paſsione alia ſuperueniente: & ſic poterit dare medicamen tempore congruo, ut uel decreſcentem deprimat & tollat ægritudinem, uel imminente reſiſtat, ne nimis ægrum tardet. nam ſi leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruam fore ægritudinem, nihil feciſſe uidebitur, quando grandis infirmitas ſuperuenerit. Sciendum autem eſt quaſdam infirmitates quibuſdā eſſe ſubſtantiales, alijs accidentales. In æſtate enim ſynochus & cauſus ſunt naturales infirmitates cholericis & ſanguineis, phlegmaticis accidētales. & ideo nō eodem modo curandæ. nam quæ potio conuenit cholericis per naturam temporis & morbi naturalis eis, eſt contraria alijs, & cauſa alterius morbi, id eſt phlegmaticis. Eſt enim tempus, ut diximus, et morbus ille illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui prædictis morbis ſynocha & cauſo occupato eandem dedit eiuſdem menſuræ medicinam quā & cholerico, æſtate cito ſanabitur, quia eius complexio non eſt cholerica & ſicca, ſed †ex his cōtraria: cholerici uero diu infirmi manebūt, quia calidi ſunt & ſicci, & tempus. uertitur enim accidentalis febris in ſubſtantialem, ſcilicet frigidam

(margin: diùs eſt)

dam

dam quæ est phlegmaticorum. Oportet etiam sci A re complexionem: quoniam idem experimẽtum & eadem potio non omni danda est infirmo. contingit enim ut quæ potio utilis ei fuerit in primo uel secundo uel tertio periodo, in alijs non conueniat: & ideo secundum diuersas ęgritudinum mutationes ad diuersos periodos, diuersa cõuenit dari purgantia. Attende secundum quas horas scilicet an sanguinis, uel choleræ rubræ, uel phlegmatis, uel melancholiæ, magis acuatur passio uel minuatur. Synocha enim in horis sanguinis si acuatur, scias eius originem esse ex accidentali mutatione sanguinis, non à principio choleræ rubræ. Mutatur enim sanguis aliquando ex commistione, aliquando ex solis ardore, aliquando ex itineris fatigatione, & generatur synocha: ex qua com B motiõe sanguinis acuitur cholera rubra: qua acuente quiescit sanguis, & synochus & causus generantur ex acuitate choleræ rubræ. Si uero ephemera febris acuit̃ in horis sanguinis, scias esse ex phlegmate salso coniuncto sanguini: quod phlegma acuens ex affinitate sanguinis solet uerti in choleram rubrã, & inde solet generari febris tertiana. Quartana uero si in horis sanguinis acuit̃, scias eius materiam, id est melancholiam generari ex putrido sanguine sub planeta naturę proprię Quod si synocha magis acuitur in horis choleræ rubræ, non est propria synocha, quia uel mutabitur in tertianam, uel in causon. Si uero tertiana acuitur in illis, uera tertiana est & propria. in illam enim aliquando mutabitur febrem. Quotidia C na uero si acuitur & mutatur in horis cholerę rubrę, cito uertitur in tertianam. Si uero quartana acuitur & mouetur in horis choleræ rubræ, cito uertitur in tertianam. Si uero quartana mouetur & acuitur in horis eiusdem, scias principium eius non fuisse ex putrido sanguine, sed ex cholera rubra perusta in melancholiam conuersa. Quod si synocha acuitur & mouetur in phlegmate, sicut in horis sanguinis, scias generari ex sanguine iuncto phlegmati salso: & proprie post terminum suum completum mutabitur uel in quotidianã, uel tertianam, licet magis affinis sit tertianæ quàm quotidianæ propter calorẽ. Si uero tertiana phlegmatica mouetur & acuitur sicut in horis choleræ rubrę, minus est periculosa. mutabitur enim in D quotidianam: de quotidiana uero fiet quartana: & aliquando reddit tertianam. Quod si quartana moueatur & acuatur in horis phlegmatis, principium eius fuit salsi phlegmatis, quod uersum in choleram rubrã incenditur & uertitur in melancholiam, sicut uiride lignum uertitur in uiuũ carbonem, deinde in cinerem. Quod si synocha mouetur in horis cho. ni. †minus grauis passio, & æger est piger & grauis, & illa infirmitas habet partem nõ solum ex bono sanguine, sed etiam ex putrido: & proprie post terminum suum completũ ueniet infirmus in quartanam. Si uero tertiana acuitur & moueť in horis melancholiæ, subito uertitur in quartanam. Quod si quartana mouetur in

alias magis est

horis illis, firma est & propria, nec mutatur in aliã propter prædictas passiones. omnes enim alię habent moueri & acui secũdum prædictas horas & earum naturam & rationem: & secũdum motum & acutionem ipsarum, bene discernentur et tactu & pulsu, sicut ex prædictis horis.

De cognitione ægritudinis secũdum planetam, diem, & horam.

Scire etiam medicum decet planetam & signũ in quo æger ægrotare cœpit, et tempus secũdum diem et horam. nam si infirmitas fuerit secũdum signa et planetas, sed accidentaliter ex acutione signi et planetæ esset, habet aliam distinctionem. Si uero medicus nesciuerit infirmitatẽ per numerum, id est per naturam signi et planetæ, perscrutetur pulsum et horas, ut dictum est.

De qualitate et efficacia errantiũ planetarum septem climatum.

Asserunt etiam physici omnia in terris firmari & compleri secundum cursum et operationem superiorum corporum: quorũ operatio omnis summi creatoris uirtute consistit. Elemẽta igitur quatuor, signis duodecim, et septem planetis iuncta sunt: et eorum causas, quatuor habent temporum mutationes: secundum quas humana et omnium subiectorum natura mouetur et acuitur: per quã motionem et acutionem passiones fiunt. Hęc autem mutatio est uniuersalis omnibus mundanis. Est et alia mutatio ex natura terræ specialiter et planetarum constans in diuersis regionib. Quadrifidus enim orbis etiam in septẽ diuisus est partes secundum septem planetas, quæ per astrolabium discernuntur. Sciendum est tamen partes illas septem non esse continuas, sed in toto mundo diuisas. terra enim illa quæ est frigida et sicca in quarto gradu, sub potestate est Saturni, qui eiusdem est naturæ. Quæ uero frigida est et sicca in primo gradu, sub Iouis imperio, qui eiusdem est naturæ, et qui etiam affinitatem habet cum natura rerum omnium: maximeq; ad gaudium pertinentium. Sed quæ calida in secũdo, humida in primo, sub Martis ditione est, & suæ naturæ cõuenit eiusdem. Sed quę est calida et sicca in quarto, soli cõuenit et concedit. Quæ autẽ calida et humida in primo gradu, sub Mercurio. Quæ uero humida, in primo, frigida in secundo, habens aliquantulũ temperamenti calidi, Veneri subiacet. Sed quæ frigida et humida in primo gradu, Lunę conuenit. Quæq; autem singulæ terrarum partes sui retinent planetæ qualitates, accidentaliter tamen in naturam uertuntur planetæ alterius. terra enim quę ex sui planetæ natura proprie frigida seu calida esse debet, in contrariam uertitur naturam et complexionem. In complexionibus ergo præfatis, deinde etiam in altitudine, et profunditate, et erectione, et casu, et harmonia cuiusq; planetæ conuenire debet, ad cuius similitudinem composita est, et inde omne corpus sanum uel ęgrum est. unde Andronicus peripateticus asserit nos esse secundum nostram uoluntatem: et extra nostram

uoluntatem ambulamus, & etiam cōtra nostram uoluntatem, quando nostra anima ducimur, uel quando accidentaliter ex natura corporis, aut irę furore, aut alio impetu mouemur. Monet etiam secundario aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere. sicut enim musicus nequit chorda falsa sonitum reddere, sic anima prauum corpus scilicet libidinosum uel aliud, ratione sui nequit regere: & symphonia instrumenti artificis animæ, id est corporis displicet. Andronicus igitur cōmotiones planetarum & cōpositiones merito asserit ueras: & cætera uitia nō esse naturalia animæ: nec animam ex natura corporis constare, quod quidam uoluere. Si enim eiusdem esset naturæ, nil repugnaret quin anima rationibus spiritualib. subderet corpus, scilicet ieiunijs, B & cæteris uirtutibus corporis uitia subderet. & ideo dicit Plato in logica, dum iuuentus est per sensum & rationem mundata ab omni prauitate corporis, cognoscetis omnem ueritatem: omnis enim prauitas extra naturā. At alijs elemētis corpore cōposito, ipsum corpus animā mouet: quod eorum contrahit qualitates. dicit Hippocrates in Physica, quòd terra est apposita generare naturā corporum. Est autem ut terra alia dulcis & temperata, ita & homines eius dulces & mansueti. Et ideo anima mandat eis per phantasiam suam omnem bonam operationem. Est & alia terra per naturam planetarum acuta. unde eius homines ueniunt bellicosi. Et quia operatio corporeæ materiæ ligata est quatuor elementis, ideo dicit Plato C quòd ratio conuenit ex superioribus, & ministrat homini spiritualem intellectum, secundum quem discernit superiora & inferiora, uera & falsa in theorica, & practica, id est in diuina rerum consideratione, & operum faciendorum doctrina & instructione. praxis enim gręce, operatio latine. & quia sensus non fit cum imaginatione animæ, cito ducitur ad dissensiones rerum, unde theorica efficitur: deus enim omnia imprimit, & ubiq; est, & omnia implet. inde dicit Plato quòd homines existentes ante suum tempus, non ex uirtute rationis, sed ex natura corporis suam praxim adimplebāt. Et inde affirmat Isaac, quòd terra per operationem planetarū generat naturam corporis: natura uero corporis mouet corpus in D consuetudines malas, & mutationes malas: et mutatio quatuor temporum fit per duodecim signa & septem planetas: maior est autem per Lunam & Solem. Luna uero unoquoq; mense mundum perambulat, & dat motus quatuor elementis. Sol uero quatuor tempora anni conficit, scilicet uer calidum & humidum. quod si non esset, sed siccum ut quidam uolunt, siccarentur gramina, non autem augerentur uel fouerentur: & alia inconuenientia essent, si aer tunc siccus esset.

De natura coniunctionis & adiunctionis quatuor elementorum.

Asserebant falsò quidam philosophorum quòd homine mortuo humores separarentur, & ad A propriam redirent naturam, ut sanguis in aerem, cholera rubra in ignem, melancholia in terram, phlegma in aquam. Hippocrates autem & Aristoteles & alij philosophi asserunt destitutis & mortuis humores in terram redire. dissentiunt etiam Socrates & Hippocrates à quibusdam alijs physicis dicentibus quòd quatuor elementa nullum patiuntur detrimentum à sua substantia, sed remanent integra, nec corrumpuntur in constitutione corporis humani: sed quædam differentia accidentalis egrediens ab illis quatuor elementis temperat & regit humana corpora, quæ perit cum illis corporibus: sicut albedo uel nigredo consistens accidentaliter in corpore destructo perit: & aliqua differentia destructa non patiuntur illa elementa aliquod damnum: quia semper sunt fixa & integra in sua substantia. Dicunt enim Aristoteles & Hippocrates, quòd omnis creatura incorporea penetrat totam substantiam, cui aduenit intus & extra: unde illa differentia cum sit incorporea, est ueniens ad humana corpora ab illis quatuor elementis æqualiter intus & extra. sed illa differentia tantum est extra & non in figura incorporea. nam si illa differentia esset adiuncta corporibus humanis ut illi dicunt, tūc illa corpora per illam differentiam intus & extra essent ubique eiusdem naturæ & eiusdem coloris, sicut aqua ubique in tota substantia per calorem calida, per frigus frigida. ergo sicut calor & frigiditas quæ sunt accidentales differentiæ aquæ, possunt separari ab ipsa & destrui permanente substantia ipsius aquæ: sic illa differentia quando accidit corporibus nostris perit, remanente natura & proprietate nostrorum corporum: quorū differentia accidentalis apparet extra, & potest destrui, sicut ipsa corpora sunt mortalia. Dicit namque Hippocrates, sicut nulla substantia incorporea habet nutrimentum à differentia corporea, sic nulla substantia corporea potest nutriri à differentia incorporea. unde testante Hippocrate aer & aqua & ignis iunguntur & efficiuntur unū, quibus terra propter sui nimiam pōderositatem nequit adiungi, sed mandat suam frigiditatem & siccitatem quę temperat illa tria, & sic complent naturam corporum, sicq; mortuis omnia illa rediguntur in terram. Et ideo sciendum est quòd terra secundum grauedinem suam non potest associari alijs tribus elementis in constitutione humanorum corporum. Nam postea illa tria propter grauedinem terræ non possunt explicare suam operationem, sicut aqua turbulenta & commista terræ non potest se mouere, nec in aliam partem suam uim emittere. item sicut uidemus quòd turbati sanguis & cholera uertuntur in melancholiam: melancholia uero in nullum supradictorum nisi in phlegma, & de phlegmate in alios: ita aer ignis & aqua uertuntur in terram, de terra in humiditatem, & de humiditate in alia elementa.

De mutatione elementorum qualiter fiat.

Supradictam hanc mutationẽ uocant physici A hoc modo: terra enim crescens unaquaq; hora ex mortalitate corporũ uertitur in aquã: cuius subtilitas calefacta uertitur in aerẽ: subtilitas aũt aeris calefacta uertitur in ignẽ. sicut enim aqua amittẽs humiditatẽ suam uertitur in terrã accidentaliter, sic terra inde crescens accidentaliter, amittit tunc siccitatem suã, & uertitur in aquã, & sic considerant naturam aliorum elementorũ. & ideo dicit Aristoteles ꝙ nullum difficile aut dissolubile nomen est fixum & firmũ circa aliquam substãtiam. nam illud quomodo dicitur per supradictã creaturam ꝙ terra uertitur in aquam, aqua in aerem, aer in ignem, sic ignis ingrossatus & infectus uertitur in aerem, aer ingrossatus uertitur in aquam, aqua ingrossata in terram: quæ, ut dictum est, iun B cta insimul fiũt corpora nostra. Corpora uero nostra uertuntur in terram, & unumquodq; uertitur in aliud. Et ideo dicit Aristoteles quòd hæ quatuor materiæ non habent hęc supradicta nomina fixa & stabilia sibi: sed proprie dicitur substãtia. nam in quodcunq; uertitur aer uel aqua, tunc dicitur substantia.

De mutuis cõuersionibus quatuor elementorum.

Conueniunt autem & differunt elementa differentijs & qualitatibus. sicut enim aqua frigida & humida contraria est igni, & mutat eius proprietatem: ignis uero calidus & siccus: terra frigida & sicca: aer calidus & humidus, aqua frigida & humida: & his qualitatibus ad se inuicem colli C guntur attrahẽtes semper consimiles qualitates: ut aqua terram siccam frigidã: deinde contemperant se in contrarijs: nam siccitas terræ per prædictam frigiditatem trahitur ad humiditatem aquæ siccandam: ita etiam humiditas aquę ascendit ad ignem tracta per aerem illuc, & ita uel annihilat contrariũ suũ uel † attrahit. Aqua igitur per frigiditatem suam terræ iuncta à terra trahit frigiditatem & non siccitatem: aer aquę per humiditatem conueniens attrahit illam: ignis uero aeri per caliditatem conuenit, & illam suscipit ab aere. unde dicit Aristoteles quòd duo sunt genera aeris, unũ ex fumositate aquę, aliud ex fumositate ignis, qui suam caliditatem & siccitatem mutans uertitur in fumosam materiã. hoc facto associatur supradictę materiæ quę est fumosa & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui aliquãdo ex frigiditate & humiditate aquæ acuitur & inuoluitur: & inuoluendo amittit suum calorem, et sic uertitur in suam materiẽ ex qua fit, id est aquã. ex eius enim constat fumositate, ut dictum est. aqua uero si de terra, inspissatur & amittit humiditatem. Recipitq; aqua & terra siccitatem, & in eius redigitur naturam. Nascuntur ex his corruptelę corporum: nam aer intra ignẽ & aquã stans tribuit calorem ignis, & in aqua acuitur & calefit. & fumositas illa in aerem surgit, & inde aer turbatur, & etiam frigiditate contrahente à terra, & calore desursum ab igne. Nouem autẽ sunt naturæ seu qualitates corporum: octo intemperatæ scilicet, & quę conueniũt omni animali, scilicet calida, frigida, humida, sicca. Calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & sicca. Nona uero soli homini conuenit, & eius solam temperat naturam. Et ideo utile est nosse quæ harum octo sunt substantiæ: & quę differentiæ. in igne ergo calor eius est differentia uirtutis ipsius: quo colore ammoto attrahit siccitatem, & remanet quædam fumositas calida quæ est substantia: aeris uero differentia est calor qui designatur & reuertitur sæpius, ut dictũ est. Substantia uero eius est humiditas, quæ aliquando desiccatur ut solet fieri quando uertitur in terram. illa enim siccitas est ei accidentalis. quia & siccitas est accidentalis si duret frigiditas. Nam dum redit in suam propriam naturam, amittit siccitatem, semper autem est humida. Et sciendum est quòd aquæ humiditas est idem quod eius frigiditas, nec sunt habendæ pro duabus differẽtijs, sed pro una tantum. Nam ex nimia frigiditate terrę fit nimia frigiditas aquę, unde in aqua differentia est eius humiditas. Siccitas autem terræ est differentia, potest tamẽ remoueri à terra eius siccitas, licet uideatur eius substantia: est enim cum ipsa frigiditate. Verum & ipsa potest remoueri à terra. est igitur eius substantia humiditas. in primis enim terra fuit humida: & eius siccitate remota et frigiditate quæ est eius siccitatis terra uertitur in humiditatem.

alias alterat

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE NATVRA ET ORDINE cuiuslibet corporis.

LICET te sciã charissime nepos græcis literis eruditũ ad hanc disciplinã posse pertingere, tamen ne quid tibi poscẽti ad memoriã denegetur, ex libris medicinalibus Hippocratis intima latina feci: quod qa dign⁹ es fideliter trado, daturus tibi aui tui patris mei librũ, ex quo mũdi rationẽ cognoscas: ut nosse possis quãta fuerit generis nostri sapiẽtia. Nũc uero tibi corporis uniuscuiusq; naturã & ordinẽ aggrediar exemplificare. Corpus igitur hominis ex quatuor humorib. constat. nam habet in se sanguinẽ, choleram rubrã, choleram nigrã, & phlegma: qui quatuor humores habitãt uel dominãtur in locis suis. sanguis dominatur in dextro latere in hepate, quo diecur uocamus: sic & cholera rubra ibidẽ dominatᷣ. in sinistro uero latere, id est in splene cholera nigra dominatur. phlegma aũt in capite, et alia pars in uesica: alia pars sanguinis dominatur

minatur in corde. Virtus autem ipsorum talis est. A sanguis est feruẽs, humidus, & dulcis. cholera rubra est amara, ignea, & sicca. cholera melancholica, id est nigra, est acida, frigida, & sicca. phlegma uero est frigidum, salsum, & humidum. Hæc omnia crescũt suis temporibus. sanguis enim crescit tempore ab octauo idus februarij usq; in octauum idus maij, & sunt dies xcij. cholera uero rubra in æstate ab octauo idus maij usq; in octauũ idus augusti, & sunt dies nonagintanouẽ. cholera autẽ nigra autũno ab octauo idus augusti usq; in octauũ idus nouẽbris & sunt dies nonagintaunus. phlegma uero hieme ab octauo idus nouembris usq; in octauũ idus februarij, & sunt dies xcij. Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. sanguis enim dominatˀ horis septem ab hora noctis B nona usq; in horam diei tertiam. ex inde dominatur cholera rubra usq; in nonam diei horam. deinde cholera nigra dominatˀ ex hora diei nona usq; in horam noctis tertiã. phlegma autem dominatˀ ex hora noctis tertia usq; in horam noctis nonam. Hæc omnia habent respirationes suas per singulas partes corporis. sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os. Diuidũtur etiam hi quatuor humores per quatuor ætates, id est phlegma in pueris ab ineũte ætate usq; ad xiiij. annos cum sanguine. exinde cholera rubra dominatur usque in annos xxv. & exinde dominatˀ usq; in annos xlij. maxima pars sanguinis cum choleris nigris. dominatur exinde usq; in summam ætatem phlegma, sicut in pueris C dominatur. Præterea hi quatuor humores faciũt in hominibus tales mores. sanguis facit homines boni uoti, simplices, modestos, blãdos, euchymos siue plenos. cholera rubra facit homines iracundos, ingeniosos, acutos, leues, macilentos, plurimum comedentes & cito digerentes. cholera nigra facit homines subdolos cũ iracundia, auaros, timidos, tristes, seditiosos, inuidiosos, habẽtes sæpius cicatrices nigras in pedibus, uel in alijs mẽbris. phlegma facit homines compositos, inuigilantes, inter se cogitantes, cito afferentes canos in capite, minus audaces. omnia ergo quæ calidas habent uirtutes in superioribus locis corporis dominantur. Pulsus autem suos hi quatuor humores habẽt uel faciũt. sanguis enim pulsus facit ple D nos, hũidos, æquales. Cholera rubra facit pulsum tenuem, citatũq;. Cholera nigra facit pulsum plus tenuem, sed tabentem, ueluti percussum, & asperitantem. phlegma facit pulsum minus plenum, humectatum, æqualem pondere. Hi humores sine se esse nõ possunt, & in omnibus ætatibus dominantur: sed quoties ex his humoribus aliquis excreuerit, tunc facit ægritudinem longam. & causæ ueteres pro sua uetustate, & temperantiam, & æquitatem, & æqualitatem pro corpore ætatum omniũ hi humores singulis ętatib. faciunt, quoties quisq; eorum augmentũ acceperit, & tunc longam ægritudinem facit si imperitum medicũ habuerit, aut certe negligentem, aut qui causam non intellexit, aut ex quo humore ęgritudo nata fuit. & quidem tunc diligens & doctus ægrotanti potest succurrere. si uero negligens fuerit aut non intelligens, tandiu protrahit ægritudinem quandiu transeat humoris ipsius tempus, & alius exterius humor augmentum accipiat, ita ut iste humor excludatur ex quo ægritudo fuerat nata. nam si sit ex causa sanguinis, qui sanguis est dulcis, & calidus, & humidus, occurrendum est sic. adhibeatur ei contrarium, quod sit frigidum, amarum, & siccum. si fuerit causa cholera rubra, quæ est amara, uiridis, & ignea, & sicca, & acris, debet adhiberi quod sit frigidum & humidum. Si autem cholera nigra fuerit causa, debet adhiberi, cum sit frigida, & sicca, & acetosa, illud quod est calidum, & humidum, & dulce. si ex phlegmate nata fuerit ægritudo cum ipsum sit frigidum, salsum, & humidũ, debet adhiberi quod sit dulce, calidum et siccum. Hæc quando adhibita fuerit, tunc & peritus medicus inuenitur, & æger cito ad sanitatem reuertitur. Hęc tibi pro nostri memoria religiose nepos dedi, maiora te putans adepturum.

De dispositione plasmationis fœtus in utero.

Expositionẽ membrorum quo ordine, uel quibus iũcturis, uel quo schemate homo in utero materno plasmetur, hic docemus, exordium à capite sumentes. maioribus enim nostris, Apollini, Hippocrati, Apollonio & cæteris anatomicis placuit mortuorum uiscera scrutari, ut hoc scirent unde uel quomodo morerentur. hoc autem nobis facere ipsa humanitas prohibet, eo quod ipsis scrutantibus omnia manifesta atque aperta sunt. & quid dixerunt? Caput nostrum commissuras habet quinq; angulosas se inuicem continentes: sicut summus anatomicus philosophus hic memorans dicit, masculus in galea commissuras habet quinque. fœmina uero in circuitu commissuras habet, cui galea superposita est quam Græci cranium appellant: quæ cohæret membranis, & superposita est cunctis quæ habet causa decoris, scilicet ut ab ęstu et frigore oculos custodiat. Vbi uero galea est, subiacent tempora, quæ cõtinetur spiritualib. uenis cerebri, quibus superposita sunt supercilia, ut si copiosus sudor frõti aduenerit, opposita statione pilorũ cõtineatur, donec excussus ab oculo sudor auferatur: oculi quoq; isto schemate cõtinentur. Ex naso cerebri foramina orta sunt duo, per quæ tenuissimæ uenæ dextra læuaq; alterius inuicem sibi continẽtur. tunicæ sunt quatuor uel quinq;. prima tunica appellatur ceratoides, secunda choroides, tertia oroenomides, quarta tinsenoides, quinta cristalloides. supposita sunt ossa oculi, quæ malas uocamus. Dentes etiam habent uiri xxxij. mulieres autem xxx. auctor Apollonius memorat, dicens dentes usq; ad caninos singulas habent radices. Alij uero interius qui molares dicuntur, habent ternas & quaternas radices. Palato lingua subiacet quæ cooperit canalem spiritualem quem Græci pneumaticum dicunt. quem canalem modo aperit, modo claudit. aperit enim spiri-

spiritualem canalem quãdo loquimur, claudit au- A
tem quando manducamus: quod probare possu-
mus quando forti cibo uel potu utimur, & currit
ex supradicto cibo in spiritualem canalẽ aliquid,
statim tussis consequitur, donec impellente spiri-
tu illud repat, & in propria iterũ reuocet. huic lin-
guæ dextra leuaq; parte glandulæ suprapositæ.
quod autem superpendet, uuula appellatur. post
quam cauernę sunt duę, per quas fit infusio uel ra
ptus, quod Græci anarrhophema uocãt. naresq;
cum supradictis cauernis inserunt & per easdem
usq; ad cerebrum tendunt. Aures uero uię sunt au
ditorię sicut rerum natura composuit ad cerebrũ,
& à cerebro descendentes faciunt exhalationem.
Cõiungitur autem gula pulmoni. Pulmo uero in
modum fabri ferrarij follis est constitutus alter al- B
teri spiritũ tradens: & implet pectoris arcana. Sto
machus autẽ uentri coniunctus est, qui infra pen-
nas pulmonis medium possidet. Cor uero uenas
habet quatuor: duas quæ spiritum continent, &
duas quæ sanguinem trahunt. quæ spiritum con-
tinẽt, pulmoni affixæ sunt, quarum firma facta cõ
catenatione totum per corpus sanguis diffundit,
& sic uenæ pulsum reddunt. Pulsus ita nutritur,
modo recipit sanguinem, modo repellit. Cor ue-
ro, ut diximus, est cõiunctum pulmoni: in sinistra
parte dominationẽ tenet: id circa positũ est quod
Græci pericardium uocant, attingens extremas
partes pulmonis. Sed hic posita sunt præcordia,
quæ Græci diaphragma uocant. continet autem
pulmonis substantiam, uentremq;, & quæ intesti- C
na: cui iuncta sunt latera & spina. Venter autẽ ori
ficia habet duo, unum proximũ membranę: quod
Græci pericardium uocãt in sinistra inclinatum:
hoc Græci stomachum uocant: aliud uero in dex-
tra parte circa iecur positum est, extensum usq; ad
longaonem quod Greci pyloron uocant. inde ad
utrãq; partẽ renes. deinde uero inest follis uesicę.
in sinistra parte positus est splen, oblongus, uẽtri
coniũctus: continens membranas tenues, habens
pinguissimas uenas, quę intestina tegunt & cale-
faciunt: hoc Græci epiploum uocant, ab orbo ex-
tensum usq; ad renem sinistrũ. subiacet autem sub
hoc intestinum quod Græci colon uocãt. sub hoc
autem est locus continens longaonem, qui iun-
ctus est uesicę habenti collum longum, quod uere D
tro inest. Vesica uero renibus cõtinetur media u-
triusq;: ex quibus renibus decurrit ad neruos qui-
bus testiculi pendent, quos Græci uocant crema-
steras, à quibus iunctæ sunt uenæ tenuissimę quæ
sperma deducũt ex cerebro: oriturq; ex spinę me-
dulla. Viris quoq; testiculos inesse manifestũ est:
sed alio schemate formati sunt uiris. Mulierũ ue-
ro testiculi breuiores & fragiliores sunt. nam quę
maiores habent, uiragines appellantur. Igitur ma
nifestum est unam esse uiris & mulieribus interio
rum uiscerum compaginatam lineationẽ, sed mul
tæ sunt tunicæ testiculorum: prima eustrephes, id
est bene retorta: secunda pericochliades, id est cir
cũtortuosa: tertia perizoma, id est circuncincto-
rium: quarta uero tunica tenuissima arcys, id est re
te appellatur. Similiter & matrix habet subiectã
membra quibus continetur: quæ Græci cyetica;
id est genitalia uocãt: nam ut est masculo ueretrũ,
ita est matrix mulieri columna. Matrix enim na-
turaliter fragilis et mobilissima est, cõstans ex ner
uis, & paruissimis uenulis, & tunicis duabus. ex-
terius neruis est firma, interius carnosa & mollis;
quæ est directa contra intestina: cuius ceruix tri-
bus foraminibus erigitur usq; ad longaonem. Si-
nistra uero est matrix, in qua sperma miscet, quã-
do cõceptio celebratur natura uolente, id est uiri
semine, & mulieris sanguine: quãuis & uirile sper
ma sanguis noscatur esse. Vnde et maiores nostri
consanguineos appellarunt ex cõsanguinitate pa
terna uel materna natos. Nunc dicitur ab imperi-
tis, quomodo sperma sanguis esse potest, cum sit
albũ? Nos tamen certa ratione probauimus. Ma-
re enim ut ei natura tribuit, est colore uiride: quã-
do autem in tempestatibus mouetur, spumam al-
bam emittit. uel si uinũ nigrũ in quolibet uase exa
gitaretur, spumam candidam faceret. Simili uero
ratione & sanguinis feruor cõcussus in albedinẽ
uertitur. Dum enim coitio fit nõ statim formatur
infans: nam si quoties coitus fit, toties conceptio
fieret, innumerabilis esset multitudo filiorũ. Cer-
to enim tempore mulier cõcipit, aut in initio pur-
gationis, aut in fine: nam purgatio sperma corrũ-
pit, plurimo usu sanguinis materia superãte. Tem
poribus certis infantẽ componi atq; formari in u-
tero materno manifestũ est. oñis enim figura for-
matur in xl. diebus, aliquãdo in diebus xxx. Qui
uero xl. die formantur ix. uel x. mense impingen-
te nascunt. Manifestum est enim infantes in ute-
ro materno ita formari. Primo enim mense iactu
seminis congregatur in umbilico, & fit rhysis, id
est cõgregatio sanguinis. Secundo mense expres-
sio corporis animam tribuit. Tertio mense ungu-
læ atq; capilli nascuntur, & motum facit infans. I-
deoq; & quarto mẽse mulierib. nausęę fiunt, quas
Græci nautias uocãt. Quinto autem mense facit
†catarrhi signum atq; adulteria demõstrat. Sexto *alias crescere*
mense facit neruorum compositionem. Septimo *sinum*
mense medullam confirmat. Octauo cũ pelliculis
ossa confirmat. Nono uero mense maturũ mouet
infantẽ. Infans uero masculus in dextra matricis
continet, fœmina uero in sinistra. Nam & hęc si-
gna pręcedere solent. q; si masculus fuerit in utero
materno dextro, robustior est: si fœmina sinistra.
Dum ergo infans in utero matris est, oculi genib.
oppositi sunt. unde hoc probauimus? quia genua
tumentia, oculi autem concaui. ideoq; per rerum *
natura ita natura imposuit genua: et genę quin cũ
acri dolore uel nimiũ percussus homo fuerit, et ge
nua curauerit, oculi continuo lachrymantur: non
enim uult natura eos obliuisci societatem genuũ.
Dentes autem nostri organa sunt quodammo-
do linguę. infans uero dum dentes non habuerit,
uagit. dum uero duos uel quatuor dentes habue-
rit, mussitat. dum uero os dentes repleuerint, lo-

quetur. Dẽtes enim nostri quos habemus, alij uocant synodontes, quos caninos dicimus, quos ad frangendũ habemus. Dentes enim nostri ossa nõ sunt, nec medullam habent: ideoq; omnia ossa cõfringunt, sed assiduo humore capitis ueniente uitiantur. sicut enim assiduus humor ex alto in nasum ueniẽs perforat: ita dentes uitiantur à capite.

A

De cognoscendis febribus.

De cognoscendis febribus omnibus superius scriptũ est. nunc illud sciendum. Scito quod maxime iam dixi primum cognoscẽdas causas & origines & species febrium, & ut sciamus quæ sunt generales, & quę sunt speciales, id est quę sunt ueræ, & quæ non sunt ueræ, & quæ sunt tropicæ, & quę sunt acutę, uel quę sunt simplices, & quę sunt duplices, uel quæ sunt quę cũ alijs febrib. geminatæ fiunt, & quomodo accedãt, & quomodo recedant, id est qualiter moueant, et qualiter declinẽt, et quibus horis, diebus, & noctibus, uel quot horis paroxysmus, id est cõmotio teneat, uel quando faciet paracmen, id est declinationẽ, quidue significant, & quo ægrũ ducant considerandum est: & iterum uirtus ægrotantis, qualitas, & impetus ægritudinis, & quantitas: ex hoc enim uitæ mortisq; indicia maxime, & ex pulsu, & consideratione urinæ, ac genus febris præuidere poteris, si fuerit assiduus lectionis doctissimus usus: necnon ex alijs signis quę noster Hippocrates in prognosticis probat: & futura ante prædicit. indicant enim & quasi tacite loquunt ægrotantis color, oculi, uultus, uox, taciturnitas, positio iacẽtis, schema, corporis habitudo: quæ omnia in ęgris diligẽter cõsiderãda sunt, ut sciamus manifeste quid tenere, uel quid refugere debeamus: ne forte hoc ignorantes ęgros lædamus. addas & illud in his, ut cõsideres in omnib. semper ægritudinibus regionẽ, qualitatem, positionem locorũ, aeris temperantiã, temporum mutationẽ, ætatem, consuetudinem ægrotãtis, naturam corporis, animi uigorẽ, causas & originem: necnon & illud, ne ut animi aut corporis uitio ægritudo nata sit, aut ne extraneus aduenerit ex cibo aut potu, uel ex corruptela aeris: quando enim hęc omnia consideras, tunc rationem bene & uere esse cognoueris, & optime facies quicquid ad hęc omnia facere cõueniat: quoniã tunc medici beneficia uincunt, quãdo non in suo tẽpore adiutoria offerũtur, aut natura corporis à morbo fugata beneficia nõ sentit. itaq; prꝗuidenti omnia diligẽter perspiciẽda, & prꝗuisis atq; cognitis causis, ut dixi, suis curis suisq; tẽporib. curanda.

B

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE ANATOMIA PARVA.

QVONIAM interiorum membrorum corporis humani passiones erant ignotæ, placuit ueterib. medicis, et maxime Galeno, ut per anatomiam brutorũ animaliũ, interiorum partes manifestarent. & cum quædã bruta animalia, ut simia, inueniant nobis in exteriori bus similia, ita secundum interiorũ positionẽ nulla inueniuntur adeo similia ut porci. & ideo in eis anatomiam fieri destinamus. Est autẽ anatomia, recta diuisio membrorũ, quæ sic fit. Porcũ debes inuersum ponere, & per medium gutturis incidere: & tunc tibi primum lingua occurrit, quæ dextrorsum & sinistrorsum quibusdam neruis alligata est, qui †motiui dicunt: quia cũ ipsi à cerebro ueniant ad pulmonẽ, à pulmone uertũtur ad linguã, per quos lingua mouetur ad uoces formãdas. ibi iuxta sunt quędã carnes glandulosę quę dicuntur farynges. Qui colligit humor, in eis facit brãcos. In radicibus linguę oriuntur duo meatus, scilicet trachea arteria per quã transit aer ad pulmonem: & œsophagus per quem immittit cibus ad stomachum: & est trachea arteria super œsophagum: super quẽ quędam chartilago est quę dicit epiglottis, quę eleuat aliquãdo, ut cibus et potus per tracheam non descendat, & aperitur ut aer intret & exeat. Inter tracheam arteriã & œsophagũ est locus qui dicitur isthmos, id est inter duo principia, in quo aliquando humor colligitur ad apostema

[margin: alias reuersiui]

C

quod dicit angina: aliquãdo pars est intus & pars extra & dicitur squinantia: aliquãdo est totus extra & dicitur synantia. tũc debes separare tracheã arteriam ab œsophago, & inuenies pulmonẽ & cor. Cor uero est in sinistra parte, & pulmo in dextra, quorũ quilibet in sua capsula continet. In capsula uero cordis colligit materia quæ facit syncopen. in capsula pulmonis colligit materia quæ facit peripleumoniã. et tunc uidebis quandam uenam quę cõcaua dicitur: quæ ab hepate uenit per medium diaphragmatis, & subintrat inferiorẽ auriculã cordis: & fit arteria de qua sunt omnes arterię alię quę procedũt ad mẽbra in quibus fiũt pulsus, quibus mediãtib. cor alligatũ est pulmoni, & tracheę arterię, & fistulis pulmonis, in quibus colligitur humor qui facit sansugiũ, aliquãdo colligitur extra eas et facit anhelitũ, et aliquãdo intus et extra eas et facit orthopnœam. Et quod pulmo sit cauernosus, potestis probare si cum calamo intromisso inflet. Sub illis membris est panniculus qui dicit diaphragma, qui diuidit ea à nutritiuis, qui coniungit teneritatibus costarũ, in quibus colligit humor qui facit pleuritin. tunc debes reuerti ad interiora et ad nutritiua, et cõputa longitudinẽ œsophagi usq; ad septimũ spõdylum, et ibi incipit os stomachi supra diaphragma: stomachus uero inferius. sub stomacho est intestinũ quod dicitur portonarium. sub portonario est duodenum. sub duodeno ieiunũ. sub ieiuno orbum. sub orbo saccus. sub sacco longaon: et sunt ibi quędam gra-

D

cilia intestina quæ lateralia uocant, in quibus est iliaca passio. Ex dextra parte sub fundo stomachi est hepar positū, in cuius substantia est quasi quędam uesica, quæ cystis fellis appellat. & super hepar sunt duo pāniculi, girbus et sifac: qui sunt impliciti uelut rete, quod apparet ibi pinguedo, & dicit grossus girbus. qui autē subtilis sifac: qui procedūt usq; ad splenē, per quos uenę transeunt, per quas melancholia ad splenem ex hepate mittitur. Est autē splen membrū oblongū in sinistro latere positū. loca quę sunt sub splene & hepate dicūtur hypochondria. Tūc debes omnia intestina extrahere. & tūc occurret tibi in medio spinæ arteria magna: sub qua & uena magna continet, quæ arteria fit de omnib. arterijs capitis, quæ de recto condensantur in uenam magnā & arteriā quę descendit ad lumbos: & ad se uarias arterias trāsmittit tam dextrorsum ꝙ sinistrorsum ad inferiora. Vena aūt magna fit de uenis capitis cōdensatis, quæ uenit usq; ad renes, & bifurcat, & ibi fit caua uena, in qua infunduntur capillares uenæ, quæ præ nimia paruitate sui uideri non possunt, per quas urina cum quatuor humoribus uenit ad renes. Sunt inter ea autem & renes quędam mēbra oblonga & concaua in principijs lumborum posita: & in renibus decolatur urina à quatuor humoribus. tūc inuenies ibi duos meatus qui uretheres dicuntur pori: et per eos resudat urina in uesica. nam infiguntur uesicæ, qui etiā transeunt per quendam panniculum, quo omnia intestina præter longaonem claudunt, qui uocat †epigome cinctus menon, quo aliquo erupto cadit intestinū in oschieum, supra quem est quędam pinguedo quæ uocat omentum: supra omentum est sumen.

dictus girbus

Nunc de anatomia matricis dicendum est.

Sciendū est autē ꝙ natura hoc membrū in mulierib. disposuit, ut quicquid in toto mense de superfluitate generaret, ad hoc membrū in cōsueto tempore tanquā ad sentinā totius corporis mitteret. & inde mulieres naturaliter menstrua habuerūt. Est etiā hoc membrū ager naturę, qui excolit ut fructificet, in quo aliquādo ut in bonā terrā semen eijcit, quod adhęret in ea, & per actionē cooperātis naturę calidę, & spiritu mediante inferius scindit more grauis. et à se ramusculos emittit per quasdā radices uel ora quibus infigit matrici, & per quæ nutrimentū sibi ministrat & futuro foetui, & sic postea actiōe uirtutū, ut sępe à me uobis dictū est, si bene recolitis, futurus fœtus generat & augmentat. Est autē posita matrix super intestina, & supra collū eius est uesica, et sub ea longaon est, et inferius est uulua. Tūc debes scindere matricem per mediū os, ubi inuenies duos testiculos suppositos, ꝑ quos sperma mulieris mittit ad matricē, ut ex eo et uirili fiat fœtus. Habet aūt matrix septē cellulas, & si pręgnās est, in ea fœtum inuenies, supra quē uidebis quandā tunicā quasi quandā camisiā, quę secūdina dicit, quę rūpitur quādo fœtus recalcitrat ad exitū, quæ alligata matrici & fœtui uenis per eam trāseūtib. nutrimentū ad matricē et ad fœtū trāsmittit. et illi meatus quibus fœtus alligat, dicūtur cotylidones. Est etiam ibi quidam magnus meatus qui umbilicus dicit, qui rūpitur iuxta matricē in quantitate quatuor digitorū, ex cuius ligatura fiūt phlegmonę in umbilico.

Nunc de anatomia cerebri uideamus.

Debes ergo in summitate capitis incidere, & remota cute inuenies pelliculas quasdam quę dicuntur musculi, sub quibus inuenies os quod dicitur cranīū. sub cranio est pellicula quæ dicitur dura mater, sub qua est pia mater, deniq; cerebrum. In oculis est tunica quæ appellatur coniunctiua, & apparet alba. quæ est iuxta eam, aliquantulum est subnigra, & dicitur cornea. quę sub illa, magis est nigra, & minor, & dicitur uuea. Tunc incide per medium, & humor qui prius exibit dicitur albugineus, qui post eum est, clarus est, & coagulatus in modum crystalli, & dicitur crystallinus. & qui ultimo est, ipse uitreus appellatur. Neruus qui ab interioribus uenit ad oculum, qui est albus, & angustus, ipse dicitur opticus, & qui uenit ad aures, dicitur auditorius neruus.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE ANATOMIA VIVORVM.

MEDICORVM anatomicos necesse est præcognoscere ꝙ humanum corpus cū sit compositum, ad hoc ut sit substentaculū motuum & operationū diuersarum, ex multis & diuersis componitur instrumentis. cōiungit enim nobilissimę animæ, à qua influunt ei potētię nobiles, & uirtutes multiplices, quarum ministerijs regatur, & saluetur in esse, & prohibeatur à corruptione, & à casu ueloci. Sed cum nullius uirtutis ministerium cōpleatur nisi per organū conueniēter adaptatū, tunc exigitur adaptatio & pręparatio organorum multiformium, ad texturam corporis humani ordinandam, per quæ uirtutes negocientur, & effectus quos intendūt attingant. uerum quia operatio quælibet absq; multiplici iuuamento non saluatur diu, neq; etiā fit, tunc oportuit ut organa specialia haberent speciales texturas ex partibus diuersis. & dico ꝙ tam ea ꝙ partes eorum à medicis mēbra appellantur. quarū generatio est ex humoribus proportiōatis, sicut humorum ex cibis. Vnde membrorum alia simplicia, alia composita. simplicia sunt quorum quancūq; partē sensibilem assumpseris, erit illa toti cōmunicās in nomine & diffinitione: sicut os & caro. cōposita sunt, quorū quancunq; partem assumpseris animalis, toti cōmunicans nō erit nomine & diffinitione, sicut manus & facies. Membrorū similiū partium primum est os: quod creatū est du-

rum

rũ, quoniã corporis est fundamentũ, & motuũ sustentamentũ. tamẽ & ipsum etiã & secundum magis & minus in duricie diuersatur. post ipsum est chartilago in duricie mollior, ad flectendũ humilis, sed omnib. aliĳs durior, in cuius creatiõe iuuamentũ fuit, ut per ipsam ossiũ cũ pelliculis & carnibus facilior & melior fieret cõtinuatio. Si enim molle cum duro absq; medio componeret, accideret ei passio uehemẽs apud percussionẽ et coartationẽ seu cõstrictionẽ: et ex casu ipsius supra durũ immediate & resistẽtia seu repulsione duri cõstantis: quare ordinata fuit positio mollis cũ duro. et inuestitæ fuerũt ossiũ extremitates bucellares & cõcauæ hoc corpore medio, sicut est in oculo, scapula, & in ossib. costarũ, & in epiglottali chartilagine, & in osse suspenso in furcula, & in aliĳs plurib. Non solum autem hoc iuuamentũ, sed etiã alia in eis reperiũtur iuuamẽta plura, sicut in osse quod suspendit̃ in furcula ad defensionẽ oris stomachi. & quãdoq; per ipsam melior uicinitas fit iuncturarum sese inuicẽ fricantiũ: alioquin sui duritie rũperentur. & aliquãdo iuuat in sustentando mẽbrum molle extensum & elongatum in suo itinere: propter quod alio indiget cui innitat̃, & à quo cõfortet̃. Postea sunt nerui, qui sunt tanq̃ uirgulta orta à cerebro et à spinali medulla, à substantia †nũcia seu uicaria in ipsis, durã & flexuosam habẽtes substãtiam, ad separandũ difficilẽ: & iuuamentũ eorũ est deferre uirtutes sensibiles à cerebro, & motiuas ad partes alias: & corroborare totum corpus per quod incedũt, & dilatare quandoq; se in cinctorio membrorũ ceu carentiũ, sicut hepatis, splenis, & pulmonis. ista enim mẽbra & si sensum nõ habẽt, positũ est tamen super ea cinctoriũ neruosum cooperiens ea, quę quãdo apostematibus & uẽtositate tensa fuerint, peruenit apostematis grauedo seu pondus, aut uentositatis extensio ad cinctoriũ, & ad ipsius radicẽ, & sentit ipsam. Postea sunt chordę ab extremitatib. musculorũ ducẽtes originẽ, quarũ substãtia substãtię neruorũ similis est, ad mẽbra tendẽtes mobilia. quę quando retrorsum trahunt̃, ꝓpter sui principĳ attractionẽ ea retrahunt quibus alligant̃: & quãdoq; †laxant̃, quia eis accidit relaxatio ex eo quod relaxant̃ sua principia, et ad suos tendũt situs. et quãdoq; extendũt: sicut apud sui extensionẽ quam habẽt ex suis principĳs egrediẽtib. mensurã suę longitudinis cõsuetę. Et substãtia chordę componit̃ ex neruo & ligamento ingredientib. musculũ in quo perficiũtur, & fiũt tanquam fila in eo, & ut plurimũ penetrant per mediũ illius, & ex altera parte egrediuntur, et aggregantur in unum, & chordã constituunt: quę quãdo separatur à musculo, ad iuncturam uadit, aut ad membrũ mouẽdum, & colligitur in seipsa, & inchordat ipsum sicut chorda arcũ. postea sunt ligamẽta, sicut prędiximus, similia neruis. & quędam eorũ absolute ligamẽta uocant̃, & quædam sunt quibus appropriat̃ nomẽ albacab: illud autẽ quod ad musculos extendit̃, nõ uocat̃ nisi ligamẽtum, quod autem ad musculum nõ extẽditur, sed

aliâs alba (margin note beside "†nũcia")

aliâs laxant (margin note beside "†laxant̃")

A cõtinuatur inter duo extrema ossiũ, aut inter alia membra, annectendo unũ aliĳ firmiter, & ligamẽtum et alhacab appellat̃, et ipsius extractio et origo est ab osse. unde et sensu caret sicut et os. et hoc prouisum est ei melius, ne propter motuũ suorum uehementiã et multam fricationẽ doleat. iuuamẽtum ipsius est nexio et cõcatenatio iuncturarũ, et corroboratio neruorũ. quandoq; enim nerui separant̃ de suis principĳs, et partiunt̃ et ramificant̃ in mẽbris, et propter hoc in suo processu magis subtiliant̃, quãto magis remouent̃ à suo ortu, cũ rami ipsorũ multo fiant subtiliores q̃ radix. quamobrẽ ne cadant in defectũ et corruptionẽ, gubernauit eos dei sapientia misericorditer agens. etenim ex ossibus rem similem sibi extraxit, quę connexio

B uel ligamentũ appellatur, et ipsam neruo miscuit, et ex eis quasi rem unã effecit, et sic acquisita sibi crassitie securius incedit neruus ad mẽbra longinqua, et nõ est timor de resolutione uirtutis eius, et præterea non erat cõueniens ut nerui ossibus cõtinuarent̃, quæ sunt sustentamẽta et radices membrorum mobiliũ. ossa enim sunt solida et dura nimiũ, neruorũ autem substantia mollis et subtilis. Post ligamẽta sunt arteriæ, quę sunt organa cõcaua, in longitudine extẽsa, neruosa, et in sui substãtia ligamẽtalia, habẽtes motiões diuersas, et quietes assimulatas seu proportionatas motionib. et quietibus cordis, quod est earũ principiũ: et sunt cõpositæ ad hoc, ut per ipsas euentet̃ cor à suis fumis, et respiret calor naturalis, et spiritus distri-

C buat̃ in mẽbra quæ sunt post ipsum, propter partitionẽ et ramificationẽ quam suscipiũt. Et postea sunt uenę, arterĳs in aliquibus assimulatæ, nõ habentes motũ dilatatiõis uel cõstrictionis, sicut et arteria: et hoc est q̃ quietæ nominant̃. et sunt creatæ ad hoc, ut sint uiæ per quas ferat̃ sanguis nutrimentalis, et mẽbris partiat̃ secundũ quod necessariũ est. Vnde de necessitate ad omne membrũ instrumẽtale ueniũt duæ uenæ, pulsatilis et nõ pulsatilis, ad deferendũ duo genera sanguinis, quib. membra indigẽt ad sui conseruationẽ et nutritionem. licet et aliã habeãt utilitatẽ istæ uenæ in corpore, cõmunem cũ neruis in eo quod sunt ligamẽta carniũ, sicut postes in pariete. et significatio super hoc est quod uidemus, quod in corporibus in

D quibus liquefiũt membra et caro, apparent uenæ crassiores aliĳs mẽbris magis diminutis. et alia est necessitas suę manifestationis, ut per uenulas paruas diuidat̃ sanguis, et facilius accipiat alterationem et conuersionẽ. et iterũ, ut sanguis crassus remaneat et retineat̃ ab eis, et cohibeat̃ ab exitu. et in quibus relinquunt̃ orificia ampla, non coercet̃ sanguis ab exitu suo omnino. unde in palato, naribus, et ano, fiunt multoties sanguinis exituræ. Et post hęc sunt pãniculi, quorum textura est de filis neruosis sensu nequaq̃ perceptis, quorũ spissitudo est tenuitas quædã in superficiem suscitata, ad hoc ut sint cõtinentes cõuenienter, et bene cooperiẽtes superficiẽ corporũ aliorũ, propter iuuamenta plura: ex quibus est, ut semitam eorũ in quibus

est

est in sua figura & factura bene custodiant. & hoc iuuamentum est in tunicis cerebrorum, & grandinis glacialis, & humorũ suorũ, quorum substãtia de natura currens & mobilis est, indigent tamen ut figantur & stent ordinati in suis figuris, ne accidat error in operationibus uirtutum perficiẽdis, quarum necessitate creantur & existunt, ut suam existentiam in† cõsequentiam cõtrahant, et ex eis est ut fiant suspẽsoria aliorum corporum, sicut renum à dorso. & ut sint cõtinentia quædã, sicut stomachum & intestina. & ut per ea membra quædã sensum in superficie solum habeant, sicut pulmo, hepar, & splen, & renes. & ex eis est, ut per eos distinctio & diuisio habeatur super membra diuersarũ intentionũ, sicut inter os & carnem, inter spiritualia & nutriẽtia propria diaphragma: & ut inter duas cõcauitates compares. & hæc est intẽtio uelaminis separãtis thoracem. Et postea est caro, cuius iuuamentũ est ut adimpleat tunicas, & connectat ramos, quæ in suis cõplexionibus et coloribus diuersa in diuersis membris reperitur: sicut alba & mollis in cõiunctionibus, & in glandulis omnibus, & in mamillis, & in ouis, rufa seu rosea in pulmone, rubra ut in pluribus, rubicunda ut in corde: purpurea ut in hepate, subnigra seu nigra ut in splene, & etiam in uua. Et membra alba albificant materias quas cõuertunt, sicut mamillę lac, oua semen. & rubra rubificant, sicut hepar sanguinem. Splen uero & renes sanguinem rubrũ quasi similem magis appetũt. similem dico in colore & natura. Et uerum est q̃ glandulæ sunt species carnium diuersorũ iuuamentorũ. in locis enim iñctualibus, et etiã sub lingua, ponunĩ ad nutritionem humiditatis necessarię, ad motum facilem & uelocem, & prohibitionẽ arefactiõis superfluæ, aduenientis propter fortitudinẽ motuũ, & quãdoq; ad recipiendũ uenas trãseuntes ab uno in aliud, sicut mesaraicas eũtes ab hepate ad stomachũ & intestina: quę indigẽt solo cui innitanĩ: sicut res honoratæ in hora suæ laxatiõis, ne prosternatur uirtus earum. & cõsimile est iuuamentũ glandulę pinealis suppositæ cerebro: propter quod replet interstitia uenarum transeuntiũ ad diuersas partes cerebri. Adipem & medullam non negat Aristoteles partes animalis esse necessarias, quarũ generatio est ex eo quod relinquitur de nutrimento caloris innati. & coagulatur propter sui imbecillitatẽ, cũ consumi non possit. & est aeriæ substãtiæ multum, ad quod se cõuertit natura, & transfert in usum necessariũ, & recipit ab eo iuuamentũ multiplex, quorũ unum est ut nõ dimittat calorem innatũ euanescere, imò retineat ipsum, et coadunet, & multiplicet. et hoc notũ est in zirbo, et in pinguedine renũ. quare circa membra frigida de natura, calore multo indigẽtia, propter hu. multã quę solet in ipsis dominari, circũdata est in animalibus, & plurima reti, & pręcipue in locis distantibus à principio caloris naturalis, & maxime in frigidis cõplexione & humidis. Medulla est superfluitas sanguinis in ossibus cõcauitatem habentibus. & hoc significatur per q̃ omne animal abundans in sepo & pinguedine, abũdat & in medulla: et puer quãdo est puer. in osse enim eius reperiĩ sanguis. & cõualescente calore in ipso, & decoctione albescit. & q̃ sit superfluitas sanguinis ossa nutrientis significaĩ, quia illa medulla est calida & hu. & ossa sunt frigida & sicca. & superfluitas est cõtraria ei cuius est superfluitas. quare uidetur q̃ potius sit superfluitas ossis medulla, q̃̃ eius nutrimentũ. & hoc significatur per hoc, q̃ in ossibus animaliũ frigidorũ multa reperiĩ medulla, quia calor ossium in eis nõ potest dissoluere pinguedinẽ siue medullam: propter quod leo nõ habet medullã, quoniã cõsumitur ex calore in ipso osse. iuuamentũ medullæ ossis est, ut ipsum fomentet & humectet, & ut ipsum mollificet ne frãgaĩ, et ideo quia motus ipsum exiccat, et ut os per ipsam forte sit et solidũ. Post partes istas ultimę in mollicie, et à duritie maxime elongatæ sunt humiditates uisui deseruientes, & præcipue albuginea, quæ clara est ualde & subtilis. creata est enim in facie glacialis. clara igiĩ posita est propterea quod grauetur delatio luminis super glacialẽ. Si enim spissa crearetur, obtegeret et uelaret lumen ab omni eo quod ipsum sequitur. Spinalis medulla ergo à quibusdã putabatur medulla, sed Aristoteles dixit q̃ nõ fuit medulla, quia in se habet duriciẽ quę non accidit medullæ. & dixit q̃ ipsius iuuamentũ erat per spinã trãsire ad modum tigni, iuuãdo remotionẽ spondylorum, & spinę, & omniũ quæ ex eis oriunĩ. sed posteriores aliã inuenerunt ipsius utilitatẽ. descẽdit enim à cerebro sensificans uirtutes, & mouẽs mẽbrã sequentia caput. & hæc sunt hominis simplicia membra, in quorũ unoquoq; sunt uirtutes ad sui regendi custodiam & tutelam. Et sunt duæ res necessarię, scilicet motiua de loco ad locũ, & digestiua seu maturatiua. & motiuã de loco ad locũ diuidunt medici in tres, scilicet in appetitiuã quę trahit rem necessariã ad locũ, & expulsiuam quæ expellit rem nõ necessariam de loco, & retentiuam quæ retinet quod necessariũ est in loco. licet eadẽ uirtus sit apud philosophũ, ponentẽ principiũ motus & quietis ab illo motu esse indifferẽs. Et dico q̃ materia uniuscuiusq; membri similiũ partiũ aut est ex spermate, aut ex sanguine. Quę generantur ex spermate sunt omnia membra præter carnẽ & adipẽ. quorũ generatio est ex sanguine. Et secũdũ philosophũ sperma masculi & fœminę diuersarũ est intentionũ. intẽtio enim spermatis masculi est informare ad similitudinẽ eius à quo sperma separatũ est. et intẽtio spermatis mulieris est recipere formã secũdũ similitudinẽ eius à quo seminatum est. à spermate igiĩ masculi spiritus est, & artifex, & forma: & à spermate mulieris est fundamentum, generatio, & materia. Caro uero ad replenda loca uacua, ex sanguine solo generatur spisso, quem caliditas & siccitas coagulauerat. Adeps uero, ex eius aquositate & unctuositate, quam coagulauit frigiditas. ideo caliditas eam dissoluit. Et ex sanguine generata renascuntur post perditionem

dictās manētiā

A

B

C

D

ditionem suam,& illud quod est generatũ ex san/ A
guine in quo adhuc est uirtus ex istis spermatib.si
tollatur,iterum renasci potest,sicut dentes in pue
ritia.Item quę complexioni sanguinis uicina sunt
non indigẽt multitudine conuersionis sanguinis
ad sui nutritionem:immo statim in suo occursu in
eo conuertũtur.quorum uero est materia sperma,
& sunt à complexione sanguinis remota,necesse
est ut multis cõuersionibus sanguis in eorum nu/
trimentum secundum ordinem cõuertatur.Qua/
propter in quibusdam mẽbris tanta sunt forami/
na sicut in ossibus,quatenus eorum nutrimẽtum
sanguineum stet in ipsis & moretur,ut ea proce/
dant paulatim & paulatim conuertendo illud in
sui similitudinẽ perfectè.A carne autem separata
est ista foraminum diuersitas.Preterea licèt plura B
prędictorum membrorum simplicia nominentur
a medicis, non suis tamen carent cõplexionibus
& texturis,sicut uenæ,& arteriæ,& panniculi o/
mnes.Componuntur enim ex uillis seu filis, ordi
natim in eorum textura positis,sicut quandoq; ui
demus in artificialibus,& hoc propter necessita/
tem plurimam.Nullus enim motus nisi per uillos
cõpletur.Motus enim uolũtarius per uillos fit in
musculis.Et motus naturalis qui est attractio, re/
tentio,& expulsio,fit causa uillorũ ex quibus ua/
sa naturalia texũtur,sicut stomachus,& intestina,
uenę,arteriæ,uesica,gula.& sicut in artificiali tex
tura tenduntur fila quædam in longitudine,quæ/
dam in latitudine, quædam in trãsuerso quãdoq;, C
ita in naturali. quæ protenduntur in longum ap/
propriantur attractioni.in latitudine uero tensa,
expulsioni,& sunt cõstringentia. quæ uero cadũt
secundum transuersum,proprie deseruiunt reten
tioni.& sunt tanquã frena secundum formam si/
tuum suorum in medio posita,ad prohibendũ su/
perfluam uelocitatem motuum expulsiuorum &
attractiuorum.Neq; sunt naturæ motus cum im/
petu,sed quadam successione & gradatione uo/
lunt fieri.Et quandoq; omnes istæ species uillorũ
in eadem tunica simul reperiuntur,& quãdoq; in
diuersis.& in diuersis tunc reperiuntur quæ in la/
titudine tunc tenduntur magis in tunica extrinse
ca,& aliæ duæ uillorum species in tunica intrinse
ca magis.Veruntamen illi qui in longitudine pro
cedunt,ad superficiem magis declinant intrinse/ D
cam.Et ista separatio uillorum non fuit facta nisi
ut uterq; motus proueniret melius & magis expe
dite.Et in membris in quibus exigitur multa mo
ra & fixio longa,fortius commiscentur uilli retẽ
tionis cũ uillis expulsionis,sicut in stomacho, ma
trice,uesica,et monoculo,quę omnia ampla sunt,
& concauitatem habentia.In membris autem in
quibus non habet locum ista necessitas, uehemẽ/
ter,nõ ita,sicut in intestinis,quibus magis neces/
saria est attractio multa cum forti expulsiõe. Item
membrorum substantię neruosæ & quæ proprie
uasa sunt,quædam unam tunicam habent, quędã
duas.Vnam tantum habent illa de quibus nõ est
timor ut accidat eis læsio ex materia contenta,cũ
sit mollis & quieta,sicut sanguis quietus qui habi
tat in uenis.Vnde nec uenæ,nec uesica indigent
multiplicitate tunicarum cooperientium,nisi ne/
cessitate coacta,immo semper conãtur corpus al/
leuiare quantum possibile est. Igitur multiplica/
tio tunicarum propter multiplicem necessitatem
& magnam communitatem creata est cum proui
dentia.Necessaria est enim quãdoq; fortitudo &
spissitudo uasis propter bonam custodiam secu/
ram,ne forte findatur propter motũ materiæ con
tentæ,cum fortis sit & continuus. Alia est neces/
sitas plurima in custodia uehementi materiæ mo/
bilis,circũdante ne soluatur & pereat,ex quo im/
mineret periculum maximum,pręcipue cum ipsa
sit uehiculum proprium animæ.& ideo studendũ
ualde fuit in custodia eius.& hæc materia est spi/
ritus & sanguis qui in arterijs repositus est, & est
primus thesaurus,& melior,quem habet natura.
& hæc est causa multiplicationis tunicarum in ar
terijs. Tertia necessitas est uehemens attractio &
uehemens expulsio,quibus indiget membrum se
paratum.Vnde utrunq; instrumentum factum est
membrũ singulariter & absq; permistione.& hoc
manifestum est in stomacho & intestinis.Quarta
necessitas est operationũ diuersitas,quæ à diuer/
sis procedunt principijs,& diuersas habent inten
tiones,& complentur melius secundum comple/
xionum diuersarum naturas. Cũ igitur huiusmo/
di operationes sint ineuitabiles in aliquo mẽbro,
& maxime necessariæ,uoluit natura inter eas di/
uidere,& unicuiq; operationi instrumentum pro/
prium præparare ad hoc,quod utraq; operatio se/
cundum ꝙ melius est,per se in actum procederet:
sicut in stomacho,in quo fuit necessaria operatio
sensibilis,quę melius completur per membrũ ner
uosum:& operatio digestibilis quæ melius cõple
tur in membro carnoso.Vnde ipsum natura tuni/
ca carnosa muniuit & neruosa, ut per neruosam
fieret temperantiæ & distemperantię rei ingredi/
entis perceptio,& per carnosam,rei digerẽdæ se/
cundum ꝙ possibile est maturatio accidit. Et na/
tura situs istarum tunicarum cum prouidentia &
discretione ordinauit.Neruosam enim & sensibi
lem interius posuit.Carnosam uero digestibilem
exterius.Potest enim digerentis actio ad digeren
dum sine occursu prouenire.Actio uero tangibi/
lis absq; obuiatione rei tangendæ non fit.Et cutis
quæ est totius corporis indumentum, ex duabus
laminis constat:quare accidit eleuatio unius lamĩ
næ absq; alia cum uesicula.Laminæ autem illę or/
tum habẽt ab extremitatibus uenarum & arteria/
rum & neruorum quę terminantur in eis. Et crea
ta est † una perforata ut cribellum ad hoc,ut per ip *alias cutis*
sam fiat respiratio uaporosarum substantiarũ seu
superfluitatum interiorum membrorum, ex qui/
bus in pluribus partibus studet natura pilos mul/
tiplicare,ut eos obijciat rebus nociuis & permu/
tatiuis,& ut sint tutamentum & defensio nobilis
membri,in cuius regimine solicita est nimium na
ura.Et hæc est intẽtio in creatione palpebrarum
&

A & pilorũ ſuperciliorũ, uidelicet ut ſint in defenſione à lumine ſuperfluo, à fumo, à puluere, & ab omni eo quod ad oculũ uolat, aut deſcẽdit de capite ad ipſum. Et ſenſificatᷓ cutis à diuerſis neruorũ extremitatib. procedentibus à cerebro, & à diuerſis ſpõdylis medullæ ſpinalis. Et ipſius ſenſus debilitas uel ſubtractio ſemper ſequitᷓ nocumentũ nerui deferentis ſenſum ad ipſam: ſicut ſequitur mollicies cutis in poſteriori parte capitis ex læſione partis neruorum egredientis à foraminib. exiſtẽtibus interprimũ et ſecundum ſpondylũ colli. Cutis itaque diuerſatur in raritate et ſpiſsitudine. ubi enim eſt magis rara & piloſa, magis eſt aſpera. ubi magis ſpiſſa, magis lenis & plana: & ſiccior magis eſt aſpera, humidior magis eſt mollis. Et quandoq; multiplicantᷓ tunicæ uel cortices in membro

B propter fortitudinẽ & tutelam, ſicut in tunica dura ſeu cornea, quæ ſecundum ueritatẽ compoſita eſt ex tunicis ſubtilibus iiij. quæ ſunt cortices ſuperpoſiti, & ut ſi excorietur unus eorum, non fiat cõmune nocumentũ, & propter hoc quod locus opponitur foramini, eſt magis indigens fortitudine & tutela. Et hæc dicta ſunt de partibus ſimplicibus pluralitatem in tunicis habẽtib. Organorũ uero alia ſunt quibus fit ſeruitiũ, & ſunt regalia, et alia ſunt inſtrumẽtalia ſeruitia. Regalia igitᷓ quib9 ſeruitiũ fit, ſunt ea ſuper quæ eſt repletio uitæ, & ſunt mineræ uirtutũ ſpiritualiũ animæ & ſpiritus & intellectus, & ſunt officialia, et loca eorũ. Membra uero regalia intrinſeca ſunt vij. & quędã eorũ præeminent in ſublimitate et principalitate eorũ.

C quorum ſublimitas & principalitas magis notificantur, ſunt iiij. cor, cerebrum, hepar, ſtomachus. & iſta creata ſunt famoſa in ſublimitate, quoniam ſunt minerę uirtutũ ſpiritualium regentiũ corpus hominis. & poſt illa in celſitudine ſunt teſticuli ij. & renes, & ueſica. iſta enim vij. ſunt diuerſa ſecundum vij. orbes ſtellarũ & centra earũ. & ſi iſtis addamus pulmonẽ & ſplenem, iam reperiemus ix. in dignitate famoſa, comparata ix. ſpæris, & diuiſa iuxta ix. orbes mũdi. Regalibus ſeruientia quędam ſunt apparentia et extrinſeca, ut oculi, aures, manus, et pedes: intrinſeca uero iiij. epiglottis, gula, cãna, inteſtina, & ſimilia. Et poſuit deus carnẽ, & neruos, & renes, & teſticulos, & uelamen cordis, & pectoris, uuulã, & epiglottidem & ij. amyg-

D dalas, & linguã ex parte ſanguinis. Et dico ꝙ ſanguis eſt emanans ab hepate. & locus eius ſunt uenæ & cor. & dominiũ eius eſt in ſuperficie corporis, & anteriori parte capitis, & proprietates cõſequẽtes ipſum ſunt riſus, deſideriũ, gaudiũ, coitus, multitudo ſomni. Et ꝓprietates eius in ſtomacho eſt uelocitas digeſtionis, facilitas penetratiõis, et in corpore toto facilitas alterationis ſubſtãtię eius ad ſubſtantiã carnis. Et creauit deus excelſus cerebrũ, & pulmonẽ, & omne quod eſt in corpore ex mẽbris frigidis & humidis, et phlegmaticis, & ipſorum principiũ & elementũ poſuit phlegma, & diuiſit ipſum ſicut aquas in diuiſiones, ſcilicet ſuper faciem terræ. Et in diuiſione aeris, quam de-

A ferunt nubes. Similiter pars phlegmatis quæ currit in cannali pulmonis, & cõtinuãtur aeri, adiuuat ipſum in †properãdo ad cor cũ facilitate. & ex- *al. præparãdo* citatur per ipſum. & cõfortatur uirtus anhelitus in expulſione fumi calidi, cuius retẽtio poſſet eſſe cauſa cõbuſtionis cordis. Et eſt pars alia quę aſcẽdit à pulmone ad cerebrũ: et poſt ſui compreſsionem deſcẽdit de cerebro, ſicut deſcendit ros ex aere propinquo terræ. Et eius dominium eſt in parte poſteriori cerebri, & in pectore. et in moribus ſequitur dominiũ ipſius id quod eſt caſtitas, pietas, paucitas deſiderij coitus. In motu autem id quod eſt pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas reſpõſionis. In corpore autẽ id quod eſt paralyſis, tremor, debilitas. Et proprietas eius naturæ

B in ſtomacho, eſt infrigidatio caloris, & ex acuitate ciborũ & potuũ, & reliquarũ materiarũ ſuperueniẽtiũ ſtomacho, & cordi. quod eſt quia uirtus expulſiua confortatᷓ cũ ſit ei ſimile, ſicut ſimile per ſuũ ſimile, & cõpar per ſuũ cõpar. Et creauit deus excelſus & glorioſus fel, quod eſt calidũ & ſiccũ, & igneũ, & domus choleræ citrinæ. & poſuit ipſum annexum hepati, adiuuans hepar ſuper decoctione cibi. Et poſuit dominiũ choleræ citrinæ in uertice, propter ſui leuitatẽ & ſublimitatẽ, & eius altitudinẽ & eleuationẽ. Eius aũt reſpiratio eſt in utriſq; auribus, quia ſunt ex diuiſione eius, & ipſius natura. et aſsimulatur ei ex mẽbris quod eſt calidũ & ſiccũ. Et ipſa quidẽ cholera currit in corpore cũ ſanguine propter conueniẽtiam & combi-

C nationẽ eorum, ſicut eſt conuenientia olei ad lampadem. Et de proprietatib. naturæ eius in ſtomacho eſt attractio cibi, & adiutoriũ ſuper digeſtionem, & emundandi fęcem. et hoc quod conſequitur uirtus moralis ex actionibus eius, eſt incõſtantia, furor, & ſubtilitas, & acuitas, & ſolertia, & audacia, & eleuatio, et deſiderium coitus, & memoria, & uelocitas reſpõſionis. & totũ corpus conſequitur ex eo calorẽ & ſiccitatẽ. Et aſsimulauit deus oſſa, chartilagines, pilos, & ungues, & ligamẽta choleræ †rubræ. Omne enim membrum cõgelatum, terreſtre, priuatum ſenſu, eſt ex melancholia. & ſedes ipſius eſt in ſplene. & dominium in uiſu, & in ſiniſtro corporis. & per eam accidit taci- *alias nigræ* turnitas, & cogitatio, et grauitas, et fletus, et tardi-

D tas, et timor, et ſolitudo, et puſillanimitas, et aſpectus, et in ſucceſsionibus, et in ſtomacho proprietatem habet retinendi, et expellendi, et excitandi appetitũ, et corpus ex ea cõſequitur frigiditatem et ſiccitatẽ carniũ, et immobilitatẽ proportionatã ſibi ſecundũ magis et minus. Poſita ſunt autẽ quatuor principia regalia corporis animalis à quibuſdam. ab alijs uero tria: ab alijs autẽ duo. ſed à ſapiente uerificatũ eſt unum eſſe principiũ tantum in animali, et iſtud eſt cor. Anima enim una eſt uirtus actu, potentia uero plures. tunc exigitur ꝙ alicui uni cõiungatur priuatio, à quo omnia ſequentia ſuas trahãt uirtutes uitales, et operationes naturales, et deſcẽdat ab eo ut reducatur ad ipſum, ſicut in particularibus reducimus ad ſenſum com-

munem omnes sensus particulares. Quare in animalibus diuersa membra officialia necessaria fuerunt, contrahentia scilicet uirtutem ab uno membro & uno principio, quod in perfectis animalib. est officiale, & in imperfectis consimile, sicut in ostreis, scilicet quæ non habent sensum nisi unicum, scilicet tactum, & membris carent officialibus, habent tamen membrum cōsimile. Sed cum calor naturalis figatur & sustentetur in corde, merito ipsum est principium omnium aliorum. omnia enim trahunt aliquid ab eo. Ipsum autem non de necessitate ab omnibus. Item cum sit positum fundamentum spirituum & caloris uitalis, & cum spiritus sit uehiculum uirtutum uitalium, sensibilium, & motiuarum, necessarium igitur fuit ut uiæ suæ per ipsum calefierēt & perficerentur ab eo, & ita ut haberēt spiritum tantum apud sui radicē. Calor enim & ipsius uia sicut effectus & causa, ab ipsius radice cōsurgūt ut dicit Aristoteles. Sed Gal. dicit ꝙ hepar est principium nutricationis, cerebrum uero sensus & motus. Sed nō uidemus hominem communitatē habere ad plantas secundum sensum & motum, sed secundū nutritionē tantū, quare cor cum non sit principium nutritionis, neq; sensus & motus, secūdum ipsum non erit principium. Sed si dicas ꝙ aliqua uirtus habeat principium à corde, quæ non pertinet ad nutritionem, neq; ad sensum, neq; ad motum, tūc illa uirtus erit præter sensum, & motum, & præter uirtutem in qua animalia cōmunicant cū plantis, cōueniet omnib. membris. Sed nō reperimus talem in animalibus, neq; in membris ipsorū. Et si dicas ꝙ sit principiū motus quod est secundū pulsum, tunc omnia mēbra communicant cum eo in pulsu: aliter non esset principiū uniuersale omniū membrorū animalis. Et si dicas ꝙ cor habet filum longum ad unam operationem motiuam, & alia in latum ad operationem aliam, & in transuerso propter operationem tertiam, secundum quod attrahit, retinet, & expellit, quare non est uoluntarius, iam iste motus cōuenit alijs membris, ut stomacho, matrici. quare cor non est principium alicuius, quod falsum est. aut, scilicet est principium nutrimenti, & sensus, & motus. Quod autem ita sit, signum est, quoniam alius est pulsus in dormiente, qui coniunctus est cum digestione nutrimēti, & alius in uigilante, qui coniunctus est cū operationibus animalibus. Ad idē quoq; alias proponit ostensiones Arist. dicens. Quoniā ad id quod nulla uena uadit, & à quo omnes uenę tendūt, debet esse principiū uenarum, & nullum membrum reperitur tale nisi cor. Itē omne quod nascitur ab alio, debet esse principium ei id à quo nascitur. Sed hepar cum sit totū carnosum, ab eo uena non nascitur, cū sit substantiæ uenæ, ipsius substantia ualde dissimilis: ergo non potuit esse principium uenarū. Verum huic rationi instat Arist. dicens ꝙ corallus nascitur in terra molli & lutosa in mari, & tamen est arbor durissima. Propterea reperitur uena penetrare per mediū ipsius substantiæ

A hepatis, & in penetrando diuisiones & ramificationes suscipere. ergo in eo nō habebit oriri. Cor autē & quietā & pulsatilem in se terminat & iungit, & tam istius ꝙ illius materias quas deferūt bene cōtinuat, neq; habet uenam aliquam in se, nisi postquā exierit, in se iterū reflectat & redeat. Antecedit etiam in ordine naturę & creatione prępa ratio cordis præparationi hepatis. Non enim nutritur uel sensificat mēbrum animalis nisi in quo est substentatio uitę cū calore naturali. Cum ergo ita sit, necesse est prępartionem & formationem membri præmittere, quod sit creatio & substentaculum caloris & spiritus, ante creationem nutrientis ipsum et sensificantis. Sed hoc est cor: quare ipsum est antiquius & sublimius in corpore animalis, & nō habet sibi cōpar, & omnia alia sunt post

B ipsum, & disposita secundum ipsum, & ei inclinata. Et Gal. mores, & uirtutū naturaliū operatiōes diuersas diuisit iuxta diuisionem complexionum cordis, & posuit earum processum ordinatū & rectū supra ipsius temperantiā, errorē uero et inordinationē supra ipsius distemperantiā. Consequēs ergo est apud eum, secundū rationē & non secundum sensum diiudicantē, cor esse basim & radicē uirtutum moraliū, & eis deseruiētium, Ad motū enim radicum sunt motus ramorum. & non conuertitur. cū enim ipsius forma radicalis sit, supra quam mouenť uirtutes morales, et ipsum erit radix instrumentorum moralium. sicut enim se habet perfectio unius ad perfectionem alterius, ita

C se habet unum perfectum ad aliud perfectū. In eo enim quod Gal. dicit quod hepar est principium sanguinis propter hoc, quod neq; in matrice, neq; in stomacho, neq; in intestino sequentis ipsum reperitur primo sanguis, sed in hepate, propter hoc ꝙ hepar circūstant receptacula fęcis sanguinis, ut cystis fellis, splen, et uesica: uideť magis sequi semitam sensus ut medicus, quoniā et si sanguis in prima sui perfectione appareat in hepate, et in uenis post ipsum, nō tamen est ibi in sua peroptima perfectione. Optimam enim et dignissimam perfectionē consequitur sanguis in corde. iterum ubi admiscetur ei spiritus, et ubi fit spiritualis et uitalis, †summe. quare postea in uasis, et magis securis ponitur à natura, propter timorem uehementem *aliàs summa, uel forma*

D de perditiōe ipsius, cum ipse sit melior thesaurus naturæ. Cor igitur secundum Aristotelem, est primum mouēs, et ultimū membrorū animaliū, spiritu plenum, et uirtutibus, quæ alijs cōmunicantur per influentiam ab ipso. Et cordis una extremitas subtiliata est, et ad unum punctū aggregata. et hic punctus est à quo incipit natura primo protrahere informationem totius corporis. et altera sui extremitas est in circulum. et istæ duæ extremitates coniunguntur figura circuli mediante, cuius initiū angustissimū est apud punctum, deinde multiplicat se continue secundū circulos crescētes, donec attingat extremitatē aliam quę est in circulo, †maximus circulorum cordis. Et sic gradata est ipsius figura ad similitudinem pineæ, quatenus ipsa in- *aliàs maximo*

geniosa

genioſa fabricatio ſuperior & inferior ſit conue/
niens & bona, & nõ ſit in ea ſuperfluitas euagans
in angulos, in quibus lateat nocumentum & iuua
mētum. In ſubtiliatione unius partis ipſius eſt, ut
ſit minor pars partium ipſius quæ parata eſt lædi
ex contactu oſsiũ. Et facta eſt dura ſimiliter hæc
pars cum ſuperfluitate, ut melius obuiet, et minus
lædatur, ſeu patiat̃ à rebus ſibi occurrẽtibus. Et di
latata eſt ipſius extremitas altera ad meliorem cõ
prehenſionẽ materiæ ingredientis ſanguineæ ſeu
aerię, et ad euacuationẽ faciliorẽ egredietiũ ab eo,
& ut ſit ſufficientia in origine eis quæ ab eo oriun
tur. Et apud ipſius radicem prædictũ eſt membrũ,
quod pro fundamento imponitur ſimile chartila/
gini paruum, ut ſit ei baſis fixa & firma. Et eleuata
eſt ipſius pars ſuperior, ut elõgetur ab inhæſione
ſuper oſſa pectoris, & ut facilius accedat calor ſpi
ritualis ad eleuationem uirtutũ uitalium, & perue
niant mores boni. & elongatæ ſunt à depreſsione
quę eſt cauſa timoris & triſtitię & auaritię. & quã/
doq; ſitus partiũ cordis, ſcilicet ante & retro, dex/
trorſum & ſiniſtrorſum, ſurſum & deorſum ope/
rantur ſitus partium corporis. & receſſus earum à
ſuis ſitibus naturalibus eſt cauſa receſſus ipſarum
à ſuis ſitibus naturalibus, ex quo accidit deformi/
tas in exterioribus cũ deformitate mentis. Subſtã
tia quidem cordis ex diuerſis conſimilibus com/
poſita eſt. ſicut enim principiũ omnibus alijs com
poſitis & ſimplicibus partibus aſsimulatur, ſcili/
cet in ſui compoſitione compoſitis, & in ſimplici/
tate ſuarum partium ſimplicibus. Componentia
uero ipſum ſunt caro, uillus neruoſus, & chartila/
go, uel ſimile chartilagini, in ſui carne carnibus, in
uillis ſuis neruoſis neruis, chordis, ligamẽtis, pan
niculis, †adiutorijs in ſubſtantia ſimili chartilagi/ *di. cinctorijs*
ni membris duris, ut oſsibus, & chartilaginib. aſ/
ſimilatur, cum caro illius fortis ſit, & ſolida, & ſic/
ca, & dura, ut ſit difficile paſsibilis. ſpecies etiam
uillorum fortium plurimæ diuerſitatis in eo con/
tentæ ſunt, longitudinalium, ſcilicet attractiuorũ,
diãs expul/ ſiuorum latitudinaliũ †expreſsiuorum, & trãſuerſalium re
tentiuorum, ut ſint ei ſufficiẽtes ſpecies motuum.
Et apud ipſius radicem poſitũ eſt ibi fundamentũ
membrũ quoddam chartilagini ſimile ut dictum
eſt. Iſtę igitur partes cõſimiles cum ſint durę & ſic
cæ & terreſtres, magis attinent cõplexioni terre/
ſtri. quare ipſum conſtans ex eis eſt frigidũ & ſic/
cum magis. & hæc eſt intẽtio ſapientis. quæ enim
eſt comparatio fornacis ad ignem contentũ, eadẽ
eſt comparatio cordis ad calorẽ & ſpiritum con/
tẽtum. & ſicut fornacis cõpoſitio exigitur eſſe ex
rebus ſolidis, lapideis, & indiſſolubilibus coram
igne, ita & cordis compoſitio ex duris, & compa/
ctis, & non liquabilibus eſſe exigitur, propter ca/
lorem fortem quem cõtinet: quoniam aliter ſtare
non poſſet in facie multitudinis ſui caloris: ſignũ
ſuper hoc eſt, quod confortat̃ magis apud ſui diſ/
ſolutionem & remollitionem ex ſubſtantijs duris
lapideis, quales ſunt coralli, margaritæ, ſapphyri,
hyacinthi, & ſimilibus, ſicut iuuat̃ ſimile à ſuo ſi/

A mili, & cõpar à ſui compari: licet Gal. poſuerit o/
mne cor calidum & ſiccũ, reſpiciens diſpoſitionẽ
quã trahit ex ſpiritu calido cõtento, & ex ſuis mo
tibus, cuius ſimile imprimit in alijs membris per
exuflationem & tranſmiſsionẽ caloris ſui ad ea.
uerũtamen eſt ita q; iſta diſpoſitio eſt naturalis ei
ſecundum q; cor, & non impedit quin partes pri/
mæ compoſitiuæ ſui à principijs ſint frigidę & ſic
cæ, licet ipſum ex parte cõplexionis & perfectio/
nis quam trahit ex anima ſit calidum, & ſiccum;
propter ſpiritum calidum, & motum quem ha/
bet ex parte animæ. Et corpus ipſius poſitum eſt
in panniculo ſpiſſo & ſolido ualde, cui non inue/
nitur compar in ſpiſsitudine in corpore hominis;
ut ſit clypeus & tutamen. Et in ipſo ſunt ij. uẽtres;
B & fouea quæ eſt quaſi meatus quidam inter uen/
tres & non eſt uenter. Duo ſunt ei uentres, ut ſint
receptacula nutrimẽti duplicis quo nutritur, ſpiri
tualis & aerij ſcilicet & ſanguinis craſsi. & fouea
eſt minera generati ſpiritus in ipſo, & ſanguinis
uitalis, et locus perfectionis et miſtiõis eorum. &
dilatatur apud dilatationem cordis, et conſtringi
tur apud ſui conſtrictionem. Et ſiniſtra uentris ba
ſis eleuata eſt ſuper uentris dextri baſim. et baſis
uentris dextri depreſſa eſt multũ deſcendens. Ap
prehenſum uero à dextro craſſum eſt et terreſtre.
Comprehẽſum uero à ſiniſtro, ſubtile et leue eſt.
Leue autẽ facilius ducit̃ ad ſuperiora, Craſſum au
tem ad inferiora. Temperatior ergo natura repe/
ritur in ipſius medio. Et ſunt duo orificia cordi, in
C troitus duarum materierũ ſcilicet ſanguinis et ae/
ris attracti, ſicut duæ aures quæ creatæ ſunt ner/
uoſæ, rugoſa et mollificata dum conſtringunt̃ uil
li, in dilatatiõe uero tẽſa. Subtiliata ergo et molli/
ficata ſunt, ut melius ſint obediẽtia utriq; motui. et
facta ſunt neruoſa et extẽſibilia, ut remotiora ſint
à paſsionib. Similiter ergo ij. orificia prędicta ſunt
ij. arcæ recipientes à uaſis, deinde remittentes re/
ceptum ad cor cum moderãtia. Et à parte dextra
egreditur uena magna, deferens nutrimẽtum ab
hepate, quod eſt ſanguis. Et hæc eſt pars occupa/
ta in attractione ipſius, magis uicinãs hepati. Sed
arteriarum origo eſt à uentre ſiniſtro: quæ omnes
creatæ ſunt cũ ij. tunicis. quare interior eſt magis
dura, ut ſit bene obuians percuſsioni et motui for
D ti ſubſtantiæ ſpiritus, pręter unam cuius uia eſt ad
pulmonẽ, quæ eſt habens unam tunicam, ab om/
nibus alijs arterijs diuerſa, et nominat̃ arteria ue/
nalis. Sicut in uentriculo dextro naſcit̃ uena quæ
penetrat ad pulmonem, quæ ſola inter omnes ue/
nas habet ij. tunicas; et inde eam arterialem uenã
uocant, cuius cauſa deinceps dicetur. Poſitũ autẽ
eſt cor in loco medio medij pectoris, quoniam lo
cus ille temperatior exiſtit. Sed eius declinatio ali
quantula eſt ad ſiniſtram partẽ, ut amplificet locũ
hepati. hepati ẽm melius eſt cedere q̃ ſpleni, quo/
niam eſt ſublimius. Et eſt alia ratio declinatiõis ad
ſiniſtrã, ut non totus calor coadunetur in dextra.
ſuperflue enim calefieret, propter uicinitatem ni/
miã utriuſq; principij calidi, et pars ſiniſtra ſuper/

flue infrigidaretur propter eorum elongationẽ. Et propter hoc fuit melior declinatio cordis ad partem ſiniſtram, ut temperetur per ipſum latus ſiniſtrum, præcipue cum ſplen ipſum non ſit calidum ualde. Et iij. ratio eſt, ut faciat uiam uenæ uentrem habenti, aſcendenti ad ipſum ab hepate, uel deſcendenti ab ipſo ab hepar. Et locus cordis in medio eſt corporis, ut magis uicinetur æqualiter omnibus circunſtantibus, & facilius eis afferantur ab eo iuuamenta: & alia famulantia ipſum circunſtent undique. Et menſurauit deus quantitatem cordis in ſufficientia abſque ſuperfluitate & diminutiõe, ut non ſit ei grauitas propter quantitatem immoderatam, neque fractura uel anguſtia in ſuis extremitatibus propter diminutionẽ. Ab eo enim eſt origo arteriarum, ſuſpenſio ligamentorum, & uirtus omnis in uniuerſo. Veruntamen exceſſus ipſius ſecundum diminutionem & ſuperfluitatem frequenter in diuerſis particularibus reperitur. Et dico quod ipſius quãtitas ſuperflua in comparatione corporis eius, non eſt cauſa audaciæ ut quidam autumant, neque quantitas parua cauſa timoris & pauiditatis. Animalia enim plura habent nimiam quantitatem cordis in comparatione ſui corporis, & ſunt cum hoc pauida plurimũ & timida, ut lepores, cerui. cuius cauſa eſt, quoniam in eis calor paruus eſt, & extra fertur pars plurima ab eo ad membra uiuificanda, & ſenſificanda, et mouẽda: quare nõ calefacit ipſum integrum, ſed relinquitur frigidum & uacuũ, unde & pauiditas. Sed quædam ſunt econuerſo parui cordis, & hęc ſunt audacia, quoniam in eorum corde eſt caliditas plurima, & coartatur propter loci anguſtiam, & cum uehementia ebullit. unde illa quę plurimũ ſunt audacia, ſunt ea quę ſunt magni cordis, & plurimi caloris. Et cor nutritur cũ ſuis uirtutibus naturalibus & earũ motibus, qui ſunt diaſtole & ſyſtole, & quietibus duabus inter ipſas. Neceſſe eſt enim ut inter omnes duos motus contrarios quies interueniat. & in his reperitur ars muſicæ cum natura: quoniam quemadmodum ars muſicæ completur per adiunctionem ſonorum ſecundum proportionem continuantem eos inter acuitatem & grauitatem per circulos caſuũ temporum, quæ ſunt inter eorum percuſſiones: ſimiliter eſt diſpoſitio pulſatiõis cordis, quoniam proportio ſuorum temporũ in uelocitate et ſpiſſitudine, eſt ſicut proportio ſonorum eius. & proportio diſpoſitionũ eius in fortitudine & debilitate & quantitate, eſt ſicut proportio adiũctionis eius. & ſunt motiones proportionatæ ad inuicem, & quietes ſimiliter. & motiones quietibus, & ecõuerſo. Et cũ omnia iſta concurrũt in conuenientia ſecũdum ordinem, tunc ſaluũ eſt regimen corporis, et procedunt omnia cum incolumitate et quiete uera. Et ſi prædicta cum ſuis diſpoſitionibus proportiones naturales egrediantur, diſturbationem naturæ portendunt. et etiam diſturbationis quantitas, eſt ſicut quantitas egreſſa à proportione. Eſt ergo cordis pulſatio, harmoniã principiorum complexionis corporis animati aſsimulans, uel eorũdem diſcordiam natam propter † occaſionem ducentem ad ſuperfluitatem & diminutionem, ſicut manifeſtũ eſt in paſsionibus animę, timore, & ſpe, & lætitia, caſtitate & luxuria, largitate & auaritia, & in ęgritudinibus corporalibus, cali. fri. hu. & ſic. Et terminus ad quem ſe extendit cor maxime, eſt in contactu tunicæ & panniculi ſui exterioris, qui ſibi datur ad tutelã & cuſtodiã, & eſt ſpatium poſitum inter hoc & hoc, ubi oriuntur ab eo. & ſimiliter apud radicem ipſius, ut in ipſo dilatari poſsit abſq; præfocatione, & conſtringi, ſicut in ſpatio amplo. Et motiones ipſius efficiunt motiones in arterijs conſimiles ita, quod dilatatio dilatationem, & conſtrictio conſtrictionem. licet alij aliter ponant, inducẽtes exemplum de follibus, cui experientia contradicit. uerbi gratia ſi ponas manum ſupra cor alicuius, & alteram ſuper arteriam, uidebis ſemper depreſsionem cordis & depreſsionem arteriæ ſimul fieri. Et uerum eſt quod pulſum rarum & tardum efficit triſtitia. quod nequaquam fieret ſi per compreſsionẽ cordis dilataretur arteria. Item ſecundum hoc magis deberet apparere facies inflata & rotũda in triſtitia quàm in ira, & pulſus magis eleuatus in humili quàm in ſuperbo. ſed in omnibus huiuſmodi accidit oppoſitum. Quare oportet ut ad eleuationẽ cordis ſequatur eleuatio arteriæ, & compreſsionem compreſsio. Proceſsio igitur caloris uitalis, incipiens eſt à cordis fundamento ubi oritur ſcilicet apud † principium monſtratum, ſuperius tendens in latum & amplum continue, cuius motus conſequitur figuram cordis, quoad exeat, & recipiatur à uaſis, & feratur in ſpatium amplum totius corporis, & ſpargatur in eo, & terminetur apud extremitates ipſius. quare motui ſuo ſe ipſum aſsimulat cor in figura ſua. Et ſicut motus iſte eſt primus motuum in ueritate, ita & figura ipſius, cum ſit huiuſmodi motum aſsimulans, eſt prima, & mater figurarum in omni membro conſequente. Intẽtio autem hæc multum eſt diuerſa ab hac intentione. Erectio ſiquidem totius animalis ſupra cor poſita eſt à natura tãquam ſupra radicem ultimã, ſed propter diuerſitatem uirtutũ nobiliũ ab eo egredientiũ neceſſaria fuit creatio diuerſorum organorũ abſq; permiſtione aliqua, per quæ ferãtur, & in quibus ſuſtentent, propter ſeparationem operationum ſuarum meliorem, & faciliorem prouentum earum. identitas enim organorum penitus confunderet, & earum permiſtio uehementer impediret. Melius ergo cum ſeparatione † certa ſunt & diuerſa naturæ receptacula, quatenus ſingulis ſingulæ ſpecificentur & compleantur operatiões nobiles, cum alleuiatione & abſq; impedimento. propterea creata ſunt cerebrum & hepar & pulmo & ſtomachus, & ſunt tanquam nodi propinqui primæ radici, ſupra quos deinde & nodi alij eleuantur, qui in eorum eleuatione ſunt ſecundarij. Quoniam ſicut in terræ naſcentibus radix eſt principium ſupra quam figitur, & poſt

[Marginalia: A, B, C, D; *aliàs coctionẽ*; *aliàs terminũ numeratum*; *aliàs creata*]

post ipsum sequuntur nodi ascendentes ut in pluribus, in quibus coadunat se natura, ut iterum fortius progrediatur, & attingat melius quod intendit: ita & in animali supra radicem ipsius quae est cor, eleuant membra consequentia ipsum, quę sunt in comparatione nodorum in terrae nascentibus, ut in ipsis efficiat natura operationes diuersas, secundum quod necessariae sunt ex parte regiminis animalis. Sed cum bipartita sit naturae solicitudo, quarum una consistit in restauratione resolutorũ, & reliqua in custodia & protectione restauratiõis, causa exitus ipsius à corde est duplex, & iter ipsius similiter bipartitũ, & uirtutes restaurantis, praeter penetrationem ad exteriora corporis. Ipsa enim opera sua quaerit celari magis. quare cum suis fornacibus & nodis sepulta est interius in suis cõcauitatibus, quę sunt duo uentres sibi coniuncti, à natura praeparati, superior scilicet & inferior, quos separat diaphragma: licet superiorem separet panniculus, pectus per medium partiens. & superior est domus cordis & pulmonis, in quo est spiritus praeparatio & rectificatio antequam cor ingrediatur. & attractio aeris ad hanc partem, est per cannam magnam, & per cannales nasi. Inferior uero uenter, domus est organorum in quibus assimulatur nutrimẽtum, cuius ingressio est per gulam, & ad quae abijciuntur superfluitates eius. Ex parte igiť aeris siue uiae arteriae exigitur nodus quidam qui est pulmo, super quẽ eleuatur canna cũ cymbalari, & cannales. & ex parte uiae sanguinis supra cor, exigiť nodus alius magnus qui est hepar, in quo est prima apparitio sanguinis. & ipsi supponuntur & alij duo nodi parui in comparatione ipsius, qui sunt domus superfluitatis & grauaminis sanguinis & urinae colatoria. Et supra hepar etiam eleuatur stomachus cũ suis appendicibus, licet consimiliter sustentetur supra cerebrum, & super radicem primã, per aliam uiã, propter quãtitatem ipsius sanguinis superfluam, & suarum appendicũ, & propter quantitatem sui ponderis in hora suae repletionis. & supra ipsam erigitur gulam, recipiens cibum ab ore. Virtutis autem positę in custodia & protectione nutrimẽtalis & totius cõpositi processio, est magis ad exteriora. eleuatur ergo, & ascendit in locum magis eminentẽ in toto, qui locus est magis dignus speculatori exercitus: et est magis dignus in custodia membrorum. & in loco isto coadunatur nodus, in quo complentur operationes mirabiles ualde, & nodus iste appellatur cerebrũ, super quod mergũtur nodi plures: in quibus operantur v. sensus, qui sunt exteriores speculatores, et in quibus operãtur irascibilis & cõcupiscibilis. & isti nodi sunt musculi sparsi per uniuersum corpus tam in quibusdã intrinsecis ꝗ extrinsecis ea cooperiẽtibus, & in extremitatibus quae sunt rami mediorum: sicut in manibus & pedibus & capite. Et nodi qui sunt principia generationis, eleuati sunt supra cerebrum secundum Isaac. licet sapiẽtes post ipsum erexerint & substẽtauerint ab alijs pariter, & per

al. restaurãtis

A uiam etiam spiritualem à radice prima. & uerum est quod est ramificatio ab unoquoque nodo primo procedens ad alium, & uirtutum diuersarum adinuicem transmissio, quatenus unusquisque sustineatur, & cõfortetur ex parte alterius uirtutis. Et demonstratio per hoc est, quod omnes ab eadem oriuntur radice.

De anatomia arteriarum.

A sinistro cordis uentriculo duae oriuntur arteriae, quarũ una ad pulmonẽ tendit & in ipso partitur, propterea ut aer attrahatur, & ut etiã sanguis nutrimentalis pulmonis primo ad ipsum à corde deferatur. & hoc est, quoniam nutrimentum pulmonis primo defertur ad cor, in quo melioratur, & post ad pulmonem transmittitur. & hoc est unicam tunicam habens, in quo differt ab omnibus B alijs arterijs: quare appellatur arteria uenalis. Et si cõparaueris inter duplicitatem tunicarũ & firmitudinem seu soliditatem, & inter unitatem tunicę & lenitatem & raritatem, si magis est necessaria, & tunicae unitatẽ, propter hoc. lenitas enim & raritas faciunt ei dilatationem facilem & cõstrictionem, & resudationem eius quod ab ea resudat ad pulmonem, qui est sanguis subtilis uaporosus substantię pulmonis magis aptus & similis. Et hęc arteria uenalis in anteriori parte pulmonis spargitur, & in ipsa submergitur, & est deferens sanguinem subtilem, uaporosum, propinquum completae digestioni, & non completae digestum. & non timetur super hoc propter propinquitatem ipsius C ad cor, à quo ad ipsum uenit uirtus calida facile digerens & cõuertens. Et est uena quae à dextro cordis uẽtriculo exiens subintrat pulmonem. & ipsa creata fuit duas habens tunicas, & ideo eam arterialem uocant uenam. primum autem iuuamentum in hoc existit, ut sit sanguini qui ab ea resudat subtiliatio perfecta: quoniam in eo non est talis digestio qualis est eius qui ad arteriam effunditur uenalem. unde oportuit ut uena eum portans ingrossaretur multum cum suis tunicis. & aliud est ut non resudet ab ea sanguis, nisi subtilis & bene coctus, propinquus sanguini à sinistra concauitate exeunti in quantum possibile est, quasi spiritus subtiliatus, pulmonem magis iuuans in suo motu. Factus est igitur pulmo quatenus sit receD ptaculum aeris frigidi, qui ueniens ad cor temperet ipsum. nisi enim esset aer iste, iam cor cremaretur ex calore in ipso. Vnde omne animal habens calorem magnum, necessariũ fuit habere pulmonem magnum. ideoq; quadrupeda magnum pulmonem sunt habentia. Aues autem cum sint frigidioris naturae, habent paruum pulmonem, quia aer inspiratus sufficit eis ad nutrimentum caloris spiritualis, ita etiam quod quaedam earum nõ potant, neque sitim habent. sufficit enim aer inspiratus calori earum. Et nõ dixit Galenus quod attrahebatur aer ad cor ad nutrimentum cordis, quia aer cum sit simplex, non transit in nutrimentũ, sicut neq; aqua simplex, propter remotionem similitudinis, & distantiam plurimam inter ipsam. un

II.

de utrunq; eorum aut eſt pars nutrimenti, aut eſt faciens ipſum penetrare in eo quod dat ei lubricitatem. Et dico quod aqua eſt ad nutrimẽtum corporis. Aer uero ad nutrimentum ſpiritus. & unumquodque duorum ſcilicet nutrimenti corporis & ſpiritus, eſt corpus compoſitum & non ſimplex. Modus autem per quem accidit temperantia in corde & in ſpiritu eius per aerem, eſt euentatio ſuperfluitatis aduſtę ſpiritus, qui eſt fumoſitas propinqua aduſtioni & inflammationi, per motum ſui introitus, præcipue cũ ſit frigidus in comparatione materiæ fumoſæ calidæ egredientis. Et infrigidatio cordis per aerem attractum propinqua eſt infrigidationi ſtomachi, quæ euenit ei in hora ſuæ repletionis, propter motum & deſcenſum ciborum. unde philoſophus, Venter uacuus calefit, & repletus infrigidatur, propter motum. Et eſt pulmo compoſitus ex partibus, quarũ una, canna eſt, ſecunda eſt rami arteriæ uenalis, & tertia rami uenę arterialis, quas proculdubio coniũgit caro mollis rara, cauſata ex ſanguine magis tenui & magis ſubtili: ex quo nutritur & ſuſtentatur in eſſe. Eſt ergo pulmo mollis, rarus, ad albedinẽ declinans, & plurimorum meatuum, quatenus in ipſo capiatur aer, & digeratur, et expellatur ſuperfluitas eius ab eo. ſicut creatum eſt hepar ſecundũ quod melius in comparatione ad cibum. Mollis autem eſt, ut ſit præparatus duobus motibus ſecundum attractionem & reſpirationem, quos tamen motus conſequitur ex parte thoracis. Carnis autem ipſius eſt iuuamentum, ut adimpleat rimas, & coniungat ramos. Declinatio autẽ ipſius ad albedinem, eſt propter dominium aquæ ſuper illud quo nutritur, & propter illius plurimam frigiditatem. eſt enim ſedes aquæ, ut per ipſam confortetur uirtus anhelitus in expulſione fumorum calidorum. Et continuatur etiam aeri, adiuuans ipſum in feſtinando ad cor cum facilitate. Sed raritas eius eſt, ut redeat ad attractionem aeris, & recipiat ipſum. Aeris enim penetratio non eſt ſolummodo in canna, immo plurimum euadit ad corpus pulmonis ex eo. & propter hoc eſt multiplicatio ipſius aeris in eo, apparens manifeſta. Et eſt aliud iuuamentum raritatis ipſius, ut adiuuet in conſtrictione ad expulſionem. Præparatur igitur duobus motibus. & propter hoc aperitur pulmo cum inflatione, & clauditur cum exufflatione. ipſius tamen conſtrictio ſequitur conſtrictionem thoracis, & dilatationem dilatatio, ſicut dictum eſt. & hoc ne locus ſit uacuus. & eſt ſimile uidere in ſpongia, quæ compreſſa manu, coartatur in ſpatio breui & anguſto. quæ ſi explicetur, ſequitur eam ſpongia, & ingreditur eam aer, & dilatabitur, & redibit ad locum amplum, ſicut primo fuerat. Et pulmo eſt diuiſus in duas partes, in quibus attenditur ipſius geminatio, ſicut eſt geminatio cæterorum membrorum in homine. licet dubitetur de hepate, utrum geminetur in homine. licet in piſcibus duplex ſit hepar à duplici lacerto. & quia homo habet hemicraniam,

A & patitur quandoque paralyſin unius partis & non alterius, ideo cognoſcitur geminatio partium in cerebro. Iuuamẽtum uero partitionis pulmonis in duas partes, ut non ceſſet anhelitus, propter nocumentum uni duarum partium aduenieni. Et utraque diuiſio ramificantur in duos ramos. licet in latere dextro quaſi non reperiatur ramus, cuius iuuamentum non eſt magnum in anhelitu, ſed eſt ibi tãquam lectus ſubſtratus uenæ concauæ aſcendenti ad cor cum nutrimento ſanguineo cordis. Et ſecundæ diuiſiones pulmonis ſunt ſicut primæ ipſius diuiſiões. & ut ſint tanquam digiti ipſius propter bonam compreſsionẽ cordis. Veruntamen additio ſectionis in dextra eſt ad hoc, ut occupet ſpatium pectoris & æquet

B ipſum, quoniam declinatio cordis eſt magis ad ſiniſtram partem. Et pulmo inſenſibilis creatus eſt in ſe, & immobilis per ſe, quoniam ipſum non penetrat neruus aliquis: & omnis ſenſus & motus influens influit per neruum. Cooperimentum tamen ipſius, panniculoſum & neruoſum eſt, ut ſit ei ſenſus aliquo modo in ſuperficie, ſecundum quod determinatum eſt. Et pulmo ipſe ſubſternitur cordi, ſicut culcitra ſuſtentans & leniens ipſum. Et gibboſitas ipſius eſt à parte dorſi. et eſt duplex, ut melius recipiatur in concauitatibus à duabus partibus ſpinæ. Concauitas autem ipſius reſpicit anteriora magis, ad hoc ut amplectatur facilius cor & melius. Et ſpiſsitudo maior eſt apud exitum cannæ, poſtea deſcendit attenuando ſe, gra-

C datim uſque ad ſui terminum, & inſpiſſatio eius eſt ſuperius magis neceſſaria, ad ſubleuationem meliorem capitis cordis, magis lati & magis ſpiſſi, quare indiget fulcimento ſpiſſo & molli ſuperius. Sed cõſequenter cedit hæc ſpiſsitudinis neceſsitas. unde poſtea attenuata eſt, ſecundũ quod proportionaliter cor ad acuitatem tendit & ſublimitatem. Et comparationem etiam habet ad folium quod poſitum eſt in cuſtodia & protectione fructus, ſicut ipſe poſitus eſt in protectione & cuſtodia cordis. Iuuamentum autem quantitatis augumentatæ quæ eſt ſupra ipſum, eſt multiplex. Et unum eſt, ut ſit continens pulmonis aeris, qui ſufficiat pluribus pulſatiõibus cordis. Si enim numerus inſpirationũ numero pulſuum propter paruitatem pulmonis cogeretur adæquari, iam ceſſa-

D rent plurimæ nobiles operationes, ſicut emiſsio longæ uocis: quæ neceſſaria eſt in ſermonibus, uociferationibus, & cantibus. & non poſſet detineri inſpiratio corã ſe fœtida et corrupta: neque etiam in hora deglutitionis. immo accideret ut ſuperoccuparẽtur inſpiratione & expiratione. quare diu permanere non poſſet, quando neceſſaria eſt plurima quãtitas ipſius, ut ſpiritui cordis ſit materia ſufficiens, dum ſummergitur in aquis animal, aut quãdo neceſſarium eſt ei uocem prolongare cum continuatione, aut quando abhorret attractionem aeris propter corruptionẽ & fœtorem eius. Et etiam notandum quod quædam animalia ſunt habentia pulmonem, quædam autem non. quæ autem

autem ſunt ambulabilia et ſanguinea, pulmonem habent. Et piſcibus loco pulmonis ſunt brāchiæ. Et in quibuſdam animalibus loco pulmonis ſunt cannales. Delphinus quoq;, & lepus marinus, & animalia alia quæ ſunt communia terræ & mari (quę arabice cenalia dicuntur) & piſces reſpirāt uaporē per branchias. paucus enim uapor ſufficit eis, cum participēt multū frigiditatis. Vtrum autem aliqui piſces reſpirent aerem, dubitatur propterea, quod dicūt piſcatores de delphino, quod quando dormit in ſuperficie aquę, ſentiūt ipſum ſtertere: & Gal. promiſit ſe tractaturum hoc.

De anatomia oculorum.

III. Creauit deus caput animalis, & poſuit ipſum in ſuperiori parte animalis, pręcipue propter oculos. Et anteriorē partem capitis eleuatiorē fecit, ut oculi in illa parte ſiti eſſent in eminenti, inſtar ſpeculatoris undiq; proſpicietis aciem, ſiue exercitum undiq; in plano poſitum: ſic & oculi cōpaginē inferius ſpeculantur. Vnde quędā animalia paruū habent caput. & decliuos habēt oculos, poſitos in q̄buſdā neruorū extremitatib. quos quādoq; emittunt à ſe, quādoq; retrahūt ad ſe, ut patet in limace, cuius extremitates uulgus cornua uocat. Quibuſdā uero animalibus illæ extremitates protenſę duriores ſunt, neque retrahi poſſunt, ſed habent quędam defenſoria ſuppoſita, quaſi duos clypeos duorum oculorū, ut patet in cācro. A cerebro autē exeunt duo nerui, quorū uterq; duob. panniculis eſt obuolutus, à duabus matribus ſiue meningibus ortum habentibus, qui panniculi ad duos orbes oculorū tandē peruenientes ibi dilatantur per circuitum, ut intra ſe deglutitionē humorū poſsint accipere. Eſt ergo cryſtallinus humor qui grando glacialis ab Ariſtotele appellatur, quia in forma & colore eſt ſimilis glaciei, in profundo & medio poſitus duplici ex cauſa, quia mediū dignior eſt ſitus in cuſtodia. & ut à circunſtantibus iuuamentum accipiat undique. iſte humor in poſteriori parte ſpæricam habet formā, in anteriori aliquātulum planā: & hac ratione, quoniam ſi undiq; haberet ſpæricam, imago rei uiſæ quodammodo lubricaret ſuper ipſum, & tangeret in puncto. Item anterius planum eſt ut parua corpora uiſa multam haberent in eo ſectionē. Iſte autem humor diaphanus & translucens eſt, ut ſit ſuſceptibilis omnium formarū intra ſe. Poſt cryſtallinum humorem interius uerſus cerebrum poſitus eſt uitreus humor, qui ſic appellatur, quia uitro liquefacto aſsimulatur, cuius color medius eſt inter rubrum & album ſimilis uitro. & eſt iſte humor ad rectificandum nutrimētum cryſtallini humoris, & ut fiat gradatio ſanguinis dum conuertitur in cryſtallinum humorem. Si enim perueniret ſanguis in ſuo rubore ad nutrimētum cryſtallini, inficeret ipſum, & faceret omnia uiſa apparere rubra: & eleuatur iſte humor ad maiorem circulum cryſtallini, faciendo ſemiſphæram circa ipſum. Et ſe habet iſte humor ad cryſtallinum in comparatione ſtomachi ad hepar. Ex oppoſita

A autem parte uitrei humoris exterius ante cryſtallinum poſitus eſt albugineus humor, qui ſimilis eſt albumini oui: cuius finis multiplex eſt, ſcilicet ut ex humoroſitate ſua defendat cryſtallinum humorem ab arefactione aeris exterioris. qui quidē humor eſt defenſoriū cryſtallini ex alia parte, & eſt ſuperfluitas illius, ſicut ungues, capilli, cornua ſunt ſuperfluitates animalis, et defenſoria eiuſdē. Item iſte humor præponitur cryſtallino, ut fiat gradatio lucis & imaginis ad ipſum cryſtallinū: quia natura non ſuſtinet repentinas immutationes. Vnde iſto læſo deſtruitur uiſus. Item iſte humor liquidus eſt, ut ex liquiditate imago rei ingrediens diſtinctionē ſuſcipiat. Et eſt iſte humor poſitus in foramine uueæ tunicæ, quod quidem fora-
B men, pupilla oculi appellatur. Interior autem panniculus ad maiorem extenditur circulum cryſtallini humoris, claudēs intra ſe ferè duos humores, ſcilicet cryſtallinū ferè, & uitreum ex toto. & uocatur tunica ſecundina, quia à ſecunda matre, ſcilicet pia matre naſcitur. A qua quidem tunica, in eodem termino naſcuntur aliæ tres tunicæ, ſcilicet una quę inferius reflectitur, interponēs ſe cryſtallino humori & uitreo, ſeparatorium illorum ex una parte. & uocatur retina inſtar retis. partes habet innumerabiles ex uenis, neruis, & alijs. Ab eodem loco naſcitur tunica alia, quæ aranea nuncupatur perficiens ſpæram cum retina, circundantem cryſtallinum humorem. & dicitur aranea, quia ad modum telæ araneæ ſubtilis eſt,
C ne impediat lumen ingrediens ad cryſtallinum & albugineum. Ex alia parte extra hanc tunicam, ab eodem loco, cum ea tunica naſcitur alia tunica, cum ſecundina ſpæram perficiens exterius. hæc tunica appellatur uuea, quia perforatur ad modum uuæ, ſuſpenſorio eius ablato. figuram illius & colorem cœleſtem habet, colorem ſcilicet medium, admiſtum ſcilicet nigro ſecundum maius, & albo ſecundum minus: quia ſi ex toto eſſet albus, nimium diſgregaret uiſum: ſi niger ex toto, nimis congregaret. tunica aliquantulum eſt ſpiſſa, interius autem mollior, ut ſit ſimilis in mollicie cryſtallino. exterius durior, ut ſit corneæ tunicæ ſimilis. rugoſa autem eſt circa ipſum foramen, ut quando opus ſit, conſtringi poſsit ad modum
D burſæ: & hoc quando uirtus laxatur, & indiget recreatione. Et quando opus eſt dilatari poſsit, quando uiſus diffuſione lucis indiget. In foramine huius poſitus eſt albugineus humor, qui illas replet rugas interius: qui quidē humor quandoq; conſtringitur, quandoque dilatatur ſecundum dilatationem & conſtrictionem illius foraminis. Item ab exteriori panniculo oritur tunica, proximo loco includens ſecundinam, procedēs ad modum ſpæræ, quę ſclerotica propter ſui duritiē appellatur. à qua naſcitur tunica cornea, cum ea ſpęram unā perficiēs, quæ aſsimulatur cornu lucido bene abraſo, & polito in luciditate & in duritie, ut ex illa duritie defēdat interiora, et ex ſua luciditate ſit diaphanū ſiue peruiū luci. Vnde p̄ mediū

A ipſius apparet circulus latus, foramen habens in medio de uuea tunica: qui quidem circulus, oculi corona appellatur. Et hæc tunica in ſui conſtitutione quatuor habet cortices: & ſi deſtruatur duo uel tres illorum, quartus remanet. quo deſtructo omnes deſtruuntur. Vltimo loco ſuperuenit coniunctiua, coniungens omnes illas partes, quæ naſcitur à quodam neruo, & non à matribus. & cõponitur hæc tunica ex carne alba & hu. et tenera, & ex neruis et uenis ſubtilibus: & habet foramen in medio, per quod apparet corona oculi, quę eſt pars uueæ tunicæ, quæ pupilla appellatur. quæ propter ſui profunditatem prætendit alium colorem album. quæ re uera cum ibi ſit, ſicut aqua nimis profunda, apparet nigra, cum tamẽ ſit alba. B Habet autem hæc tunica ſex paria lacertorum ſiue muſculorum, totum motum oculi perficientium. quorum unus mouet oculum ſurſum, alius deorſum, alij ad duos angulos, unus ad angulum domeſticum ſiue lachrymalem, alius ad angulum ſylueſtrem. Item ſunt alij duo ex tranſuerſo poſiti, qui mouent oculum circulari motu. & de compoſitione oculi hæc ſufficiant.

De anatomia aurium.

Creauit deus aurẽ ut deſeruiret auditui: cuius interior figura eſt anfractuoſa, quoniam breue eſt cerebri ad aurem ſpatium. Si autem recto tramite intraret aer ad cerebrum, ex ſui qualitate & ſubſtantia læderet cerebrum: propter hoc anfractuoſus eſt eius meatus, ut per tam breue ſpatium prolongaretur. C Et eius foramẽ à petroſo oſſe incipit, quod medium eſt inter os & petram, ſicut cõchæ piſcium. & propter hoc utriuſque ſuſcipit denominationem. Et ſimiliter anfractuoſus eſt, ut in prolatione uariæ uoces & uarię ipſarum differentiæ percipiãtur, & cum ipſo perficiat tinnitus neceſſarios, quæ non acciderent ſi directus eſſet trãſitus. Et eadem eſt cauſa quare prolongatur iter aeris per aurem, cum cauſa quare prolõgatur per tracheam, ſcilicet ne lædat cerebrum, ibi uero ne lædat cor ipſum. In interiori autem concauitate oſsis petroſi, ſine comparatione manet aer quietus. ibi autem diſcernuntur omnes uocum differentiæ. Et ſe habet illa pars oſsis petroſi ea comparatione ad auditũ, in qua ſe habet cryſtallinus humor ad uiſum, D Reſidua uero pars ab oſſe petroſo extra apparens, chartilaginoſa eſt, non tamen mollis ſicut caro, ut debitam figuram ſibi retinere poſsit: neq; tam dura ſicut os, ut flecti poſsit, non frangi ad offendiculum. Poſita eſt auris ad latus, non in anteriori parte ſicut uiſus, quia immutatio uiſus directe procedit, ſed immutatio auditus indifferenter. Item nerui audibiles procedunt à media cellula, propter hoc ſub illa lateraliter poſita eſt auris: & potius ſub capite quàm ſuperius, ne propter ipſos impediretũ auditus. Itẽ quidã panniculus exit à neruo deſcẽdente à quinto pari neruorũ cerebri, q interius inueſtit os petroſum, & totã preſtat ei ſenſibilitatẽ quã habet: & eſt foramẽ ad ipſam aurem, in cõparatione pupillæ ad oculum.

De anatomia naſi.

Naſum creauit deus præcipue propter tria iuuamenta, quorũ unum eſt, ut uapor deferens odorem rei odoriferæ, recipiatur in concauitatib. ipſius, & ibi quodãmodo temperetur, & præparetur odoratui. Aliud eſt, ut aer recipiatur ibi in magna quantitate, pro parte tranſmittendus ad pulmonem, pro parte ad cerebrum. Sicut enim cor conſtringitur & dilatatur & infrigidatur per aerem, ſic & cerebrum ſuo modo. quod ne lædatur ab aere recepto ſubito, recipit ipſum tanquã præparatorium, mediante colatorio iſto, ſicut & trachea arteria. Tertium iuuamẽtum eſt, ut ſit unum emunctorium ſuperfluitatum cerebri. Vnde longam & eminẽtem habet formam, ſcilicet ut tegat mucilagines exeũtes à cerebro & celet eas. In interiori autem parte iuxta duram matrẽ, eſt quoddam concauum os duo habẽs foramina, per quæ intrat odor, & exit mucilago. In oſsis concauitate iacent duæ carunculæ ſpongioſæ, inſtar duarum paruarum mammillarum, à quibus ſugitur fumus, qui eſt uapor deferens odorem: ſub quibus mammillis ſunt duo oſſa foramen triangulare habentia, quæ coniunguntur ad unum latus eleuatum ſecundum † foramen naſi, & duos an- *aliâs formam* gulos, à termino quorum inferiori adiungitur chartilago quædam, ſicut in alijs locis, coniungẽs carnem cum oſsibus, quaſi inhæſio carnis pendentis circa foramina narium. Item in folijs narium ſunt duo lacerti, quorum motus dilatatur & conſtringitur in horis neceſsitatis, ut in impedimentis diaphragmatis. Item ſuperius in radice naſi ſunt duo foramina exeuntia ad angulos lachrymales oculorum, quibus exeunt lachrymæ: ſignum huius rei eſt ſcilicet quando collyrium apponitur, eius odor ſentitur: ſed ſapor lingua percipitur. Itẽ ferè ab † interiori parte naſi directe poſt *aliâs inferiori* palatum procedunt foramina duo, quadam tela interpoſita uſq; ad radicem linguæ: quorum iuuamentum eſt ut intret aer ad cor refrigerandum, & pro parte exeat, ne totus cadat in † offenſionem *al. deſcenſionẽ* uocis. Vnde illi qui habent illa foramina ſtricta uel oppilata, imperfecte & confuſe formant uoces. Sed quæritur quare inter cætera organa ſenſuum, ſemp̱ aures ac nares ſunt patulæ, alia quandoque aperta, cum cõtinua operatio debilitet ſenſum: ut patet in oculis piſcium, qui non diſcernũt inter medios colores propter debilitatẽ uiſus ex continua apertione: & in hominum odoratu, qui non diſcernũt inter medios odores, ſed inter extremos tantum, ſcilicet inter fœtidum & aromaticum. Ad hoc poteſt dici, ꝙ nares ſemper ſunt apertæ, ut per ipſas cõtinua fiat inſpiratio aeris ad infrigidationem cordis, dum os clauditur, cũ uehemens odoratus non ſit neceſſarius hominibus, ſicut quibuſdam brutis, quæ mediante odoratu nutrimentum acquirunt.

De anatomia oris.

Creauit deus os tanq; neceſſariũ inſtrumentũ guſtus. in cuiꝰ radice ſunt duo foramina interius.

unum

unum foramen ad uentrem inferiorem, per quod intrat cibus in stomachũ. aliud ad uentrẽ superiorem, per quod intrat aer ad cor & pulmonem. Est ergo os, uas uniuersale organorũ locutiõis in homine, & uociferationis in brutis, quæ sunt dẽtes, labia, palatũ, & lingua, & uua, & duæ amygdalę. Sunt autem linguæ multa iuuamẽta. Vnũ, est decisio uocis & extractio literarum. Aliud iuuamẽtum, est cõuersio cibi masticati. Tertiũ, est discretio gustus. Et ei præstat sensibilitatem quidã neruus descendens à quinto pari neruorum cerebri, qui circundat ipsam. Sub radice linguæ sunt duæ concauitates, quæ fontes siue hauritoria appellãtur, in quibus saliua digeritur. In istis concauitatibus sunt quædam carnes glandulosæ, quę parant humiditatem organis oris, ne ex nimio motu arefiant. Componitur autẽ lingua ex carne alba cũ rubore, ex uenis minutis & subtilibus, deferentibus sanguinẽ per diuersas partes eius. Propria figura est linguę, ut sit mediocriter lata, lõga, spissa, acumen habens in suo principio. Vnde qui habent linguã nimis acutã, uel nimis obtusam, peccant in formatiõe uocis. Habẽt aũt lingua ix. musculos in sui cõpositiõe, uarios eius motus pficiẽtes. et habet binos et binos musculos singulis motib. deseruiẽtes: nõ enim tãti & tã uarij motus ab uno musculo poterant perfici. Veniunt autẽ duo musculi ei ab additamentis sesaminis, id est, quibusdam paruis ossiculis ad modum seminis sesami. & sunt supplementa spondylorum colli. Primi ergo duo à latere subintrant linguam, faciẽtes motum dilatationis. Veniunt autem alij duo musculi ei à superiori parte lambdę, directe subintrãtes ipsam, facientes motum circũuolutionis. ueniunt uero ei alij duo ab inferiori mãdibula, unus ab una parte, alius ab alia, facientes motum duplicationis. uenit iterum ei musculus unus à superiori parte lambdæ, attingens usq; ad mediũ linguæ, faciens motum retardationis. Et sicut cerebrũ diuisum est in multas partes, ut si impedita fuerit operatio unius uirtutis & partis, uigeat altera pars: sic & lingua diuisa in duas partes cõsimiles, ut si forte paralytica sit una medietas, reliqua motum suum, & sensum non amittat.

De anatomia dentium.

Creauit deus dẽtes propter multiplex iuuamẽtum, scilicet propter decisionẽ cibi, ad præparãdũ stomacho, & meliorem decisionẽ uocis, & ꝓpter arma in quibusdã animalib⁹, sicut in apris. Horũ tres sunt species secundũ tres speciales decisiões ciborũ. quidã enim dicuntur incisores siue incisiui, qui lineare habent acumen ad modum cultelli, quorũ officiũ speciale est frangere siue incidere. quidã dicuntur canini, qui pineale habent acumen, quorũ speciale est frãgere siue cõstringere. quidam latam habent figurã superius & asperam sicut mola, quorum speciale officium est molere, & remollire, & in minutissimas partes cibos diuidere. Infigũtur autem dentes gingiuis in quibusdam caueis per fortia ligamenta, quorum radi-

A ces teguntur quibusdam additamentis carnium. Maiores autem dentes per plures radices figuntur, parui dentes per pauciores, ut per unam uel duas. In brutis animalibus, sicut in hominibus, unicus est ordo dentiũ, præterquam in quibusdã, ut piscibus, in quibus est multiplex ordo dentiũ, sed una maneries tantum, scilicet dentes fractores siue canini: non enim est eis necesse nisi ut frãgant cibos. non enim possunt molere & diu tenere in ore, & hoc aqua impediente quæ subintrat. similiter in lupis multiplex est ordo dentiũ. Quibusdam etiã dantur dentes ad armaturam, sicut apris. & sicut cornua dantur alijs ad armaturam. Quædam animalia habent duas maneries tantũ, sicut incisiuos & molares, ut oues, & boues, & equi, & cætera alia multa.

B Dicuntur autẽ secũdum cursum naturalem in homine & numerum xxxij. dentes, xvi. in superiori mandibula, & totidem in inferiori. Vnde superius in anteriori parte duo incisores, postea duo quadrupli, unus ex una parte, alius ex alia: qui duo dentes ultimo adueniũt, sicut postremo tempore crescunt ipsius cremẽta, scilicet in iuuentute.

De anatomia uuulæ.

Vuula autem est quoddam membrũ supra radicem linguæ situm. & apparet uisui aperto ore & demissa lingua. Huius est iuuamentũ duplex, scilicet ut detineat aerem, ne subito intret cũ suis nociuis qualitatibus ad ipsum cor: aliud, ad meliorem formationẽ uocis. Est enim quasi secũda can-

C na uocis, epiglottis uero prima. Vnde illi qui habent incisam uuulam aut deperditam, plurimum habent raucam uocẽ. Vnde Hippocrates in prognosticis, uuulam incidere timendum est. Subiacent ei duæ pelliculæ, quæ galsamach dicũtur, iuuantes ipsum in suo officio. Duæ amygdalæ sunt quasi duæ auriculæ ante os gulæ, quodammodo claudẽtes cibum. & uuula media inter has, ne declinet in hanc partem uel illam.

De anatomia gulæ.

Gula est quoddã membrũ compositũ ex duobus panniculis, recipiens cibum & potũ intra se, qui fertur ad stomachũ. Huius interior pãniculus componitur ex uillis lõgitudinalibus, ex quibus habet uehementem attractum. exterior uero pan-

D niculus componitur ex uillis latitudinalibus, ex quibus facit compresionem eorum quæ recipit. & componitur ex alijs uillis trãsuersorijs, ex quibus habet aliquãtulum retinere. propter hoc difficilis est uomitus. Procedit autẽ gula directe usq; ad quartum spondylum pectoris. Vnde ibi incipit declinare uersus dextram partem, donec coniungatur cum diaphragmate, cum quo alligatur fortiter. postea declinat ab ipso, donec perueniat ad locum ubi coniungitur cum ore stomachi. ut circa xij. spondylum. Hac autem ratione declinat ad dextram partem ipsa gula, scilicet ut faciat uenæ concauæ locum, transeunti ab hepate ad ipsum cor. Si quæritur utrum ipsa gula cum ore stomachi continuetur, potest dici quòd continua est

cum

A cum eo, tamen habens aliam compositionē, quoniam os stomachi magis est neruosum, gula uero minus. Continuaťuero gula superius cū palato.

De anatomia stomachi.

Creauit deus stomachum, membrū cōcauum, et oblongum, rotundum in sua longitudine. Concauum, propter meliorem receptionē. Rotundū, ne si esset angulosus, colligeret in se nociuas superfluitates. Oblongum, quia si fuerit penitus rotundus, impediret ipsum diaphragma à motu suo, et ipsa spiritualia. unde illi qui habent stomachū rotundum, post prandium difficulter inspirant et expirant. De tali loquitur Gal. uidi quēdam &c. Habet autem stomachus duplex os. unum inferius quod clauditur quandiu celebratur digestio prima, postea aperitur et exit massa in eo contēta ad B intestina. Os uero superius neruosum est ualde. Nam quidam neruus crassus descendit à cerebro et intrat gulam, et per ipsam descēdit ad os stomachi, in quo dilatatur, ut ipsum efficiat multū sensibilem, ut ex sensibilitate sua sentiat suā inanitionē similiter et repletionē. Membra enim inanita trahūt à uenis, uenę uero sugūt ab hepate. Hepar à uenis mesaraicis. mesaraicæ ab intestinis et stomacho, stomachus autem inanitus appetit. Vnde si prædicta patiūtur oppilationem, stomachus patitur fastidium. Cōponitur autē stomachus ex duobus panniculis, quorum interior est magis tener et magis neruosus, exterior uero spissior et magis carnosus. Interior uero panniculus componitur ex quibusdam filis longitudinalibus, quibus C mediantibus fortiter attrahit, et ex quibusdam transuersis. Exterior uero panniculus componitur ex filis latitudinalibus, ut comprimat et exprimat massam in stomacho contentā quando opus est. Sed quæritur cū uirtus digestiua fundetur in exteriori panniculo, sensibilitas in interiori, quare neruositas sit magis interius quàm exteri⁹. Ad hoc dicendum, quòd digestio uiget secundum caliditatem, calor autem agit in partes remotas sicut in propinquas, sensus autē tactus in propinquas tantum, propter hoc panniculus deseruiēs tactui, magis neruosus est. Ascēdunt autem exteriorem panniculum uenæ et arteriæ, deferentes sanguinem ad eius nutritionem, quia carnosus est, et caro habet nutriri ex sanguine: quæ tandem uenæ D et arteriæ dilatantur in tantum, quòd circundant totum stomachū et intestina in modum cuiusdam sacci, quod tegmē et girbus appellatur. et est spissum, carnosum, pingue, ut intus detineat calorem naturalem stomachi. Pinguedo enim extra circūdans ipsum, claudit fumos calidos ne euaporent: sicut patet in cibis pinguibus. et sub pinguedine supernatante diutius retinetur calor. Et talem habet situm et positionem stomachus. Et superior eius pars declinat uersus sinistram, ut det locū hepati superiacēti sibi lateraliter in dextra parte. Secundum magis tamē declinat eius superior ꝙ inferior pars, quia maiorem locum occupat hepar ꝙ splen, cum in se cōtineat hepar materiam et nutrimentum totius corporis, Splen uero unam eius superfluitatem scilicet fæcem, siue sanguinem melancholicum, qui transmittitur ad superiorem partem stomachi, ut ex sua stypticitate et acetositate prouocet appetitum. Vnde styptica et acetosa prouocant appetitum. et hoc est unū iuuamentum splenis à superiori. Aliud autem iuuamētum inferius est, quia quamuis ex sua complexione sit frigidus et siccus, tamen ex calore actuali quem habet in se calefacit stomachum inferius. A cysti autē fellis transmittiť cholera ex alia parte ad stomachū propter digestionē cōfortandā, et propter eius nutritionem. Vnde stomachus debet habere triplex nutrimentum, unum à massa quam continet in se, aliud à sanguine transmisso sibi ab hepate: tertium à cholera sibi transmissa à cysti fellis. Hepar autem in sui concauitate, quæ sima appellatur, amplectitur unam partem stomachi. unde illa pars cæteris calidior est.

De anatomia intestinorum.

Creauit deus plura uasa fæcum, in lōgitudine sua inuoluta & reuoluta, ut morā faciat in eis massa contenta, donec attrahatur ab hepate per uenas mesaraicas id quod subtilius est & melius ad nutritionem omnium membrorum. Si enim omnium unum uas esset & breue ipsarum fęcum, statim separaretur fæx illa à corpore. Vnde duplex accideret incommodum, resumptio continua ciborum, & continua defessio. per primum impediretur homo à suis negocijs alijs, & oporteret eum semper uacare super acquisitionē uictus. per secundum & turpe haberet nocumentum, & potius assimularetur beluæ quàm creaturæ rationali. Item alia est ratio melior, quare sunt longa & inuoluta, scilicet ut nutrimētum contentum in intestinis euadat & elabatur à primo ordine uenarū mesaraicarum, & reuolutione sequente redeat ad tertium ordinem, quia multiplex est ordo uenarum mesaraicarum. quarum quędam sugunt à stomacho, quædam ab intestinis, quæ quidem uenæ in multis locis subintrant ipsa intestina, quædam superius, quædam inferius, quarum uenarum orificia contiguantur cum fæcibus ipsis. Sunt autem sex intestina numero: quorum primum est duodenum, siue portenarium, secundum ieiunum, tertium inuolutum siue ileon, quartum cæcum siue orbum aut monoculum, quintum colon, sextum extale uel extensum siue longaon. Quorum intestinorum superiora tria sunt graciliora & subtiliora propter hoc, ut facilius penetret ad ea uirtus delata ab hepate, quia massa in eis contenta & subtilior et liquidior est. Tria uero inferiora sunt crassa, quia massa in eis contenta crassior est et terrestrior, pungens et mordicans ipsa uasa in quibus continetur. Primum autem intestinum quod dictum est, duodenum appellatur, quia continet xij. digitos eius cuius est in longitudine. et coniungitur ipsi stomacho inferius, sicut gula superius. differunt tamen, quia largum est orificium gulæ plusquam illius intestini: &

& ipſa gula craſsiorem & fortiorem habet compoſitionem propter maſſam craſsiorẽ quam in ſe continet, quę eſt liquidior quãdo deſcẽdit in hoc inteſtinũ. Dominatur autem in hoc inteſtino neruus ſecundũ latitudinem, quo mediante expellit conteta à ſe. & componitur ex duabus tunicis ſicut quodlibet aliorum, tamen debilẽ habet expulſiuam. Attractiuam uero nõ oportet ut fortem habeat, quia ſtomachus ſuperpoſitus expellit à ſe quod continet ipſum inteſtinũ, & inferius inteſtinum trahit ab ipſo inteſtino, & maſſa ex ſui grauitate ſeipſam deprimit. Eſt autem hoc inteſtinũ rectum & extenſum duplici de cauſa, quarũ una eſt ut det locum hepati à dextra parte, & ſpleni à ſiniſtra. Alia cauſa eſt, quia omnis penetratio per rectum et extenſum facilior eſt, quàm per nodoſum & tortuoſum. Poſt hoc inteſtinum ſequitur aliud, quod ieiunum appellatur, quia in animalibus mortuis uacuum inuenitur, cuius rei cauſa duplex aſsignatur: una, multitudo uenarum meſaraicarum ſugentium ab ipſo fortiter maſſam in eo coadunatam. Alia cauſa eſt multitudo cholerę deſcendentis à cyſti fellis ipſum pungentis, & mordicantis ipſum, & cogentis ad expulſionem. Sed quæritur quare non accidit idem de inferioribus inteſtinis? ad hoc dico quòd cholera in ſtomacho pura eſt & ſine admiſtione cum maſſa, & propter hoc magis uiolenta quàm in alijs inteſtinis, in quibus admiſcetur cum fæcibus & uires ſuas amittit. Hoc inteſtinum ſequitur aliud quod ileon appellatur, ab ile, quoniam confuſum ſiue inuolutum appellatur, quia multas habet inuolutiones propter multiplicem ordinem uenarũ meſaraicarum ad ipſum deſcendentium, cuius inuolutionis ratio ſuperius aſsignata eſt. Poſt hoc ſequitur aliud, quod orbum ſiue monoculum appellatur, quod craſſum & gibboſum eſt abſq; inuolutione, ut in eo tota fæx colligi poſsit: quia in ipſo inteſtino primo fit putrefactio maſſæ, quia colliguntur ibi ſordes, ut ſimul expelli poſsint, quia facilior eſt expulſio fęcis in ſumma, quàm illius diſpartitæ. Item aliud eſt in cauſa, ſcilicet ne deſcendant in colon, & ibi ex craſsitie & multitudine faciant oppilationem. Item aliud eſt in cauſa ut colligãtur ſordes ſiue fęces, ut excuſetur homo à continua deſeſsione, quod accideret ſi ſtatim quando acciperetur deſcẽderet fæx illa. Item hoc inteſtinũ declinat magis in dextrã partem, ut cõfortetur per calorẽ hepatis in illa parte exiſtentis. Craſſam & amplam habet compoſitionem, ne lædatur à craſsitie fæcis contentæ in ipſo. Habet autem unum ſolum foramen, & hoc propter ſitũ ſuum & poſitionẽ. Non dico ꝙ ſicut ſtomachus, quia ſtomachus protenditur in longũ, unde facta ſunt ei duo orificia, unum inferius, & aliud ſuperius. Iſtud uero eleuatur in gibboſitatem, & latus uerſus dextrã. & ut dictum eſt unũ foramẽ habet à latere, cui iungũtur duo foramina duorũ inteſtinorum, quorum uni continuatur inferius, & alteri ſuperius. Et decipiuntur quidam dicẽtes in ſto-

A macho craſſari fæces propter nimiam ſuctionem uenarum meſaraicarum ab ipſo, cum paucæ uel nullæ ad ipſum dirigantur. Poſt hoc inteſtinum ſequitur aliud quod colon appellatur à colando, quia anguſtum eſt ad modum colatorij. Iſtud inuolutum eſt, ut fiat gradatio fæcis contentę in orbo ad ipſum, ne ſimul tota fæx ad unum deſcendat. Vnde in ipſo diuerſæ accidunt paſsiones, propter eius anguſtationem, & fæcis craſsitiem. Eius inuolutio incipit ab una parte, & flectitur in oppoſitum, & tandem redit ad medium, ubi coniungitur cum ore ultimi inteſtini, quod longaon uel extenſum appellatur. Et in ſui extremitate quatuor habet lacertos, quibus mediantib. anus clauditur, ut teneatur fæx & expellatur. Iſtud au-
B tem inteſtinum habet uillos longitudinales, quibus mediantibus fortem habet attractionem. Sed quæritur quare nõ habet uillos latitudinales propter compreſsionem quæ ei neceſſaria eſſet? Ad hoc dicendũ, quòd ab extrinſeco habet iuuamentum fortis expulſionis, quia in mirach pellicula inuoluente inteſtina ſunt octo lacerti, quibus mediantibus fit expulſio fortis ab iſto inteſtino. Hoc autem ultimum inteſtinum, rectum, & extenſum eſt ratione ſuperius aſsignata. Sed proximum ſuprapoſitũ, ſcilicet colon, eſt inuolutum, ne ſi eſſet rectum & extenſum, fæx tota deſcenderet in ipſum, quæ debet colligi in orbo paulatim & ſucceſsiue. Et in illa comparatione ſe habet orbus ad ſtomachum, colligẽdo eius ſuperfluitates, in qua
C comparatione ſe habet ueſica ad hepar, colligendo eius ſuperfluitates.

De anatomia hepatis.

Et creauit deus hepar, ut eſſet uas generationis ſanguinis, & origo uenarum. tamen in hoc diſſentiunt Ariſtoteles & Galenus. Vult enim Ariſtoteles ꝙ cor ſit principium ſanguinis. & probat ꝙ hepar non, his rationibus. Hepar enim componitur ex uenis. componentia uero ſunt priora cõpoſito: ergo hepar non eſt principiũ uenarum. Item hepar carnoſum eſt. & uenæ potius à neruo quàm à carne naſcuntur. neruo enim magis aſsimulantur. Item uirtus uitalis influit à corde ad cætera membra. Vita autẽ in calido & humido conſiſtit, & ita in ſanguine. quare ſanguis à corde. Gal. di-
D cit quòd ab hepate, hac ratione. Sanguis generatur ab hepate. ergo hepar eſt principium ſanguinis. Item alia ratione. Superfluitates rei, originẽ illius circunſtãt: ſed urina eſt una ſuperfluitas ſanguinis, quæ continetur in ueſica. Item ſanguis melancholicus eſt alia ſuperfluitas, quæ continetur in ſplene. Item ſanguis cholericus eſt alia ſuperfluitas, quæ continetur in cyſti. omnes iſtæ ſuperfluitates, & earum uaſa collocantur circa hepar: ergo in hepate eſt principiũ ſanguinis, cum ſuperfluitates circũſtent ipſum. Ad hoc dicit autor, ꝙ nihil prohibet ſanguinem ortum habere ab hepate, licet hepar carnoſum ſit, uena autẽ ſit neruo ſimilis, ſicut in luto creſcit corallus. Poteſt autẽ dici ꝙ tam cor ꝙ̃ hepar eſt principiũ ſanguinis: ſed primum

primum & mediatum principium est cor. ab eo enim est calor artifex. Hepar uero est principium immediatum, & proximum. Hepar concauum est ex una parte, gibbosum ex alia, positum sub diaphragmate, declinans magis uersus dextram. Concauum, propter meliorem receptionem. recipit enim stomachum ex parte intra concauitatem sui. Vnde habet plura additamenta, quædam minora, quædam maiora: quæ se habent ad concauitatem stomachi, in comparatione digiti ad manum. Membra enim bonæ comprehensionis debent esse, sicut uolæ manuum, &c. Extrinsecus autem gibbosum est hepar, ut forma eius exterior sit similis formæ corporis interioris. corpus enim interius rotundum est. Et hepar coniungitur spinæ dorsi. unde secundum formam rotundam ei assimulatur. Ponitur autem in dextra parte ex directo, ut directe suscipiat supra se in sufflationem cordis ipsum uiuificantis. Ab inferiori autem concauitate hepatis exit quædam uena, quæ post suum exitum in una parte diuiditur in plures ramos, scilicet in quasdam uenas subtiles quæ mesaraicæ dicuntur, quarum quædam subintrant intestina, & sugunt ab eis, quædam uero subintrant stomachum, & ibi terminantur, sugentes ab ipso quod melius est & subtilius. Prædicta autem uena ramificatur & diffunditur per totam ipsius substantiam. Ex parte quidem eius gibbosa rami hepatis iterum conueniunt, & constituunt quandam uenam maximam à gibbo hepatis, quę caua uena appellatur, & dirigitur ad ipsum cor, ubi ramificatur interius in concauitate quæ lactea appellatur, quia quasi lacteus est humor ille quem sugit ab intestinis & à stomacho.

De anatomia uesicæ fellis, & splenis.

Creauit deus singula uasa singulis superfluitatibus sanguinis, quia plura conferunt iuuamenta naturæ. in secunda enim digestione tres superfluitates exeunt à sanguine, scilicet spumosa superfluitas superius calida & sicca, quæ cholera appellatur. & fæx inferius residet, quæ melancholia dicitur. & aquosa superfluitas, quæ admista sanguini phlegma appellatur: intrans autem uesicam urina dicitur. Fecit enim natura duas cystes, id est, uesicas, maiorem scilicet & minorem, sed maiorem scilicet uesicum urinæ: minorem autem quę cystis fellis appellatur, scilicet folliculus continens choleram. & supponitur ille folliculus scilicet cystis fellis in concauitate hepatis, scilicet in loco generationis sanguinis, habens continuationem cum hepate, & habet tres meatus. unus dirigitur ad fundum stomachi, quo transmittitur cholera in ipso stomacho, propter digestionem confortandam. alium habet meatum qui ad intestina dirigitur per plures ramos, ut ad ieiunum, per quos transmittitur cholera ad mundificationem ipsorum intestinorum. Vnde ex oppilatione cysteos fellis plures accidunt passiones in intestinis. cholera enim quæ transmittitur, mordicando & pungendo mouet intestina ad expulsionem. habet autem meatum ad ipsum hepar, quo mediante sugit ab hepate

A quod calidum est ad sui nutrimentum, quia calidæ & sic. complexionis est. collum habet iste folliculus in quo dominatur fila longitudinalia propter attractionem fortem. Componitur autem filis latitudinalibus propter expulsionem, & filis transuersis propter retentionem. Proprium autem uas superfluitatis melancholicæ est splen. Ponitur autem splen inter duo membra calida, cor scilicet & hepar, ut sua potentiali frigiditate inducat temperantiam in extremis. est enim melancholicæ complexionis. Et habet duos meatus, unum qui dirigitur ad os stomachi, quo mediante transmittitur melancholia ad illam partem, ad prouocandum appetitum. Vnde ex oppilatione splenis accidit fastidium. sicut ex nimia apertione eius & transmis-

B sione melancholię superflua accidit bulimus, siue caninus appetitus. Alium autem meatum habet qui dirigitur ad hepar, quo mediante sugit ab ipso quod melancholicum est ad sui nutrimentum. Habet autem figuram linguę aliquantulum oblongam, & ad modum cinguli cingit ipsum stomachum. Ex altera parte coniungitur hepati, ut sugat ab eo quod melancholicum est. Et propter hoc in passione splenis patitur stomachus, quoniam non transmittit ad ipsum melancholiam in debita quantitate. Patitur etiam hepar quando non attrahitur ab eo melancholia in debita quantitate, quoniam ex retentione eius in hepate infrigidatur hepar, & accidit error secundæ digestionis. Componitur autem splen ex crassa carne & dura & melancholica, rara tamen & porosa, ut

C possit suscipere intra se melancholiam ad sui nutrimentum, cum melancholica superfluitas generetur ex sanguine, ut deportet sanguinem per membra. neque enim est necessarium totam superfluitatem illam dispergi per membra. necesse autem fuit illam separari à sanguine, & uno loco deponi, donec eijceretur à corpore.

De anatomia renum.

Creauit deus duo colatoria, quibus separetur aquositas à sanguine, ne sanguis corrumpatur per ipsam. quæ quidem renes appellantur. Et sunt duo potius quàm unum, quia si esset unum solum, oporteret esse amplum, propter superfluitatem aquosam quam reciperet, & sui amplitudine impediret alia membra uicina sibi, propterea sunt duo parui, ut suppleatur officium unius magni, quia non habet lo-

D cum alijs membris sufficientem. Item alia est ratio quare sunt gemini, ut si impediatur unus aquosam superfluitatem recipiendo, accipiat eam alter pro maiori quantitate. Habet autem situm unus in dextra parte, alter in sinistra, ut directe sibi opponantur, quia ille qui est à dextra parte, superius collocatur & coniungitur hepati. ille qui est à sinistra, inferius locatur, ut amplificet locum spleni. Sunt autem renes ex solida substantia, propter multiplex iuuamentum. Vnum est, ut concurrant multa in paruo spacio, & recipiat multam superfluitatem in paruo spatio. Aliud est, ut sua soliditate resistant humoribus, ut humori cholerico pungenti & scindenti, qui transit ad ipsos à stomacho. Tertium iuuamentum est, ut ex sua duricie & soliditate com-

primant

primat sanguinem cum superfluitate, ad modum duorum nodorum comprimentium aliquos meatus, rectificando sanguinem ad sui nutrimentum, reprimendo aquositatem. Triplex enim est separatio sanguinis ab aquositate. prima in gibbo hepatis. secunda in caua uena, à qua transmittitur aquositas cum primo sanguine quasi lotura carnium ad ipsos renes, quibus fit secũda separatio: in renibus uero tertia. Vnde si meatus renum nimis aperiatur ut sanguis fluat in uesicam, sanguis tunc exit in urina. Habent autem renes duplex os. unum superius, per quod trahunt ab hepate per quosdã cannales: aliud per quod emittitur inferius ad uesicam. Dirigitur autem quædam arteria à corde ad hepar per mediũ hepatis ad renes, deferens eis spiritum uitalem siue uitã. Item quędam uenæ dirigũtur ab hepate ad ipsos renes exterius, deferentes sanguinis nutrimentum ad exteriores partes renum. Interius enim non habent renes uenas, sed nutriuntur à sanguine quem attrahunt per cannales cum aquosa superfluitate. Coniunguntur autẽ renes cum quibusdã spõdylis dorsi. unde transmittunt ei uestem quæ uestit eos exterius, & dant eis sensibilitatem. Habẽt autem figuram intus concauã aliquantulũ, exterius gibbosam & nodosam. Et circa orificia, quædam habent additamenta, quę circundantur pinguedine, cuius ratio per similia alibi assignatur.

De anatomia uesicæ.

Sicut creauit deus proprium uas superfluitatis primæ digestionis, ita creauit propriũ uas superfluitatis secundæ digestionis, ut uesicam uas urinę. Habẽt ergo renes duo emunctoria, quasi duos canales per quos transuehitur urina post separationem eius à sanguine in uesica. Subintrant ergo illi duo canales exteriores tunicam uesicæ circa medium tumorẽ eius, & fluit urina inter duas tunicas ex utraq; parte uesicæ ad os illius, ubi tandẽ intrant per interiorem tunicam uesicæ penetrando ipsam. Et dum intrat uesicam urina transmissa à renibus, clauditur exterius os uesicæ, ne aliquid exeat. Et econuerso dum exit urina à uesica, clauduntur duo prędicti meatus, ne aliquid subintret uesicam interim: & hoc per dilatationem interioris tunicæ, & comprehensionẽ eius cum exteriori. Contexta est autem exterior tunica ex filis longitudinalibus, & uiget in ea magis attractiua. Interior autem tunica contexitur ex filis latitudinalibus: & hoc propter comprehensionẽ: & ex trãsuersis propter retẽtionem. Os autem uesicæ constat ex quibusdam lacertis, quibus mediantibus constringitur & aperitur in horis necessarijs. Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorẽ, & in fundo uesicæ, quia necessarium fuit ut esset densa & fortis, ne acutis humoribus, & sanguine melancholico scinderetur, quod accideret sibi si subtilis esset compositionis.

De anatomia matricis.

Creauit deus matricũ radicem, ut esset instrumentum & locus generationis in muliere; cuius

A collũ est in comparatione uirilis uirgæ. & eius siphac, scilicet interior cõcauitas, est in cõparatiõe ochei, id est bursę testiculorũ: & hac cõparatione se habet instrumentũ generationis in muliere ad instrumentũ generationis in masculo. in quã sigillum imprimẽs se habet ad sigilli impressionem in cera. Instrumentũ fœminę habet figurã inuersam & protẽsam, id est fundatã intus. Instrumentũ hominis habet inuersam et protẽsam extra. Collum aũt matricis lacertosum est: multas habẽs pelliculas & inuolutiones ad modũ bursæ, sicut & collũ uesicę, ut possit dilatari & cõstringi quãdo opus fuerit. Quoniã ante horã partus ipsius fœminæ os matricis cõstringitur secũdũ omnes sui plicas ad modũ rosæ, cuius folia cõplicantur anteq; ex-

B pandatur ipsa. Vnde ita strictus est meatus colli matricis, q solũmodo uiã habet urina per ipsum. In prima aũt defloratiõe dilatatur collũ matricis, & rũpuntur quędã uenę subtiles, quę sunt in dextra parte ipsius colli, & exit sanguis. Duplex uero est os matricis. unũ exterius, & apparet uisui, ad quod terminatur collũ matricis, aliud uero interius, in quo inchoatur collũ. Istud uero os in hora cõceptionis ita clauditur, q nõ posset etiam acus intrare: ita enim disposuit natura, ne post conceptionẽ aliquid de spermate exeat, uel de alijs superfluitatib. subintret, & lædat fœtũ. In hora aũt partus ita dilatatur collũ matricis, q eius amplitudo fere concauitati interiori ipsius matricis adæquatur, ad modũ rosæ, quę tota expãditur secun-

C dum omnes sui partes. Interius aũt circa medium tumorẽ ipsius matricis sunt duo additamenta inuersa, siue protensa, sicut duo cornua, uel duo capita mãmillarũ, quibus adhærẽt duo fœtus, unus à dextra parte, scilicet masculus, alius à sinistra, scilicet fœmina. Sicut enim natura exterius præparauit duo instrumẽta nutritionis, scilicet duas mãmillas, ita interius duo suspẽsoria. & sicut plures sunt mãmillę extra & intra, & plura sunt iuuamẽta matricis interius, quæ etiã uisui apparẽt. Vnde quidã per simile dicebant, decepti in muliere, esse quinq; cellulas, quidã septem, quia tot fœtus possunt simul esse in matrice. Ad hoc dicẽdũ, q sicut in arbore plura pira apparẽt uel adhærẽt in stipite prouenięti ex arbore à quo accipiunt nutrimẽ-

D tum, ita in matrice possunt plures fœtus adhęrere uni additamẽto à quo omnes accipiũt. Patiuntur aũt ista duo additamẽta duas distinctiões corpis mãmillæ. unã propter colligantiã unius cũ dextra mãmilla, reliquã ob alterius cũ sinistra. Dicit Hippoc. q si gracilescat dextra mãmilla, masculi abortum faciet. Ponitur inter longaonẽ & uesicã, & illi est illud intestinũ quasi culcitra super quã quiescit. In quibusdã collum matricis est gracilius, & lõgius, & tortuosius, & in quibusdã breuius & rectius & crassius. sicut in quibusdã uiris uirga gracilis, longa, & tortuosa, in quibusdã aliter disposita. Cõponitur autẽ matrix ex duab. tunicis, quarum exterior magis carnosa est, interior uero magis neruosa aliquantulũ, ut sensum possit habere,

non tamen magnũ:quia ſi nimiũ ſenſum haberet, matrix nimis læderet in partu. Exterior aũt ſpiſſior eſt propter hoc,ut ſeruaret naturalẽ calorem. Interior autẽ ligamentalis eſt,id eſt ex ligamẽtis, & cõponitur ex omni genere neruorũ,ſcilicet lõgitudinalibus, latitudinalibus, & trãſuerſalibus. Alligatur autẽ matrix ſpinæ dorſi fortiter poſterius,& duabus coxis. Similiter eius ligamẽta deſcendũt ad genua.à genibus uſq; ad pedes. Superius autẽ alligatur diaphragmati, cuius ligamenta aſcendunt uſq; ad mãmillas & oculos. Sub iſtis autem additamentis extra ex utraque parte inferius propè os matricis ponuntur duo ianitores, quaſi duo oua,ſcilicet teſticuli, qui ſcilicet aliquãtulum ſunt latiores quàm teſticuli maris, qui aliquantulum ſunt oblongi:illi latiores propter humiditatẽ deſcendẽtem, iſti oblongi propter caliditatẽ. Creauit autẽ natura iſta gemina, ut in eis eſſet locus digeſtionis ipſius ſpermatis,ad hoc ut ex ipſo eſſet materia corporis humani. Sunt autẽ uaſa ſeminaria antecedẽtia & conſequentia, quibus defertur ſperma uel materia ſpermatis. Vaſa autem antecedentia ſunt quædam uenæ quę procedunt à cerebro uſque ad teſticulos, & deferunt ſanguinem dealbatum qui erat ad nutrimentum cerebri ad ipſos teſticulos, qui mediãte ſua uirtute attractiua talem ſanguinem attrahunt ad nutrimentũ. Reſiduum autem illius nutrimenti à teſticulis tranſmittitur per ſeminaria uaſa cõſequẽtia in ipſa uirga uirili, & per illã in matricẽ ad generationem fœtus : cuius quod ſpermatis in homine ſtrictus eſt meatus & tortuoſus & lõgus, ut ſubtilietur & habilitetur per longum tempus:in muliere non eſt ita neceſſarium ut ſubtilietur, quia eius ſperma debet craſsius eſſe & humidius q̃ ſperma uiri,maxime ab iſto agente patiens. propter hoc breuior eſt tranſitus à teſticulis mulieris in matricem : ſtatim enim ſubintrat matricẽ ſub inferiori ore à latere matricis ex utraq; parte illius, & non per illud os.unde non coniungitur cum ſpermate maris antequã utriuſq; ſperma perueniat in matricem. Sub interiore autẽ ore matricis illius iacet os aliud, ſcilicet ueſicæ, quod ſubintrat collũ matricis,& ita exit urina ſecũdum eandem uiam per quam intrat ſperma. Conueniunt autem ſpermata maris & mulieris in matrice ita, ꝙ ſperma maris agit in ſperma mulieris. Sperma aũt maris naturaliter intẽdit imprimere formam eius à quo deciditur,& ſperma mulieris intendit ſuſcipere. Illud autem facit ſperma uiri in ſpermate mulieris,ut dicunt alij in ſanguine menſtruo, quod facit fermentũ in paſta,ſcilicet ebullitionẽ. Et Gal. uult ꝙ utrumq; agat in reliquũ,& patiatur à reliquo. In principio enim admiſcentur ſpermata, & fit ſpuma in eis mediante uentoſitate eleuante ampullas. In ipſis enim ſunt tres ſpiritus,ſcilicet naturalis, ſpiritualis, & uitalis, qui mouent materiam quolibet genere motus quorũ quilibet intẽdit ad generationẽ propriæ cauſę materialis, ſcilicet ſpiritus uitalis ad generationẽ cordis, ſpiritus natu-

A ralis ad generationẽ hepatis,& animalis ad generationẽ cerebri. Subintrante ergo in profundum ſpermatis uẽtoſitate,actione trium ſpirituũ in medio naſcitur ueſicula quædã: ſuperius autẽ propè alia ueſicula.à latere iuxta inferiorem alia. Ex prima ueſicula formatur ipſum cor. Ex ſecunda ſuperius poſita cerebrum. Ex tertia hepar. Tamẽ maxima eſt diſſenſio inter auctores de ordine formationis. Hipp. enim in libro de natura fœtus uoluit ꝙ cerebrũ eſſet primũ in creatione,ut patet ex ſenſu, quia in ouo primo apparet caput pulli. Iſaac uidetur conſentire, quia cõparat hominẽ arbori inuerſæ,& cerebrũ radici arboris. Alij uolũt ꝙ hepar primũ ſit in creatione, quia illud membrũ cuius operatio primo eſt neceſſaria, primo debet

B creari:ſin minus, inordinate procederetur. Et iſta ratiõe dicit Ariſt. ꝙ cor primo creatur, quia eius operatio primo eſt neceſſaria. & ideo primo debet creari. non enim poſſet nutriri niſi primo uel prius fieret uita. Vnde cũ operatio uitalis primo ſit in corde, primo creatur cor. In iſtis tribus mẽbris,artifice natura petẽte exteriores partes, exterius terminatur uehiculũ,quo mediante alligatur fœtus uni partium capitum mãmillarũ, per cuius uehiculi inferiorem meatum tranſmittitur de puro ſanguine mẽſtruo matris,uel alio, per quẽ mẽbra quæ prius erãt alba rubificantur. Illud autem uehiculum alligat fœtũ matrici:& cum illud uehiculũ poſterius ſit in cõceptione, alijs tamen prius eſt in perfectione. Per ſex autẽ primos dies in illa

C materia apparet ſpuma,& aliæ tres ampullę principalium membrorum. Poſtea per tres ſequentes dies inchoãtur interius lineationes & punctationes aliorum membrorũ. Per primos autẽ ſex dies nihil attrahitur à matrice, quia parũ aut nihil deperditur de illa materia:& ſi deperditur, nõ eſt utilis reſtauratio, unde nihil attrahitur. Per ſex autẽ dies ſequẽtes penetrãte uentoſitate & ſpiritibus ad exteriora, perficiuntur ramificationes uenarũ & arteriarum. Per duodecim dies ſequẽtes, ſubintrat ſanguis per uniuerſa membra carnea. Vnde in abortu apparent tunc temporis fruſta carnea. Et per ipſos diuiditur etiam ſpinalis medulla à cerebro per ſpinã dorſi. Item per nouẽ dies ſequentes diſtinguuntur mẽbra à ſe inuicẽ, latera à collo,

D & collum à capite, coxæ à natibus, & ita de ſingulis alijs. Et ita in uniuerſo erũt xxxv. dies: tamẽ in quibuſdã iſta tempora formationis anticipãtur, & in quibuſdã poſtponũtur partitiones totalis tẽporis formationis, tum per unũ diẽ, tum per plures. Tripliciter ergo uariatur totũ tempus formationis. quoddã enim terminatur in xxx. diebus, quoddã in xxxv. quoddã in xl. ita ꝙ quinq; dies ſemper interueniũt et intercidũt. Cauſa aũt huius diuerſitatis eſt calor intenſior in quibuſdã, remiſſior in alijs:& materia magis & minus obediens. Fœminę corpus tardius formatur q̃ corpus maris. Tẽpus aũt motus, id eſt illud in quo apparet uel ſentitur motus uolũtarius ex anima ſenſibili, duplũ eſt ad tẽpus formatiõis. Tẽpus autẽ partus triplum

triplum ad tempus motus. Et propter istas diuersitates temporũ formationis, etiã uariantur tẽpora partus. Et ideo quidã nascuntur in vij. mense, quidã in viij. & quidã in ix. Totum autem quod dictum est de temporib. formationis, experimento compertũ est per diuersa tempora abortuum, in quibus apparet uisui antiquorum medicorum successiuæ diuersitates formationum.

De anatomia panniculorum fœtus.

In quibusdã autem materijs calor est maior. statim aũt declinãte calore, & penetrante in profundum extremitatib. relictis, induitur pellicula ad modũ corticis exterius, sicut patet in ouis, quę uestiuntur extra tenuissima tela prius, & postea testa duriore. Similiter in arboribus, quæ uestiũtur triplici cortice, & in fructibus quarundam arborum, qui duabus uel tribus tunicis tegũtur. Similiter fœtus in utero matris inuoluitur trib. pelliculis: quarũ prima uersus fœtũ tenuissima est, & dicitur camisia pueri, uel profundatio sudoris. ista enim pellicula abstergit puerum à sudore, qui est quasi aerea superfluitas. Inter hanc pelliculam & sequentẽ recipitur secũda superfluitas, scilicet urina. statim enim quãdo excolatur per renes, nõ intrat statim uesicã, sed per quendã meatum dirigit ad umbilicũ, ubi exit, & subintrat istas duas pelliculas, & nõ expellitur inde ante partum, imò exit cũ puero. Cuius retentionis hæc est causa, scilicet ut ex humiditate mollificet & infundat matricẽ, ut sufficiẽter amplificetur ad exitũ pueri, quia facilius excolatur per humidũ ꝙ per siccũ. Interior autẽ tunica subtilior est cæteris. & cõponitur ex arterijs & uenis, in quibus defertur sanguis ad nutrimentũ fœtus, uenalis sanguis hepati, arterialis cordi. & hæc est tunica similis retinæ. Prima autẽ superfluitas non est in fœtu, quia nihil dum est in matrice intrat per os, & ita nihil in stomachum & intestina, quod postea exeat per secessum. Venit autẽ ei nutrimentũ per umbilicũ de sanguine materno, qui transmittitur ad hepar, & ibi quandam suscipit digestionẽ. Inuoluitur ergo iij. panniculis fœtus, sed non propter dictas causas solum, sed ut fœtus firmiter adhæreat matrici. nõ enim sufficeret illud unum solũ uinculũ per umbilicũ, nisi in pluribus locis per pelliculas illas alligaretur matrici. Habet enim fœtus positionẽ & situm mẽbrorum naturalẽ secundũ diuersas sui plicaturas naturales. Ambas aũt manus habet positas supra ij. genua, brachijs extẽsis ex utroꝗ latere, & faciem positam inter manus, & nasum inter genua. & habet genua flexa, & pedes iunctos. processu autem temporis crescit & augetur uehementius, & fortius mouetur. Et tendit ad exitum triplici de causa. una causa est propter angustiã loci in utero materno. alia causa est propter defectum nutrimẽti: non enim sufficit ei quod transmittitur à matrice. tertia causa est angustia inspirandi & expirãdi, & paucitas aeris, qui quidẽ nimis calidus attrahit. In matrice ergo tẽpore partus puer cõuertit se ad exitũ, scilicet caput inferius & extremitates superius. Hic naturalis ordo est in exeundo, ut præcedat caput, & sequãtur cætera mẽbra. Caput enim ex sua crassitie & grauitate facit locũ cæteris mẽbris gracilioribus: quando uero præcedunt pedes, timendum est ne brachia frangantur: quãdo præcedit unus pes, timendũ est de alio. idem dico de cæteris membris. Rumpuntur enim cotylidones, & exit sanguis cum aquositate, qui retentus inter pelliculas mollificat & infundit matricem. Matrix autem post tantam dilatationem cito redit ad propriam uel pristinam constructionem, et hoc nimia operatione naturæ.

De anatomia genitalis uirgæ.

Habet autem uirga uirilis compositionẽ ligamentalem. Cõponitur enim ex crassis uenis, neruis, & arterijs: ut recipiat multũ intra se de spiritu & uentositate, quæ faciunt ipsam inflari & erigi quãdo opus fuerit, & per ipsam deportari materiã semẽtalem. Longitudinẽ naturalẽ habet inter vi. & ix. digitos, ut possit attingere ad locum sibi destinatũ in proiectione spermatis. Item habet ij. meatus, unũ in quo defertur sperma à testiculis, aliud in quo defertur urina à uesica, qui tamen ij. meatus cõueniunt tandẽ in unũ meatũ. In ipsa enim uirga sic accidit sicut in collo matricis, quia per aliũ meatũ exit urina, & per alium meatũ intrat sperma uiri, tamẽ ipsi ij. conueniũt in ipso collo, & fit meatus unus. Veniunt autẽ nerui ad eius compositionẽ ab inferiori parte spinalis medullę: ueniunt etiã quędã ligamẽta à pubis ossibus. Virga habet duo paria musculorũ, unum par lõgitudinaliũ & protensorũ, quibus erigitur & extenditur: & aliud par habet musculorũ transuersorum, quibus mediãtib. erigitur. Quare si unus musculorum spasmaretur, tunc declinat uersus unum latus. alter uersus alterum declinat si neuter dirigitur. Istis etiã mediantibus post iniectionem spermatis retrahitur ad priorem mensuram.

De anatomia cordis.

Creauit deus cor ex carne crassa forti & dura, ut esset longinquũ à lęsionibus, neꝗ nimis uelox, neꝗ nimis tardum esset ad motũ, neꝗ nimis paruum, propter multũ aerem & sanguinẽ quẽ recipit. Figura autẽ eius est pineata, quia latũ aliquantulum in rotundum est in parte una: & hoc ut locum haberent amplum uenæ & arteriæ exeuntes & subintrantes in illa parte. Et in alia sui extremitate punctale habet acumẽ, ut in una sui parte cõtingeret ossa costarum quibus uicinatur, nę læderetur ab ipsis. Et pineatam habet figuram & rotundam, quia nulla figura melius quàm ista coniungit punctum cum superficie, cum à pũcto per crescentes circulos gradatim perueniatur ad ultimam superficiem. Inuoluitur autẽ cor in quodam forti panniculo ad sui defensionem, qui capsula cordis appellatur. inter quem & ipsum cor, tantum uacat spatium, quod sufficit ad plurimã cordis dilatationem, ne ex constrictione inducat suffocationem in ipso. Colligatur autem cordi in tribus locis, scilicet in punctali extremitate, ubi ma

gis est chartilaginosa, propter defensionem illius partis à duricie ossium uicinorum: & in duabus auriculis similiter: quæ quidem auriculæ apparẽt extra, quasi duo additamenta carnium, per quarum inferiorem subintrat uena deportans sanguinem ab hepate ad nutrimentum cordis, & ad generationem spirituũ, & sanguinis uitalis. superiorem autem auriculam subintrat canna pulmonis, deportans aerem ad temperationẽ caloris innati: & ita leuioris, scilicet aeris meatus est superior. Cor autẽ habet tres distinctiones, siue folliculos, ad modum quarundã bursarum, in quarum parte suprema recipitur aer, in quarum infima recipitur sanguis, in quarum media quæ fouea appellatur, fit aeris & sanguinis cõmistio, & spirituũ generatio. Vnde ille locus in corde dicitur minera spirituum. Componitur autẽ cor ex omnibus generibus filorũ, scilicet lõgitudinalibus quibus attrahit, latitudinalibus quibus expellit, & trãsuersis utrorumq; quibus retinet. Vergit autẽ cor uersus sinistrum aliquantulum, ut det locũ hepati posito in dextra parte, ne duo tam calida membra in una parte corporis ponantur corpus calefacientia. Sunt autem duo subintrantia cor, uena concaua deferens sanguinem ad nutrimentũ cordis, & generationẽ spirituum, & canna pulmonis deferens aerem, ut ex ipso & aere generetur spiritus. Duo egrediuntur, sicut est uena arterialis, uel arteria uenalis. quæ sic appellatur, quia media est inter uenam & arteriã, quæ deferunt sanguinẽ calidum & subtilem ad nutrimentum pulmonis. Et propter hoc dicũt quidam ꝙ pulmo calidã & siccam habet complexionem, quia nutritur calido & sic. sanguine, scilicet cholerico: tamen ex accidenti frigidus est & humidus: unde dicitur proprium uas phlegmatis. humor enim distillat à cerebro ad pulmonẽ quasi pluuia, unde ex accidẽti abundat in eo phlegmatica humiditas. Ista autem uena unam tantũ habet tunicã, cũ omnes aliæ ad minus duas habeãt: et hanc mollem habet, & hoc multiplici ratione. una ratio est, quia intrat substãtiam pulmonis, quæ tenera est & mollis: & si uena esset crassa & dura, de facili posset siccari, & suscipere rimam, et fissurã, & pulmo per ipsam. Alia ratio est quia mollis est, ut sequatur motum pulmonis. quod non faceret si esset dura: & est ad modum iunci in aqua, qui ex sua mollicie & flexibilitate sequitur motum aquæ. Alia ratio est, quia uena nõ procedit per longam uiam, imò tantum per substantiam pulmonis. unde iacet super pulmonem sicut super culcitram. Vnde si sanguis uenam impleat, cum non habeat durũ & resistẽs, nõ læditur ex percussione. Alia uena egrediẽs à corde est illa quæ dicitur aorta, quæ defert sanguinẽ uitalẽ per totũ corpus: & habet duas tunicas, interiorẽ durã, & exteriorẽ mollem. durã propter subtiliorẽ sanguinẽ & penetrantẽ, ne ille extra resudaret. defert enim sanguinẽ pulsatilem ista. Exteriorem habet mollem, quia si haberet eam duram, cum iste sanguis pulsatilis impleret illam in-
A teriorem & ipsa exterior ex eius duricia repercuteretur & læderetur tunc: & propter hoc exterior mollis est, ut receptio ictus siue pulsus sit tãquam in molli. Ramificatur autem ista per totũ corpus: & eius rami interius superiacent uenis quietis, ut tanquã uolubile omnino sustẽtetur ab illis. Exterius uero iuxta superficiem corporis supponũtur eis, unde habeant ea quasi scuta & tegmenta. Et discernitur iste sanguis pulsatilis qui uitalis est ab ipso qui nutrimentalis est, quoniam hic saltando exit interpolate, alius continue & quiete.

De anatomia pulmonis.

Viuit cor cum suis dilatationibus & constrictionibus & quietib. intermedijs, cuius calor excellens, signum est audaciæ. superexcellens uero
B signum est maniæ. Non enim magnitudo cordis causa est audaciæ, neq; paruitas est causa timiditatis: quoniam lepus & ceruus magnum cor habẽt secundum mensuralem sibi proportionem, cum timidi sint. quędam similiter animalia paruum habent cor, sed calidũ, & propter hoc audacia sunt, sicut serpens tirus, mustella, &c. Et quoniã cordi necessaria fuit continua aeris attractio, ut in animalibus ambulabilibus, neque potuit attrahi ab extrinseco, tum propter loquelam & uociferationem siue cantum, tum propter corruptionem aeris exterius, necessarium fuit ut esset aliquod uas receptaculum aeris attracti interius, ut aer reseruaretur ad tempus, & rectificaretur à suis nociuis qualitatibus, quod quidem uas pulmo uocatur. Est
C igitur pulmo caro tenera & rara, ut recipiat aerẽ in magna quantitate. Vnde animalia quæ magnũ habent pulmonem & ualde rarum, multũ morantur sub aqua. quę paruum, parum morantur. hi enim frequenter inspirant & expirant: alij uero rarius. Habet autem pulmo magnam quãdam cannam, quæ superius terminatur ad epiglottidem, per quam attrahitur aer: quæ quidẽ canna ramificatur & dispergitur per multã substãtiam pulmonis: & iterũ ex opposita eius parte est canna quæ subintrat cor descendendo. Non autem mouetur pulmo per se & suo proprio motu, sed potius motu dilatationis in inspiratione, & constrictionis in respiratione, qui quidẽ motus à corde sunt, quoniã in sui cõpositione pulmo nõ habet neruum, à
D quo est motus cõmunis membro animalis. Exterius aũt inuoluitur quadã pellicula, quę fit ex neruo dilatato circa ipsum: & ex ista pellicula totum sensum habet in se. Et est pulmo in illa cõparatione ad alia ambulantia, in qua sunt branchię pisciũ ad ipsos pisces. Habet aũt pulmo v. distinctiões, pelliculas scilicet tres ex una sui parte, & ij. ex altera. ij. maiores & iij. minores, ut si forte lędatur in una uel ij. sui partibus, saluetur in alijs, quoniã si esset cõtinuatio in sui parte, lęsio unius partis per continuationem totale membrum læderet. Habet autẽ pulmo distinctiones ij. maximas, & quinque subdistinctiones paruas, quas pelliculas nuncupamus, ut si forte una earum læderetur & impediatur à suo effectu & actione, altera suppleat, neq;

neq; cesset ab officio suo. Tres autem illarũ pellicularũ magis uergũt uersus dextrã. quarũ una nõ mouetur sicut cæteræ, sed tantũ ad hoc est ut per eam trãscat uena cõcaua, quæ ab hepate dirigitur ad ipsum cor, et illa uena est quasi lectus in quo iacet. Duæ uero pelliculæ magis uergũt uersus sinistrum, cuius dictionis hæc est ratio: quia iij. pelliculæ à dextris sunt, ut una illarũ sit uicinior uenæ concauæ quam uestit. Alia ratio est, ut exeuntes ex æquo ij. panniculi ex parte cordis, cũ ipso cor deteneant sinistrã partem pectoris. Et iij. pelliculæ ex parte hepatis tenebunt dextram partẽ pectoris ex æquo, ne aliqua pars pectoris relinquatur uacua magis quàm alia. Tibia autẽ pulmonis instar stipitis habentis multas radices ramificatur secundum substantiam pulmonis, qui quidem rami per totum pulmonem diffunduntur ita, quod eorum capita siue orificia extrinsece sunt aperta, neq; aliquo tempore clauduntur, sed sugunt continue & attrahunt superfluitates pectoralium, descendẽtes à capite ad loca inferiora pectoris. Neque solum per illos ramos cannæ pulmonis attrahuntur superfluitates cordis, sed etiam superfluitates à capite descendentes. Est autem pellicula quædã diuidens suos thoraces à se inuicem, transiens per maiorem diuisionẽ pulmonis, quasi distinguens eum in duas medietates, alligatas cum spinis dorsi posterius, anterius uero pectori. cuius causa finalis prohibet ne transeat aliquod læsiuum ab uno thorace ad alium, si lædatur uel patiatur prius quàm alius. Canna autẽ pulmonis superius componitur ex annulis quibusdam perfectis. inferius autẽ ex annulis imperfectis: quanto enim magis ascẽdit canna, tãto perfectiores sunt circuli, ita ꝙ in ascẽsu decrescũt, donec perueniat ad perfectionẽ. Gibbositas autẽ ipsorũ annulorũ uergit exterius, & efficit gutturis tumorẽ. uersus autẽ interiorem partem ubi deficiunt circuli, est quædam pellicula fortis & spissa quæ supplet officium circulorũ. Quãdo autem cibus recipitur in gulã, illa pellicula cedit ipsi & reflectitur interius hora deglutionis, ne impediat illam, sicut impediret, si esset chartilago interius, sicut exterius. Superioris autẽ partis illius cannæ, & exterioris illius duplex est iuuamentũ. unum, ut inspiratio & expiratio fiat per ipsum, aliud, ut sit primũ instrumentũ formationis uocis, & ita fiat instrumẽtum uirtutis uoluntarie mobilis. Et est simile de pellicula cooperiente cerebrũ, cuius duplex est iuuamentum. Vnum, ut coniungat uenas & neruos et arterias exeuntes à cerebro, aliud ut tegat & inuoluat cerebrum ne lædatur & dissipetur, cum sit tenerę substantię. Expiratur ergo superfluitas aerea, quæ perueniens ad guttur format uocem. Natura ergo format sibi superfluitates, & adaptat ad quædam sui iuuamẽta, scilicet squamas in piscibus, & pilos in corpore. Componitur autem guttur ex tribus frustulis ad formandã uocem secundũ plures sui differentias, scilicet gracilem, & crassam, & ita de alijs. quoniã ad diuersos motus

A & contrarios alicuius mẽbri, necessaria sunt plura frustula alicuius membri, sicut patet in digitis, qui ad uarios motus aptantur: quorũ primum frustulum est quædã chartilago composita ad modũ aliarum cannarũ ambarum. Interius circulus est imperfectus, ad modũ peltæ, cuius gibbositas extra apparet in gutture. Eius uero defectus est uersus gulam. unde chartilago peltalis uocatur. Cuius quodãmodo supplet defectum quædã chartilago supposita isti inferius, similiter circulum faciens imperfectum: sed contrario modo se habet peltali, quia eius gibbositas interius est uersus gulam, defectus uero exterius uersus guttur est. Et ita se habet hæc chartilago, ꝙ oritur seu collocatur super inferiorẽ chartilaginem. cuius opus est

B ne impediat deglutionem, quando gula dilatatur uersus ipsam. hæc autẽ chartilago cymbalaris & coopertoria uocatur. Et est alia chartilago quę appellatur nomen non habens, cum modo collocetur uersus partem exteriorem, modo uersus interiorem, quando opus fuerit: quia eius iuuamentum est, ut quando deglutitur cibus in gulam interim tegat os tracheæ. & iterũ cum formetur uox in gutture, interim tegat os gulæ. Si autẽ accidat quod loquatur deglutiens aliquid, remouetur id operculum, & aperitur os tracheæ: & quãdo subintrat mica panis per tracheam, tunc natura per fortem tussim conatur expellere illam. Chartilago autem nomen non habens duo habet additamenta hæc illa quæ subintrant illud coopercuIũ,

C siue cymbalarem chartilaginem, & tenẽt ipsam in debito loco & positione. In formatione autem uocis, quanto magis eleuatur peltalis & cymbalaris, tanto magis gracilescit uox, & trachea arteria tanto magis elongatur & arctatur. quando uero illæ chartilagines deprimuntur, uox crassescit, & trachea dilatatur intus magis.

De anatomia diaphragmatis.

Diaphragma est quædã pellicula diuidẽs regionem uitalium à regione nutritiuorũ. unde dicitur diaphragma quasi duo frangens. Cuius compositio est ex neruis & ligamẽtis. Habet autẽ illud iuuamentũ, scilicet ut sit primũ principiũ motus inspirationis & expirationis. motu enim diaphragmatis mouetur pulmo: pulmo autẽ non mouetur

D ex se uel per se, cũ non habeat neruũ in se. Alligatur aũt diaphragma spinę dorsi retro, & anterius pectori. Et annexum est circũquaq; corpus corpori per circuitũ, per musculos autẽ habet motũ circularem. Cũ autẽ motus dilatationis in circulo, à medio puncto incipi[illegible] & terminetur in extremitatibus, & motus cõstrictionis incipiat ab extremitatibus & terminetur in medio, necesse fuit ut principiũ motus diaphragmatis esset in medio illius. Descendit ergo à sexto pari neruorũ quidam neruus directe & perpendiculariter per medium punctum ipsius diaphragmatis, præstans & sensum & motum, qui postea ramificatur & diffunditur per totum diaphragma. Præterea ueniunt alij duo nerui à quinto & quarto pari neruorum ab

ipsa spinali medulla & spondylis, ferentes prædicto neruo principiũ: qui quidẽ ut adhæreat uestitur carne, ut in suo defectu subintret pelliculã illã quę est diuidens duos thoraces, facientes duas distinctiones pectoris. & quodammodo uestitur & adhæret donec perueniat ad diaphragma. Contingit autem quòd diaphragma quandoque apostematur, & impeditur à suo motu, & tunc iuuatur à quibusdam musculis lateraliter ei uenientibus, qui sunt 84. testante Gal. & etiam iuuatur à folijs narium per uehemẽtem inspirationem & expirationem.

De anatomia cerebri.

A Et cerebrum diuiditur in tres substantias, in uelarem, medullarem, & uentres plenos spirituum, qui sunt principia neruorum à cerebro orientiũ. B Cerebrum autem est frigidum & humidum, frigidum uero ne inflammetur uapore fumorũ ascendentiũ à stomacho, & ne inflammetur motu neruorum sensibilium, uel per operatiões sensibiles, ut imaginationes & cogitationes, & ut temperet sua frigiditate spiritus uitales calidos ascendẽtes. Molle & humidum est, ut de facili suscipiat impresṡiones sensibiles, & ut posṡit esse nutrimentũ neruorũ, qui à principio sui molles sunt, & gradatim & succesṡiue indurantur. Item leues sunt nerui, rari, & flexuosi. leues, ut suscipiant spiritus. rari ut præstarent ei facilem motum, & directum, et uelocem. flexuosi, ut deseruiant mẽbris ad regendum se faciliter uersus quamlibet partẽ. Item cerebrum in anteriori sui parte est mollius & humidius, propter neruos sensibiles inde orientes, qui molliores habẽt esse quàm nerui motiui. In posteriori sui parte durius est, propter neruos motiuos inde orientes, qui duriores habẽt esse quàm nerui sensibiles, & propter illam partem in qua est thesaurus memoriæ & repositio formarum. Cerebrum autem secũdum latitudinem diuisum est in duas partes, ut hoc membrũ unum sit, sicut & cætera mẽbra bina, ut si forte læditur una eius pars, altera seruetur illæsa. Descendit autem posterior pars cerebri cum suis uelaminibus in concauitatem spinæ, & ex illa parte oriũtur nerui, ex utraq; parte lateraliter atque ad ambas partes corporis uicinas tendunt.

De anatomia neruorũ à spinali medulla orientiũ.

A spinali medulla xxx. paria neruorum oriuntur, & unus neruus qui caret pari. quorum vij. à spondylis colli oriuntur: alia uero vij. à superiorum costarum spondylis oriuntur, quæ in rectitudine pectoris sita sunt. Alia uero quinq; quę sunt post ipsa ab inferioribus costarum spondylis nascuntur. Oriuntur & alia quinq; à quinq; spondylis renũ. Ab osse uero quod renibus supponitur oriuntur alia tria. post quæ alia tria ab osse caudæ nascuntur. A caudæ autem summitate neruus carens pari oritur. Primi paris egresṡio est à duobus spondyli primi foraminibus, quod in capitis solũ musculis spargitur, & est paruum & minutũ. quoniam melius uidetur, cum locus à quo egreditur sit angustus. Par secundum à foramine quod est inter primum spondylum & secundum oritur. cuius maior pars transuersa ad cutem capitis ascendit, dans ei motum. Et quod primum minus facit propter sui paruitatem, consequens ipsum complete emendat. musculoq; colli & maxillarũ coniungitur, dans ei motum. Par tertium exiens à foramine inter secundum & tertiũ spondylum, statim in duo diuiditur ex utraq; parte, quarum una musculis qui maxillas mouẽt transmittitur: & est quando musculis miscetur temporum, & cũ musculis aurium in bestijs, & quandoq; in hominibus. alia uero pars ipsius per musculos dispergitur qui inter utrasq; locantur scapulas. Par uero quartum inter tertium & quartum spondylũ exoritur, & partitur in duo sicut præcedens: sed pars ipsius ascendens est parua. & quidam dixerunt iam quòd ab ea penetrant rami sicut araneæ tela extensa super uenam, donec ad diaphragma perueniat, separãs super duo latera diaphragmatis, & pectus in duo media partiendo incedens: sed eius pars minor ad superiora reflectitur, & in fundo musculorum profundatur, donec ad suprema uadat. & musculis mandat ramos quin inter caput & collum sunt communes: et dixerunt quidã quòd ab eo ad dorsum descẽdit ramus. Quintum uero par inter iiij. & v. egressum in tres diuiditur partes: & est unus ramus, & est minor pars perueniens ad musculos qui caput anterius peruertunt, & ad alios musculos qui capiti sunt com- C munes & collo: & alter ramus ad musculos scapularum dirigitur, & miscetur, & ad medium penetrat diaphragmatis. Par uero sextum, septimum, & octauum, ab alijs secundum ordinem egreditur foraminibus. Sed octaui egresṡio est à foramine communi inter finem spondylorum colli & primum spondylum dorsi: & eorum rami uehementi miscentur mistura. secundum plurimum eius ad scapulæ peruenit superficiem. & pars eius maior, quæ est ex iiij. & minori parte quæ est ex iij. peruenit ad diaphragma. & plurimum septem peruenit in adiutorium: licet sint quidam qui ex ipsis ramis ad musculos capitis & colli & dorsi cum ramis quinti associati uadant ad diaphragma: sed tamen ille qui est ex quinto ad partem ma- D nus tendit, & nõ transit scapulam. Sexti uero paris quidam ad musculos scapularum diriguntur, & alij mouẽt adiutorium, alij uero à superioribus partibus dant sensum adiutorio, alij mouent brachium, alij per cutem adiutorij. Septimi uero paris quidam mandantur musculis qui sunt in adiutorio, qui sparguntur dantes eis sensum. Octaui uero paris partes quędã per cutem hanc quidem partiuntur, dantes eis sensum: alij uero ad musculos brachij tendunt motũ manibus præstãtes. Primum autem par ex paribus membrorum pectoris egreditur inter i. & ij. spondylum pectoris, quod in duas duiditur partes. quæ autem maior est, in omnibus musculis spargitur costarum, & in musculis dorsi super primas costas extensum

procedit,& viij. neruorum colli obuiat, & simili- A ter ad manus protẽditur,donec ad digitos & palmam perueniat & manũ, & segregatur per eam, dans ei motum uel sensum.Par uero secundum, à foramine egreditur quod prædictum sequitur foramen,cuius pars ad adiutorij tẽdit superficiem, dans ei sensum. & ipsius residuum cum alijs partibus quæ remanserũt,aggregantur,& ad musculos scapulæ qui super eam positi sunt ascendũt,ipsius mouentes iuncturã.& ad musculos perueniunt dorsi,qui ex istis neruis spõdylorum pectoris oriuntur.& ramus qui ad scapulam non protenditur,ad musculos dorsi uadit,et ad musculos qui sunt inter costas primas in posterioribus pectoris positas.Qui uero ex spondylis secundarũ nascun tur costarum,ad musculos ueniunt,qui sunt inter B costas & ramos,cum istorum neruorũ ramis. Prę terea à ramis neruorũ arteriæ & uenæ aperte currunt,& spinalẽ medullam ingrediuntur per loca unde ipsi egrediuntur.Nerui exeuntes à duobus spondylis pectoris in hoc cõmunicant, ꝙ pars eorum ad musculos dorsi peruenit,et pars ad musculos uentris,& ad musculos qui sunt in dorso pressi.tertia autem superior cum neruis miscet̃ qui à cerebro sunt descẽdentes,& non alia. Et duo paria inferiora ad partes crurium multos transmittunt ramos,cum quibus ramus tertię partis,& ramus nerui primi,ossibus alchatim miscentur.Sed isti duo rami coxæ non pertranseunt iuncturam, sed in ipsius sparguntur musculis, & ita eos pertranseunt incedendo ad crura.Neruorum autem C crurĩũ & pedum forma,à neruis manuum & pedum separatur in eo,quod non iungũtur,& inclinant submersi ad cerebrũ.Non est autẽ forma cõtinuitatis adiutorij cũ scapula,sicut forma cõtinuitatis femoris cum coxa,neqꝫ extremitates cũ origine suorũ neruorum. Et isti quidẽ nerui ex parte cruris,diuersis tendũt modis.sunt enim ex eis qui occultant̃,sunt qui manifestant̃,sunt qui submergunt̃ sub musculis cooperti.Et quia musculi qui ex parte femoris oriunt̃,neruos ad utrosqꝫ pedes nõ habuerunt à posteriorib.partibus, neqꝫ ab occulto femorũ,propterea ibi musculi multi et uenę factæ fuerunt,ut pars neruorũ quæ est in pectine, curreret & penetraret in foramine quod ad testiculos descẽdit,donec ad musculos uadat femoris, D & descẽdat ad musculos poplitis. primũ autẽ par ex neruis sequentiũ spõdylorũ commiscet̃ cũ neruis antecedẽtibus,sicut diximus. Alia uero paria, et unũ par quod ab extremitate orit̃ caudę,musculis spargunt̃ sphincteris, & ipsius uirgę, & musculo uesicę,& matricis,& in pãniculis uentris,& in partibus domesticis superioribus ossis femoris, & in musculis qui nascũtur ab ossibus alchatim.

De anatomia uenæ concauæ.

Vena uentrem habens ad cor, quãdo uenit in rectitudinem diaphragmatis, transmittit ramos ad ipsum nutriendũ.quę postea perforat diaphragma,per cuius foramen uenæ subtiles ab eis disgregatæ panniculo qui pectus in duas diuidit partes,& cordis capsulæ,atqꝫ glandulæ quæ à medicis uocatur mina, continuantur, & per prædicta spargũtur membra.Postea uero quidam magnus ramus ab eis separatur,qui uni duarũ cordis auricularum,dextræ scilicet continuatur, & diuiditur in tres partes,quarum maior dextram cordis aurem intrat,secunda cordis superficiem exteriorem circuit.tertia uero ad inferiora ramos transmittit. & postea ꝓcedit ascẽdendo, & retorquet ad furculas.Et transmittit à se ramos ad nutritionem omniũ partium uicinarum interiorum & exteriorum.Quando autẽ ramificatur ex utraqꝫ parte,& uenit in rectitudine axillarũ, ramus quidam magnus exterius ab ea egreditur,et ad locum qui est in alis axillæ protenditur,quæ basilica appellatur.Sed etiã prior quę relinquitur circa furculas, quę est stipes huius basilicæ,in duas diuiditur partes:quarum una ad dextram,altera ad sinistrã tendit.Et iterum utraqꝫ istarum subdiuiditur, quarũ una diuisio humero superposita ad manum tẽdit, & uocatur cephalica.Alia uero diuisio utrinqꝫ in duas diuiditur partes,quarum una per interiores partes colli ascẽdit quousqꝫ cranium intret,& partes membrorũ cerebri,& suorũ panniculorum ibidem irrigat.Et in transitu eius per collum usqꝫ ad cerebrũ diuiduntur ab eo rami subtiles,qui membra in collo humectant. & hæc uena gaudet cholera.Alia uero manifesta ascendit,quousqꝫ per faciem,oculos,caput,& nares diuiditur, ut omnia membra nutriat,quæ ideo manifesta uocat̃. A uena autem humerali,dum per cubitum transit, rami quidam subtiles separantur,à quibus ea quę in adiutorio exterius manifesta sunt irrigãtur.Similiter sub uena axillarũ aggregantur rami subtiles, qui rami adiutorij musculos nutriunt. Et quando humeralis uena & axillaris prope cubiti iuncturã ueniunt,duę partes ab eis separantur,una scilicet ab axillari,alia ab humerali: & coniuncti descendunt quousqꝫ ex eis una fiat uena, quæ purpurea uocatur.Alia uero humeralis pars protendit̃ secundum diuersas adiutorij partes,& super arundine altera transit:& uocatur funis brachij. Axillaris uero pars altera quæ una est ex inferioribus partibus brachij, quę est in profundo, usqueadeo protenditur, quousque ad caput inferioris arundinis perueniat,& fit ex ramis suis uena una, quę est inter mediũ & auricularem,quæ saluatella appellatur.Pars autẽ quę ad corporis inferiora descendit,super spondylos costarum transit,descendendoqꝫ inferius porrigit̃.à qua egrediũtur rami qui uadunt ad renum fascias,& suorum panniculorum,& ad membra quæ ex eis disponuntur,& ea nutriunt. A qua postea duo rami magni separantur,qui renum intrant cõcauitates. post quos reperiũtur duo alij qui ad testiculos uadunt. Deinceps ab eodem in rectitudinem cuiusque spondyli duo alij separantur, qui ad utraque procedentes membra quæ circa ipsa sunt, uel quę sunt occulta,ut uulua,uesica:uel manifesta, sicut uenter , ilia humectant , quæ quando ad ultimum

uenerit ſpondylum, in duas ſeparatur. quarum u-
na ad dextrum pedem, & alia ad ſiniſtrum uadit.
Et ab his ſegregãtur partes quæ femorum muſcu
los nutriunt. quarum quædam ſunt occultæ, à qui
bus occulti nutriuntur muſculi, quędam manife-
ſtæ, quæ manifeſtos humectãt muſculos. Quæ ite
rum quando peruenerit ad genu, in tres diuiditur
partes. quarum una per molam trãſit, cuius rami,
omnes cruris muſculos nutriũt qui interius & ex-
terius inueniunt̃. Alia uero ad partẽ cruris dome
ſticam tendit, quę ſimiliter occultat̃ uſq; adeo tali
ter, donec partẽ ſuper malleolum interiorẽ operi-
re incipiat. & tunc ex ea, quæ ſaphena uocatur fit
uena. Pars uero tertia ad partẽ cruris ſylueſtrem
tendit, quę ſimiliter occultat̃ quouſq; ad malleolũ
ueniat exteriorẽ, quæ dicit̃ iſchiadica. Ab utraq;
autem iſtarũ, quando ad pedem perueniũt, ſepa-
rantur partes quæ per pedem ſpargũtur. quarum
illæ quæ in partibus digitorũ ſunt, et ſi ab eo repe
riantur, uenæ iſchiadicæ ſunt partes.

De anatomia uenarum manus.

Venę autẽ manus quæ phlebotomantur ſunt
quinq;, nigra ſiue purpurea, baſilica, funis brachij,
& axillaris, quæ eſt ramus baſilicæ, & ſceilem, &
cephalica, quę omnib. maior eſt. Baſilica uero ma
gni timoris eſt, propterea quod arteria cadit ſub
ea. & neruus et muſculus etiã ſub ea cadunt. In ba
ſilica quoq; phlebotomanda quanto plus ad bra-
chium deſcenderis, erit ſanius. Propterea ſcien-
dum quod baſilica axillaris & cephalica ſuper iũ
cturam phlebotomię approprianẽ, & non ſub ea,
neq; in ea: ut ſanguis bene ſaliat, & ſit ſecuritas à
nocumentis neruorũ & arteriarum. Cephalica ue
ro quod eſt ex collo ſupra ipſum partim, & par-
tim ſub ipſo euacuat, et terminũ partis hepatis nõ
pertrãſit, neq; hypochondriorũ. Baſilica uero eua
cuat partes pectoris, & quod eſt à parte uentris in
ferius. Nigræ uero iudicium inter cephalicam &
baſilicam mediũ eſt. Funis uero brachij ſimilis eſt
cephalicę. Sceilẽ ſiue ſaluatella quidẽ quæ in dex-
tra, doloribus hepatis confert, & quæ in ſiniſtra,
doloribus ſplenis, Et quod ſanguis phlebotomiæ
dimittatur donec per ſe reſtringit̃. Manus quoq;
illius qui phlebotomatur, in aqua calida ponitur,
ne cito ſanguis reſtringat̃. Sed arteria manus quę
phlebotomatur, eſt arteria quæ inter pollicem &
indicem exiſtit. Eius iuuamentũ in antiquis dolo
ribus hepatis et diaphragmatis eſt mirabile. Gale
nus hoc uidit ſomnians, & expertus eſt poſtea. Et
ex uenis pedũ quę phlebotomant̃ una eſt iſchiadi
ca, & eſt à parte ſylueſtri calcanei. eſt alia ſub eo,
aut ſupra ipſum. Et ligatur in faſcia, & inuoluitur
quod eſt ſupra ipſum in ſummitate coxæ uſq; ad
calcaneũ fortiter. Et melius quidem eſt ut balneet̃
ante. Et ſi ipſa fuerit occulta, aliquis ſuorũ phlebo
tomet̃ ramorũ, qui inter minimum & ſecundum
exiſtit. Et iuuamentũ phlebotomiæ iſchiadicę ma
gnũ eſt in dolore ſcię, & podagrę, & in uarice, &
elephãtiaſi. Et ſaphena quę eſt uerſus inferiorem
partẽ pedis, manifeſtior eſt ꝙ iſchiadica quę phle

A botomatur ad euacuationem ſanguinis ex mem-
bris ſub hepate, & ut ſanguis à ſuperioribus ad in
feriora declinet. quare menſtrua prouocat, & hę-
morrhoidum orificia aperit. Et ſuper calcaneum
retro eſt uena, quę eſt ſaphenę ramus, & operatur
quantũ ipſa. Et ad ſummum phlebotomia uenarũ
pedum cõfert ægritudinibus quę fiũt ex materie-
bus ad caput declinantibus, & ęgritudinibus ma
tricis. & magis debilitat ꝙ phlebotomia uenarũ
manus. In uenis capitis quę phlebotomãtur, quę-
dam ſunt quietę, quędam pulſatiles. Quietę ſunt
uena frontis quę inter duo exiſtit ſupercilia. cuius
phlebotomia confert grauitati capitis, & proprie
illi quę eſt in poſteriori parte, & grauitati oculo-
rum, & dolori capitis. Super cornu capitis phle-
B botomatur propter hemicraniam, & ulcera capi-
tis. Et duę uenę temporum quę flexuoſę incedũt.
Et duę uenę quę ſunt in angulis oculorum lachry
malibus nõ apparent multum niſi propter cõſtri-
ctionem ſuffocantẽ. Et in ipſis non eſt profundan
dus phlebotomus, quoniam forte fieret fiſtulę. &
non egredit̃ ſanguis niſi paucus. Iuuamentũ phle-
botomię harum exiſtit in dolore capitis, & hemi-
crania, & ophthalmia antiqua, & lachrymis, &
pãno, & ſcabie palpebrarum, & nyctalopibus. Et
ſunt tres uenę, quarũ locus eſt poſt locũ ubi extre
mitas auris tangit quãdo prouenit ad capillos. &
una earum eſt magis manifeſta, quę phlebotoma-
tur in principio aquę. et quãdo caput ſtomachi fu
mum recipit. & poſt hoc cõfert ulceribus cruriũ,
C & colli, et poſteriorũ capitis. Et ex iſtis ſunt duę iu
gulares. & minuũtur in principio lepræ, & fortis
anginę, & anguſtatione anhelitus, & in aſthmate
acuto, & in raucedine uocis, & in apoſtemate pul
monis, & in ſpirãdi difficultate quę ex multo ſan-
guine fit calido, & ęgritudinib. ſplenis & laterũ.
Modus ligãdi eas eſt, ꝙ oportet trahere caput ad
contrarium partis phlebotomię, ut uena extenda
tur ſicut chorda. Et ex eis ſunt uenę labiorum, ſci-
licet quatuor. ſuper unumquodq; exiſtit par, quę
conferũt ulceribus oris, & puſtulis, & doloribus
gingiuarũ, & earum apoſtematibus, & earum la
xitati, & ulceribus, & fiſtulis, et ſciſſuris, quę ſunt
in eis. Et ex eis eſt uena quę eſt ſub lingua. & pro-
pter grauitatẽ linguę, quę eſt ex ſanguine, minui-
D tur. Et ex eis eſt uena, & eſt inter mentũ & labium
inferius, quę phlebotomatur propter oris fœtorẽ.
Et ex eis eſt uena furculę, quę phlebotomatur in
mordicationibus oris ſtomachi. Et ex uenis quę
phlebotomantur in corpore, ſunt duę uenę ſupra
uentrem, quarũ una ſupra hepar, altera ſupra ſple
nem. & phlebotomatur dextra in hydrope, et ſini
ſtra in ęgritudinibus ſplenis. Ex arterijs uero quę
ſunt in capite, eſt arteria temporis, quę quandoq;
phlebotomatur, quandoq; inciditur, quandoque
extrahitur, quandoq; aduritur. & hoc fit, ut rheu-
matiſmi ſubtiles conſtringãtur, qui ad oculos de-
ſcendunt. Et duę arterię quę ſunt poſt aures. quę
phlebotomantur propter ſpecies ophthalmię, &
principium aquę, & pannos, & nyctalopas, & an
tiquum

tiquum dolorem hepatis. In earum tamē phlebotomia semper existit timor, & tardat̄ cōsolidatio.

De anatomia membrorum consimilium.

Omnis operatio ab anima procedēs, ut melius in actū procedat, in corporibus nostris perficitur. Instrumentorum autē corporalium alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia sunt, quorū quancunque partem sumpseris, sensibilem communitatem habet cum corpore & diffinitionem. Composita uero sunt illa, quæ non &c. Sed quoniā simplicia sunt in compositis, & non conuertitur, de his prius dicendum.

De ossibus.

Inter simplicia primum est os, quod est fundamentū totius corporis, & erectio & sustentamentum motus & sensus. Quædā ossa specialia habēt iuuamenta. Quoddā enim propter fundamētum est, ut os spinæ, siue ossa spōdylorū. quædā ut sint sustentamentū sensus & motus, ut sunt ossa pedū, tibiarū, & cruriū. quoddam ad tuendū, ut os cranij, nimirum ad tuendum cerebrum ab extrinseco nocumento. quoddā ad replendū, ut os quod supra spondylum excrescit quasi additamentū. & hęc ossa sesamina uel simenia dicuntur. huiusmodi ossa maxime reperiunt̄ piscium, scilicet qui nō habent medullam transeuntē per mediū spondylorum. quare parū apparent huiusmodi ossa in eis.

De chartilagine.

Est aūt chartilago membrū mediocre in natura inter os & carnē. est enim mollior osse, durior carne, & est propter hoc in animali, ut sit diuisiuū ossis à carne, ne nimis durū coniungat̄ cū molli immediate. Propterea uero caro quādo uulnerat̄ & quassatur ab extrinseco, magis lęditur ab intrinseco osse propter sui duritiem. Quædam tamē chartilagines specialia habēt iuuamēta. unde quædam posita est in animali, ut sit iuuamentum extremitatum bucellarum ingredientium uacuitates alterius ossis, & concauitatem eiusdem. quoniam inter illa minor læsio est, quàm si durum supra durū fricaretur in motu. quædam posita est in extremitate scapularum & humerorū, ut in hora percussionis minor fiat læsio. quędam ad defensaculum nocumēti extrinsecus aduenientis, ut chartilago ante os stomachi posita quasi ensis protēsa. quędam est suscipiens & retinens musculos à remotis partibus ueniētes, & dicitur chartilago epiglottalis. quædam ut sit suspēsorium carnium inferiorum, quæ ponitur in extremitatibus costarum inferiorum & perfectarum.

De neruo.

Neruus est membrū mediocre in duritia, dilatabile & extēsibile, solutionem continuitatis non de facili recipiēs siue rupturam, sustentaculū motus & sensus ad uniuersa corporis membra.

De chorda.

Chorda est membrum ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordæ arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, et relaxata relaxatur,

A sic musculo relaxato chorda impellitur à musculo & relaxatur, quare membrum extenditur. musculo uero contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De ligamento.

Ligamentum est membrum insensibile, ortum habēs ab extremitate ossis, insensibile per se, sensibile tamen per accidens, quoniam per musculū. Et est duplicis iuuamenti in corpore. unum est, ut ipso medio iungatur os cum neruo. aliud est, ut cū neruo iungatur ad hoc, ut fortis sit, cum subtilis sit in eius ortu, à cerebro scilicet uel à spinali medulla alba, & cum multiplicem suscipiat decisionem in eius processu.

De musculo.

B Musculus est membrum ex neruis, ligamētis, & carne, ligamentorum & neruorū interstitia replens, cōpositum, ut ipso tracto, uel dilatato secūdum sui partes, sequat̄ extēsio uel incuruatio mēbri mediante chorda. Et est musculus idem quod lacertus, quasi laceratus, id est diuisus secundū diuersas sui partes. Tendo autē nō est ligamentū ut quidam existimāt, sed est idem quod chorda.

De arteria.

Arteria est membrū, ortū habens à corde, concauum existens, ut per eius concauitatē cōcurrat spiritus uitalis ad omnes partes corporis.

De uena.

Vena est membrum ortum habens ab hepate secundum Gal. concauū existens, ut per eius con
C cauitatē sanguis nutrimētalis transmittat̄ ad omnes partes corporis.

De panniculo.

Panniculus propter multam necessitatē in corpore creatus est. Quidam enim continet membrū in sua forma debita & positione, ut pāniculus inuoluēs cerebrū. ipsum enim est molle, similiter inuoluens intestina. Quidam est diuidens nutritiua à spiritualibus, ut diaphragma. Quidam est cooperiens intrinsecam costarum superficiem. Quidam est sensificās, & tales sunt qui pulmonis, hepatis, splenis, renum habentur. unde in profunditate substantiæ eorum non sensificatur homo extrinsecus, nisi secundum duos panniculos: Præterea renes mediante suo panniculo suspendun
D tur in fine dorsi.

De medulla ossium.

Medullam quidam existimāt esse membrū, cū mihi dubium sit. Mollis est in substantia unctuosa, quoniam mediante eius uirtute sustentatur.

De carne.

Caro est propter hoc, ut repleat† interstitia neruorum & ligamentorū, uenarū & arteriarum. †al. intrinseca

De humore.

Est humor membrum molle, ad suscipiendum impressionem de facili. Ex his ergo potest elici, quod membrorum simplicium quædam sunt dura ut ossa, quædam mollia ut humor, quędam media inter mollitiem et duritiem ut media, quędam magis accedentia ad duritiem, quędam magis ad

mollitiem. Item quod omnium membrorũ ſimplicium ſiue cõſimilium cauſa materialis eſt ſperma, præter quàm carnis, & adipis ſiue pinguedinis. Adipis enim cauſa materialis eſt unctuoſitas ſanguinis. frigiditas & humiditas efficiens. & remotio à partibus à principio caloris, ſcilicet à corde. Eſt poſitio eius localis, ſcilicet circa partes uẽtris & renes. Carnis uero, purior pars ſanguinis eſt cauſa materialis. efficiens, calor & ſiccitas, uillorum à ſe deciſione, uenarũ & arteriarũ interſtitia ſecũdum ſui poſitionem debitam adimplens. Item carnis diuerſæ ſunt ſpecies. quædã enim dura, ut caro cordis. quædam mollis, ut caro pulmonis. quædam mediocris, ut caro hepatis. Item carnes differunt ſecundũ colorem. quædam enim nigra, ut caro ſplenis. quædã alba, ut caro glandis, teſticulorum. quædam albior, ut caro uberũ. quędam purpurea, ut caro hepatis, quædam rubra, ut caro communis. quædam rubicunda, ut caro cordis. quædam flammeola, ut caro pulmonis. quædam crocea, ut caro maxillarum. De ſpermate autem dubitat̃ utrũ ſit materia prædictorũ, ut dictũ eſt, propter diuerſas opiniones Ariſt. & Gal. Secundũ Ariſt. ſperma uiri coagulo cõparatur: ſperma autẽ mulieris lacti. Quare in ſpermate uiri eſt uirtus coagulationis actiue, in ſpermate muliebris coagulationis paſsiue. Secundũ Gal. utriuſq; ſperma coaguli eſt materia. ſed uirile fortius, muliebre debilius. Itẽ pars ſpermatis trãſit ad glanduloſam carnẽ in oſcheũ depoſita, ſimilis ex ſimili producta, ad ſimilitudinẽ partis paſtæ depoſitę quaſi fermentũ alterius. Item glandularum quædam poſita eſt in radice linguæ, humiditatis collectiua: unde hauritoriũ ſaliuæ dicitur. quædam in locis iuncturalibus, ſimiliter humiditatis collectiua, ut ſub axillis et in inguinibus. Item quędam carnes ſunt uilloſæ. quædam carẽt uillis, ut caro pulmonis, hepatis, ſplenis, renũ. Villoſę, ut muſculi quibus deferunt̃ ſenſus & motus per diuerſa corporis membra. Membrorũ autẽ uillos habentiũ quædam habent uillos lõgitudinales, & hi ſunt attractiui. quędam latitudinales, & hi ſunt uilli expulſiui. quędã uero tranſuerſales, & hi ſunt retẽtiui. Quoddam autẽ membrũ magis habet de uillis longitudinalibus & latitudinalibus, ut gula, quoddã magis de trãſuerſis & latitudinalibus, ut ſtomachus. quoddam magis de latitudinalib. q̃ de alijs, ut inteſtina. Item membrorũ uillos habẽtium quędam habent unam tunicam tantum, ut ueſica, quia huiuſmodi ratione mollis ſubſtantiæ cõtentiuæ. quędã duas, ut arteriæ, ſtomachus, & inteſtina. & hoc ne fiat fiſſura in his qua exiret ſanguis. quoniã nimia relaxatione, ipſius exhalarẽt ſpiritus. & ad impedimentũ utriuſq; operationis, propter diuerſas operationes deſcẽdentes à diuerſis principijs diuerſarum compoſitionũ. Item inter omnia corporis membra, ſeptem ſunt membra regalia & famoſa, multam ſublimitatẽ habentia ſecundum ſeptẽ orbes planetarũ, & eorũ contra diſtincta, quæ membra ſunt minerę ſpirituum animę & intelligentię.

A ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & ſtomachus. Reliqua minus principalia, ſcilicet renes, ueſica, teſticuli. Secũdum uero quoſdam, quatuor ſunt principalia tantum, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & teſticuli. ſecundum quoſdam uero, tria ſunt principalia, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & teſticuli nõ, eo quod non faciunt ad eſſe indiuidui, ſed ad eſſe ſpeciei. ſecundum alios duo tantum, ſcilicet principium ſenſus & motus ſcilicet cerebrum, principium uitæ ſcilicet cor. ſecundum Ariſt. uero unũ tantum, ſcilicet principiũ uitæ, id eſt cor. Vnde uidendum eſt quæ ſit eius ſubſtantia, quæ compoſitio, quæ cõplexio, quę forma, quis ſitus, qualis ſit eius motus. Subſtãtia uero eius eſt caro craſſa, dura, & ſolida, unde ratione ſoliditatis ponderoſa. ꝙ B ſit dura probo. Caro eius melancholiæ eſt generatiua. Item ſi cor diſtemperetur, reducetur ad tęmperantiam cum lapidibus, ſcilicet corallis, margaritis, hyacinthis, & ſimilibus duram ſubſtantiã habentibus. quare non eſt aliqua pars humani corporis, ſub æquali proportione ad ipſum, quæ ita pendeat ſicut cor. Eſt frigidæ cõplexionis de ſubſtantia. et hoc ſecũdum Ariſt. ſecũdum uero Gal. eſt de calida & ſicca complexione, eo quod continet in ſe calorem totius corporis, ſcilicet materiã caloris, ſcilicet ſanguinẽ & ſpiritũ uitalem, quos per uniuerſa corporis membra exufflat. quare ratione continentiæ & influentiæ ſecũdum Gal. dicitur calidæ & ſiccæ complexionis. Complexionem habet cor ex diuerſis ſubſtantijs, aliorũ mem- C brorum ſubſtantijs ſimilibus, ſcilicet ex carne dura ut prędictum eſt, & chartilagine extrinſecus in radice eius exiſtente, quæ nõ multum differt à natura oſsis, & panniculis fortibus & ſpiſsis ipſum cor inuoluentibus, nec etiam ipſum contingentibus in aliqua ſui parte, præterquã in duobus uentriculis, & parte pineata extrinſecꝰ. & hoc ut poſſit ſe dilatare & conſtringere ſecundum quod neceſſe eſt animali. Vnde ſecũdum diuerſas partes ipſum cõponentes, uniuerſalius aſsimulatur alijs membris quàm aliquod aliud membrũ. quare eſt principium & uniuerſalius alijs. Item formam habet ad modum pineæ aliquantulũ rotundã. Talis enim forma minus eſt ſuperfluitatis collectiua lęſionem præſtiturę. Superius eſt lata, ut ſecundum D eius latitudinẽ uenæ & arteriæ competenter orirentur ab eo. Inferius pineata & obſtructa, ut ſecundum illam partem thoracem aliquantulũ contingentem minus læderetur ab ipſo. Item intrinſecus formam habet rugoſam quando conſtringitur, planam quando dilatat̃. Item intrinſecus uentres habet tres, ſcilicet dextrum, ſiniſtrũ, & medium. dexter eſt inferior & magis uerſus hepar diſpoſitus, attrahens ab hepate quod ſibi neceſſariũ eſt ad ſui nutrimentum. Siniſter eſt minor & ſuperior uerſus pulmonem poſitus, attrahens ab eo de aere quod ſibi neceſſariũ eſt. Inter hos uentres eſt medius, meatus quidam ſiue fouea ab auctoribus appellata, in profundo cordis ſita, in qua ſanguis cum aere attracto commiſcetur, & fit ex his ſpiritus

ritus uitalis, quę per uniuersa corporis membra
exufflat. Cordis uero positio est in medio, ut o/
mnem corporis partem calefaciendo respiret, &
ab omnibus attrahat ad sui iuuamentū. declinans
uero uersus sinistrum magis. & hoc, ut hepar am/
pliorē habeat locum, quoniā ualde regale est. præ
terea ut uena cōcaua uiam habeat ampliorē ab he
pate ad cor, sibi deferens sanguinem. præterea ut
pars sinistra proportionet̄ dextræ in calore: quo/
niam splen membrū frigidum est, id est remisse ca
lidum secundum medicos. Hepar uero membrū
calidum est. & ita quod minus est ex parte splenis
de calore, reperitur ex parte cordis. Item prędicta
duo habēt additamenta, cordis duabus auriculis
comparata, quasi coxæ deposita, materiā spiritus
uitalis utraq; recipientia, & usq; ad profunditatē
cordis transeuntia. Item huiusmodi additamenta
in cordis cōstrictiōe sunt rugosa, in eius dilatatio/
ne, extensa, id est suis uillis latitudinalib. & trans/
uersis, ut fit in ipso corde attractio & expulsio, &
ita in his tanquam instrumentis fit motus cordis.
Motus autem cordi principium est uirtus moti/
ua. Virtutis autem motiuæ causa est anima. Calo/
ris autem, motus. fortitudinis uero caloris, for/
tis motus & frequens. Cor autem fortiter & fre/
quenter mouetur. Motus uero cordis dilatatiui
causa est attractio nutrimenti cibalis. Cibatur e/
nim spiritu & sanguine attracto. Fortiter autem
mouetur, ut fortiter attrahat à membris, quæ pri/
us hora constrictionis exiccant̄. præterea fortiter
mouetur & frequenter, ut recuperetur in eo quod
fere continue calore eius cōsumitur. Item motus
cordis constrictionis causa, est superfluitatum col
lectarum expulsio fortis. Motus causa, est fortitu
do uirtutis. frequētiæ motus causa est necessitas.
Item motu constrictionis exufflatur calor à corde
per totum corpus, sanguinem subtilians, cursibi/
lem efficiens ipsum, à putrefactiōe defendens. prę
terea à motu spiritus, subtiliat̄ sanguis, & cursibi/
lis efficitur. Sunt enim coniunctæ pulsatilis uena
& uena quieta. sed quieta supposita, pulsatilis su/
perposita in interioribus membris, quia pulsatilis
dignior est. In exterioribus uero pulsatilis suppo/
sita, quieta superposita, ut sit eius defensaculum à
nocumento exteriori. Item cor non solum moue/
tur motu dilatationis et constrictionis, licet uillos
in sui constructione habeat, sed etiam cerebrum.
sed diuersimode, quoniam cor per se, cerebrū ue/
ro per accidens, id est per exufflationē spiritus ui/
talis à corde fit dilatatio cerebri, & per recursum
eius fit constrictio. Similiter inferius orificiū sto/
machi dilatando & cōstringendo mouetur, horis
tamen determinatis. Similiter oris matricis in ho
ra egressus fœtus, & hora ingressus spermatis, fit
dilatatio, & tempore retentionis eiusdem fit con/
strictio. Similiter omnes uenę mesaraicę quādoq;
aperiūt ea orificia, quandoq; claudunt. Item pro/
pter multitudinem materiæ contentæ in corde fit
animal audax, propter paruitatē eiusdem, fit timi
dū. Similiter propter diuersas qualitates materię

A cōtentę suscipit cor in se diuersiōes, et nō propter
sui magnitudinem & paruitatē ut quidam existi/
mant. Item tres posuit Arist. rationes persuaden/
tes cor esse principium uenarum & arteriarū exi/
stentium in corpore. prima talis est, principiū ca/
loris est cor. sed calore fit digestio nutrimēti. ergo
cor est principiū digestionis nutrimenti. Item est
principiū digestionis nutrimenti. ergo & eorū in
quibus fit digestio. sed sunt uenæ & arteriæ. ergo
est principiū illarum. si principium uerū, ergo ulti
mum. Contradicit Gal. ꝙ caua uena uadit ad ip/
sum, deferendo ei nutrimentū ab hepate. ergo à si
mili cū uenę exeant à stomacho ab hepar, simili/
ter ab intestinis iij. ad hepar uenæ, non erit hepar
principium uenarū, sicut neq; cor. Itē contra Gal.
B sic. Omne quod trahit originem ab aliquo assimu
latur illi. sed uenæ trahunt ab hepate. ergo assimu
lantur illi. Cōtrà, uenæ frigidæ & siccæ cōplexio/
nis sunt. ergo hepar, quod falsum est. Item hepar
componitur ex uenis & arterijs. Sed componen/
tia præcedunt compositum in natura. non ergo
hepar est principium illarū. Item omnia membra
perforata sunt ex uenis & arterijs præter cor: qui/
bus mediātibus exufflatur calor ad uniuersa cor/
poris membra, sicut hepar, splen, renes, testiculi,
stomachus, pulmo, & diaphragma, similiter & ce
rebrū. decurrunt enim uenæ & arteriæ à corde ad
anterius cerebri. ab anteriori ad mediū. à medio
ad posterius & sic ad spinalem medullā. & ita ad
neruos principiū habentes à cerebro. Arteriæ di/
C co deferētes spiritum uitalem exufflantur à corde
ad neruos. quare patet cerebrum esse perforatū.
Cor autem non est perforatū. sic ergo cor est prin
cipiū illarū. Contra. intra totā substantiam cordis
contingit inuenire uenas & arterias. ergo est cor
perforatum sicut alia membra. non ergo erit prin
cipium illarum. Solutio. tam uenæ quàm arteriæ
originem habent à radice cordis, & egredientes,
totam substantiam cordis ipsius intrinsecus per/
forant. Vnde arteriæ uenientes ad sinistram auri
culam ipsius, in egressu reciprocantur in substan/
tiā ipsius extrinsecus, & ita perforāt extrinsecus.
Similiter uenę ad dextram aurē ueniētes, iterum
reciprocantur in substantiā propriam. sed nō alię
uenæ & arteriæ, trahētes originem ab alio princi
D pio præter ꝙ̄ ab ipso. Itē à forma, Sicut ab anima,
simplici in essentia, tanquam puncto existenti ef/
fundūtur omnes uirtutes ad uniuersas partes cor
poris, ut anima in suis operationibus perficiatur:
sic à cono cordis & radice & puncto porriguntur
uenæ & arterię ad sui circulum, & sic ad totum. in
quibus defertur calor qui exufflatur ad totū cor/
pus. sicq; anima est principium uirtutum. Ergo à
simili, cor est principium uenarum & arteriarum,
quod concedimus. Item dictum est Aristot. omne
quod habet ortum ab alio, assimulatur illi à quo
oritur. quare uenę nō habent ortū ab hepate. Cō/
tra hoc aūt, ergo corallus qui est arbor durissima
nō habet ortū à luto et re molli in fundo maris exi
stente. Solutio. Arist. intelligit ꝙ dixit quantū ad
manentem

manentem materiam. appositio autem est secundum materiam transeūtem. Item dicit Arist. ꝙ supra cor est reuelatio uitæ. Item supra cōmunionē animalis ad plantas nō percepit alias præter sensum & motū. Sed secundū Gal. cerebrum est principium sensus & motus, hepar principiū digestionis. Sed cor aut est principiū uniuersale, aut nō. si primum, ergo ab eo sunt sensus & motus, similiter & digestio à principio. si non, contra, aliquam habet uirtutē aliā à qua fit sensus & motus, & aliā ab illa qua fit digestio. illa uirtus quid erit si uirtus sit? quare fit pulsus? Cū cor sit principium uniuersale ad omnia membra, erit & eius uirtus uniuersalis: et ita pulsus fieret in omni membro, quod falsum est præter ꝙ in arteria solum. Itē in corde fundant̃ omnes uirtutes morales. quod patet per hoc ꝙ ad cōplexionem cordis uariatā sequit̃ uariatio A uirtutum moralium. Morales enim uirtutes sunt dispositiōes animalis interiores. Virtus autē motiua & sensibilis exteriores. ergo cor erit principiū illarū. Itē uirtus motiua & sensibilis fundat̃ in corde. ergo & uirtus uegetabilis. ergo ut prius, cor erit principiū uegetationis. Itē, propter duas rationes posuit Galenus hepar esse principiū. Vna talis. In hepate primo reperit̃ sanguis: & in eo fit digestio. ergo ipsum est principiū digestionis. & alia talis, In qualibet digestione expelluntur superfluitates ad sua propria receptacula, sicut ad uesicam fellis cholera, ad splenē melancholia, ad uesicam urina. sed huiusmodi receptacula circūstant hepar, & non cor. ergo hepar est principium digestionis, & immediatū, ut à quo. & cor est principi- B um mediatū, & proximū & immediatum est hepar. Et ita patet diuersitas inter Gal. & Arist.

CL. GALENO ASCITVS LIBER DE ANATOMIA OCVLORVM.

NICOLAO REGIO CALABRO INTERPRETE

De libri huius intentione & utilitate.

QVIA oportet secūdum amorē scientiæ & utilitatem artis eos, qui conantur passiones quę circa oculos consistunt curare, scire naturā & positionem oculorū qui in integritate & sanitate sunt (nam & uetus ait magister naturam corporis esse principiū eius quod opus est ad medicationem) ideo necessariū putauimus existere pauca de oculis ante usum & initiationē operationum dicere, ut in dispositionibus quæ in oculis consistunt uel à positione, uel à periptosi aliqua, & in doloribus qui sequūtur & consensoriis passionibus, sicut licet uidere in punctione facta in cornea tunica, et cū ea uidelicet in secūda & tertia (nam magna ex parte in sequenti die sequitur alteratio) possimus eam quæ secundum naturam scientes, cognoscere statim causam, & ita conuenientem & congruam curam adhibere.

De tunicis, & humoribus oculorum.

Consistit igitur oculus ex tunicis quidem quatuor, humoribus uero tribus, & musculis vi. secūdum alterutrū oculum, qui motus actum efficiūt. & aliis duobus qui comprehendunt radicem nerui optici, & tunicę quæ dicitur circūocularis. quę à natura creata substernit̃ toti oculo, circūtangēs & circūinduens os, ut oculus non applicet̃ uacuitatibus ossiū nudis. Accedit igitur illa circūocularis à crassa meninge. pertransiens enim ipsa suturas, & pericraniam, quā circūossalem uocamus, ex eis peruenit ad frontē per spatia oculorū, & eorum quę sunt circa oculum. & usq; ad iridis quidē circulū, unde cornea incipit subtiliari, peruenit. prorsum autē non procedens, sed è conuerso rediens residuā induitionē operatur corpori. Hanc igitur tunicā dicimus oculo heterocraniacā passionem operari. ac etiā chemoses quæ fiunt illa suscipit. Videmus enim in huius dispositiōibus, circūscripta secundū circulum iride, reliquas partes phlegmone laborare, & in eleuatione existere. Et C quidem illi qui de hac parte medicatiuæ diligentius tractauerūt, ita notificauerūt chemosim, quæ est quādo albū oculi tumefactū superat circulum iridis, ut & nigrū oculi concauū uideatur. quo significatur nobis ꝙ in circūoculari habuit consistētiam & non in cornea. Sequitur autē semper ut & circulus iridis similis eleuatiōi & ęqualis fiat. Sed tamen nō est possibile corneā per se talem sustinere dispositionē, ceu chartilaginosa existens et densa, sed totam eius circūferentiā, præterquam si aliquādo toto oculo à basi eius moto disponatur similiter toti corneæ. Manifeste autem & pterygia quæ consistūt circa oculos ostendunt istius naturam. aucta enim & modo quodā induplicata hac tunica efficitur pterygiū. ita ꝙ aliquando eius au- D gumēto procedēte, & cōprehendente partes corneæ, cooperiatur non solū iris ipsa, sed & pupilla. & sic aliquando comprehēsa tota pupilla, nō solū inuisibilitas sequit̃, sed & deformitas, & improperiū, pulchritudine oculi cooperta à pterygio et nō apparente. Et de circūossali quidē tunica, unde habeat principiū, & quomodo perueniat ad oculos, moderate dictū sit. De reliquis uero particulis cōsequenter dicamus. A basi cerebri pori duo oriūtur, ab una radice habentes & ipsi principiū, subtiliata meninge quę cerebrū cōprehendit. In modum autē literæ lambda græcæ diuisi perueniunt ad concauitates oculorū, portantes per foramina quæ in eis sunt spiritū uisiuū. Vterq; uero ipsorū procedens, & figuratus angustatiōi ossis, cōtexit tunicas

tunicas,adimplens cõcauitatẽ quę eſt in eis.ſimul enim atq; in poris incipit finẽ habere,incipit cornea ampliari,& inflata pficit prædictã tunicã.Iſta igit̃ tunica ab anguſtia quidem pori, unde habet principiũ,uſq; ad circulũ iridis ſimilis eſt, & ſibij pſi per totũ chartilaginoſa exiſtens & craſſa. Inde aũt,ingeniãte natura ut poſsit ſpiritus uiſiuus procedere,& obiectũ cõprehẽdere,ſubtiliat̃,et craſsitiem permutãs fit neruoſa magis,& ita cornu ſimilis cũ fiat,prębet luciditatẽ ſpiritui qui uenit à parte interna.Fides autẽ eius ſubtilitatis, eſt cicatrix quę cõſiſtit in oculis.Si enim quãdo poſt ulcus illius loci fiat cicatrix, craſſa accipiẽte tunica naturalẽ craſsitiẽ quã & extra circulũ iridis habebat, in colore quidẽ talis apparet qualis erat & ante iridẽ.operationẽ uero uiſus quę deſuper ueniebat impediẽs offuſcat,nõ adhuc potẽte uiſiuo ſpiritu pertrãſire,ſicut quãdo naturaliter ſe habebat oculus.Secunda uero tunica à poro optico habet explantationẽ.proueniẽs autẽ & ipſa ſecũdũ propinquã poſitionẽ primę tunicę uſq; ad iridẽ, colorem ſuũ oſtẽdit per corneã. deinde circa mediũ oculũ ueniens,finẽ accipit ex foramine derelicto, quod nominãt pupillã,in qua & tui uiſus ſimulachrũ uides,per quod ſpiritus pertingit ad id quod extra eſt.& huius gratia foraminalis uocata eſt. Secundũ intrinſecã uero partẽ cyanea eſt. gaudet enim hoc colore uiſiuus ſpirit⁹.Neq; ẽm nigrã ipſam omnifariã fecit,ne tenebraret̃ uiſiuus ſpiritus. neq; albam,ne diſperſus fatigaret̃ quãdo aſpicit:ſed ut reſumptio & reintegratio ei fieret,ſic facta eſt.Cũ hoc autem colore adhuc & hiſpida cõſiſtit tunica uuea.unde & uuiformis uocata eſt cõſimiliter acinis uuę.Habet autẽ & uaſorũ multum in forma retis,unde & retiformis uocat̃,quia eſt ſicut & retiformis meninx,quæ eſt multis uaſis complexa in modũ retis,ut ſpiritus qui fert̃ deſuper inhabitet. nõ quia prębeat reliquis particulis de uiſu,ſed partiat̃ in toto oculo,& ut ſubſtẽtatio fiat cryſtalloidi & ſedes.Tertia uero tunica & ipſa à poro procedẽs,& perueniẽs ſecundũ propinquã poſitionẽ uſq; ad circulũ,applicat̃ ad ſecundũ uas palpebralium explantationũ,ad ipſam à cornea in circuitu explantatarũ,deinde inde reuertens, ſimiliter retiſuper attracto.unde & retina uocata eſt.ſua enim peluicula amplectit̃ uitriformẽ humorẽ. qui humor efficit molem oculi,premẽs per ſuã repletionem,& cõuexum faciẽs oculũ apud extrinſecam partẽ.unde & his à quibus euacuat̃ ab aliqua plaga,cõcidit & reſidet inferius,tanq̃ humore qui figurã eius cuſtodiebat effuſo & exciſo. ſubtilis enim eſt ualde tunica aſsimulãs,& proinde araneiformis uocata eſt.De quarta uero tunica quęſtio non parua facta eſt à medicis.quidam enim aiunt eſſe tunicã,& continere humorẽ cryſtalloidẽ,qui effundit̃ in peluiculã tertię tunicę,ueniẽs quidem aduerſus uitriformẽ,ſuſtentata autẽ à tunicis quę ſunt extrorſum.Et ſicut circumocularis perueniebat ad oculũ uſq; ad iridẽ,ita & araneiformis uſq; medietatẽ perueniẽs nõ cõprehendit totũ,ne im-

A pediat uiſum.Alij autẽ tunicã ipſam quidẽ nõ eſſe aiũt.neq; enim explanationẽ habere à poro,ſed ſupernatare,membranã autem eſſe cryſtalloidis humoris in hominibus.raro autẽ aliquãdo in aliquibus animalibus, ſicut in leonibus.Eſt autẽ & tertio humor aqueus, qui, ſicut dicit Aſclepiades,repletintermediũ ſpatiũ hũoris uitrei & tertię tunicę,materiã prębẽs ad uidendũ:ut aũt dicũt quidã, in medio primę et ſecundę tunicę eſt,et ſimulacrã quę apparẽt facit uideri.& hic humor coagulat̃ in ſuffuſioib. De muſculis oculorũ & palpebrarũ.

Muſculi in oculis ſunt ſex ſecundũ utrũq; oculorum,habẽtes ſubſtratã pinguedinẽ.quibus actus cõmotionis ſpiritus cõmiſſus eſt, pficiẽtis motus eius per ipſos.Facti ſunt aũt ut facile circũducan-
B tur oculi,quando uolumus huc & illuc nuere. Et duos quidẽ aiũt muſculos habere ſuperiorẽ palpebrã & inferiorẽ.quarũ ſuperior fortioribus indiguit,ut quocũq; uoluerit nuere oculus, cõtrahat̃, & ad ſe attrahat̃.unũ autẽ ſecundũ utrũq; angulũ, ut per eos flexiones oculorũ efficiant̃.quorũ rurſus ille qui eſt extra & apud paruũ angulũ maior & fortior eſt,propter prędictã cauſam ingeminatus & ipſe.Secũdũ alios uero octo dicunt̃ eſſe muſculi oculi,utriq; parti duos diſtribuentes.eſt autẽ & illorũ fidẽ cõſiderare ex his.Si ẽm aliquando aliquis eorũ patiat̃ offenſam ſiue à generatiõe, ſiue à periptoſi,ſtrabiſmi cauſa fit,uel ſpaſmi.Et à generatione quidẽ fortaſsis paralyſis offendet oculũ, augumentũ ſuſcipiendo,ut habeat ſpatiũ oculus
C declinandi ad alterã partem. quomodo efficiũtur ſtrabiſmi,oppoſitis quidẽ muſculis,trahẽtib.ad ſe oculũ ſecundũ naturã,eis uero qui patiunt̃ aſſentientibus tractioni illorũ. & ſtrabiſmus quidẽ ita fiet à generatione.Ex periptoſi autẽ,aduenientẽ aliqua cauſa, quæ muſculo plagã infligat, & ſpaſmi et tractus apud eũ cauſa fiat.Ac etiam muſculorũ qui ſecundũ oculũ aliquis percuſſus,offendet oculum uel ſecundũ lagophthalmũ,uel ſecundũ relaxationẽ.Si enim aliquis inexperte & inartificialiter hydatidẽ auferẽs fecerit appunctionẽ phlebotomi ultra medicinalem coniecturã,et percuſſerit muſculũ,ſi quidẽ à phlegmone ſpaſmatice diſponat̃,paſsiõis lagophthalmę efficiet̃ cauſa. Si uero relaxatio fiat,relaxabit palpebrã,ut neq; conante
D patiẽte eleuare muſculus palpebrã poſsit,aut aliquo modo oculos aperire, ſed grauata palpebra ꝑpter relaxationẽ feret̃ ſemper deorſum. quocirca oportet in chirurgijs huius pinguedinis maxime quidẽ caute,& cũ aduertẽtia facere intromiſſionẽ phlebotomi.Maxime autẽ in medio palpebræ oportet inciſionẽ facere apud uentres muſculorũ. non ẽm ita uẽtres quãdo uulnerant̃ anxiant̃, ſicut neruorũ exortus, cauẽdo ab apoſtematibus quę accidũt,ut uituperia circa curã effugiẽs quis, ſortiat̃ finẽ uenerabilẽ.Hęc igit̃ de humoribus,& tunicis,& periophthalmio ſeu circumoculari, ac etiam muſculis ſecũdum noſtram poſsibilitatem, quæ non erãt in memoria audientiũ, ad noſtram utilitatem,& amationem boni deſignauimus.

CL. GALENO ASCITVS LIBER
DE COMPAGINE MEMBRORVM
siue de natura humana.

EREBRVM natura quidē frigidũ & humidũ est, & ideo, ut facillime ad susceptionē diuer-
C sorum cōuertatur, & ut mēbris mouendis habilitatē pręstet, & ut calido & sicco spiritui ad caput exalanti tēperiem inferat. cuius meninx frigida est et sicca & densa: & intra quā sunt diuisiones tres. prima dicit̄ phantasia: secunda rationalis: tertia memorialis. Inter phantasiam & rationalem est pannus quidam frigidus et siccus, dēsior eo qui diuidit inter memorialem & rationalem, habens in se modicũ tenuissimæ carnis. Ex memoriali uero procedũt duo cannales tenues & humidi, ut spinalis medulla, qui penetrāt per totam compaginē, et ueniunt usq; ad phātasię cellulam, per quos possit phantasticus spiritus & rationalis commendari memoriæ, & iterum memorialis duci ad rationem & phantasiam.

Qualiter fiat auditus.

Vnicuiq; auri supponitur unũ os frigidum & siccum, & sine spiritu quidem, inferius adhærens illi tenui panno, qui diuidit inter phantasiam & rationē: quibus sunt singula foramina in obliquo facta, habentia tenue initiũ ab ipso panno: quę intrinsecus habent indumētum tenuissimum, frigidum tamē & siccũ. per quod ducitur animalis spiritus ab ipso interiori panno, præstās auribus uirtutē audiēdi. Et est audibilis qualitas calida & humida, ut qualiscũq; sonus per aera infert̄ auri, atq; ab humiditate suscipitur, à calore attrahat̄ ad cerebrum, ut sciatur qualis sit. Siccitas uero ossium ad hoc est, ut sonitus in eis æque obseruetur secũdum exteriorem euentum.

Qualiter uisus oculis adueniat.

Oculorum autē tres sunt humores interiores frigidi et humidi. primus est ut aqua coagulata lucidissima, in qua uirtus uisibilis est. secũdus est ut tenue oui album. tertius ut uitrũ, modicum habēs citrini coloris ab ipsa. Sũt autem septē tunicę, quarum nomina ad præsens tacemus. Dicendum autem est quomodo uisibilis qualitas adueniat oculis, & unde, ab ipso scilicet tenuissimo panno qui diuidit inter phantasiā & rationē. Procedũt duo tenuissimi canales frigidi & sicci, per quos fertur spiritus ab eodem panno ad humiditates oculorũ calidus & siccus & tenuis: qui penetrans omnes compagines oculorũ præstat eis uisibilē qualitatem. quę †progrediens lōgius prope albũ ampliatur. unde quę prope sunt, largius uidētur, quę uero longe, tenuius. quę statim quādo egredit̄, si sint uisibiles res, rursus reuertit̄ ad eosdem oculos, & pręscriptis humiditatibus imprimit cognitā in se rei similitudinē. unde producit̄ cerebro. & à cerebro cordi pręstat̄ notitia. Est autē uisibilis qualitas calida & sicca. calida ut per eam aperiat & exeat, sicca uero ut per eam ad præscripta loca proprios habeat reditus.

aliàs progreditur longius prope albulæ amplum

Qualiter odoratus naribus adueniat.

Naribus uirtus odorabilis pręstatur. quarũ positio se habet ita. superius osseæ sunt & foratæ, intrinsecus inuolutæ tenuibus tunicis, frigidis tamen & siccis. quę principium à phantastico pan-
B no habentes, ferũt ab eodem spiritũ odorabilem, qualitatē naribus pręstantē. inferius autē ab osse, chartilaginosæ & mobiles sunt, quarũ natura frigida est & sicca. frigida est, ut prædictam uirtutē intus obseruent. sicca, ut aereum odorē narib. applicatũ intus attrahant, & cerebro ad discretionē ministrent. Sunt et alia duo foramina intra chartilaginosas cōcauitates sita: principiũ à palato & finē infra ipsas nares habētia. quibus duæ uirtutes sunt, scilicet attractiua & redditiua. quarũ unam attractiuā à superioribus habent partibus. & ideo quando attrahũt, nares deponũt. alteram uero ut redditiuam, ab interioribus palato adhęrentibus. & ideo quando reddunt, quasi replendo eleuant.

Quibus partibus gustabilem qualitatē pręstēt.

C In totũ autem ore pręstatur gustabilis qualitas gingiuis, palato, capiti gurgulionis, & linguę. sed magis omnibus linguę. quoniam tenuissimę carnis, & spongiosæ est, habēs tenuissimũ intra se humorem, qui saporatis rebus intra os positis se admiscens, eodē ad se tracto, infert sibi uarios sapores. intra quos species sunt noue, scilicet dulce, amarum, acre, salsum, conditũ, acidũ, comprimēs linguam, formicans, & sine sapore. quorum alios amicabiliter suscipit, scilicet dulce, & conditũ, & sine sapore. alios uero inuolũtarie. Gustabilis qualitas frigida & humida est. frigida, ut obtineat. humida, ut saporũ †humiditatem excipiat.

al. diuersitatē

Quod qualitas tactibilis toti corpori pręstet̄.

Tactibilis uirtus toti attribuit̄ corpori, sed ma-
D xime manibus, magis autem harum interioribus partibus, eo quod singulariter nerui lati & tenues spiritũ tactibilem à cerebro ferētes per medias plantas usq; ad digitos transeunt. ibiq; naturaliter manentes, ea loca sensibiliora cęteris reddũt. Natura uero tactibilis uirtutis penè æqua est, media scilicet inter calidũ & frigidum, & siccum & humidum. unde calidum & frigidũ, durum & molle, asperũ & lene & cætera ęqualiter sentiũt. Operationes autē cerebrũ alias accidentales habet, alias naturales. accidentales uero amittit, quando ab aliquo uicino membro uicissim patitur, ut in epilepsia sensus & intellectus & memoria perdũtur: illud uero humidum, quod per spinæ medullam dorso & cæteris membris, & per uiam consi-

milem linguæ naturaliter ab eodem cōceditur cerebro, inter ipsas omnes angustias præstare non cessat, & non amittit humiditatem.

Qualitas uuulæ, & organorū respirationis.

Vuula propterea palato suspēsa est, ut tenuiter cōsimilem linguę humiditatē tribuat, eamq; flexibilem pręstet, ut cibum ori applicitū dentibus ad molendum subdat, & œsophago ad inglutiēdum concedat. etenim aliter inglutire nō posset. Canales ad interiora ferentes duo sunt, unus pneumaticus, quem Latini spiritualem dicunt. alter œsophagus cui nomen Latini gulam attribuunt. Spiritualis autem ipse gulæ superponitur. quorum capita quadam tenuissima chartilagine nectuntur, ut aperto ore quando aliquid gulæ infertur, ex ipsa chartilagine spiritualis porus constrictus quicquam ex eo suscipere non permittatur. quando uero os clauditur, eadem chartilagine œsophago cōstricto, spiritualis porus ad inspirandū aptus aut apertus redditur. Eius constitutio nō ut arteria uel uena continuat̄, sed partibus quidem quibusdam lacertosis & tenuibus unitis carnibus cōstituitur. quod ita factū ad hoc asseritur, ut quādo pulmo dextra læuaq; sequestrat̄ ad suscipiendum aerem exteriorem, ualeat ad superiora ascendere. quādo uero ad expellendas superfluitates innati spiritus cōstringitur, facillimo motu ad inferiora descēdat. Eius inferior pars pulmoni affigit̄. quæ diuidit̄ in duos canales: quorū unus per dextram pennā pulmonis, alter per sinistrā deriuat̄. quorū dexter dextrę auri cordis, sinister uero sinistrę superpositus adhęret. qui superius suscipientes frigidū & humidū aerē aliquantulū excoquūt, & excoctū auribus cordis ministrāt. ibiq; paulisper detentus iterū excoquitur, & sic interiori cellulę cordis ad tēperiem, & †citra cor intra marsupiū quo circundatur ad euentationem faciendam præstatur. *aliàs circa*

Qualitas cordis.

Cor uero in summo crassum est, & in fine acutum. Est autē spiritualiū membrorū principalissimum. & naturalis caloris fundamentū. & omnibus mēbris corporis calidius, quia inde calor naturalis ad omnia membra uiuificāda procedit. calidum enim est & siccum. de cuius interiori parte procedit arteria, quæ in simo hepatis coniungit̄, per quam attrahat sibi nutribilem sanguinem. Et ab exteriore alia procedit, quæ in duos diuisa canales, per unum nutribilem sanguinem & spiritū cerebro præstat, per alium uero in multis subdiuisa canalibus, naturalem calorem simul cū sanguine per totum corpus ad ministeriū naturale infundit. Marsupiū quo ipsum cor tegitur, duabus existit & constat membranis, una interiore & altera exteriore †manente tenui carne qua †nutriuntur. Et propterea ita à natura factū asseritur, ut sit obstaculum cōtra ea quæ exterius cordi nocere possunt: & obseruet frigidum & humidū aerem qui cordi ad temperiem faciendam tribuitur, ut superius admonitum aut commendatum est. cuius natura similitudinem dat aut fert epiglottidis membranæ, quæ diuidit spiritualia membra, id est pulmonem & cor in superiori cella manentia à nutribilibus membris in inferiori degētibus. & de eorum natura in sequenti tractabo. *aliàs mediāte* *al. nectuntur*

De œsophago.

Oesophagus, per quem cibus & potus stomacho attribuitur, frigidus & siccus est. Et ex altera parte pneumatico canali supponit̄ uelatus, ex alia uero ceruici quibusdam tenuibus musculis nectitur, in similitudinem spinosæ camerę subleuatus, quousq; ad epiglottidis mēbranā producit̄. quod penetrans ori circumplicatur stomachi quod ipsi epiglottidi suspensum est.

De qualitate stomachi.

Stomachus autem cōstat ex neruis tenuibus & longis qui lineares, & ex transuersis qui textiles, & ex obliquis qui uertentes dicuntur. quorum lineares helcticen, id est attractiuam, & anecticen, id est retentiuam transuersi, apocreticen uero, id est expulsiuam obliqui sibi uindicāt potestatem, qui intrinsecus quibusdam †obteguntur membranulis trino schemate consistentibus. breui scilicet & medio prolixiore, quibus potū & cibū naturali calore in lacteū succum conuersum, & ita quasi remis quibusdā ad portā impingit stomachi. quę ideo porta dicit̄, quoniā musculis in ea positis, ministerio naturali usq; ad perfectam decoctionē nutribilis materię cōstricta claudit̄. qua decocta, eisdem mollificatis aperta reddit̄, quousq; præscriptū succū duodeno intestino infundat. quod propterea duodenum dicitur, eo quod duodecim digitis spaciet̄. à quo accepta uice ieiunū intestinū succum ipsum suscipiēs aliquantulum decoquit. quod in duo diuisum, alterū quod tenue est in mesaraicis uenis sibi spongiosis capitibus inhærentibus ab ipso substrahit̄, alterū uero, id est crassum longo & patulo, cuidā axungiæ innexo intestino cōceditur. à quo monomacū suscipiēs aliquantulū decoquit, & sic crasso concedit intestino, quod manica dicitur. deinde ex tali diffusum, & ibidē à cholera decoctū coloratur. cuius translatione aut titillatione per pudicū circulū foras dimittit̄. monomacum enim ideo dicitur quia uno aperitur foramine, quod insitum est ori manicę, ut sibi quicquid à lōgo accipit, sine cōtrarietate reddere possit. nam manica eo quod largū magis cæteris est, nominatur. Subtilis uero pars per mesaraicas de ieiuno subtrahitur. quæ in obliquū positæ, subtractum ad se succum decoquunt, & excoctū hepaticæ summę ministrant. quo ibidem morā faciente, adminiculo uirtutis naturalis in sanguinē uertit̄. qui in duas diuidit̄ partes, quarū quæ tenuior est, & uritis dicitur, †arte cōceditur hepatis. quæ per duos uritides canales renibus deriuat̄, ibiq; manēs decoquitur. de qua sibi renes quod utilius est ad nutrimentū obseruāt. cæterum uero de eisdem poris uesicę dimittit̄. †quę cū ad collū uesicę deueniunt, †coadunata ruuntur. Collum autem uesicę diuiditur quodam panno mediante, cui uritis porus ex una parte, & ex altera superiori membra- *al. obtegitur* *aliàs alto* *al. quod autē* *al. uenit cōiunctim unitur*

næ ſcimatico ſchemate cõglutinatur. unde urina, & quicquid ex renibus affluit, fundo deſtinat̃ ueſicæ. per aliam uero, id eſt per inferiorem, cum uirga quadam continuitate coniungitur, & ſecundũ naturam, et extra naturam ueſica ipſam urinã exiſtentem foras tranſmittit. altera uero pars quę adicialis dicitur, cholericum rubrum felli, melancholicum ſpleni trãſmittit aut attribuit. Sanguinis uero quod utilius eſt ipſum hepar ſibi ad nutrimentũ obſeruat. de quo quod tenuius eſt cordi, ipſum cor cerebro, ut pręparatum eſt, miniſtrat. cęterum uero diuerſis corporis partibus per quaſdam uenas unicuiq; proprie deſtinatas additionem largitur† diuturnam, quod bene coquentes ad ſimilitudinem ſuæ naturæ à proprio eſſe mutantes, quod nutribile eſt ſibi retinent, inutile autem cum fortes ſint extrinſecus, per hæc decenter expellunt, per capillos, per ungulas, per aures ceratas gummas, per lachrymas, per ſputa, per egeſtiones, per urinas, per ſudorem, & per cutis ſordes.

alias diuinam

De ſenſibus animalibus.

Per animales quinq; ſenſitiuas corpus fruitur nouem uoluptatibus, ſibi à cerebro illatis, ſcilicet dilectione, odio, triſtitia, gaudio, audacia, timore, uerecũdia, ira, & furore. Nam per uiſum, auditũ, guſtum, odoratum, & tactum diligit uel odit, gaudet uel triſtatur, audet uel timet, uerecũdatur uel iraſcitur, uel furit. Quando autem aliquis per aliquem horum quinq; ad alicuius amorẽ erigitur, cor concutitur. & ex eius concuſsione duo quidẽ prodeũt ſpiritus calidi & ſicci, quorum unus qui tenuior eſt cerebrum adit, alter uero qui denſior eſt, ſubito per neruos diffuſus ad uirgam ducitur, qui inter neruos quibus conſtituitur, & membranulas quibus inuoluitur inſiliens, erigit eam, & tenſione quadã eam inflexibilem reddit. alter uero, quem cerebro adeſſe diximus, humidũ quoddam ab ipſo ſuſcipiens, per ſpinalem medullã ad uiam renũ deducitur. per cuius duo foramina immiſſus, ſibi ſubſtratũ attingit membranulũ. quod †calefactum penetrat. & ſicut membranam egreditur & penetrat, ſic uenarum retinaculum prædicto membranulo annexum aggreditur, ex quo tenuiſsimum ſanguinem ſecum à cerebro delatum †hunc miſcet, & per duos canales inde procedentes ad teſticulos funditur, ibiq; pauliſper permanens excoquitur, & in lacteum & tenacem ſuccũ conuertens, inde per geminos canales uirgæ applicitos completo cõmuni opere ſecũ foras educit. nam pterygomatibus, id eſt alis (& ſunt orificia uaſorum ſpermatis ex quibus mulieris ſperma ad fundum matricis mittitur) ſurgentibus, per collum matricis ſubtrahit̃, & ſic ad inferiores cellulas eiuſdem deſtinatur.

al. calefaciens

alias huic

De communi ſapore coitus.

Sapor igitur †cõmunis huiuſmodi uiris in tota uirga, ſed maxime in pręputio eſt. mulieribus uero circa pectinem in confinio uuluæ. Mulierũ teſticuli duo ſunt, quorum unus ſub dextro rene, alter ſub ſiniſtro tenetur. qui fundo matricis cõiuncti per ſingulos ex ſe procedentes, incitata uenere, ad cellulas eiuſdẽ ſperma miniſtrant. quod ſi ſimul cũ uiri ſpermate conueniat, uel modicũ ante, uel poſt, prius ꝙ pręlatum frigeſcat unitur. Si uero in ſiniſtra cellula matricis ſimul ſpermata conueniunt, fœmineum embryum generant. Si uero in dextra, maſculinũ procreant. Si uero in media, quæ ſecundum calidum & frigidum æqua eſt, ſecũdum plus uel minus utriuſq; ſpermatis, aut maſculinum aut fœmininum procreant.

al. cõmunionis

A

De embryo.

Oportet autẽ in embryi diſpoſitione aliquantiſper immorari, & dicetur quid in unoquoq; mẽſe à primo uſq; ad nonũ ſibi naturaliter fiat, & qualiter à primo mẽſe uſq; ad ſeptimum, & à ſeptimo uſq; ad nonũ, ſi genitũ fuerit, pereat. & in ipſo ſeptimo uel nono ſi editũ fuerit, ſalubre perduret. Cũ ergo utrũq; ſperma, uiri ſcilicet & mulieris in matrice cõuenerint, ſi frigidũ & humidũ fuerit, omnino diſſoluitur. ſi uero calidum & ſiccum, conſumptionẽ incurret. ſi autem æqualitate perfruit̃, nulla impediente cõcipiet qualitate.

B

De coniunctione ſpermatis.

Spermate igitur utriuſq; coniuncto, in ſpecie conchulæ expanditur. & radice producta ſibi ſuperficietenus alligat̃. ex cuius calore prefati ſpermatis ſummitatibus decoctis ab ipſa diuiditur. & ex ſola radice per quam nutrimentum accipit cũ ipſo tenetur. Medium autẽ, quod infra decoctas ſummitates in modum nucis eminet, inter eadem ſpacia ſanguineam glebulam quadam frigiditate conſtrictam primo menſe obſeruat, nulla alicuius ſimilitudinis imagine in ea impreſſa. ſecũdo in uermiculi longi ſcilicet & rotundi producitur ſpeciem. tertio in eo crura diuidunt̃, & à lateribus brachia. collum caputq; perficit̃. quarto format̃ cor & hepar, & anima id ingredit̃, & naturaliter mouetur. Quinto omnis interior complet̃ compoſitio, inteſtina ſcilicet quadam diſpoſitione formantur. digiti manuum pedumq; ſcindunt̃. aures, nares, os, †ueretrum, & ipſe pudicus formatur circulus. ſexto oculi ſcinduntur. ſupercilia formantur. palpebræ creſcunt. capilli & ungulæ producunt̃. ſeptimo fiunt axungię, & caro perficit̃. cutis & omnis humiditas ſecundũ diuerſas uaſculorũ compoſitiones conſtituit̃. & completis ſecundum naturalem diſpoſitionẽ omnibus, laborat ut exeat. matrix autẽ nititur ut obtineat, & ut calore quæ completa ſunt confirmet & muniat. Si uero debilis eſt, cõcedit ei ut exeat. & durat, eo quod naturaliter completũ eſt. ſi autẽ matricis natura fortis eſt ut id retineat, in octauo embryon expugnato exitu non ſibi cõceſſo, fatigatus quieſcit. in nono matricis calore iam firmato, & craſsitie cõfecto, natura cõcedente patet ei aditus, & exire permittitur.

C

alias uenter

D

De ętate planetarum in embryo.

Habent autẽ vij. planetæ aliquid in cõpoſitione embryi ſpeciale. Saturnus quidem frigidus & ſiccus, ſua frigiditate primo menſe ſpermati grauedinem, & ſui ſiccitate compaginem parat. &

ideo

ideo non crescit embryum, sed à suo calore in sanguinem commutatum sine augmento permanet. Secundo Iupiter calidus & humidus, calefaciẽdo cõfortans, & humectando replens, in longi & rotundi uermiculi speciem sperma producit. Tertio mars calidus & siccus, calore roborans, & siccitate incidens, crura diuidit. à lateribus brachia separat. collum & caput informat. Quarto sol minus marte calidus & sic. & animã & cor, & hepar creat, & cerebrum. & creatis animã ingerens, naturaliter embryo motũ pręstat. Quinto uenus frigida & humida, omnia †interiora format, aures, nares, os, uirgã, & pudicũ circulum format, pedũ & manum digitos diuidit. Sexto Mercurius secũdum calidum & humidũ frigidum & siccum ęquus, in quo manualis habetur sciẽtia. & ponit supercilia. oculos scindit. palpebras crescere facit. capillos et ungulas producit. Septimo luna frigida & humida, replens axũgias, carnem & superficiem cõplet uenis & arterijs humiditatẽ tribuens, toti corpori nutrimentũ pręstat. & quia omnia perfecta sunt si pręgnãs parturiet, salubriter perdurat. sed quoniam adhuc in eo sunt membra nõ bene firmata, indiget alio tempore ad id operis explendum. In octauo Saturnus, reiterata uice similiter infrigidando embryum, matrici grauitatem infert. suaq; siccitate humores extenuans, embryo nutrimentum parcius tribuit: & propterea ægre prægnantes in hac tenuitate existũt. Nono autem Iupiter calefaciendo infrigidata, & replendo tenuia, embryum corroborat, & matricis aperit aditus, & sic exitus omnib. naturaliter perfectis cõcedit. A primo autẽ mense usq; ad septimum si genitũ fuerit, non perdurat, eo quod naturaliter imperfectũ habetur. à septima usq; ad perfectũ nonũ, quãuis natura perfectũ sit, tamẽ si generetur nõ subsistit, quia Saturni infrigidatione stupidum, & eius siccitate minorato nutrimento afflictum uel obstrictum, corrupta matricis naturalitate, calore materno exustum si excussum fuerit, dissoluit. Solet autẽ non omnibus membris perfectum ut in pluribus apparet embryon generari. plerunque uero crasso capite, & tenui collo, uel magnis pedibus, & subtilibus cruribus, pedibus genibus applicatis, aut manuum singulis, uel duobus digitis perditis hac luce perfrui. sed hoc dupliciter in embryi cõpositione cõtingit, aut enim natura æquã habet materiã, & redarguentem spiritũ, & secundum horũ duorum æquitatẽ, moderate uel perfecte informat: aut abũdantia materię & spiritu moderato, eidẽ materiei abundantiã alicui addit mẽbro, ex qua nascitur maius cæteris. uel ampliato spiritu et materia minorata, aut ex parte membra attenuat, aut ex toto nõ dimittit procreari. & hęc omnia aut ęquitate utriusque, materiei scilicet & spiritus natura perficit, aut augmentatione uel minoratione horum unius. Solet etiam in generatione quibusdã uiris illud muliebre, & quibusdã fœminis illud uirile quo luxuriatẽ adijci, sed illud impedita uel oblita natura sic perficitur. nam quãdo aliquo euentu impeditẽ uel obliuiscitur, illud materiei humidũ superfluum quod ad naturalitatẽ uel ad numerũ alicuius membri solet disponere, ad alterius naturæ membrum sine ratione mutat.

al. exteriora

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE VIRTVTIBVS NOSTRVM CORPVS
dispensantibus.

De dispẽsantibus corpus nostrũ uirtutibus, quot sint numero, & quæ sit unaquęq;, et quem in animali quęlibet locũ obtineat, necessariũ est scire omnes medicos, ad scrutandũ de passionibus, & inuestigãdum eam quæ patitur, & sanandum maxime ipsam. Scire igitur oportet ipsas ex tribus prouenire particulis. Ex capite quidem eam qua ratiocinamur, & meminimus, & sentimus, & de loco ad locum permutamur. Ex corde uero eam qua irascimur & percalidi sumus, & adhuc pulsum habemus in ipso corde & in omnibus arterijs. Ex hepate autem eam secundũ quam nutrimur, & augemur, & cibũ appetimus, & assumptũ elaboramus cõcoctione, & digestione, & sanguificatione, & appositione, & prosphysi, & discretione, & excretione. Ad has autẽ suppositiones sequitur necessario desipientias quidẽ, & manias, & melancholias, & phreneses, & lethargos, & catarrhos, & apoplexias, et epilepsias primi principij esse ægritudines, & omnino in eis pati caput, uel primũ & solum, uel cõpatiens alteri particulæ. Febres uero alias, et epialas, & impulsatilitates, & malas pulsatilitates, & infrigidationes, & rigores & syncopas, & marasmos, & quęcunq; alia talia, alterius principij esse passiones, & pati in eis ipsum cor, uel cõpatiens alicui alteri, & maxime ortorũ ab eo, uel solo ipso secundum se male habẽte. Atrophias autẽ, & cachexias, & cacochymias, & discolorationes, & ícteros, & diarrhœas, & urinarũ immoderatas excretiones & elephantiases, & cancros, & uniuersos hydropas tertio principio fieri patiente, uel aliquo ortorum ab eo. Spiritus autem qui secundũ arterias & cor, uitalis est & nũcupatur. Qui uero secundum cerebrum, animalis: non ceu existens substantia animæ, sed ut primum eius organũ habitãtis in cerebro, quicũq; sit secundũ substantiã. Ignorare enim eam confiteor, cũ à nullo demonstratione euidentem didicerim, solum autẽ adinuenerim complexionẽ cerebri oportere custodire cõmensuratã necessario eos qui meditari & uiuere recte eligunt. Sicut autem uitalis spiritus se-

cundũ arterias & cor generatͬ, materiã habẽs generationis ex inſpiratione, & humorũ uapore, ita animalis ex uitali amplius elaborato habet generationẽ. Decẽs em̃ fuit magis omnib. eũ tranſinutatione certiſsima potiri. Quo circa & uelut labyrinthũ telam per quã uariã cõdidit natura prope cerebrũ, retiformẽ plicaturã, diuturnam eius moram in uaſis ingeniãs. Omnes uero particulę corporis, à cerebro habẽt ſenſum & motũ: peruenientib. alijs quidẽ neruis ad organa ſenſuũ ad dignotionẽ ſenſibiliũ, alijs autẽ mouẽtibus ea, quęcunq; mouentͬ motu qui ſecundũ impetũ. Cerebrũ quidem nõ ſenſibile organũ à natura, ſed ſenſuũ factũ eſt. Hęc igitͬ ſufficiãt ad præſens. Generatio uero animalis, diſpẽſatio à tribus principijs cõſiſtit. Vno quidẽ eo quod in capite ſeruatũ eſt. cuius ſunt opera ſecundũ ſe quidẽ, phantaſia, & memoria, & A reminiſcentia, & ſciẽtia, & intellectus, & excogitatio. in ad aliquid uero, principalis ſenſus ſentiẽtib. animalis particulis, & eis quę mouentͬ ſecũdũ impetũ. Alio autẽ eo quod in corde ſituatũ eſt. cuius opera ſecundũ ſe quidẽ modo eſt uelut † ingeniare & permanẽtia, ut nõ uincantͬ. ſecũdũ paſsionem uero, uelut ebullitio innatę caliditatis, deſiderãte anima punire eũ qui exiſtimatͬ triſtaſſe. Et hoc uocatur ira. in ad aliquid autem, principiũ caliditatis eſſe ijs quæ ſecundũ partem particulis, & arterijs motionis pulſatilis. Tertij uero principij firmati in hepate ſunt omnia quæ ſecundum nutritionem animalis. quorũ maximum in nobis, et in omnibus fere animalib. eſt ſanguinis generatio. Huius autẽ uſus eſt et delectabiliũ finitio, in qua B uehemẽtius nocet motu ſecũdum intẽperantiam & uoluptatem operationum.

alias uigor animæ

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE VOCE ET ANHELITV.

Gal. librum scripsit de voce, ut probabiliter testatur cap. 69. artis paruæ: & lib. 1. de loc. aff. cap. 6. & lib. 1. & lib. 4. de sympt. caus. cap. 7.

alias ſciſsio

DIXIT Galenus, ſi neruis qui ſunt inter coſtas acciderit † occaſio prope ſpõdylos, deſtruetͬ D uox & anhelitus. hoc aũt idem accidet ſi oſſa coſtarũ ſcindantͬ, aut ſpinalis medulla ſecundũ latitudinẽ inter finẽ colli & initiũ ſpondylorũ qui reſpiciũt ex oppoſito pectoris. Si aũt ſpinalis medulla infra hui⁹ loci initiũ ſcindatͬ, C nec anhelitus omnino, neq; uox omnino priuabitͬ: ſed tantũ de utroq; priuabitͬ ſecundũ numerũ ſpõdylorũ qui opponuntͬ pectori. ſimiliter accidit ex inciſiõe coſtarũ ſecundũ magis & minus. Muſculus eſt organũ motus uolũtarij. Et ad unũquenq; muſculũ peruenit neru⁹ à cerebro, aut ſpinali medulla. qui ſi ſcindatͬ, non mouebitͬ muſculus. Interior aũt muſculus qui eſt inter coſtas, facit anhelitũ. & tũc fit, quãdo aër expellit uehemẽter à pectore. & ex eodẽ anhelitu fit uox, et eſt ei quaſi materia. Et uoco collũ illũ locũ qui eſt inter ſuperius epiglottidis & ſuperius œſophagi uſq; ad radicẽ linguę. In collo autẽ ſunt muſculi branchorũ. Et raucedo accidit quãdo muſculi colli extẽduntͬ, & inchordãtur, ut extenduntͬ in aſſumptione cibi & potus. Et quãdo epiglottis inchordatͬ ita q̃ conſtringatͬ, fit uox. & quãdo cõſtringitͬ, inchordantͬ muſculi ex quibus pẽdet. Et anhelitus quidẽ fit apud extẽſionem muſculorũ pectoris, & ſolutionẽ muſculorũ colli, & epiglottidis, & tracheę arteriæ. Raucedo autẽ accidit ex extẽſione muſculorũ colli, alijs omnibus remanẽtib. in ſuo ſtatu. Vox etiã fit ſi muſculi epiglottidis extendantͬ, licet nõ muſculi colli. Epiglottis ex tribus cõponitur chartilaginibus inęqualibus & diſsimilibus. quarũ una eſt anterius, ſcilicet maior, duę uero poſterius. quarũ altera ſupponitͬ alteri. quarũ ſuperior eſt minor. Habent quoq; † duas iũcturas. quarũ duæ ſunt inter primã & ſecundã chartilaginẽ. et duo capita primę chartilaginis intrãt in ſecundã. & ſunt duę iũcturę inter ſecundam et tertiam, quas cõtinent ſex muſculi. In utraq; ſcilicet iunctura ſunt duo muſculi, qui cõtrahunt etiã chartilaginẽ ad poſterius, & aperiunt os epiglottidis. Ecõtrario agunt alij duo muſculi, & ſunt † exterius, et quãdo ambo extenduntͬ, claudũt os epiglottidis clauſura perfecta, ita q̃ nihil ex aere egrediatͬ. Neceſſe eſt autẽ ad hoc ut fiat C uox, ut duo modi muſculorũ qui mouent epiglottidem ſint fortes ita, ut neutrum par cedat alteri in actiõe. & intellige per hos muſculos, illos quibus aperitͬ & clauditͬ. & ſunt erecti & poſiti in rectitudine. & continuantͬ ex inferiori & non ſuperius. & mouent iuncturã per ſuperiorem extremitatẽ. & habent duos neruos proprios, unum in dextra parte epiglottidis, & alterũ in ſiniſtra, qui mouẽt tertiam chartilaginẽ. quorũ concurſus eſt ex inferiori parte ad ſupius. qui ſi ſcindantͬ, laxabuntͬ illi † ſcilicet muſculi qui mouẽt epiglottidẽ, et deſtruetur motus eorũ. Dũ uox eſt in epiglottide agũt in ipſam duo modi muſculorũ; illi ſcilicet qui aperiũt, & illi qui claudũt. ſed ſi illi qui claudũt ſoli agũt, tũc accidet retẽtio anhelit⁹. et ſi illi qui aperiũt D ſoli agũt aũt neuter, tũc accidet anhelitus. Deſtruitur autẽ uox quãdo muſculi qui claudũt epiglottidẽ deſtruuntͬ, ſiue illi qui aperiũt ſaluantͬ. nõ enim addunt neq; diminuunt in deſtructiõe uocis. Quãdo creator uoluit in nobis ponere inſtrumentũ uocis, primo poſuit aliquid quo aer ſit in nobis uelociter, & eſt pectus. deinde poſuit occurſum aeris in ipſo ex uia ampla ad canalem ſtrictũ, ut aer per ſtricturã canaliũ uelocius currat. uelocitas em̃ facit ipſum fortiorẽ. qui quãdo percuſſerit chartilagines, tunc fiet uox: percutit etiã præter hoc tracheã arteriã, & uuulam, et ſuperius palatũ, & locũ curſus aeris per nares. Sed ex hoc nõ fit ſimpliciter eadẽ uox, ſed quaſi uox ut ſtertitio & azegiz. Vox aũt nõ fiet niſi quãdo aer percutit primã epiglotti-

alias quatuor · *alias anterius* · *alias ſex*

glotti-

glottidem:& est posita supra caput tracheæ arte/ riæ ad modum instrumenti quo musici utuntur ti bicines. Si epiglottis amplietur plusquã oportet, minuetur uelocitas motus aeris, & sic diminue/ tur fortitudo uenti tunc secundũ diminutionẽ ue locitatis & debilitatem percussionis:tũc enim mi nus resistent chartilagines aeri: non enim ampli/ antur nisi quãdo non extendũtur & remanent la- xatæ. Quando aũt epiglottis constringitur plus/ quam oportet,tũc aer qui exit ex epiglottide erit paruũs, & tunc erit minor percussio, quapropter uox erit parua. uox enim non potest crescere, nisi crescant illa duo quibus fit, aer scilicet & percus/ sio cremento proportionali. quodlibet enim cre/ scit propter crementũ illius à quo cõstat in substã tia. Egressio aeris uiolenta non fit nisi per extẽsio/ nem musculorũ ipsorum:hoc autẽ differt secundũ magis & minus, secundũ fortitudinẽ extensionis, & secundũ multitudinẽ & paucitatem musculo/ rum. In egressione autem aeris uiolẽta nimis, ne/ cesse est ut omnes musculi pectoris extendãtur ni mis, & maxime musculi costarum. Anhelitus au/ tem & uox nunquam fiunt absq; his musculis. in quibus si aliquod impedimentũ aut nocumẽtum acciderit, secundũ numerũ nocumentorũ erit de/ structio uocis. Si enim motus medij numeri illorũ destruitur, medietas uocis destruitur: & si tertia pars motus destruetur, tunc destruetur & tertia pars uocis. Et uniuersaliter illa pars quæ destrue/ tur de uoce, erit secundum partem destructam de numero illorum musculorũ. Adiuuant autẽ hos musculos duo musculi qui sunt apud radicem co/ starum, & illi qui sunt ex duobus lateribus spon/ dilorum:& ex duobus musculis procedentib. in longitudinem, musculi qui sunt sub diaphragma/ te positi. Sermo est ex uoce. uox est ei quasi mate ria:cum enim anhelitus occurrerit epiglottidi, ip/ sa epiglottide existẽte æquali in amplitudine, fiet uox:nam quãdo percusserit illam, fiet illud quod fit in fistula apud exufflationem.

Tractatus secundus.

Ex duobus neruis sexti paris ramificantur ex parte pectoris duo parui rami. qui reuertuntur a/ scendẽtes ad collum ex duobus lateribus tracheę arteriæ, quousq; perueniãt ad epiglottidem: quo/ rum uterq; continuatur cũ quatuor musculis epi/ glottidis. Et sex ex octo musculis omnino neces/ sarij sunt ad hoc quòd uox fiat: duo autem alij nõ in omnibus animalibus reperiuntur: quorũ actio est, dum epiglottis clauditur completa clausura. Ex istis autẽ sex, duo sunt in ipso canali epiglot/ tidis. aliorum uero quatuor, duo sunt à lateribus, & duo posterius. Duo autem musculi qui intrant in ipsum canalem epiglottidis, attrahunt iunctu/ ram quę est inter secundã et tertiam chartilaginẽ, & aperiunt illam duo musculi qui sunt in lateri/ bus, attrahendo illam iuncturã ad latera: & ape/ riunt eam duo alij musculi qui sunt posterius, at/ trahendo eandem iuncturam retro. Et sex† muscu (aliàs nerui) li prę̨ter duos prædictos neruos continuãtur cum

A musculis epiglottidis: quorum duo nerui descen/ dunt superne:& ramificãtur ex septimo pari ner/ uorũ cerebri, quando illud par appropinquat col lo:& † subiungitur per omnes musculos qui sunt (aliàs submer/guntur) extra chartilaginem scutalem. Et duo nerui ex il/ lis sex descendunt ex transuerso, & intrant inte/ rius epiglottidis, & illic diuiduntur. Et sunt duo nerui descendẽtes qui occurrunt duobus neruis ascendentibus de pectore. Coopercul ũ epiglotti/ dis est locus strictus, & est in medio primæ char/ tilaginis. in quo loco proprie fit uox, & aer qui ue nit ex pulmone, currit per tracheam arteriam: & primo † occurrit de amplissimo loco, & percutit (aliàs occurrit amplissimo) ipsum: deinde occurrit orificio cooperculi epi/ glottidis, quod est strictissimum ex illo cooperto B rio:& acquirit uelocitatem motus & fortitudinẽ: & illic fortiter percutitur coopertorium epiglot/ tidis, & fit uox Extensio duorum musculorũ qui sunt intra epiglottidẽ, prohibet ne coopertorium claudatur apud uocẽ:nam quando aer uehemen/ ter eleuatur, & cõtinet in circuitu partes cooper/ torij epiglottidis, cõstringit illud coopertorium, & claudit orificium eius, & sic prohibet ne fiat uox. Cum enim hi duo musculi ponantur circun dantes coopertorium epiglottidis, tunc quando extenduntur, resistẽt aeri qui uenit fortiter. Coo/ pertoriũ epiglottidis quando homo † uociferat & (aliàs sitim fert) quãdo anhelat anhelitu, aperit & ampliat multũ, Quãdo aũt anhelitus retinetur, aut quãdo aliquid comedit, perfecte clauditur tũc, adeo q; nihil ex il C lo trãsibit neq; ab interiori parte ad exteri9, nec ab exteriori ad interius. Causa aũt huiusmodi clausu ræ est in ipsa substãtia coopertorij epiglottidis. est enim neruosa mollis & leuis, ut sit cõstans, et apta motui. Voci & orationi posita sunt tria mẽbra: lin gua scilicet & epiglottis, & trachea arteria. Et uni cuiq; eorũ est positũ quoddam instrumentũ glan dulatũ ad hoc, ut temperet ipsum conuenienti hu miditate. Lingua autem habet duas glandulas, in quibus sunt duæ uenæ, in quibus currit saliua ad linguam & ad totum os. Collum autẽ habet duas glandulas, in quibus generatur humiditas. In epi glottide uero generatur humor phlegmaticus ui/ scosus ad hoc, ut humectet illa instrumenta. Sed ex duabus glandulis quæ sunt in collo, & ex cor/ D pore quod est in epiglottide non proueniunt ue/ næ in quibus currit humor, sicut proueniunt ex duabus glandulis linguæ. Sed illę quę sunt in col/ lo, sunt in natura spongiæ, ex quibus pertransit humor ille qui currit superne deorsum, sine hoc q; indigeat eis, aut sint ei necessariæ uenæ in quibus currat. Et posuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina transeuntia ad illos dentes, ad con/ cludẽdum orificium coopertorij epiglottidis. Et sunt ibi duo musculi continui, continentes radi/ cem tertiæ chartilaginis. Et necesse est ad hoc quòd uox fiat, quòd aer exeat uehementer, & quòd cursus eius in epiglottide sit strictus. Quan/ do uero cãna erit stricta, uox erit acuta: & si am/ pla, erit grauis. Si curta, erit addẽs in acumine: et si

 longa

longa, crescit in grauitate. Humiditas autem epiglottidis facit uoci grauitatem. siccitas uero acuitatem. Initium generationis uocis, est ex orificio linguæ epiglottidis: quod orificiũ quanto magis extẽditur, tanto magis aeris percussio crescit. Existente ergo amplitudine orificij in suo statu, si longitudo crescit, altitudo uocis †cadit, sed magnitudo eius crescit secundum extensionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo autem linguæ dum percussio fit, illa potentia quæ erat antequam cresceret amplitudo epiglottidi, minuit acuitatẽ uocis: & crescit in crassitie & magnitudine. Si uero lingua creuerit nimis, & †intrauerit de potentia percussionis, tunc crescet crassities uocis quantũ crescet in grauitate, sed non crescet in magnitudine. uox autem crassa fit ex multo aere sine potentia. Cætera autem instrumenta facta ad uocẽ, seruiunt huic instrumẽto, sicut illa quę sunt anterius usq; ad orificium linguæ, quę facta sunt ad magnificandum uocem, non ad acuendam.

al. erit eadem

aliàs minuerit

Tractatus tertius.

Duo sunt musculi eorum qui sunt epiglottidis, qui procedũt recte in longitudine, & continuant chartilaginẽ scutalẽ cũ osse quod est inter linguã & epiglottidẽ, & attrahunt maximã chartilaginẽ epiglottidis sursum & ante: & incipiunt à loco alto, deinde descendũt ad epiglottidẽ, ex quo habemus, ꝙ illi attrahũt scutalem chartilaginẽ ad suũ caput. Et similiter unusquisq; aliorũ musculorum attrahit membrũ, cum quo cõtinuatur, ad partem sui capitis. Et si hi duo musculi incidãtur, accidet uoci maximũ nocumentũ. eradicabitur enim scutalis chartilago, et amplificabitur locus ille totus. & laxatur multum ita, ꝙ nõ potest resistere aeri: non enim remanet in ipso nisi tela quæ continet œsophagum & cannam tantũ. Si aũt neruus qui continuatur cum illis scindatur, †minus nocebit uoci, diminuetur enim magnitudo eius, & fiet raucedo. Et sunt quidã musculi qui cõtinuant inter hanc chartilaginẽ & secundam: quorũ motus si destruatur, modicũ accidet nocumentum uoci, scilicet duo musculi parui, qui si scindãtur parua erit remotio, quę fiet inter primã & secundã chartilaginẽ. Et dixi de quatuor musculis qui sunt sup chartilagines epiglottidis, quoniã cõtinẽt cãnam & epiglottidẽ intus. nam caput uniuscuiusq; eorũ est superius. Non ergo possunt declinari ad posterius, quia spondyli colli hoc prohibẽt: nec ad anterius, propter hos musculos: neq; ad latera, propter musculos ex transuerso positos: & sic remanent in canna & epiglottide extensi. hoc aũt multum iuuat in hoc ꝙ fiat uox: aer enim ex quo fit uox indiget cursu recto & stricto. Si trachea arteria ex una esset chartilagine continua, non posset fieri fluctuatio in aliqua parte eius in percussione aeris: sed facta est ex pluribus chartilaginibus, quas† continet quædam tela gracilis, & sic mouetur & fluctuat quando aer occurrit: ideo necessarij fuerunt musculi ad hoc, ut adiuuent & coniungant ipsam. Et quia trachea arteria facta est, & ad

aliàs nimis

aliàs cõtinuat

A anhelitum & ad uocem, ideo posita est anhelitui tela, quæ ligat ipsam inter chartilagines. Voci autem facti sunt cum chartilaginibus isti musculi, ut constringant & adiuuent tracheam arteriam. Sunt enim duo musculi in canali uocis, quibus proprie fit uox: sunt & alij duo extra, qui continuant tertiam chartilaginem cum œsophago. & duo musculi qui mouent cannam. Apud destructionem motus eorũ fit raucedo, & fit uox rauca propter hoc, quòd aliquod corpus non sonorum percutit anhelitum. Et ipsa canna est non sonora in radice, quia est carnosa humida. Epiglottis autem est sonora acutæ uocis, cum sit chartilaginosa sicca, resistens aeri: ideo quando humefit, accidit raucedo. Et tela quæ est super cannam humefit, propter multa humida quæ per ipsam transeunt. Vnde ante aut potum aut cibum uox est clara, post autem minus clara. Quòd si potus fuerit plus quàm oportet, uox erit rauca: & ideo magis accidit raucedo senibus, propter multas superfluitates quæ generantur in eis. Et in omnibus corporibus illa quæ sunt sicca, sunt clarioris uocis ꝙ̃ illa quæ sunt humida. Si omnia instrumenta uocis aperiantur, tunc exit multus aer subito, & est anhelitus. si uero constringantur, tunc cum anhelitu †erit aliquod audibile, quod diuersatur secundum diuersitatẽ instrumenti quod constringitur, adeo ꝙ fiet percussio. Si uero epiglottis fuerit illud quod constringitur, tunc ille anhelitus erit uox acuta. Si autem fuerit canna, erit quiddã inter anhelitum & uocẽ, & est raucedo. & hoc erit, si non moueris epiglottidẽ, & dimiseris eam ociosam. Si uero dimiseris cannam non motã, & moueris epiglottidem, tunc fiet uox sine raucedine. Canna autem nullam habet actionẽ in uoce, nisi in hoc solummodo. Origo autem duorum neruorum qui sunt in collo †à parte duorũ neruorũ ab alis, ex ipso cerebro est: & hoc est, quia actio eorũ est de nobilioribus actionib. animalibus, & subtilior. Genera autem actionũ sunt tria, scilicet †cogitatio, uoluntatis conseruatio, & imaginatio rerum. Et mittuntur à cerebro sensus & motus uoluntarius ad alia mẽbra. Vox autem est nobilissima actio uoluntaria. fit autẽ ex nobilissimo motu animæ, scilicet ex motu cogitationis & deliberationis. unde hi duo nerui descendũt ex ipso cerebro ad stomachũ, ut quãdo cibus defuerit sentiat homo. unde orificiũ stomachi fuit maioris sensus ꝙ̃ cætera mẽbra: & ex illo ascendũt duo nerui ad musculos epiglottidis. Et non posuit creator hos neruos ex medulla spinali quę est inferior, & propinquior his musculis, sed origo eorũ neruorum fuit à cerebro, ut instrumenta uocis sint continua cum eo quod regit uocẽ, scilicet cogitatione, quæ est in cerebro. Reuersio autem horũ duorum neruorum inferne, fuit, ut continuentur cum musculis inferne: & motus fit superne, scilicet ex capitibus suis. Et duo nerui qui oriuntur à cerebro, diuiduntur in quatuor ramos unusquisq;: & currũt super radices costarũ ex superiori ad inferius: & unus

aliàs exit

aliàs ad partẽ

aliàs cognitio

B, C, D (marginal section letters)

A unus eorum intrat cor & pulmonem: alius stomachum: tertius † reuertitur ad radicem musculorum epiglottidis: cæteri autem intrant alia membra interiora & canales, & apostemata musculorum epiglottidis dicuntur angina interior & exterior. Et si in superiori parte palati acciderit humiditas, tūc claritas uocis corrumpetur. Vox habet duos terminos in acuitate & grauitate, quos si excesserit, destruetur: nam si orificium coopertorij epiglottidis post stricturam quam habet in acuitate uocis amplius constringatur, abscindetur: si uero extendatur & amplificetur post amplificationē qua uox fit in ultimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacror: & secundum † diminutionem anhelitus, si fuerit medius ab anhelitu qui est in nimia uelocitate, erit † diminutio percussionis aeris in coopertorium epiglottidis à prima percussione. Si uero anhelitus almacror medius iungatur amplitudini mediæ in orificio coopertorij epiglottidis, tunc uox in ueritate erit media inter acutam & grauem: quia motus pectoris indiget potentia. Ideoq; qui multum debilitatur, tacet frequentius, nisi ex aliqua solicitudine. & tunc cum magna angustia loquitur: & tunc musculi debiliter constringunt pectus. & transitus aeris erit tardus: cogetur ergo ut coopertoriū epiglottidis ponat ualde strictum quando uoluerit loqui, ut quod deficit ex uelocitate aeris, perficiatur ex strictura cursus eius in epiglottide: nā si instrumenta uocis amplissima essent, tunc uox destrueretur.

alias intrat

alias diuisionē

alias diuisio

B

Tractatus quartus.

Si spinalis medulla abscindatur in initio pectoris, & fine colli, & in initio dorsi, ubi septimus spondylus occurrit octauo, destrueretur exsufflatio totaliter, & uox omnino. nerui enim ueniunt ad omnes musculos qui sunt intra costas & intra hunc spondylum. Ad diaphragma ueniūt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex spinę medulla post spondylum tertium spondylorum colli. alius † oritur ex spinali medulla post spondylum nonum. † tertius ex medio inter hæc quidē oritur ex ipso cerebro. Si ergo spinalis medulla abscindatur apud tertiū spondylum, tunc diaphragma carebit duobus paribus neruorum, & remanebit ei motus tertij paris, quod uenit ex cerebro. Anhelitus almacror fit per musculos qui sunt inter costas. & musculi qui sunt supra uentrē, augmentant anhelitum: & tamen uox non ex actione istorum musculorū augmentatur. Et si duo nerui qui sunt ad partem duarum uenarū pulsatiliū destruantur, uox erit: & accidet musculis qui sunt inter costas aliqua occasio. & ramificantur ex his duobus neruis rami, qui continuātur cum cāna & pulmone, & diaphragmate, & stomacho, & hepate, & splene, & omnibus intestinis. Ad musculos autem qui sunt inter costas non ueniūt nerui nisi ex sola spinali medulla. Et inter musculos & neruos qui sunt in epiglottide & canna non est continuatio. Et omnes musculi qui sunt inter costas sunt xxij. qui totidem habent neruos: quorum si unus abscindatur ab uno latere, destruetē medietas anhelitus, & medietas uocis. Quidam putauerunt ꝙ actio anhelitus sit naturalis, cum fiat in somno & uigilia æqualiter, & sine uoluntate: alij dicunt ipsum esse uoluntarium, quoniam quando uolumus anhelamus, & quando uolumus retinemus. Et hoc est uerum secūdum nos, ut patet ex nostra anatomia. Alij dicunt quòd est medius inter uoluntatem & naturam.

alias minus

alias tertium quod est medium

C

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER

DE VTILITATE RESPIRATIONIS.

C

CALOREM uitalem qui est in corde dicit Arist. nutriri à sanguine, pingui & unctuoso existente, eodem modo quo flāma nutritur ab oleo. Et eiusdem caloris extinctionē, quemadmodum & flammæ dupliciter fieri: nam sicut flāma extinguitur dupliciter, siue cōsumpto oleo, siue addita ei maiore flāma, similiter calor uitalis extinguitur in morte animalis, aut ex defectu puri & pinguis sanguinis, ut in cōsumptis, aut aquoso sanguine repletis, aut ex superuētu caloris maioris, ut in febrientibus. Inuestigans autem Aristot. quare maior flamma extinguit minorem flammam ei appositam, dicit maiorē flammam consumere nutrimentum minoris flammæ usq; adeo cito, ut non possit æque cito nutrimentum succedere. Dico autem maiorem flammā trahere ad se minorem causa similitudinis usq; adeo cito, ut non possit æque cito minor flamma attrahere aliam flammā ex eo à quo nutritur sibi succedente. Nutritur autem flamma non solum à pinguedine aliqua, imò etiam ab aere uicino. & fit nutritio non ut quidam putant per alterationem nutrimenti, neque per assimulationem eius ad id quod nutritur, sed per attractionem partium nutrimenti, similium ei quod nutritur: id enim à quo nutritur ignis necesse est ut in se habeat igneas partes. Quòd autem ignis nutriatur ex aere probatur ex eo, quia si inter terram fodiatur specus ampla angusti oris, & magna lignorum congeries intermissa incendatur immisso igne, obstruso quidem foramine, necesse est ligna eodem momento omnino extingui: exit enim ignis per poros terræ superiectæ: & non potest aer subintrare ad reparationem ignis exeūtis, tum quia aer obstrusior est igne, nec ęque mobilis est ut ignis, tum quia necesse est plus aeris influere quàm sit ignis afflués, qui reparādus est ex eo, pro eo ꝙ nō ex toto aere, sed ex solis igneis partibus quę sunt in aere fit ignis. fitq; ex plurimo aere multo minor ignis: nā & similiter in omni nutritiōe fit ex multo nutrimento

D

nutrimento res modica per digestionem. Vniuersaliter etiam quicquid fit ex alio, minus est eo à quo generatur, quod tamen plerique negant: nam sicut, inquiūt, ex modica aqua fit multus fumus, similiter quoque ex modica aqua fit multus aer, ita quoque ex modico aere fit multus ignis. Dico autē quòd fumus non fit ex sola aqua, sed habet plurimum aerem, in quo disseminatæ sunt aqueæ particulæ, quod est uidere hoc modo: nam quando bullit aqua in uase ad ignem, ignis quidem transit per poros uasis ad aquam faciens illam tumescere & ampullas eleuari. fiuntque ampullę ex directo ignis qui est sub uase: sicque ad mediam aquam transit ignis ascendens in aerem. attrahitque secum aqueas particulas, cum quibus aeri admiscentur, feruntur que aqueæ particulæ sursum, donec deseruntur à calore inferiori aere, quem frigidum esse constat, ut ostensum est alias. Amplius autem nubes, cum sit fumus, congelata quidem, fit nix, quemadmodum pluuia congelata fit grando: nix autem plurimum habet aerem, quemadmodum spuma: & est alba utraque propter aerem sibi commistum: quem Aristot. esse album ostendit: sed hæc hactenus. Quoniā autem flamma in continuo fluxu est, & continue generatur alia & alia flamma, succeditque posterior flamma in locū prioris, imò in modum fluuij, putant quidam priorem flammam sursum ascendentem extingui ab aere. Dico autem eam admisceri aeri, disseminarique in eo per minutas particulas: nam & similiter disseminata fuerat prius, non solum in eo à quo generata est, imò etiam & in aere uicino, præsertim cum multo plus nutrimenti habeat flamma ex aere quàm ex aliquo alio. Sicut autē flamma in continuo motu est, & in modum fluuij alia alij succedit, & ita calor continue effluit à corde ad uenas, & per uenas ad totum corpus, & inde cōtinue effluit extra corpus: nam & uestes non ab aliud calefaciunt, quàm quia retinent calorem continue euaporātem à corpore per poros. Sunt autem pori uenæ subtilissimæ per quas effluit calor, & etiā sudor, qui nihil aliud est quàm aqua sanguini admista: quandoque poris amplius dilatatis effluit ipse sanguis. Quòd autem pori sint uenæ subtilissimæ, inde patet, quod quælibet uena producit ex se aliam uenam minorem, & aliam iterum minorē, usque dum diuisio perueniat ad capillares uenas. Accidit autem poros per frigiditatem, aut aliquo uiscoso fumo oppilari: & tūc calor multiplicatur in uenis: non enim sufficienter euaporare potest, tum propter angustiam pororum, tum quia fugit interius, propter frigiditatem sibi contrariā, quæ est exterius. Dicit enim Aristot. ultimam digestionem sibi fieri in corde, sanguinemque in uentribus cordis generari. Dicit quoque Arist. primū & uniuersale instrumentum omnium sensuum est cor: non autem cerebrum ut quidam asserūt. hoc autem est indicium, quòd impossibile est dolorem fieri in aliqua parte corporis, quin fiat passio in corde. & si multus fuerit dolor, facit syncopen

A cordis. Nam omnes partes corporis colligātiam habent ad cor per medias uenas, & pelliculas, & neruos. A duobus igitur uentriculis cordis procedunt magna uena & arteria ad supremū spondylum colli. nam magna uena quæ dicitur caua, procedit à dextro uentre cordis. & primo transit ad gibbū hepatis: & inde per dorsum ad caput. Magna uero arteria quæ dicitur aorta, quando procedit à sinistro uentre cordis, primo transit ad quintum spondylum dorsi, qui cæteris spondylis uicinior est cordi. unde quando œsophagus spondylis † innititur, declinat quidem in quinto spondylo dorsi, & in alteram partem dans locum magnæ arteriæ. Prædicta uena & arteria uenientes ad caput, coniunguntur duabus pelliculis cere- (al. uicinior fit)

B bri, & etiam pelli quæ per omnes spondylos protenditur, & tegit spinalem medullam. Dicunt autem anatomici duplici pelle tegi spinalem medullam, quemadmodum & cerebrum. Ab his uero pellibus cerebri & spinalis medullæ procedunt omnes nerui corporis. Nihil igit̄ de corpore sensibile est, præter uenas, & arterias, & pelliculas, & neruos, cum sit ex eis unum quoddam continuum cum corde. Alia uero membra insensibilia sunt, ut ossa, & ligamēta ossium. quorum duplex est genus: nam eorum quibusdam colligātur ossa ad seinuicem: alijs uero colligantur ad musculos. Sunt autem & chartilagines omnes insensibiles, quemadmodum & ossa: nam & plerunque ab ossibus procedunt, & si nō omnes. Sunt autem ma-

C ximæ duæ chartilagines corporis, altera quidem ex qua constat trachea arteria, & altera quæ procedit ab osse puppis: & est maxima pars uirgę uirilis, & colli matricis. Sunt etiam insensibiles omnes pinguedines, & medullæ, & ipsum cerebrū, & est etiam caro pulmonis insensibilis. circundatur autem tribus pelliculis, quarum duæ procedunt à uena & ab arteria, quæ à duobus uētribus cordis procedunt: & hæ duæ pelliculæ sunt sensibiles, tertia uero procedit à trachea arteria, quæ est insensibilis, quemadmodum ipsa trachea arteria à qua procedit. fitque per hanc inspissatio aeris ad cor secundū fistulas ipsius, quæ à trachea arteria procedunt. Similiter autem hepar & splen insensibilia sunt: quemadmodū & pulmo. exceptis

D etiam quibusdā uenis, neruis, & pellibus quæ in eis sunt, quæ procedunt ad pulmonem, & hepar, & splenem, dilatanturque in eis. Sunt autem glādulæ omnes insensibiles, quemadmodum et pinguedines, cum sint de genere pinguedinis, quamuis quædā uideantur sensibiles, propter pelliculas sibi insertas. Sunt autem tam pinguedines quàm glandulæ omnes in corpore ad fomentum & cōseruationem caloris naturalis: quāuis enim calor à corde ad totū corpus procedat, sunt tamē quædam corporis partes magis susceptibiles caloris quàm cæterę. pinguedo enim quę supposita est hepati, & spleni, et intestinis, calefacit ea, facitque nutrimentū digeri in eis. unde cū cuidā pugili pinguedo hæc in palæstra rupta esset, & postmodū liuida

da facta, à medico erepta esset, cœpit pugil supra modum frigoris esse impatiens, & consueta cibi digestio in uentre mutata est. Glandulæ autem quæ à radice linguæ sunt, non solum generant saliuam, sed etiam digerunt sanguinem in uenis, quæ ad meningas cerebri coniunguntur: cum enim meninges cerebri constent ex subtilissimis uenis quę à crassis uenis colli procedunt non potest sanguis uenulas meningum subintrare, nisi fuerit plurimum digestus. Item glandulæ sunt in mesenterio caloris causa, attrahentis succum cibi ab intestinis ad uenam hepatis. Item testiculi, & mammillæ glandulosæ sunt ad generandum sperma & lac. adiacent etiam collo uesicæ glandulæ, caloris causa attrahentis urinam à renibus, & insuper sperma digerentes. Quidam etiã inter glandulas annumerant renes, qui urinam attrahunt à uena quæ est in gibbo hepatis: quamuis Aristot. dicat non ob aliud renes esse in corpore, quàm ut per eos excoletur urina: nam uasa duo deferentia urinam à gibbo hepatis terminantur ad duos renes: & rursus ex alia parte renum oriuntur alia uasa urinalia, procedentia usq; ad uesicam, perforata intra uesicam foraminibus pluribus atq; subtilibus, per quæ fluit urina uesicæ: & hæc quidẽ foramina in mortuo animali non apparent, pro eo ꝙ frigiditate obtusa sunt. Dico autem calorem qui est in sinistro uentre cordis & in arterijs, non solum nutriri ab aere influente per fistulas pulmonis: imò etiam ab aere influente per poros corporis. quod probatur ex eo quod accidit in passione quadam quæ dicitur suffocatio matris, in qua nulla fit manifesta inspiratio aeris. Dico autem in hac passione cor comprimi à matrice sursum eleuata, modicumq; calorem remanere, in eo quod nutritur à modico aere influente per poros: nam & similiter plura animalia uiuunt, non habentia cor, neque pulmonem, quorum calor uitalis cum sit modicus, nutritur ab exteriori aere influente per poros. hæc autem sunt parua animalia, ut muscæ, & similia: & etiam in piscibus polypodes, & alij omnes qui sanguinem non habent: quamuis etiam de cæteris piscibus sanguinem habentibus dubitetur quomodo spirent intra aquam. Cõstat autem maiores pisces spirare aerem extra aquã, quos etiam pulmonem habere manifestum est. minores uero pisces, qui loco pulmonis brãchias habent, spirant intra aquam. spirantq; aerem, qui modicus est, intra aquam, per poros branchiarũ, qui sunt proportionales fistulis pulmonis: quemadmodum enim fistulæ pulmonis, ita similiter & pori branchiarum usqueadeo angustantur in ea parte quę terminatur ad cor, ut non capiãt aquã, sed aerem solum. qui per poros excolatur ab aqua, transiens ad cor. Quòd autem aer sit intra aquã, probatur ex eo ꝙ quando cõgelatur aqua, fit minor, propter aeris expressionem. unde Aristoteli uisum est ꝙ pisces qui branchias habẽt loco pulmonis, nõ attrahant aerem: sed aquã attrahant, ad refrigerãdum calorem cordis: nam & si-

A militer de habentibus pulmonem dicit Arist. ꝙ attrahunt aerem, ad refrigerandum calorem cordis, cum ostensum sit aerem inspiratum præstare nutrimentum calori cordis. Hippocrates autem in libro De generatione animalium dicit aerem inspiratum refrigerare pariter ac nutrire calorem cordis. Aristoteles quoq; in quodã loco affirmat ꝙ omne nutrimẽtum influens, refrigerat id quod nutrit: & addit etiam quòd deficiente nutrimẽto, fiat caloris augumẽtatio, ratiõe uacuitatis: & hoc ostendit per simile eius quod accidit in uentre & matrice, quæ postquam sunt uacua, calidiora fiũt quàm quando plena fuerint. huius autem causam determinauimus in libro quem de spermate edidimus: & hoc quidem hactenus. His igitur præ-

B missis, postmodum scire oportet, quòd cũ in corpore sint uena, & pellis, & neruus, quæ sunt receptacula sanguinis, & spiritus, et pellis quidẽ mediam habet naturam inter neruum & uenam: & manifestum est quòd ad omnem pelliculam coniungitur aliqua uena, quæ in ipsa pelle diuiditur in multas subtiles uenulas, subtilem sanguinẽ capientes. habet autem & neruus uenulas. ideo & findi potest in longum: sed habet eas plurimum subtiles, solum capientes spiritum. Dico etiam quòd instrumenta omnia sensuũ continentur pelliculis, fiunt que sensus in ipsis pelliculis, ut est uidere in oculo, cuius pelliculæ plenæ sunt humore aqueo, & originem habent à cerebri pelliculis. fitq; uisus non in crystallino humore oculi,

C ut Aristoteli uisum est, sed in pelliculis oculi: quarum duæ procedunt à duabus pelliculis cerebri, & tertia à neruo qui opticus dicitur, id est uisibilis, proceditq; ab ipsis pelliculis cerebri. est autem præter has pelliculas tres, quædam alia quarta, quæ est in oculo, quæ alba est, & continet omnes alias. proceditq; à pellicula quæ tegit craniũ, & est insensibilis: est autem hæc pellicula in piscibus ualde dura, & ferè in modum ossis. Similiter autem & pellicula plena aere locata est intra aurem, in qua fit auditus. Et pelliculæ plenæ spõgiosa carne locatæ sunt intra nares, in quibus fit olfactus. Et omnes hæ pelliculæ originem habent à pelliculis cerebri. idem quoque oportet intelligi & de pelliculis linguæ, in qua fit gustus. De tactu

D autem dicit Aristoteles, ꝙ fit in carne totius corporis. Dico autem quòd non fit in carne, sed in pelliculis carni commistis: manifestum est enim reticulatam carnem esse pelliculis ualde subtilibus, quæ à crassis uenis procedũt, & ab eis deportant subtilem sanguinem ad nutrimẽtum carnis. Probat autem Aristoteles quòd principium motus, quemadmodum & sensus, est in corde, pro eo ꝙ omnis motio fit cum ui & conatu. Vim autem facit contentio spiritus. origo autem spiritus est in corde: deinde ex cõtentiõe spiritus, fit in omni conatu inflatio uenarũ, & neruorũ, & etiam pellium cerebri, & spinalis mędullæ, & principaliter diaphragmatis. Constat enim uires corporis omnes esse ex neruorum tensione: causa autem

tensionis

tensionis nerui nulla est alia quàm spiritus neruũ inflans. Sed quia origo spiritus est à corde, oportet prius diaphragma inflari, & postmodũ uenas, deinde duplicem pellem spinalis medullæ, & ipsius cerebri. ultimo uero neruos. Spiritum autem uoco non solum uaporem sanguinis, sed etiam aerem inspiratum qui ei admiscetur. transit enim aer inspiratus à pulmone ad ambos uentres cordis, & inde per uenas & pelles usque ad neruos. In omni igitur conatu fit per contentionem anhelitus, conclusio spiritus inter diaphragma, & in ipsis fistulis pulmonis quæ procedunt à trachea arteria, †postquã fit aeris inspiratio. & †idẽ spiritus comprehensione diaphragmatis transmittitur per fistulas pulmonis ad uentres cordis, & inde ad uenas, & pelles, & neruos. Contingit autem oppilationem fieri in loco in quo uena & arteria procedentes à corde, transeuntes per collum, coniunguntur ad pelliculas cerebri & spinalis medullæ, ex humore, aut fumo multo, aut paruo, & tantum crasso, aut subtili. fitq; ibi oppilatio per angustiam uenularum quæ procedunt ab illis uenis, disseminantur que in pelliculis cerebri & spinalis medullæ. Dico autem ex hac oppilatione fieri somnum: quãdoq; epilepsiam, & quandoque etiam apoplexiam. fit autem apoplexia ex humore plurimo & crasso. epilepsia ex humore non tanto, neque adeo spisso. & quandoq; ex solo fumo crasso, ascendente à stomacho, aut pede, aut aliquo membro alio. in his quidem uidetur aura subtilis & frigida ascendere ad caput. Somnus autem fit ex multo fumo subtili, faciente diuturniorem, sed minorem, & facile solubilem oppilationem. unde quidam in somno sentiunt, & mouentur, et etiam loquuntur, et imaginantur somniantes: nam & similiter imaginãtur quidam in epilepsia, et etiam in syncopi, quæ est passio cordis. Fit autem quibusdam in epilepsia spuma circa os, dum spiritus qui fertur à corde in uenas sursum occurrit humori facienti oppilationem, & ei admistus spuma fit. Est enim spuma admistio aeris & aquæ, aut humoris. ideoq; alba est ut aer. & ephialtes quędam epilepsia quæ fit in somno. fit autem ex mistione tanquam epilepsia. Ideoq; non in uigilante, sed in dormiente: ut enim prædictum est, somnus & epilepsia fiunt in eodem loco, & ex simili causa: unde Aristoteles dicit epilepsiam esse somnum quendam. uerũ ephialtes longo tempore perdurãs in epilepsiam conuertitur. Amplius autem dicit Aristoteles quòd quibusdam uenis colli compressis fit homo insensibilis, & similis dormienti: unde & antiqui uenas illas uocauerũt carotidas, propterea quòd in eis fit caros, quod est insensibilitas, & immobilitas totius corporis. Compressio diaphragmatis quæ fit in respirando, causa est prolationis uocum, quando uuula, quæ est in gutture, supponitur tracheæ arteriæ ita, ut respiratio fiat per angustum. spiritus enim exiens per angustum, quãdo colliditur uuulæ sibi oppositæ, facit sonũ: alioquin fit respiratio sine sono, quando spiritus liberum habet exitum. est enim diaphragma, respirationis origo, et uocis, et omnium uirium corporis. Est autem & ipsa uuula principiũ uocis, quia sensibilis ac mobilis, quemadmodum diaphragma. Et insuper efficit uires corporis quemadmodum & ipsum diaphragma. nam in omni conatu fit oppilatio omnimoda tracheæ arteriæ suppositæ uuulæ, ut compressione diaphragmatis, spiritus qui est in fistulis pulmonis, non possit sursum per os exire, sed transmittatur ad cor, & à corde ad uenas, & inde ad pelles cerebri, & spinalis medullæ, à quibus nouissime transmittitur ad neruos: quorum tensio uires corporis efficit. tenduntur autem, modico spiritu eos subintrante & inflante. Pulmo autem est immobilis secundum seipsum, & insensibilis, quemadmodum & ipsa trachea arteria. Vnde & in peripleumonia non sentitur dolor, sed grauitas sola. Mouetur autem pulmo cum diaphragmate, eo quòd colligantiam habet ad ipsum quibusdam pelliculis: & insuper ex eo, quia dilatatione diaphragmatis, maior existit capacitas inter diaphragma, quam necesse est impleri ex aere in spirãdo, & inflante fistulas pulmonis, quæ intra diaphragma continentur. Quæritur autem de motu diaphragmatis, utrùm sit uoluntarius. Si enim est uoluntarius, quomodo igitur fit in dormiente? si autem nõ est uoluntarius, quomodo ergo potest uolũtarie retineri? nam et quidam leguntur tandiu continuisse, donec extincti sunt. Dico autem motũ diaphragmatis uoluntarium esse, fieri quidem uoluntarie per neruos, nihilominus etiã fieri propter aliam causam. nam cum calor cõtinue effluat à corde, necesse est continue influere aerem ad cor, qui inflat pulmonẽ: & propter hoc totum diaphragma, pro eo quod pulmone inflato necesse est capacitatem diaphragmatis augmentari. Non solum autem inflatio pulmonis, quæ fit ab aere inspirato, causa est ut diaphragma dilatetur: imò etiam quia aer inspiratus transit à pulmone per cor ad uenas diaphragmatis, procedentes à corde, in quo est origo uenarum omniũ, non solum pulsantium, imò etiam & aliarum, ut alibi ostenditur. Non solum autem uenæ diaphragmatis inflantur spiritu, imò etiam aliæ uenæ remotiores à corde, ut in forti conatu est uidere: nam & uenas pellium cerebri ab eadem causa accidit inflari, ut apparet in habentibus fractum cranium, si anhelitum cõtineãt. nam & spiritus qui neruos subintrat, procedit à corde ad neruos per intermedias uenas. quod probatur ex eo, quòd quibusdam uenis colli compressis, fit homo absque omni sensu & motu. Non solum autem pulmo ministrat cordi aerem ad nutrimentum caloris uitalis, imò etiam communit & conseruat calorem qui est in corde: cuius simile est in cinere uidere, qui superponitur igni ad conseruandum ipsum. Habet autem pulmo quemadmodum & cinis plurimam raritatem, per quam habet ignis moderatam respirationem, et moderatam

alias per quã
alias inde

ratam aeris influxionem. fit'que inspiratio & respiratio per fistulas procedentes à trachea arteria, ad cor terminatas, quæ sunt in pelle circumtegente pulmonē. Manifestum est enim ꝙ ad conseruationē ignis necessarius est aer: non ut quidã putant propter refrigerationē, sed nutrimēti causa. est enim aer nutrimentũ ignis: omne autem nutrimentũ, simile fit ei cuius est nutrimentum: aer enim influens per poros cineris, ignitur, ad restaurationem euaporationis ignis. aer enim per digestionē fit ignis. Digestionem uoco separationem ignearum aeris partium ab alijs partibus: est enim aer corpus dissimiliũ partium, habens caliditatis & frigiditatis particulas in se ipso. unde nec aer est elementũ: sed sicut alibi ostensum est, duo tantum sunt elementa: calidum & frigidũ. Dico etiã quòd ex aere fit aqua, euaporatione ignearũ partium: nam cum omniũ fluminum origo sit à montibus, dicit Aristoteles nõ solum uapores aqueos ascendere inferne per uenas quasdam ad crepidinem montium, & inde distillare, sed etiam in ipsis uenis mōtium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifestum etiã ꝙ nec aqua est elementum, nec aer: fit enim ex aqua glacies, expressione aeris qui in ea erat. unde minor est glacies ꝙ̃ fuerit aqua, propter aeris eductionē: nam & omne metallũ maius fit si liquefiat quàm fuerit prius. ignis enim subintrans liquefacit aquã, quæ in poris metalli congelata est. Sunt autem pori in metallo adeo angusti, ut non possit aer, sed solus ignis subintrare. Rursus autem oportet scire, in omni nutritione, id quod nutritur, attrahere & cõgregare particulas sibi similes, quæ disseminatæ sunt in eo à quo fit nutrimentum, pro eo ꝙ naturaliter simile ad suum simile tendit. Fit autem digestio nutrimenti per calorem, pro eo quòd calor ut ait Arist. aggregat similia, & disgregat dissimilia. quemadmodũ enim in uentilatione adunatur per commotionē granum seorsum à palea: ita etiã in nutrimento fit per calorem commotio omniũ similiter partiũ: & in ipsa cõmotione similiter in nutrimento similiũ ad se inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionem, pro eo ꝙ in cõtinuo motu est, ut est uidere in aqua bulliente. Amplius autem calor inspissat nutrimentũ, dum continua sua euaporatione partes aqueas secum trahit. Deinceps autē oportet scire solum diaphragma esse principale instrumentum respirationis, pulmonem autem fistulis plenum recipere multitudinem inspirati aeris in fistulis suis: & ob hoc receptaculum spiritus appellatur. Subintrante igitur aere inflatur pulmo, & rursus paulatim detumescit, aere paulatim transmisso ad cor, ad nutrimentum caloris qui est in corde: unde quia colligitur multus aer in pulmone qui sufficit aliquandiu ad nutrimentum caloris cordis, inde est quòd aliquis potest aliquando absque spiratione perdurare, & aliquando absque interpollatione uocem protrahere. Insuper autem & aer breui aliquãdo tempore permanens in pulmone calido existēte,

A ibiq; digestus efficitur competentius nutrimentum caloris cordis. Dicit enim Arist. quòd pisces qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interius aquam, ad refrigerandum calorem uitalem cordis. Dico autem calorē uitalem nutrimento indigere, non autem refrigeratione: nutrimentum uero ignis nullatenus est aqua, sed aer: sunt enim in prędictis piscibus pori quidem branchiarum ad cor adeo subtiles, ꝙ non capiunt nisi aerem solum, per quos transit aer qui est aquæ commistus. Dicit autem Aristoteles aerem non esse intra aquam, persuadens hoc ex eo, quòd cũ aer leuior sit, aquæ supernatat, nõ autem admiscetur ipsi. Est autem sibijpsi contrarius, cum alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expressionem aeris qui

B est in ea. Verum pisces pulmonem habentes multo plus habent caloris quàm cæteri pisces, ut delphini, & phoca, & canis, et cete omnia, & similia. Quoniam igitur multus calor qui est in eis multo indiget aere ad sui nutrimentum, inde est quòd spirant extra aquam. Scire autem oportet quòd trachea arteria ueniens ad pulmonem, facit circa eum pellem plenam fistulis pluribus ac subtilibus, quæ terminantur ad uentrem sinistrum cordis: habentq; foramina subtilissima, per quæ capiunt aerem solum, non autem sanguinem: fitq; per hæc foramina inspiratio aeris ad sinistrũ uentrem cordis. Sanguis autem qui est in sinistro uentre cordis non potest per ea effluere, propter eorũ angustiam. Amplius autem uena & arteria pro-

C cedentes à duobus uentribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, plenas uenis & arterijs plurib. ac subtilibus. Quoniam autem in conatu fit †conclusio spiritus, non solum in fistulis pulmonis, sed etiam in uenis & neruis, contingit quãdoq; terminos uenarum ex multo spiritu dilatari, spirituq; exeũte trahere secum sanguinem. estq; sanguis hoc modo exiens spumosus, propter spiritum sibi admistum. Accidit etiam eadem causa sudorem exire per poros corporis. Est autem sudor, sanguini aqua admista. Pori uero sunt uenæ subtilissimæ, quæ à crassis uenis procedunt. Contingit autem poros ex multo aut feruido spiritu usqueadeo dilatari, ut etiam exeat sanguis per eos, fiatq; sudor sangui-

D neus. Miror autem plurimum super eo quod dicit Aristot. se uidisse poros cordis in pulmone, per quos fit aeris inspiratio & exspiratio; cum sint imperceptibiles propter sui paruitatem, quēadmodum et pori uesicæ, per quos ingreditur urina, maxime cum per frigiditatem obstruantur huiusmodi pori in mortuo animali. Dicit enim tres esse uentres cordis: cum sit patens uisui esse tantũ duos. ab uno enim procedit magna uena, & ab alio magna arteria. in paruis etiam animalibus unum tantum esse, à quo procedit magna arteria. Postmodum autem scire oportet, quòd pulmo, cum sit spongiosus & calidus, habet uim attractiuam: attrahitq; aerem ad se, ad refrigerandum calidum cordis: quemadmodũ uentosa igne intro-

al. conculcatio

misso: exit enim ignis per poros uentosæ, & necesse est aerem subingredi. Idem quoque est uidere in hepate, quod spongiosum est & calidum, attrahitque succum cibi ab intestinis per medias uenulas cuiusdam pellis, quę media est per intestina & concauam uenam hepatis, & continuata est utrisque. dicuntur autem uenulæ illæ mesaraicę, siue mesentericæ, pellis in qua sunt, mesenterium, siue mesaræum appellatur, & protenditur à medio uentre per intestina. Dicit enim Arist. mesenterium uicē radicis obtinere: sicut enim radix attrahit nutrimentum à terra, ita et mesenterium ab intestinis nutrimentum corporis animalis. Cor etiam, in cuius cōcauitate plurimus est calor continue effluens, attrahit continue à fistulis pulmonis: attrahit etiam succum cibi à concaua uena hepatis: quia ut ait Arist. in corde perfecte digestus sanguis fit. Rursus autem cor attrahit ab intestinis succū cibi aliūde quàm per hepar, id est per mediā arteriam. arteria enim quę protēditur à corde per dorsum, & coniungitur mesenterio, non transit per hepar, cum dicat Arist. in hepate nulla est omnino arteria. Est autem sanguis arteriæ liquidior quàm uenæ: & præ nimia sui aquositate non coagulatur, quemadmodum sanguis qui est in uena: huius autem hæc est causa, quòd hepar uenæ superpositum maximā habet uim attrahendi, attrahitque succum cibi multū ac spissum ab intestinis: ideoque in uena multus est sanguis ac spissus, qui cito coagulatur euaporante aqua. ecōtrario uero sanguis arteriæ modicus est & aquosus, pro eo quòd arteria habet uim attrahendi debilem ex solo proprio calore, & etiam ex corde. Dicit enim Arist. quòd in quibusdam animalibus sanguis ipsius uenę liquidus est, & non potest coagulari, ut in ceruo, & lepore: suntque huiusmodi animalia timida, pro eo quòd habent sanguinem frigidum & aquosum. rursus autem quædam animalia habent sanguinem ualde spissum ac terrestrem, qui coagulatur statim, ut taurus: cuius etiam sanguis uenenosus est. Et huiusmodi quidem animalia habent pinguedinē quandam terrestrem, quæ sepum dicitur. & sunt plurimum ossuosa. & sunt etiam calida & audacia: nam sanguis terrestris plurimum calidus est, pro eo quòd est receptaculum amoris: sed prius †contingit calorem in eis egisse, ut est uidere in calce, & cinere, similiter & sale: nam sal genus terræ est: estque sal terra incensa: quod probat Aristot. ex eo, quòd quibusdam calamis incensis & incineratis fit sal, si mistus fuerit aquę, et eadem aqua bulliat ad ignem: uinum etiam quāto fortius est, tanto terrestrius est, quod probatur ex eo, quòd quanto fortius est, tanto pōderis plus habet, adeo etiam quòd supernatat †oleum in eo. Amplius autem uinum, & liquores alij uarios sapores habent ex terra sibi admista: unde in quadā regione uinum suspensum ad ignem in utribus, indurescit in modum salis, euaporante aqua. Dicit etiam Arist. quòd

aliàs si prius contigerit

aliàs ouum

A in sanguine spisso inueniūtur neruuli quidam: & quanto spissior est sanguis, tanto plures insunt. In liquido autē sanguine nulli possunt inueniri. Dicit etiam Arist. quòd homines liquidioris sanguinis, sunt timidi, sed boni sensus, ex eo quòd molles carnes habent, suntque passibilia maxime in eis instrumenta sensus. Videndum autem est deinceps, utrum aliquis meatus sit à uena ad arteriam. quod quidem probatur ex eo, quòd si scinditur uena aut arteria, effluit omnis sanguis, tam qui est in uenis, quàm qui est in arterijs. Quæritur autem quomodo sanguis intret arteriam, si uerum est, ut plurimi putant, totum succum cibi ex quo fit sanguis transire ad uenam hepatis. Aiunt igitur quidam, quòd cum uena & arteria habeant in corpore parietem communem fistulas quasdam habētem, sunt

B quidem in medio illarum fistularum quidā meatus angusti, per quos excolatur sanguis. & meatus illi in mortuo animali non apparent, quoniā per frigiditatem sunt obstructi. Dico etiam mesaraicum, per quod transit succus cibi ab intestinis per totum corpus, non solum continuari uenis hepatis, imò etiam arteriæ cuidam procedenti à dorso, & non transeūti per hepar, sicut testantur omnes qui de anatomia scripserunt. ex quo manifestum est, succum cibi non omnino transmitti ad uenam hepatis, imò etiam partim ad arteriam. Amplius autem uena & arteria simul in toto corpore sunt, præterquàm ut ait Arist. in hepate & splene. iungūturque adinuicem quibusdam

C pelliculis, in quib. sunt uenulæ subtiles, per quas ab arteria ad uenam excolatur liquidus sanguis. Scire etiam oportet quòd non solum à uena hepatis, imò etiam ab arteria sunt meatus quidam ad renes. Dico autem quòd ab omnibus uenis & arterijs corporis mittitur urina, quemadmodum & sudor: nam quemadmodum urina, ita quoque sudor nihil aliud est quàm aqua sanguini admista. Dico etiam quòd quemadmodum hepar, ita quoque & splen attrahit succum cibi ab intestinis per medium mesenterium, cui continuata est uena splenis, quemadmodum & hepatis uena. unde splen ut ait Arist. recte hepar sinistrum potest appellari. Item à corde protēditur uena ad splenem, quemadmodum ad hepar, per quam cor attrahit

D sibi succum cibi à splene, quemadmodum ab hepate. In splene autem ut ait Arist. nulla est arteria, quemadmodum nec in hepate. Dico autem quòd in curuatura hepatis & splenis inueniuntur tam arteriæ quàm uenæ, in gibbo autem hepatis solæ inueniuntur uenæ quæ conueniunt ad cauam uenam. in gibbo uero splenis nec uena est nec arteria. Miror autem quamplurimos antiquorum ignorasse usum splenis in corpore humano: alios autem opinatos nosse, penitus errasse: solus uero Aristot. in libro De particulis animalium diligenter super hoc scripsit, qui fuit uerus solus ueritatis ostensor.

Hoc ei quod de pulsibus possibile est competentem modum circuit. Primum autē aiunt egenum antiquū de pulsibus. item non de pulsibus hoc intitulasse: sed de palmon, id est de saltib⁹. ignorauit enim ut decēs hic uir quæ existat differentia pulsus & palmi, id est saltus, sicut deinceps ostendemus, primum dicentes quid sit pulsus.

H

De diffinitione pulsus.

Pulsus igitur est diastole, id est dilatatio, & systole, id est constrictio cordis & arteriarum. solæ enim hæ eorum quæ in nobis, pulsuali motu mouentur. Alia uero, quæcunq; uidentur & ipsa pulsualiter moueri, ut meninges, quæ circa cerebrū sunt in pueris uisæ, secundum participationem arteriarum mouentur, circa quas particulas fit palmos, id est saltus, & tremor, & spasmus.

De his quæ pulsui simulantur.

Similia uero pulsui sunt, et palmos, id est saltus, & spasmus, & tremor: etenim & hæc uidētur quibusdam ita fieri, sicut & pulsus, ex diastole & systole. Differentia uero in eis existit plurima. Igitur Praxagoras quidem existimauit hæc ad se inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex pulsu qui magis, eo circa motum extenso, palmon, id est saltum. ex palmo uero, tremorem: & hoc quidem Praxagoras uir nō liber neq; in his quæ secundum medicinam sunt contemplationibus, neq; in alijs secularibus. Herophilus uero diligentius insistens huic loco, in qualitate magis eas differētias inuenit. fieri enim pulsum circa arterias solas & cor. palmon autem, id est saltum & spasmum, circa musculos & neruos. & pulsum similiter generari cum animali, & mori cum eo. Fit autem pulsus ita, quando cor attraxerit ex pulmone spiritum, primum quidem eum suscipit in sinistrum suum uentriculū: demū super concidens deinceps ipsis arterijs præbet. Contingit igitur in concisione, repletis his quę in corpore sunt arterijs pulsum perfici, euacuatis autem, systolen. Igitur arterię quidē, sicut dixi, repletæ pulsum perficiūt, assumentes spiritum, cor autem euacuatum, sicut deinceps demonstrauimus. Proprium igitur terminum, id est diffinitionem dedimus eius, pulsum dicentes esse diastolen & systolen cordis, & arteriarum.

B

C

D

Vnde constet pulsus.

Consistit autem pulsus ex diastole & systole: quia uero in pari & eodē tempore & cor & arteriæ pulsum perficiūt, & propterea existimāt fere omnes ꝙ repletis utrisq; similiter fiat, uolo repræsentare eorū errorem. Nā quod quidem in pari tēpore ex arterijs & corde pulsum qui fit assumimus, manifestū est: quod autē arterijs quidē repletis, corde uero euacuato hoc fiat, uolebā remittere eos qui uolūt discere, ad anatomiā, id est ad incisionē, ut aūt non uidear inuidus esse & liuorem habere, paucis repræsentabo. Corpus cordis, id est substātia, pinea forma existit: & ampla quidē pars eius in qua sunt ora uentriculorum eius, pulmoni unitur, & in medio quatuor fibrarum iacet: una enim fibra breuissima reliquarū existens, tertium thoracis spatium repleuit. Acuta uero pars eius & oblonga secundū sursum cū pectore; non ut sit cōtinua sicut est basis eius pulmoni, sed est absoluta. Continetur autem undiq; cor mēbrana quod uocatͬ pericardion, id est circa cor. Hoc aūt nō solū pulmoni unitū esse inuenies à latioribus, sed & pectori, in illis partibus in quibus diximus cordis acutū absolutū iacere. Contingit autē ita, quando quidē ex pulmone attraxerit spiritū repletum undiq; ipsum ad latera incedere, & multum spiritum à pectore auferre: quando uero rursum euacuabitur cor, & euacuatum in naturalē figuram recurrerit, tunc prosilit pectori, & percussionem facit, & ita concidens pulsum perficit.

De differentijs naturalium pulsuum sequentium ætatem.

His autem ita habentibus, dicemus prius differentias naturalium unamquāq; ætatū sequētium pulsuum, demū eas quæ sunt in febribus, & postea pulsus qui inueniūtur secundum passionē. In fine uero, pulsus qui ablati sunt denominati.

De pulsu puerorum nouiter genitorum.

Igitur modo genitorum pulsus puerorum existit breuis omnino, & indeterminatus, & in diastole & systole. hunc pulsum Herophilus alogon, id est irrationalem consistere ait. Irrationalem uero uocat pulsum eum, qui non habet aliquam analogiam, id est proportionem: neque enim duplicem, neque hemioliam, neque aliam quādam rationē habet hic, sed breuis est omnino, & magnitudine puncturæ acus nobis aduenit: ideo & primum Herophilus alogon, id est irrationalē eum competenter dixit.

De pulsu crescentium.

Procedēte uero ætate, & corpore in augmentatione ueniēte, & ad rationē, & pulsus augetur ad rationē, diastolen latiorē systole accipiēs: quando de reliquo est eis logō, id est rationē adæquare ad demonstrationē eius quę ex grāmatica manuductionis. Nā primus quidē pulsus qui in modo genitis pueris inuenit, rhythmū, id est tenorē eum qui breuis syllabę existit, etiā in diastole & systole habet: & propterea ditonus intelligitͬ. pulsus aūt eorū qui apud augmentationē sunt, proportionalis est pedi qui apud eos theo. est aūt hic tritonus, diastolen quidē in duo tēpora accipiens, in unum uero systolen. Pulsus uero eorū qui in statu ætate sunt, in utrisq; par existit, ut in diastole & systole,

comparatus pedi uocato spōdeo, qui utiq; dissyllaborum pedum longissimus est: cōstat igitur ex tēporibus quatuor. hunc pulsum Herophilus per paria uocat his qui pedi. Declinātium uero & firme iam senum pulsus, & ipse ex tribus cōponitur temporibus, diastole duplo systolen accipiēs longiorem. & hi quidem sunt pulsus qui secundū latitudinē ætates in sanis sequūtur. deinceps aūt sunt in febricitantibus.

De pulsu in febribus.

Eorum qui incipiunt febrire pulsus paruus omnino est & subintrans, persecutionē patiens in utrisq; & in diastole & systole, ut ferme quādoq; & uix incidat tactui: in superadditione uero secundum parum adauget, diastolen & systolen accipiens, & maiorem & prolixiorem propter spiritus ascensionē: in statu uero in utrisq; par existit & in systole & diastole, ceu & febri parilitatem accipiēte: in descensione uero systolen quidem diastole accipit prolixiorem. Calor uero in †uentre, superabundat magis quàm in extremis: quia in primis quidem ferè uniuersus calor in medijs superabundat, ut multoties & infrigidari cōtingat extrema. Quando autem sunt in superadditionibus, circa media quidem amplior est calor, in extremitatib. uero paucior: statum autem accipiente febri & calor pariter inuenitur in extremitatibus & in medijs. Et hi quidem sunt qui secūdum latitudinem sequuntur febrientes pulsus.

alias mediis

De pulsibus passionum in generali.

Pulsibus autem qui secundum passiones fiunt multis & diuersis existentibus, & de his pulsibus qui in acutis passionibus sequuntur dicemus.

De pulsu phreniticorum.

Phreniticorū uero pulsus breuis, & erroneus, & non bene robustus, propterea quòd continue spiritus à uigilijs motus superaccidit tactui, ac si accideret motus ab arcu tensi nerui & chordę: & omnino minimis periculis manuum nostrarū superaccideret, id est occurrerit.

De pulsu lethargicorum.

Lethargicorum uero pulsus est magnus & uacuus secundum longitudinem & latitudinem, nobis superaccidens profundo †intellectu: quare & quidā pręsumpserunt dicere pulsum incorporeū.

alias intellecto

De pulsu cardiacorum.

Cardiacorum uero pulsus est, minor qui finaliter est pulsus phreniticorum: robustior uero & quasi morosior, ut & alijs partibus subaccidat, id est sentiatur tactu: hoc autem fit spiritu quandoq; quidem remissionem accipiente & retentionem, quandoq; uero intensionem.

De pulsu pleuriticorum.

Pleuriticorum & peripleumonicorū pulsuum in paucis quidem est differentia, solum autem his qui ualde empirici, id est exercitati seu experimētati sunt, comprehensibilis est: acutus enim & uehemens quàmplurimū inuenitur: & immissiones anomale, id est, inæqualiter multoties faciens.

De pulsu epilepticorum.

Epilepticorum uero, eorum quidem qui fiunt

A sine spasmo & cōtractione particularū, pulsus est magnus & diacenus, id est uacuus, & continuus, & fugatus, persecutionem patiēs quamplurimū. & hi quidem sunt pulsus qui secundum hanc passionem secundum plurimum assequuntur, similes pulsui lethargicorum. Eorum autem qui fiunt cum spasmis pulsus est magnus, & diacenus, id est uacuus.

De nominibus pulsuum.

Sciendum autem ꝙ omnis pulsus consistit ex magnitudine & uelocitate et plenitudine et rhythmo & tenore. Et magnus est secundum longitudinem & latitudinem & profundum, digna ratione tactui accidens. Plenus autem est uehemens, & quasi neruiter tactum percutiēs. Eurhythmos B aūt, id est bene tenoratus pulsus, qui in unaquaq; ætate naturalem consequentiam seruat. Dicitur autem hic pulsus eurhythmus. Pararrhytmus uero est, qui cito desilit à manu. Velocitas autem à spissitudine differt. nam uelocitas quidem secundum unam poterit arteriæ intelligi percussionē, spissitudo uero secundum plures. ita deniq; dicimus quidem uelocem eum qui in paruo tempore longitudinem explet. Spissum autem qui cōtinue per eundem locum deuenit.

De generibus pulsuum.

Genera pulsuū secūdum quietem spissitudo, & raritas. in quo uelocitas & tarditas. secundum totū robur, id est tensionē, uehementia et amydrotes, id est obscuritas. secundū corpus arteriæ, du C rities & mollities. igitur hi quidem ita.

De nominibus secundum antiquos quorundam pulsuum.

Deinceps autem de his pulsibus qui à ueteribus scripti sunt, & necessarij maxime sunt, & in quiete existūt, dicamus. Dicitur quis pulsus myurizon, id est muris modo caudatus. cuius sunt rursus duæ differentiæ. hic quidem nanq; attritis digitis manus & uehemens, demum eas quæ deinceps sunt diastoles longiores accipiēs, in fine rursus & citus & magnus & uehemens sentitur. Alius uero paruus †sentitur, et eas quę deinceps sunt immissiones magnas operans, rursus & citus & paruus accidit. hic pulsus quidē quādoq; inuenitū & sanos naturaliter assequens. quādo uero inuen D tus fuerit in ægrotantib. in paruitate superabundans, eos qui debēt abire perindicat. Qui uero in magnitudine, eos qui in lethargū. dicitur pulsus & parēpiptō, id est intercidens, quādo plures diastolas & systolas operari dimiserit, secūdam diastolen spissiorē attulerit. hic pulsus quidem quandoq; sequitū & sanos, quādo uero in ægrotātibus inuentus fuit, nihil irrationale significat. Dicitur quidē pulsus dicrotus, quādo distās arteria maiorem unā diastolen, alterā attulerit breuiorem. hic pulsus fit in sanis quidē, à cursibus, uel exercitijs, uel aliud quid cito nobis operantibus. in ęgrotātibus uero, manib. maxime febriētiū inuenitū. Dicitū aūt pulsus & dorcadizō, quādo magnus prius accidēs, mox breuis accidit, ut puteū anteq; systolē faciat

alias accidens

faciat

faciat finaliter, arteria rurſus dilatari. hic pulſus inuenitur magis in ægritudinibus quæ ſunt circa thoracem. Dicitur pulſus myrmecizon. hic autẽ eſt qui continue & ſubtiliter diaſtolem facit, ut uideatur myrmecos, id eſt formicæ in manu fieri deambulatio. fere ex omnibus deficiendo inuenitur. Vltimus uero omnium eorum & breuiſsi- A mus eſt qui uocatur ſcolecizon, id eſt uermiculans: hic uero ita paruus, & languidus, & amydros, id eſt obſcurus exiſtit, quòd formiculante & breuiſsimo penitus exiſtente intelligatur diaſtole & ſyſtole: in hoc autem nequaquam, ſed ueluti deſinentia ſolum & reuolutio ſpiritus in arterijs perficitur in eo.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER

DE MOTIBVS MANIFESTIS ET OBSCVRIS.

QVEM IOANNITIVS DE GRÆCA LINGVA IN ARABICAM TRANSTVLIT, M. AVTEM TOLETANVS DE ARABICA IN LATINAM.

1 INQVIT Galenus, illi quorum proprium eſt anatomiam meditari, per hoc, quòd dicunt motus liquidos, eos qui uidentur in corporibus animaliũ, ſenſui manifeſtos intelligunt: uerũtamen quo membro fiãt penitus ignoramus: & quamuis hoc uideamus, qualiter ſciant nõ ſcimus: †ideo de his doctrinam oportet nos agere. *[alias ideo intentio nobis hic eſt ut eorũ cauſas inquiramus]* Principium autẽ inquiſitionis de motibus liquidis eſt, ut primo inſpiciamus an ſint actiones mẽbrorum, & an ex eo quòd ſint paſsiones ab eis. Et per actiones, intelligo motus agentes imprimentes: & per paſsiones, motus intelligo qui fiũt à motore agente, quãdo ipſe mouet aliquid aliud. Et tu poteris unico exemplo duorum horum motuum naturam intelligere: nam motus manuum & pedum, diſtendendo & complicando, uel inclinando & mouendo ad utramque partem, quæ quidem oſsibus eorum interiacent iuncturis efficiuntur. Manuum autem fit iunctura quæ eſt in compoſitione oſsis adiutorij: & hæc quidem iunctura uocatur mabit: & iunctura quæ eſt in compoſitione duorũ focilium, eſt cum oſsibus & iunctura oſsium baſium quæ interiacent duobus focilibus & †pectini, & uocatur raſceta, & †iuncturis digitorum. *[al. & eſt pectẽ] [alias iunctura]* Pedum uero motus fiunt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorum. Et ſi quis deſiderat motus iuncturæ humeri numerare cum motibus manus, & iuncturæ motus coxæ cum motibus pedis, non intromittit in ſignificatione diuerſitatẽ per hoc uel uarietatem. uerumtamẽ ſufficit in hac ſignificatiõe, ut dicatur quod †pomum oſsis adiutorij, *[al. ſummitas]* in iunctura componitur humeri cũ pyxide quæ eſt in oſſe ſcapulę. et quod ſummitas oſsis adiutorij inferior, compoſita eſt in iunctura mabit cum duobus brachij focilibus. ſicut duæ ſummitates duorum focilium, ab inferiori cum oſsibus paruis raſcetæ componũtur. Similiter in pedibus iũcturæ ex compoſitione oſsium quę ſunt in eis erunt. Quod ſi res in hoc ita ſe habet, anatomici uerum in hoc dixerunt, quod motus manuum & pedum fiunt oſsibus, non tamen ab eis. quoniam hæc quidem eſt actio lacerti mouentis ea. prouenit ergo ex hoc ut motus lacerti ſit †operatio lacerti. *[alias actio]* & motus oſsiũ ſit paſsio eorum. & paſsio eius quod fit, & actio eius quod a- B git, ſimul exiſtant. diſcrepant tamen in eo, quod agens eſt principium ſui motus ab ipſo, & patiẽs eſt principium ſui motus ab alio. Sicut ergo quando lacertus agit, mouet quidem primo unũ duorum oſsium compoſitorum in iunctura, & eſt illud os quod continuatur cum adiutorio, deinde mouet ſecundo ipſam iuncturam mouendo os: ita anatomiam conſiderantes inueſtigauerunt an oporteat dici quod lacertus ipſe agit primò, aut recipit etiam uirtutem motus ab aliquo alio. Vt autem uiderunt quod unicuiq; lacertorum continuantur arteria & uena, & tertium quiddam, id eſt neruus, unicuiq; eorum intẽdentes unũquodq; ſingillatim uinculo conſtrinxerunt, cõſiderantes in ipſa conſtrictione an motus impediretur lacer- C torum, aut mobiles permanerent. poſtquam autem motum lacertorum ſtrictis arterijs et uenis in ſuo manentem ſtatu deprehẽderunt, ipſumq; ſtrictis neruis impediri, quod ad lacertos quidẽ uirtus digeritur à neruis aliqua, per quã fit actio eorum, iudicauerunt. Deinde iuxta hanc uiam inquiſiuerũt diligẽter an hæc actio ſit neruis ex ſua natura, an ſupra neruos aliquod mẽbrũ ſit quod neruis uirtutem motus exhibeat, ſicut lacertis exhibere uiderunt. Adhærentes autem neruis eoſq; præcidentes, ſectionem eorum ſuperiorem in ſua ſenſus & motus habitudine perſiſtere deprehenderunt. inferiorem autem à loco ſectionis ſenſu priuari & motu. Ex hoc itaque quod eis apparuit, uirtutem motus etiam neruis ab alio mem- D bro eis ſuperiori tranſmitti, coniecturauerunt: proſpicientes igitur primam neruorum originẽ, eámque indagantes, quoſdam eorum oriri à ſpinali medulla, quoſdam à cerebro deprehenderũt. Abſcindentes itaque ſpinalem medullam, deprehenderunt quod ab inferiori parte ſectionis non tranſmittitur uirtus ad neruos quidem à quibus uirtus oritur, quæ prius tranſmittebatur ante abſciſionem. & à ſuperiori uero ſectione quæ eſt ſuper abſciſionem, quæ prius tranſmittebatur uirtus tranſmittitur. ac tunc iudicauerunt uirtutem quidem motus ad neruos à cerebro tranſmitti. deinde poſtmodum inquiſiuerunt, an ſit hoc quoniam illa uirtus ſit innata ſubſtantiæ ſuæ propria, an à corde ſibi tranſmittitur. neque ad hoc in iſto

loco necessitas urget, cum nos inueniamus uti A que neruos exhibere lacertis uirtutem motus à cerebro procedētem. Primum igitur membrum ac præcipuum, uniuersa quidem membra corporis animalis mouens motu uoluntario, est cerebrum: cætera uero quæ quidem cerebro interiacent & ultimo membro quod mouetur, mouent se secundum ordinem ita, quòd unumquodq; eorum mouens ac motum existat. Restat ergo ut cerebrum moueat tātum, nec aliud moueat ipsum. Similiter fit ut manus ac pedes moueantur tantum. Et iam declaraui in tractatibus, quibus inuestigaui de uirtute ordinatiua de uirtutibus animæ, quòd cerebrum eget hepate & corde, ad conseruandum substantiam suam: & quòd nō transmittitur ab illis uirtus qua fit motus uoluntarius. B Hic autem nō est aliquid quod nos cogat ut probationem ad hoc inducamus, cum sufficiat in hoc tractatu conclusione propositionis illius uti duntaxat. quia non memoraui quod apparet in anatomia, ut exponerem per hoc ꝙ uirtus ordinatiua transmittitur per neruos à cerebro ad lacertos, uerum ut à me intelligeretur sufficienter in quo differunt motus & actio: quoniā significatio quā significat nomen motus, generalior est. & significatio quam significat actio, specialior est: cū nos appellemus actionē, motum agentem, & passionem, motum ab alio prodeuntem.

De motu respirationis qui notior est uisus ueteribus.

II. Et sermo iste in quo nos sumus est quo intēdo C inuestigare de unoquoq; motu quod fit membrū quod ab eo patitur, & quod membrum operatur ipsum. uer. g. de anhelitu: quare melius est ut ponam sermonem meum de ipso, ut exempli causa lucescat: cum non conferat ex exempli quidem ratione duntaxat: uerum cum ipso exemplo non est utiq; modica pars de qua inuestigare proponimus. uidemus enim manifeste ꝙ anhelamus: & hæc quippe actio animalis est composita ex aeris inspiratione ab exteriori ad interius & expiratione econuerso: & apparet etiam ꝙ id quod mouetur in concauitate pectoris in anhelitu facili suauiter, concutitur inferius duntaxat. in anhelitu uero magno, non solum mouentur inferiora tantū, D uerumetiam mouentur loca lateribus omnib. uicina. Discordes etiam fuerunt medici in motu anhelitus, an sit etiam ex lacertis, ut sunt alij motus uoluntarij, aut aliter. Et quidā iudicauerūt ꝙ hæc actio naturalis est, sicut pulsus arteriarum & cordis: alij uero iudicauerūt actionē esse uoluntariā: alij autem ꝙ sit actio cōposita. Et hæc quidē inquisitio magis ad dialecticā ꝗ ad medicinam spectat. Inquisitio autē quæ dignior est in operibus medicinæ, est qua quidē inuestigatur quo instrumento mouetur clibanus, id est, concauitas pectoris per quā fit anhelitus: quoniam hic quidem †dilatatur (al. extrahitur) prout apparet in anatomia: apparet quoq; in anatomia ꝙ hic clibanus ex ossibus qui latera uocantur, & ex lacertis cōponitur interiacētibus. Meri-

to ergo anatomiā considerantes dixerūt, ꝙ illud membrū quod diaphragma uocatur, est una pars istius clibani, nec tamē illud totaliter: & hoc quidem usq; ad tempus magistrorū nostrorum homines arbitrati sunt, ꝙ membrū istud instrumentis anhelitus nobilius existit. In nostro uero tēpore †factum (al. instrumentū) eius patuit ex eo, quod de operatione huius mēbri declaraui, ꝙ scilicet mouet partes clibani duntaxat inferiores: quemadmodū illud quod mouet superiores eius est lacertus à collo descendens. Mouet quoque id quod interiacet lacertus quidem qui inter latera constituitur: nisi quia hic lacertus quidem non dilatat clibanum tantū, uerumetiā ipsum constringit: cum unusquisq; eorū habeat duas tunicas positione diuersas. Lacerti nāq; descēdentes à loco qui est supra collum, dilatant & distendunt clibanū tantum. Et uidi sæpe plures homines in facto neruorum qui mouēt huiusmodi lacertos quos prædiximus, quandoquidem uinculo constringebantur absque clibani ruptura, ꝙ uinculum illud eos motu clibani penitus priuabat: et discipulos meos instruxi qualiter hoc ipsum quod declaraui intelligerēt. Et sentētia illorum qui dicunt ꝙ anhelitus est motus uolūtarius uel actio uoluntaria, nullum argumētum inducit quod maioris quàm hæc existat roboris ad probandum ueritatem eorū: quoniam motus clibani impeditur statim: & animal extinguitur subito ore aperto cupiens anhelitum, cum nequeat clibanum mouere. unumquodq; horum fuit ab antiquis inuentum: & quædam præter illa quæ ipsi inuenerunt postmodum reperi.

Comparatur cognitio aliorum immanifestorum motuum & liquidorum quorundā ad antiquorū cognitionem: & ponitur excusatio tractationis illius.

Et quodlibet horū antiquitus reputabatur ignotum, quoniam de ipso nihil anatomiam inspicientes tetigerunt: cui posset aliquis acquiescere, uel quo posset esse contētus, nedum sufficienter probarent: utinam autem aliquis motuum & aliqua actionum harum quæ reputabatur esse ignota, reperirentur à quo membro animalis prodirent: & qualiter ab agente causa quādo quidem agit: multa quippe horum quæ ultimo comperi, penes me prius erant ignota, quemadmodum de motu clibani retuli. Et in tract. quidem tertio De motu pectoris & pulmonis quædā, siquidē mei docuerūt me doctores ad tempora sua: quibus adieci postmodū in libro quem de passionibus anhelitus edidi, quod adinueni postquam à magistris meis didici. confessus sum etiā in libro De iuuamēto membrorum ignorantiā meam quam habui de motu palpebrarum superiorum: deinde uero narraui post modum qualiter hoc fit in tract. decimo libri mei De cura anatomię. Eodem quoq; modo ignorabam esse duorum neruorum ex utraque parte arteriarum constitutorum, qui falso & sine ratione uocantur apoplectici: cum fuerit in eis ingressa malitia, qualiter uox impeditur: demum III.

quippe

quippe cum labore maximo ac difficultate cōperi hoc, cum nullus quicquam de ipsis tractauerit sufficienter. & hæc quippe significatio erat incognita. demum facta est nunc nota. quia reperi neruos mouentes †lacertos epiglottidis à duobus neruis duabus arterijs uicinis qui apoplectici uocantur oriri. Ignorabatur quoq; cur ex spondylis dorsi medulla spondyli primi si secundum latum tota abscindatur, donec extrema non sese contingant, uox impeditur illius animalis. Et similiter si unus spondylus locum deserit: quia spinę medulla comprimit fortiter. Inueni quoq; hęc, & alia quę reputabant illi qui fuerunt ante me ignota de anhelitu & uoce. & eorum inuentio fuit ex eo quod in anatomia apparebat. Et reperi quoq; lacertū qui utranq; mouet genam, cum prius fuisset ignotus. nec intelligo quidem in loco per utranq; genam duo mandibularum ossa, sicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro suo de iuncturis, †quem quidem econtrario nempe uocauerūt. sed intelligo per utranque genam, corpora quæ duas continent mandibulas, quæ recipiūt quod os implet de humiditatibus, & cibarijs, aut uēto, prout in illo qui utres inflat uidetur. Specierū item lassitudinis, actio diuersitatis earū per anatomiā fuit reperta. quando in quibusdā qui laborabant hac passione, uel mēbri quod lassatur sensus impedit, uel in quibusdā motus, uel utrūq; simul. & in pluribus eorum nunquam in hac specie locus putabatur esse dubietatis. quoniam quidē non dubitatur quod in neruis qui uadunt ad membra, in quibus accidit ægritudo quando ingreditur malitia, noceat sensui & motui. Duæ uero species aliæ nō putabant, donec reperi secundum quem modum erāt in membris corporis in quibus accidit illud & non in alijs. quoniam hoc quidem nullatenus accidit in omnibus membris: ob hoc, φ non reperitur in omnibus membris neruus qui sensum tribuat & motū lacerto qui est in mēbro patiēte, prę terquā neruus qui sensum tribuit cuti, mēbrum si quidem illud includenti.

alias lacertum · *al. quā quidē*

De motu uirgę.

IIII. Et iam narraui omnia ista quæ apparēt ex istis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagatur de istis rebus remouet hæsitationē earum. & patet esse eius per hoc quod apparet in anatomia. Et quædam harum rerum magis congruit ut per dialecticam discutiantur. nisi quia cum hoc ad hoc anatomia iuuamur, utpote linguæ prolixitas, donec emineat ori. Et satyriasis quæ accidit in pueris. & in quibusdam est uelocior, quando intuentur quam amant, aut imaginantur eam. Quia causa augmenti ex utroq; modo est difficilis, siue ex uolūtate fiat hominis, siue naturaliter sine uoluntate. Et in omnibus motibus qui fiunt uoluntate, nihil obscurius & dubitabilius hoc. Quoniam in pueris ego uideo, nedum in alijs, quādo ipsi uolunt aliquod membrum ex membris suis replicare, aut distendere, aut in partē declinare, hoc quidem faciant ex uoluntate. & hoc quidem ipsi faciunt per lacertum qui destinatur illi motui & ap-

A propriatur, licet ipsi quidem lacertum illum ignorent. & non ipsi tantum, sed etiam multi medicorum. Et illud est, quoniam inuenio membra corporis moueri per lacertū, cui creator qui nos creauit, & plasmauit, & in omni tempore præsens est nobis, prudenter indidit potentiā mouēdi. Quando igitur aliquem uolumus motū, mouet lacertum quem ad hunc plasmauit & creauit. & declaraui in libro meo de iuuamēto membrorū, quod creauit nos non solum prudens scire quid oportebat melius agere, immo cum prudentia habuit potentiam, qua quidem nihil ei de hoc quod melius et competentius prouidit esse defuit agendū. & bonitatem ac largitatem, in qua nulla fuit auaritia creandi quod melius est. & imperscrutabile

B uidetur opus, creatoris esse ueraciter scire. & qualiter inest corporibus animaliū. ueruntamen non est quippe licitum dicere eum non uiuere uel non agere. immo utiq; est summe prudens. & potēs ac benignus sicut iam declarauimus: & si notum est & publicum quod in omnibus corporibus est animalium, sicut quidam putant, uerbum istud inducit ad hoc, quod duę sunt in corporibus animalium animæ. quarum una creatur naturaliter & plasmatur omnibus membris, & est præposita omnibus quidem uoluntatib. eius ex quibus actiones procedunt per motum lacertorum, qui deputantur illis actionibus proprie. Alia uero est anima, qua uoluntas inest actionum. Quidam tamen hoc respuentes non fuerunt contenti hoc, & ab

C ipso fugerunt. dicentes quod anima qua quidem uoluntas existit, est illa quæ per se & suam essentiam uniuersa corporis mēbra imaginat, ut quod uoluerit de actionibus compleatur. Et huiusmodi quidem dicti apparet peremptio, propterea φ si in nobis esset hęc anima, ignoraremus cū ignorantia actionū inuenire an illi quidem lacerti sint, aut nō sint. Et ex eo quod competit ei quod diximus est quidem quoniā illud quod diximus, non solum est uerū in animis hominū uerumetiā in animalibus remotioribus intellectu, hoc est in brutis, ut asini, oues, porci. adeo quippe ut animas habeant in summa potētia, & prudentia, et bonitate ac largitate, iuxta quod exposcit natura corporū aut creatura exigit. Et si nos quoq; cætera dimiserimus animalia, & simus homine cōtenti, cui quo

D rundam animaliū comparatione intellectus attribuit proprie †infra illa, uidebimus φ uita in actionibus quę fiūt à uoluntate, consistit. nec in alijs liquet actionibus, & nō nobiliorib. atq; præcipuis. Congruit igit̃ ut dicatur, φ non est actio quidem nobilior homini nec cōuenientior rationi, quàm ratiocinari ac loqui. & hoc quidem erit cū distinctione quam lingua agit in uoce expedita, ab epiglottide †distincta. Cum lacertos habeat lingua, quorū quidam ipsam sursum attrahūt ad partem palati ad oris suprema. alij uero in cōtrariam eius partem trahunt eam, donec ad inferiorem deponant mandibulam. lacertos quoq; alios habet φ plures, qui ad utrāq; partem eam declināt. neq; ali-

alias circūscripti illis · *alias destinata*

quis est puerorum, neq; adultorum, & eorundem qui anatomiam inspiciunt, qui lacertos linguę nouerint, quando uoluerit aliquod nominũ pronunciare. uerbi gratia si dicat Petrus, quod ualeat prius excogitare & intelligere quo lacerto & quo motuum illud nomen profert. Conuenit igitur & competit, ut musculus cui libido fuerit irrogata, secundum hanc rationē incurrat satyriasim, quando libidinem autumat & imaginatur per aptitudinem rei ad hoc. Et quod membrorũ corporis immutatio imitatur animæ immutationē, non in motibus tantum, sed in alteratione coloris erit instar huiusmodi. Et ante modos huiusmodi alterationum, quædam sunt alterationes quæ fiunt calore & frigore. & ex hoc est quod sæpe contingit diminutio ei quem arripit timor subitus, uel horror, uel angustia. Et ex hoc arguerunt quidam, dicentes quod animæ quidem non sunt aliquid per se existens, adueniēs corpori, ut possibile sit absq; corporibus existere, uerũ animę sunt quid ex corpore. Et quoniam hi inuestigauerũt de loco quid sit, diuersificati sunt diuersificatione non modica. quidam enim dixerunt quod est spiritus. & quidã ipsorum dixerunt quod est alia maneries de commistione elementorum, quam unusquisq; eorum profitetur, aut ex compositione eorum. Et quidã nempe existimauerunt, quod uirtus esset substantiæ quę unicuiq; appropriat̃ animali. & quidam putauerunt ipsi eidem animali essentiam sibi propriam. uerum substantiæ quæ sentiunt & mouentur uoluntate, sunt illæ quæ animalia nuncupantur. operatio uero eorum quæ operantur ex eis, secundum epithetum substantiæ quam habent ex cōmistione elementorum. Et iam sententias in libro nostro elementorum cæteras deteximus secundum sententiam Hipp. cum uera sit istorũ sententia, qui dixerunt quod substantia generationi & corruptioni subiecta, qualitatibus iiij. ca. frigi. sic. & humid. & non alijs immutatur. Inquirere autem de anima an eius substantia sit corporea, neq; cesset quando corpus accidit alicuius rei animalis descendere in ea: aut sit aliquid corpori continuũ quod cum corpore accidit: aut spermatis sit uirtus & potentia aliqua, cui conueniãt quidem cũ creatione corporis accidētia animę, relinquo hoc illis qui de se existimant ꝙ hoc sciunt ueraciter. Satyriasis autē uirgæ scio manifeste quod fit uoluntate. & fortasse imaginatione tantum. Similiter scio ab ore cuiuslibet hominis egredi linguam quando hanc actionem uult. Causæ autem propinquę, hac appellatione appellantur à peritis & sapientibus uiris in hoc ca. & subtilis speculationis. Merito autem dixerũt ꝙ earum causę duæ sunt simplices & una composita. Causę duæ simplices sunt, quod ab arterijs spiritus ad ista duo membra destinantur, cum sint rara & porosa interius scilicet uirga uirilis & lingua. uel à se habẽt ut erigant̃ & dilatētur. & utriusq; erectio sequitur et comitat̃ spiritũ intra uenas existentē usq; ad exteriora utriusq;. & pori qui sunt inter utranq;, neces-

A sitate uacuitatis implentur. Sic enim uirgæ uirilis impletio fit ab imaginatiōe et uoluntate. & distensio quidem uehemēs habitudine & ualida, prout dicunt & testantur medici considerantes anatomiam, lacertis aliquibus attribuitur paruis, & spiritibus qui continentur in arterijs. Et eodem modo fit in lingua quando erigit̃ & dilatatur, ei quidem continue spiritus immittũtur, cum eo etiam quod aliqui lacerti in ea habitudine distendũtur. Veritati quidem huiusmodi dicti attestatur, quod arteriæ in lingua & uirga uirili confixæ, maiores q̃ in cæteris membris existũt. Cauebo ergo eum qui uerbũ meũ hoc audit, † ne quippe abhorreat (aliâs ne quippe oberret) uerbum meũ, existimando quod arteriæ spiritum quidē duntaxat cōtinent, sicut Erasistratus existimauit, B sed sępius dixi, ꝙ in arterijs sanguis subtilis continetur † calidus (aliâs clarum), cum substantia quippe aerea. & extrema uenarum orificia sunt adeo stricta, quod id quod ab eis egreditur spiritus est tantum. Et poteris quidem præcognoscere quod de duobus dictis propinquius existit ueritati. & magis elegi uerbũ illius qui dixit, quod distensio uirgæ uirilis non est minor causa, q̃ illius qui dixit, quod ab arterijs quidē spiritus destinantur ad uirgam uirilem & linguam per id quod narrabo, Quod est quia præsumet aliquis & anticipabit dicere, quod unumquodq; membrũ, sui ipsius intendit commodo & reparationi. & hoc quidem non solum est sufficiens, sed & uerum. sed quod dicit̃ ꝙ membrum, alterius intendat commodo, modũ C & quantitatem naturæ excedit, cum hoc quippe in hominibus cunctis nō reperiatur, nedũ in brutis. Et hoc quidē declarauimus sufficienter in lib. nostro de uirtutibus naturalibus. Et quod hoc affirmat & asserit, est ꝙ stomachus nequaquam cibaria digerit, ut per hoc intendat omnia membra animalis reparare. neq; hepar quoq; cibum alterat hac intentiōe & immutat à stomacho progressum ad ipsum, ut conuertat in sanguinē, & ad cætera membra mittat. Similiter quoq; cor, non quidem pulsus actio prodit ab eo pro alio mēbro, sed pro sui commodo. Quod autem dictum est uerisimilius sententię naturali, ut dicatur ꝙ unũquodq; membrũ attrahat sibi quod cōuenit ei, ut ex ipso nutriatur. deinde illud immutat quod attraxit, & D retinet, & assimulat sibi, & expellit à se quod est sibi diuersum. Quod uero dicitur ꝙ unũquodq; mēbrum non intendit quidē reparatiōi suę, sed quicquid operatur, operatur ut præstet obsequiũ alijs membris, non est uerũ. Cũ ergo hoc sit unũ de ijs quæ in libro nostro de uirtutibus naturalibus declarauimus, oportet ergo ut principium repletionis accidat quidem membris quæ implentur, nō ex arterijs sicut quidam dixerunt: uerum ipsamet membra cum habeãt erigi, & proprie dilatari, attrahunt spiritus ab arterijs, & implentur ex eis.

De motu linguæ.

Virga uero uirilis augetur manifeste & fit magna, suscipiendo augmentum nō solum in longitudine, uerumetiam in circuitione. Sed linguam uidemus

uidemus in longitudine distendi quando ab ore educitur, non tamē augeri in omne corpus suum, quemadmodum uirga uirilis. Similiter quoque non uidetur ab ore uniformiter egredi, quando al. non existat fortius homo quàm potest os suũ aperit, aut quãdo penitus † extat apertum aut quando inter duas habitudines mediocriter se habet. Quoniam in ipso cuius est os apertum fortiter, ac ualde plus quàm possit, inuoluitur in inferiori labio intantum, quod si conetur quantum potest eam eleuare non ualebit eam adaptare ut ad figuram attingat mediocrem, propter hoc quod mandibula quidem inferior concomitabitur eam, donec claudatur os. quoniam actio in aperiendo os & in claudendo, est huius mandibulæ tantum, superiori quidem mandibula quiescente. & maxime quando aliquis quæsierit linguam eleuare sursum cum conamine, donec exterius inuoluatur super labium superius, eam concomitatur mandibula inferior, donec concurrant labia et os claudatur: & hoc fit quia uinculum linguæ est ex parte inferiori anterius. deinde post ipsum est extremitas linguæ absoluta, qua fit proprie distinctio uocis, ut fiat pronunciatio & locutio. Et hæc extremitas est quæ egreditur exterius ab ore. cum oris apertio quidem fiat, quando mandibula inferior inferius attrahitur, & lingua mandibulę sigillatur, cum sit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur ut non extrahatur extremitas linguæ sursum in illa habitudine, cum uinculum ab inferiori attrahat ipsam & prohibeat. Et secundum hanc rationem, si aliquis quæsierit uiolenter linguam suam sursum eleuare, uidebit mãdibulam suam inferiorem sequi eam & appropinquare mandibulæ superiori. & attinget hoc quoque conclusionem oris. Cumq; iam præmisimus hoc, cōcludemus sermonem nostrum sicut oportet conclusione sua. & narrabimus hæsitationem quæ accidit nobis de esse linguæ. Et dignum fuit, & merito accidit nobis, cum nō inueniamus causam propter quam lingua prolixat, donec ab ore quidem exeat. Nec responsio quam uidemus egredit ab illa ambiguitate. Scimus enim quod lacertus mouēs linguam, sumit principium ex partibus tunicæ nodi gutturis, & ossis quod assimulatur lambda literæ. Ideo oportebat tunc necessario, ut si lingua attrahatur ad illas partes, ascendat interdum per lacertos qui continuant ei desuper. & humilietur per lacertũ qui continuat ei deorsum, quando ipse ad se attrahit. & declinat interdum, deuiando ad aliquam partium per lacertum qui circundat quidem in duas partes. Cum ergo anatomiam inspicientes in hoc cōueniant, quod nullus motus obedit uoluntati, nisi motus lacerti tantum, nec aliquis lacertus linguæ continuatus distendit eam, donec adducat eam extra os, tunc merito in titubatione incidimus, quando scire uolumus qualiter actio fiat linguæ. Et si motus aliquis posset in corporib. animalis inueniri qui uoluntate fieret absq; aliquo lacerto, nō incideret in

A hanc quæstionem aliquid ambiguitatis.

De motu uomitus & deuorationis.

Oportet ergo de †hoc inquisitione uehementi inquirere, donec ad ueritatē pertingamus huius rei. alias hac VI. Et inspiciamus si forte inueniant in alijs quoq; membris motus uoluntates animalis imitātes. & non solũ uolũtates eius, uerum id quod imaginamur existimãdo, sicut in uirga fit uirili. quia impletur corpus rarificatũ ex uēto uelociter ac leuiter, deinde ad tantũ attingit motum, ꝙ impletione sui crescit. Et tu poteris scire, ꝙ motus uoluntarius nō est solius lacerti, manifestius ex animali quod ruminat. quia hoc animal postquam implet uentrem suũ herbis, aut ex alio nutrimento, redit in idem, & erigit ipsum paulatim ex eo quod trãsglu-

B tiuit ad os suũ, ut molat ipsum & terat actiōe ruminationis. Quidã etiam hominũ intendunt euomere quod potauerũt prȩter conatũ uehementē, uolentes expellere facile ac uelociter, ut nō oporteat eos caput cōquassare, sicut alij faciũt. & nō egeāt membrorũ prouocatione quibus euomitur, neq; eorũ distensione. Et manifestum est hoc procedere ex eis, qui instructi sunt in hac actiōe plusquam alij. & cōsueuerũt omni die quando exeunt à balneo euomitare, & sumũt potum ante cibũ. Quod si aliquis dixerit ꝙ œsophagus obedit uolũtati in huius actionibus, & si dixerit ꝙ stomachus obsequitur uolũtati, & si dicat ꝙ uterq; ei obsequitur, nihil in hoc casu refert in quo sumus inter hęc, nisi quia alio modo q̃ oportet inquirit, cũ intenderi-

C mus inuestigare de motu membrorũ. et nō sumus quidē contēti perspicere ex quibus mēbris illi fiāt motus, †quin cōsideremus cum hoc secundũ quē alias cum modũ fiat actio illorum. Et uideo manifeste in lingua & in generationis instrumentis illa eadē mēbra quæ mouent. & cum hoc quoq; uideo scientia manifesta, quod actio linguæ quæ accidit quãdo ducitur ab ore, uoluntati quidē obsequit: actio uero generationis instrumentorum nō fit à uoluntate tantũ, sed sæpius sine uolũtate, obsequēdo ei quod anima format & imaginat. In animali quoque ruminante & in euomēte facile, merito quisquis fuerit quæsiuit an illa actio fuerit solius œsophagi uel stomachi & similiter habitudo in uolũtate. Iam diuersificati sunt homines in hoc. & qui-

D dam eorũ actionē eius attractioni stomachi attribuunt. Et quidam eorum attribuunt eam cōpressioni quidem œsophagi, qua cōprimitur id quod discurrit per ipsum & coartatur. Qui autem in sermone suo distinxit, & perscrutatus est breuiter actionem membrorum, dixit quod œsophagus ex duabus componitur tunicis: una intrinseca, quæ quidem obedit stomacho, per quam ipse attrahit quod transglutitur, sicut quod per manum trahit aliquis. Alia uero extrinseca impellit comprimēdo circumquaq; rem quæ transglutitur, donec ad stomachum perueniat, quemadmodum coqui faciunt, quãdo manibus suis comprimēdo id quod continent, intestina emungunt. Et quidam uiderunt quod utraq; tunica œsophagi agit in trãsglutiendo

tiendo, nisi quia maior uirtus ac dignior in hac actione, est in interiori tunica. & exterior ei facile suffragatur. Etiam quidē declaraui in libro meo de uirtutibus naturalibus, quod præcipua uirtus, & maior, & dignior, quę ad trāsglutiendum operatur, est quidē tunicę intrinsecæ œsophagi. actio autem quæ est in tempore uomitus, quæ est contraria trāsglutioni, fit quidem per aliam tunicam scilicet extrinsecā. Oportet ergo ut ponamus causam in maiori parte, uirtutē quæ est in stomacho expulsiuam. quæ non est uolūtaria, sed naturalis. & fortassis causa in illa operatione uirtus est uoluntaria. & forte uirtus naturalis in illa habitudine, uirtuti suffragatur uoluntariæ facile & modicum. sed quādo uomitat homo sine uolūtate cibū, quando eleuat ad orificiū stomachi, sicut accidit pueris dormientibus, oportet quidem existimare quod causa in illa actione est uirtus expulsiua. & hæc uirtus etiā inuenitur in intestinis et uesica manifeste & matrice. & inuenit etiā non minus in cęteris membris animalis omnibus. nisi quia in istis occultius inuenit adeo ut probatiōe indigeat. Et iam adinuenimus in eis probationes, & fundauimus in libro nostro de uirtutibus naturalibus.

De motu egerendi & uomendi.

Et sicut quidā uomitus fit à uirtute naturali sola, & quidam uel totus uel maxima pars ipsius fit prorsus à uirtute uoluntaria, ita reperitur in euacuatione per inferiorem regionem, id est per anū. & in euacuatione quę fit per urinā quādo mingit. Duplici quidē actione. fortassis enim fiet hoc ab aliquo lacerti iuuamento qui cōgruit ei, extrinsecus condensando & cōprimendo anum, uel forte absq; illius lacerti iuuamento fiet ab intestinis ut egrediatur egestio, uel à uesica per urinam. & hoc fiet à dormiēte. & prouenit hoc etiam propter uigiliam nimiam. uel propter multam materiā quā quidem cōtinent illa loca. uel propter materię pūctionem, ut demum dimittat absq; uolūtate. et illa loca non comprimant à lacerto. neq; in illa quidē habitudine quicquā habeant de actione uoluntaria nisi tantū unicam, scilicet relaxatiōis actionē. & circulariū impedimentū lacertorum qui continent quidem extrema lacertorū illorū. qui ne fiat absq; uoluntate purgatio, solum uirtutem prohibent naturalē in eo qui permanet in suo cursu naturali. quod si quidē accidat lacertis illis laxatio, aut incidant penitus, donec sectio totaliter appareat, & egestio quidem & urina tunc progreditur prorsus absq; uoluntate. Etiam quidam in hoc loco litigium induxerūt, ut uincere uideantur, non ex eo quod sequerent inde commodum, interrogantes an actionis lacerti laxatio, comprimentis orificia meatuum, & impedimentū eius, de actione computentur uoluntaria. & dixerunt quod actio quidē lacerti fit per distensionē eius & incuruationem, & non per relaxationē. Congruit itaq; in hoc capitulo sententia eorum qui sentiūt quod rerum uirtutes æstimandæ sunt. cum in eis iam conueniatur inquirere de nominibus. restat au-

A tem concordes simus quod lacerti quādo meatuū extremitates cōprimuntur, nō egreditur quicquā ab eis. quando uero ab eius actione arcetur, quod in illis extitit meatibus egreditur. merito igit dicit obiector, quod illud quod egreditur quidē ab illis meatibus quando relaxatio uincit, illi quippe lacerto contingit actio non uoluntaria, quæ fit per uirtutē tantum naturalem. & quod egreditur ab eis, eo in sua manente cōplexione, quando suffragatur lacertus illis cōueniens instrumentis extrinsecus, actio fit uoluntaria, ueraciter erit secundum primam intentionem, uel uiam, uel semitam primam, uel qualiter uoluerit nominare. Et siquidem intendit uoluntate sua, illorum lacertorū impedire uel laxare actionem, ipsis in sua natura nō B permanentibus, illud quod egreditur, actio uolūtaria per secūdam intentionem & uiam secundā, non primam appellatur.

De membris quæ mouentur motu uoluntario.

Et sub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia. immo quidem, si dignius est uerū dicere, sub hoc capitulo omnia quę quidē accidunt & arcentur, à nostra uoluntate continentur. quoniam ambulare, currere, calcitrare, & cæterę quæ pedibus actiones perpetrant, uoluntariæ dicuntur actiones, per intentionē primam. Similiter actiones quæ manibus agunt, uoluntarię dicūtur. uox & locutio dicuntur esse à uoluntate, prima quidem intentione. Manuū autem & pedum quietudo & cessatio à sermone, dicuntur actiones C uoluntarię, intentione quippe & sententia secunda. quoniam sicut quando mēbra nostra uolumus mouere, est illud quod uolumus actio uoluntaria, ita idem etiam quando nolimus ea mouere, erit quidē quod uolumus. & hoc sequet pręcisionem consilij apud homines in aliqua actionū uoluntaria. Nec hoc quidem currit in sermone duntaxat hominū, uerum reperit ad instar hoc in sermone dei sublimis uiro cōminantis, tempore necessitatis pręsenti amico non subuenienti, in hunc modum dicentis: nūquid tu præsens fuisti, ac amico quidē tuo in mortis articulo iam constituto non subuenisti? deinde me fraudulenter adijsti. egredere à meo sancto altari. Et quidam hominū non admittūt hunc sermonem. & existimāt quidē quod D non est appellanda causa illius quod accidit, nisi quidem actio imprimat aliquid in accidentia illius rei quæ accidit. & cogitur qui hoc dicit uerbū, dicere quod qui se ne in exercitum magnū uadat ex regis edicto ad pugnam, & ad supponendū se periculo, occultat, nullam pœnam meretur. quoniam pugnantes illius exercitus si ceciderint, ipse cadet inter eos ratione cadentiū, nō quia ipse occultauit se ab eis. Et determinaui inter eos qui dicebant uerbū hoc. & inter illos qui aliud uerbū dicebant, hoc modo discordiam magnam & ualidam. Et iam orta fuerat sæpius inter medicos & philosophos discordia atq; altercatio, utrum priuatio uel non factio esset quidem causa accidentiæ rei quæ accidit. Et doctores legū, & reges, eos qui

qui se absentant à pugna, & eam subterfugiũt uoluntarie, acrius puniũt ꝙ illos qui post uictoriam hostium fugiũt. Illi enim qui existimant, quod nõ est aliquid priuatũ causa accidentiæ rei, non possunt ratione defendere se in aliquo contra illum qui dicit, quod illi qui subterfugiũt pugnam timore cædis uel mortis, iuste puniuntur. sed contenti sunt hoc uerbum dicere, & ipsum sæpius iterare, & successiue, cum non possint declarare atq; ostẽdere, quod nequit aliquis eis sufficiẽter probare, priuatum licet esse causam eius quod accidit præsentialiter. Et quidam medicorũ intendentes hoc fundamentũ obseruare, fundauerunt se super ipsum. existimantes quod egressus egestionis & urinæ quãdo fit absq; uoluntate lacerti qui est super orificia meatuum, actio est naturalis, & non uoluntaria, neq; de actionibus animalibus prorsus. Sed qui sophistarum relinquit altercationes & contrarietates, & intendit in eis quæ in arte iuuãt & medicinæ, concedit ei qui uult actiones istas appellare qualitercunq;. & intendit inspicere qualiter ea quæ iuuant & utilia sunt duntaxat inueniantur, quod est qualiter hæ fiant actiones. Exempli causa quod in stomacho & intestinis uirtus uiget naturalis, expellens quidem id quod eis nocet quantitate sua uel qualitate nocua. & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non sit nocuum quando non iuuat: & hoc quidem in membris in sua manentibus natura, quando consequitur ex hoc quod cõtinet̃ commodũ per temperantiã. Et fortasse aliquid intendũt expellere mẽbra in tempore indebito & non opportuno. & imitatur ipsa lacertus qui cõprimit & coartat illorum orificia meatuũ, ut quid expellat donec transiliat & egrediatur. & similiter quãdo tempus accedit quo sentitur ille exitus superfluitatũ, ille quidẽ lacertus relinquitur ac remittitur. demum quiescit ab actione sua, de quo sermo pręcessit. Nec huius negocij fecimus mentionem nisi ob id quod sermo se ingessit ex continuo, non quidẽ principaliter ex prima intentione, quæ proposito quod intendebam necessaria existeret præsenti. Nec est quidem absurdum cum eo quod pręcessit rememorari quod sum narraturus. Quod est, quia qui uidet ophthalmiam patientẽ insuetus hoc uidere, oculi eius primo replentur humiditate. & si diutius inspiciat, ophthalmiã quoq; incurrit & ipse. quia oculi formidantes ęgritudinem debilitantur ex illa. & euanescit uirtus illorum essentialis adeo, ut aliquid ab oculis admittat uicinis, qui sibi contuant̃ quando fuerit in eis superfluus humor atq; prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates & his similia ex eo, quod corpori communicat cogitatio, & compatitur in accidentibus, sermone quem scripsit in libro humorum huiusmodi. Et fortasse quidem uidet homo serpentem subito, & in colore suo accidit pallor. Et fortasse quis incedens super apicem pinnaculi aut montis excelsi, timet, & pedes eius tremunt. Similiter quoq; homo uidet alium mingentem, aut egerẽtem, aut pandiculationes agen

A tem, & ad hoc prouocatur idem operari. quasi in membris ipsis uisio sit intellectus & inspectio. Et manifestius hoc declaratur ac liquidius sicut dixi in actionibus quæ fiunt in lacertis. quoniam illas actiones agunt pueri, nedum adulti, quãdo uoces imitantur, quales alios audiunt proferentes, cum ignorent ipsi lacertos linguam mouentes, adeo ut incidãt uoce incisione locutionẽ formante. similiter accidit inspiratio & expiratio, anhelante lacertũ quo hoc operat̃ ignorãte. Nõ est ergo mirandũ linguam quidem moueri à lacerto uoluntate duntaxat. sed in ea uirtutẽ esse, qua quidem perpẽdit quod appetit intellectus, adeo ut moueat seipsam motu, ut ab ore quid educatur† cõpetenti. Et iam quidem pręd ixi qualiter hoc fiat. et causamquidẽ *aliàs concepti*

B quomodo hoc fit, scilicet linguę raritatẽ ac porositatẽ ei⁹, sicut in uirga uirili. Sed quia porositates in uirga uirili ampliores existunt, augmentũ uirgæ uirilis immensum, multam aeris comitat̃ substantiam. linguę uero porositates modicæ. Ideoq; nõ accidũt in ea raritates multę uel magnę. Et huius generis quidẽ est quod de dolore quęrit̃: quid nanq; est, quod illud quod quidẽ incurrit occupatus ex aliquo, & negociosus in loco in quo est, apostema est minus. Quãdo ergo euacuat̃, cum eo quoq; ꝙ ab eo non desistit augmentat̃. Quidã aũt dixerunt quod pars animę dispositiua & ordinatiua qua fit ordinatio, quia causa motus existit uoluntarij, & sensuũ omniũ membrorũ sensibilium, quãdo cogitatiõe detinet̃ et occupat̃ alicuius rei,

C retardat pręuentionẽ. Et quidã dixerunt quod in ipsis mẽbris est quędã uirtus. quãdo ergo illa pars ad angustiã peruenit:† ordinatã animæ, & debilitat̃, & euanescit, et etiam laxat̃. res autẽ debilitata et euanescẽs, habet necesse ut cõtra id quod nocet ei ualidius insurgat. Et hoc quidẽ excogitauit uir quidam philosophus, cuius philosophia atq; prudentia pura quidẽ & nõ turbata fuit, neq; inuidia ducebat̃, ueritatẽ secutus nõ uerbo tantũ, sed etiã opere. Percussionẽ sustinuit is in femore, ex qua sibi cõtigit apostema. Factum est ergo per hoc in quo dubitauit. et illud fuit, quoniã mirabat̃ ad plurimũ qualiter languor eius nocte magis intendebat̃, cum etiam maioribus uteretur remedijs in tenebris, & pedes eius tũc magis ociabant̃ ꝙ in lu *al. ordinatiua*

D ce, & totũ corpus eius erat apertũ & calefactum. Et ipse dixit, quod sicut reuelatũ fuit, illud quidẽ non fuit nisi quia non erat de nocte alio negocio occupatus uidendi uel audiẽdi, neq; aliquid agendi, neq; in aliquo prospiciẽdi, nec cogitãdi. sed eius cogitatio conuertebat̃ in apostema coxæ duntaxat. Et dixit ꝙ acciderat ei apostema prius semel in oculis suis, & dolebat noctu uehementius. & illud est quoniã sicut quãdo oculus sanus aspicit aliũ oculum ęgrotũ: et intẽdit circa ęgritudinẽ cogitare & imaginari, etiam ipse oculis ægrotat. Sic ita nõ est mirandũ ut cogitatio operet̃ ac imaginatio illud. & quãuis sit in ægritudine femoris, quia dispositio eius, licet admodũ sit modica, tũc tamẽ ægritudo intenditur & augmentat̃. Hæ autẽ res

res, licet ad ueritatem earum non attingamus per A fecta probatione, quod tamen de eis dicimus firme, est sufficiens. & possibile est ut non sit sufficiens tantum, sed uerum.

De motu palpebrarum.

Et iam tempus est ut ad aliam speciem motuũ liquidorum redeamus, ac si sit conuersio eius quod narrauimus. quoniam sicut quædam membra reguntur in uirtutibus naturalibus, & motus in eis apparent animales, uel actionibus permisti naturalibus: sic inuenio alia membra, quasi uoluntatẽ sequentia, & uolũtas eis prædominatur dominio manifesto. & cum hoc inuenio quod permiscẽtur *aliàs motibus* eis motus naturales, sicut † motus palpebrarum. quoniam quidem hæc actio erit in pluribus hominibus absq; uoluntate. & nõ reperies aliquẽ fere, B qui sic arceat palpebras suas, ut nõ moueat eas. & apertis permaneat oculis usq; dum uelit eos claudere. & claudat nisi raro.

De motu clibani pectoris in tussi, risu, & sternutatione.

Et iam inuenimus quoq; in motu clibani pectoris totius in tẽpore tussis, risus, ac sternutationis, locum ambiguitatis. Et hoc quidem est, quoniam istud membrũ animalis mouetur utique semper per lacertum. & initiũ motus lacerti mouentis ipsum, procedit à fundamẽto neruorum & origine illorum. adeo quod homo si intẽderet illis neruis, & illos amputaret omnes, incõtinenti prępediretur anhelitus illius animalis. Et si quis uoluerit forti conamine tussi resistere, ut fortassis ualeat anhe C litum arcere ac continere propter tussim paululũ, si fortis fuerit uirtus in arcendo & comprimendo anhelitum suum dominando ei, diuturniori tamẽ tempore non poterit resistere quin deficiat & uincatur, donec siue uelit siue nolit tussiat. Similiter fit in sternutatione. quoniam nequit actor eius ipsam comprimere quando uiolenter inuadit. Eodẽ quoq; modo hoc quidem inuestigatur & anhelitus. Et quidam existimauerunt ꝙ anhelitus esset actio naturalis, nõ uoluntaria, ob id siquidẽ, quia uiderunt eam in soporato & apoplectico. Et iam sufficienter quidẽ exposuimus de anhelitu in tracta. ij. libri nostri de motu lacertorum. & librũ nostrũ inspicienti cõpetit quod ibi diximus de anhelitu, ad tussim reducere & sternutationem. Risus D autem incitatus ex eo, quod superficialia tangunt loca sub axillis, & uolæ pedum, non quidem sub hoc capitulo comprehendit. neq; uideo quidẽ ad cognoscendam causam, propter quam si tangant huiusmodi loca, huiuscemodi tactu moueant motu huiusmodi: uel ut quando aliquid uidetur risibile: uel auditur secundum aliquam † semitam pe *aliàs scenicam* nitus. nec ad cognoscendam causam propter quã quãdo similia uiderimus istis uel audierimus, corpus prorumpit in motum risus. & si uelimus arceri ab eo, & continere quanto possumus conamine soliciti. Tussis uero, sternutatiõis, oscitationis, singultus, pandiculationis habitudinem narraui quidem in causis accidentium.

De motu gutturis in deglutiendo.

Contentus sum autẽ impræsentiarum ponere quidem exemplum ad inquisitionẽ aperiendam de actionibus ambiguis, de quibus hęsitatur quo modo fiant. Et iam aliquid ex hoc narraui in trac. ij. libri mei de anatomia uiuorum animaliũ. Nũc autẽ narrabo modum in alia specie animaliũ, causa quippe exercitij, cõscius inter omnia nihil esse utilius ei qui uoluerit acquirere secundũ habitudinem & modũ in arte medicinæ, ut in pluribus exercitetur exẽplis. Cũ in transitu eius quod trãsglutitur in œsophago plures discordent, oportet ad inquirendum diligenter intẽdere qualiter rei ueritas reperiat̃. Et primo narrabo ex anatomia totã formã œsophagi qualiter sit. deinde postmodum omnia alia membra quæ sibi continuantur. Et primum eorũ quæ sibi continuant̃ & dignius omnibus est stomachus. at quidem si aliquis dicat œsophagum ipsius esse partem, non uerebitur hoc dictum neque uerecũdabitur. secundum autẽ de ijs quæ cõtinuantur œsophago est nodus gutturis. demum lingua, atq; os. Et illud est, quoniam una tunicarum œsophagi scilicet interior in sua natura neruosa, cũcta quę sunt in ore & nodo gutturis inuoluit. & uidetur apparibiliter (quãdo id quod transglutitur ad stomachum, per œsophagũ trãsmittitur) de suo loco nodus gutturis moueri primo, & ad partem gutturis eleuari. Quãdo autem quod trãsglutitum est residet in fundo stomachi, nodus gutturis incõtinenti subtrahitur, donec ad pristinum locum redeat. Et ex hoc quidem quod apparet in hoc capitulo nobis aperitur initiũ inquisitionis. & oritur quæstio an nodus gutturis tres habeat partes, quæ sint, nomen non habens, peltaris, et cymbalaris. & an nodus gutturis in aliquo suffragetur, semetipsum erigendo ad trãsgluttiendum nutrimentum. an quidem moueatur motu aliquo quẽ agit & operatur deuoratio. postquã autem cogitauit ille qui magnæ fuit inuestigationis in inquisitione huiusmodi actionis, quod antecedit deuoratio trãsitum eius quod transglutitur in ore & gutture, indagauit an in motu nodi gutturis sit aliquod instrumentorum quod actionem operetur illam, scilicet trãsitum nutrimenti in ore & gutture: an non sit ad hanc causam possibile ut nodus gutturis attrahat̃ sursum: sed sequatur necessario motum membrorum quibus fit transitus nutrimenti in œsophago. deinde nescio qualiter discordauerũt, ut quidam essent quibusdã cõtrarij. Et duæ illarum sectarum † antiquiores, à ueritate fuerũt remotiores. quæ iudicarunt quod nodi *al. præsumptuosæ* gutturis eleuatio atq; erectio motum quidem linguæ contingit. qui mouet eam immittendo quod transglutit̃, donec ipsum ad œsophagum perducit. Et qui fuit ex illis in anatomia profundior, ipse quidem existimauit quod lingua quando magis flectit̃ in transglutiendo, sursum attrahit duos lacertos. & attrahunt sursum illi duo lacerti nodũ gutturis per attractionem suam. quoniã inter radicẽ linguæ et nodũ gutturis infigunt̃. propterea quidem

quidem quod continuantur chartilagini quæ scuto asimilat̃. Et assertores huius uerbi existimant quod duæ duorum lacertorum extremitates horum desinãt in chartilaginem. Cum omnes ergo qui profitentur anatomiam in hoc quidem cõmunicent, quod cuiusq; lacerti corpus quãdo operatur & agit, uersus caput suum retrahitur, non est ergo mirandum, si quando lingua incuruatur in initio deuorationis totaliter illorum lacertorum uersus caput, eorum corpora unũquodq; duorũ sursum cõtrahit, & loca eorum iuxta linguam, & secum quoq; chartilaginem sursum scuto similẽ. Cum ergo residuæ chartilagines duæ nodi gutturis huic continuentur chartilagini, totus idcirco nodus gutturis eleuat̃ atq; erigitur. Quod si res sicut existimarũt quod apparebat in anatomia se haberet, uerbum quod dixerũt omnibus quæ dixerant sufficiẽtius esset. Sed quia duo lacerti qui chartilagini quidem continuãtur scuto simili, nõ continuantur utiq; cum lingua, sed capitum eorũ origo existit à duobus ossis lateribus quod lambda literæ græcæ assimilatur, eorũ patet error. qui quidem existimauerũt quod chartilago nodi gutturis assimilata scuto mouetur, siquidẽ motu linguæ per attractionem duorum lacertorum, quos prædiximus, sursum. Et quamuis etiam cum hoc quod existimauerũt, uerum existeret quod apparebat in anatomia, non quidem cum chartilagine scutea sursum quidem attracta duæ chartilagines residuæ de chartilaginibus nodi gutturis attraherentur, cum in eis distinctiones essent manifestæ ualde inter quasdã chartilagines adinuicẽ. Quod si quidem in animali intendas mortuo illos duos lacertos sursum trahere, uidebis & chartilaginem unicam sursum trahi parum: & non uidebis ipsum mouere nodum gutturis totum per motum eius. Et hoc apparet in cæteris lacertis nodi gutturis, quoniam unusquisq; eorum mouet quidem chartilaginem illam quæ continuatur cũ eo duntaxat, motu facili ualde. & manifestior quidẽ modus quo deprehenditur error huius sententię, est quod in animali uiuo apparet. quoniã si tu duobus illis intendas lacertis, & amputes illos, deinde labra coniungas uulneris, & uinculo constringas, & dimittas animal agere quodlibet, uidebis post modicum temporis ipsum trãsglutire cibum suum & potum. & mouebit nodum gutturis sui sicut prius. neq; hoc faceret si forte lacertus qui ipsum mouet amputaretur. & quod non prolongetur spacium temporis inter incisionẽ illius lacerti quam facis, & quod de hoc dixi oportet uidere. Est ergo ut animal quod incidis & scarificas prius affligas fame uel siti: & quod de hoc dixi est superfluum, quo ad illud quod necesse habetur cum eorum ignorantia. cum quidem esse duorum capitum duorum lacertorum solum sufficiat ad errorem huiusmodi sententiæ & consilij detegendum. quoniam quidem hos duos lacertos infixos esse uideo in duobus lateribus ossis lambdæ literę assimilatis, & duos alios lacertos uideo à

A summo uniuscuiusq; laterum illius ossis oriũdos, abinde uersus linguam tendentes, duobus quippe lacertis †cõtinuatos ad nodum gutturis discurrentibus. Et uidet̃ mihi q; decepti sunt & errauerunt in anatomia simiarum. quoniam in hoc quidem animali reperiunt̃ duo capita duorum lacertorum superiorum iuncta duobus duorum lacertorum capitibus inferiorũ ita, quod se contangũt, quãdo animal carnosum extiterit & delicatũ. & hoc erit præ angustia duorum laterũ ossis lambda literæ græcę similis, & subtilitate utriusque. In animali uero cuius duo latera huius ossis fuerint lata, tu quidem capita istorum duorum lacertorũ uidebis adinuicem seiuncta manifeste. et maxime quando animal extiterit magnum, ut taurus & similia. Et inter illa capita, distantia quoq; longitudinis est sensibilis in omnibus animalibus dentatis. studeas igitur exerceri quidẽ primo in huiusmodi speciebus animalis, ut inter capita lacertorum horũ de quibus fui locutus bene distinguas. deinde hoc idem in equis, & in cæteris habentib. ungues coneris. Quando igitur hoc feceris, poteris inter utrunq; bene distinguere. In simijs etiam facile. & maxime quidem si prius exercueris in simijs quarum capita capitibus canum assimilantur. Et quando fuerit animal antiquius & macrius, anatomiã omnium lacertorũ melius perscrutaberis. Post autẽ q; perfecte deprehẽdimus & uere scimus quod huiusmodi uerbi ꝓfessores quod perscrutati sumus errauerunt in eo: cõsideremus

B

C igitur an ab alia re quæ sit in ore de membris, sit causa attractionis & erectiõis nodi gutturis tẽpore trãsglutionis. & aperiã inspectionẽ inquirẽs secundo, cum inter ipsum & œsophagum sit cõmunicatio non modica per tunicam quidem interiorem, in qua substantia carnis est modica ualde. deinde cessat in ea caro annihilari paulatim, donec eã priuetur penitus. & fit in modũ pelliculæ spissę, qua totus nodus tegitur gutturis, & os, & cum ea tegitur superior pars linguæ. Et iam uidi semel quosdam brutorum animalium medicos ac chirurgicos uolẽtes in œsophagũ infundere quędam quibus infunduntur animalia. & tenebatur eius lingua cũ mandibula fortiter inferiori ita, q; non mouebatur. Et memini quorundã quę infunduntur hominibus quando apoplexiã incurrũt.

D Nos quoq; intẽdimus faucibus oris quidẽ. & ponimus quędam in eis cibaria humida liquida. & in radicẽ linguæ immitto & infundo quod est in uase in œsophagũ. & uideo quod nodus gutturis tunc eleuatur. Et ex hoc patet manifeste quod eleuatio nodi gutturis est accidens ineuitabile transitus eius quod transit per œsophagum. Et fortasse ponimus in œsophago grana modica rotunda, quo quidẽ transglutiant̃ narcotica, et quędã pharmacica, & quędã quippe quæ alia opera faciunt, retenta cũ extremitate linguæ, uel interius impulsa, ne prohibeat digitos nostros quibus intermittunt̃ grana, donec ad principiũ perducantur œsophagi. neq; tamen ex hoc huiusmodi ueritas patet uerbi

al. cõtinuatis

Notha m

uerbi.uerũetiam ex hoc quod non est posſibile ut A alius excogitet̃ modus q̃ iste, quẽ dixerũt quidã in lacertis,quo liceat linguę quando mouet̃,ad se nodũ gutturis attrahere.Et illud est,quoniã cũ radix linguę, et duo lacerti descẽdãt ad ipsam à †duobus locis quę prędiximus,oportuit illis duobus lacertis linguã, neq; aliquid aliud moueri.quoniam uerbi quod autor asserebat,φ posſibile quidẽ erat nodũ gutturis illis duobus attrahi lacertis sursum descẽdentib.ad chartilaginẽ scuteã,error eius detectus est,& patuit falsitas.Cũ ergo sit hic quidẽ existimare aliũ modum quo posſit hoc stare præter hunc,manifeste patet hoc esse falsum.neq; aliquis aliud poterit dicere. Similiter etiam nullus poterit dicere,nisi quod motus nodi gutturis erit cum transitu eius quod trãsglutitur in œsophago, B non cum actione linguæ.cum actio quidẽ linguę trãsitum eius quod in œsophago trãsglutitur,antecedebat.deinde quiescit et prępeditur tempore quo cibus in œsophagum trãsit. Restat ergo nobis indagare causam propter quam mouetur nodus gutturis cũ transitu rei iniectę in œsophago à principio usq; ad finẽ, donec incipiat eius motus quando iniectum inchoat in œsophago trãsire,& quiescit quãdo quiescit illud & residet.Et res etiã patet & manifestat̃ ei qui nõ exercuit cogitationẽ suã multo exercitio,quod non potest esse quin sit uno duorũ modorũ,siue φ nodus gutturis innatũ habeat intellectũ quo moueat seipsum, cũ uideat hoc esse sibi melius ac dignius.siue φ eleuet̃ per attractionẽ.Cũ ergo primũ dictũ sit absurdũ, restat C ut secundũ sit uerũ,scilicet quod nodus gutturis eleuet̃ quando trahit ipsum œsophagus.& approbat hoc esse uerũ & attestat̃ naturalis, quo declarauimus φ in omni membro uirtus est attractiua, qua quidẽ id quod est simile attrahit sibi et assimilat.queãdmodũ in unoquoq; ipsorũ est uirtus expulsiua ad id quod est contrariũ ei & odit. Quod si est uerũ,est quod declarauimus, φ desideriũ est actio oris stomachi,& quod œsophagus attrahit, queãdmodũ res attrahit manu quod cõpetit ei,& desiderat quod est in gula.†Tunicæ uero alterius pellicula,quę currit & inuestit in circuitu secũdũ latitudinẽ,utilis est quidẽ & suffragat̃ quando stomachus quidẽ ad euomendũ aliquid mouet̃.Similiter pellicula quędã quæ est in intestinis omnib⁹, D inuestit in circuitu in latũ.nec aliqua pellicula in eis existit quæ aliter q̃ hoc modo inuestiat. quoniã natura nõ aptauit ad attrahendũ aliquid conueniẽs,sed ad educendũ quod in stomacho super fluit,sicut explicui in libro meo de uirtutib. naturalibus.ꝓbatiões ergo secundũ hanc uiã apud eũ qui cogitationẽ suã circa uirtutes actionum exercuit naturaliũ,sunt ueriores,& magis urgẽtes,& ad credendũ digniores,q̃ argumẽta quę sunt prę missa.Ille aũt cui nõ est insitũ à natura,nec est aptus ad intelligẽdũ subtilia,neq; cogitationẽ suã circa doctrinã eorũ quibus uere cõprehendit̃ cognitio à pueritia exercuit,nec postea in sciẽtia rerũ naturaliũ intẽtionẽ suã diu apposuit,ꝓbationes quę fiũt sensui manifeste secundũ modũ illarũ quas superius narrauimus,nõ erũt ei firmiores & magis urgẽtes.nõ enim ꝑspexit & sciuit φ natura nil operat̃ frustra & incassum.Et quia una tunica scilicet interior œsophagi sola uidet̃ habere solicitudinem apparibiliter in œsophagi actiõe,nõ reputo quenquã ad tantã deuenisse ignorantiã, quod dicat quod stomachus attrahat id quod cõpetit †ei per pelliculã quę disponit̃ circulariter in latum,& expellat per pelliculã quę tendit linealiter in longũ.nisi quis in hac uita nihil de hoc excogitauit, sed acquiescat quidẽ ei quod nouit sensu,donec ipsum ueraciter cõprehendat.ueluti quidã ostẽdere uolens cuidam uolenti hanc uiã in gallo,quod †pellicula quę disponit̃ in latum,quę est in tunica œsophagi exteriori,quãdo amputat̃ amputatiõe in longũ,uidetur illud animal traijcere.Et manifestũ est φ hac utiq; anatomia debemus uti in gallo, fame prius afflicto.& illud est, quoniã postquam fuerit usus hac abscisione secundũ rectitudinẽ facta in longũ,cũ non in aliquo sibi quo ad conseruandũ uitam officiat,ipse quidẽ comedit & bibit priusquã locus uulneratus apostemet̃ et doleat.et tũc abstinebit ab esu & potu.et nõ sic quidẽ declarat̃ ei cui⁹ hęc fuerit uia sua,scilicet de tunica œsophagi†cuius uilli trãseũt linealiter in longũ.& nõ quia cum interiori parte nodi gutturis continuetur.hoc quidẽ modo factum in quo sumus, magis declarabitur q̃ illo modo quẽ prædiximus. neq; declarabit̃ ei cuius fuerit hęc uia sua,id quod accidit quibusdam piscibus,scilicet chamę, & illi qui uocat̃ sonedis,φ stomachus uniuscuiusq; illorum quãdo intẽsa fame conat̃ aliquod animal minus eo capere,& euadet illud, sæpius inuenit̃ erectus usq; ad os suum.& hoc quippe, quia in his animalibus appetitus ualde intenditur & superat.

aliàs ab istis — *aliàs Tunicæ uero alterius, & uilli qui uestiunt, & etiã currũt in circuitu secundũ latitudinẽ,utiles sunt quidẽ et suffragãtur* — *aliàs ei per uillos qui disponuntur circulariter in latũ et expellat per uillos qui tendunt* — *aliàs uilli qui disponuntur* — *aliàs cuius pellicula transit*

CL▸ GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE DISSOLVTIONE CONTINVA.

QVIA corpora hominũ sunt in cõtinua dissolutione et propter calorem naturalem qui est in ipsis,& propter calorẽ aeris circundãtis ea extrinsecus, fuit necessariũ restaurare in eis quod dissolutũ est de ipsis. Ideoq; fuerũt necessarij cibi & potus.& fuit infusa in ipsis uirtus appetitus ad cognoscendum horam necesſitatis eorũ.& quantitatem assumendam de eis:& speciem cõuenientem eis. Verum quia non restauratur id quod dissoluitur, nec stat loco eius nisi sit sibi simile,nec inuenit̃ in cibo & potu aliquod simile ei quod dissoluitur de corpore,ideo fuit necessariũ naturam

mutare

mutare cibum & potum, ut stet loco eius quod dissolutum est, & ingrediatur in locum eius. neque potest uirtus quæ mutat & conuertit cibum & potum in corpore hominis, facere quod mutetur & conuertatur nisi quod est simile corpori & proprium. Et quoniam non tantum quod comeditur & bibitur assimilatur corpori, ideo nō est dubium quin remaneat ex cibis & potibus superfluitas in corpore: quam de corpore mūdificare oportet & ab eo eijcere. Nam sicut ciborum & potuū quando intrauerint stomachum, operatusque fuerit in eis stomachus suas operationes, eorum pars transit ad hepar, & residuum fit egestio mūdificanda de corpore, similiter faciunt organa corporis & loca ad quę peruenit nutrimētum ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum qui uult custodire sanitatē, ad duas res intētionem suam dirigere. quarū una est ad corpus cū cibo cōueniente, loco eius quod dissolutum est de ipso. Alia est mundificatio ab ipso eius quod generatum est de superfluitatibus ciborum. Verum oportet te scire diuersitates naturarum ciborum, & diuersitates naturarum corporum, & nocumenta eorum, ut scias conuenientiam cuiuslibet specierum, siue cuiuslibet differentiarum hominis, propterea quod naturæ ciborum sunt diuersæ. Nam eorum quidam sunt temperati, sicut ex quibus generatur sanguis purus & mundus. & quidam eorum sunt non temperati, sicut ex quibus generatur sanguis cū cholera aut phlegmate, aut cholera nigra superflue, aut uentositas crassa & inflatiua. & eorum quidam sunt crassi. & quidam subtiles. et quidam ex quibus generatur humor uiscosus. & eorum ex quibus generatur humor sine uiscositate nocuus. & eorū qui iuuant proprie naturas alicuius membrorum & non alias. Et corporum quædam sunt temperata etiam, quibus dominatur naturalis sanguis purus & mundus. & quædam sunt non temperata, & dominatur eis phlegma, aut una ex choleris, siue una duarum cholerarum. & quædam eorum sunt rara & uelocis dissolutionis. & quædam sunt spissa & tardæ dissolutionis. & quædam quæ in omnibus membris sunt sana. & quędam sunt quæ sunt læsa in aliquo membrorum & non in alijs. Itaque oportet quando dominans est secundum corpus sanguis mundus, quod ministrentur cibi æquales in quantitate & temperati in naturis suis. & quādo est phlegma dominans, oportet quod sint cibi calefacientes & exiccantes, & nutriatur cum his quæ addunt in caliditate & consumunt humiditatem. Et quando ei fuerit dominans cholera, oportet quod nutriatur cū ijs quæ extinguunt choleram & addunt in humiditatem. & quando ei nigra cholera dominatur, oportet quod nutriatur cibis calidis & humidis. Et quando corpus est spissum & tardæ dissolutionis, oportet quod nutriatur cibis paucis & subtilibus & humidis, quia paucum est quod dissoluitur de corpore. Et quando corpus fuerit rarum, oportet quod nutriatur cibis multis crassis siccis & uiscosis, propter multitudinem eius quod dissoluitur de corpore. & hoc regimen est conueniens de necessitate, nisi sit in aliquo membrorum corporis læsio aut dolor. quia quando fuerit læsio aut dolor in aliquo membrorū, oportet quod fiat consideratio de cibis conuenientibus membro dolenti. & si fuerit diuersum à necessitate residui corporis, sicut quādo hepar est frigidum & stomachus, & in ijs sunt oppilationes, oportet quod administrentur cibi subtiles, & dimittat cibos crassos, & si sit residuum corporis præter necessitatem eorum, propter maiorem tenuitatem & raritatem, ut non faciant cibaria crassa opilationem in hepate. aut si est aliquādo hepar calidum, prohibebis cibaria dulcia, & si ipsi corpori conueniant. propter uelocitatem cōuersionis eorum in choleram rubram. Et quando stomachus est debilis, oportet cōfortare ipsum nutrientibus. & quādo est quod in ipso generatur phlegma, oportet ipsum lauare & abstergere, & quando est quod in eo cholera generatur uelociter multa, cōueniunt quę extinguunt acuitatem choleræ, aut quod prętermittant res generantes ipsam. Et si est aliquando cibus remanens natans in orificio stomachi, ministrentur cibi crassi ponderosi, ut ponderositate sua descendant in fundum stomachi: et pręcipias ei quod paulatim moueatur post cibum, ut declinet cibus de ore stomachi. & quando hoc non fecerit, non est necesse quod memorauimus de cibo & motu. & quando est descensus cibi de stomacho ante digestionem suam, indigemus his quæ stringunt & retinent. & quando est superfluitas cibi difficilis descensus de stomacho & intestinis, indigemus his quæ descendere faciant, & uentrem mollificent. & quando caput est calidum suscipiens uapores, prætermittamus cibaria calida & sicca, licet conueniant in reliquo corpore. Et oportet quod non sis contentus his quæ memorauimus, sine consideratione scilicet quantitatis motus ante cibum & somnum post. Nam quando est motus ante cibum multus, ciba bene, non cibis multis, crassis, uiscosis, ad siccitatem declinantibus, qui sint difficilis dissolutionis. neque iungas ei dįetam, quia parum conuenit ei. & quādo nō est ante cibum motus, uel est paucus, oportet quod non sit contentus diæta, cum scilicet paucis cibis & subtilibus sine adiutorio, in purgando cum medicina laxatiua, uel cū balneo illud quod generatur in corpore de superfluitatibus. & quādoque cum prouocatiōe urinę, & cū minutione sanguinis. & quando motus est cōueniens, dabimus cibos temperatos in subtilitate & crassitie. et quādo est somnus post cibum multus, oportet quod donemus cibos multos & crassos. & hoc cōuenit fieri in hyeme, propter longitudinē noctis, et multitudinem somni. Et quādo somnus est paucus & leuis, subtilibus nutriatur, sicut in æstate, propter breuitatē noctis, et paucitatem somni. et dicamus quod oportet quod mēsuremus in cibis quatuor modos. Primus est, quod nutriatur corpus bonis

cibarijs hora qua nutritur, sicut ante memorauimus. quia quando est dominans secundum corpus caliditas, indigemus cibis frigidis. & quando dominatur ei frigiditas, indigemus cibis calidis. & quando est temperatum, coueniunt ei cibi temperati similes. & quando est aliquis ciborū pręter bonitatē, nec est ei conueniens, oportet ne sit simplex, immo admisceas ei alios, & comedas cum eo cibos conuenientes, ut rectificetur quod cum eo timetur de nocumento cibi mali quibus utitur cum eo. Similiter et modus secundus est mensura etiam ciborum ita, ut sint in mensura uirtutis digestiuæ. quia & si est cibus in seipso bonus, & est corpori conueniens, & est uirtutem digestiuam debilitans quantitate sua, generatur ex ipso nutrimentum malum. Et modus tertius est prætermittere ex cibarijs quę oportet pętermittere, et postponere quę oportet postponere. uerbigratia, quia aliquando aggregat homo cibos lenientes corpus in una comestione, & cibos stypticantes ipsum. quod si præmisit lenitiuum, & secuti sunt ei alij, leuiter descendunt cibi post digestionem suam. Sed quādo præmisit stypticum & secutus est leniens, non descendunt, sed corrumpitur totum. & hoc ideo quia lenitiuus separat inter stomachum & inter descensum cibi styptici, & remanet in stomacho post digestionem suam, & corrumpitur, & corrumpit corruptione sua cibum alium. Sed quando est cibus leniens ante stypticum, leniens descendit post digestionem suam, & stypticum leuiter per uias descendit. Et ideo si aggregat aliquis in comestione una cibos uelocis digestionis & alios duræ & tardæ digestionis, præponat cibos duræ & tardæ digestionis in fundum stomachi. propterea quia fundus stomachi est calidior & potentior super digestionē, propter multitudinē compactionis eius quæ est in eo de partibus carnis. & superius stomachi est neruosum, frigidum, debilis digestionis. & ideo quando natat cibus in stomacho, non digeritur. Et modus quartus est assumptio ciborum in hora sua. & ideo qui accipit cibum secundum post descensionem primi, & præmisit motum sufficientem, & secutus fuit somnus sufficiens, fit bona digestio. & qui accipit cibum & remanserūt in stomacho aut intestinis reliquiæ in quātitate ex priori cibo præter digestionem, corrumpitur cibus secundus cū reliquijs primi. Et qui comedit cibum post motum sufficientem & accipit super mundificationem & super necessitatem corporis, inuenit cibus calorem naturalem, sicut ignis quando ardet. & qui sumpsit cibum præter motum, & accipit præter mundificationem & præter necessitatem corporis, inuenit cibus secundus calorem naturalem submersum, sicut ignis quando operitur cinere. Et in quo somnus sequitur cibum, reuocatur calor naturalis in ipso, & aggregatur in interioribus corporis, & digerit cibum. & in quo motus sequitur cibum, descendit cibus de stomacho præter digestionem suam, & intrat uenas sine mutatione, et adducit in hepate oppilationem, et renibus, et reliquis membris, et morbum. et aliquādo est membrum debile ut stomachus, et natat in ipso cibus. et non iniungas somnum, donec non descenderit cibus de stomacho. et sumant immediate aliquid de uino, ut descendat cibus de stomacho aliquo descensu, donec deueniat in fundum stomachi: et ante pręcipias eum mouere parum, sicut memorauimus iam. Nec oportet unquam quod accipiat ex uino multum in principio acceptionis cibi, ne descēdat cibus cum uino et prohibeat digestionem, propterea quod separet intra substantiam stomachi et inter cibum. et quando non tangit stomachus cibum, non mutat in similitudinē corporis conuenientem: sed remanet in ipso indigestus. Et debent isti qui accipiunt cibū, cū ipso sumere de uino ꝙ solum sedet sitim. et abstineāt se cum quantitate qua possint. et quiescant donec digestio fiat. postea sumant de uino prout optauerint. nam ipsum adiuuat ad descensum cibi, et subtiliat ut penetret et ut ingrediaṫ in uenas subtiles. et debetur similiter esse acceptio cibi in hora motus appetitus, propterea ꝙ quando moueṫ appetitus et non incipit accipere cibū, attrahit stomachus ex superfluitatibus corporis. quæ cum intrent stomachum, destruunt appetitū et corrumpunt cibum quando admisceṫ ei. Et melior horarum in accipiendo cibū, est hora frigiditatis, propter aggregationem caloris naturalis in interiorib. corporis. Sed in hora caliditatis oportet ꝙ dimittaṫ acceptio cibi. quia caliditas aeris attrahit calorē naturalem ad exteriora corporis, et euacuatur ab interioribus, et debilitatur calor in interioribus corporis ad indigestionem. Et propter hoc est ꝙ antiqui pręferebāt cœnam prādio, pręcipiētes ꝙ sumereṫ plus in cœna, ꝓpter aggregationē caloris in interiora corporis frigiditate noctis, et somnū. quia caliditas in somno reuocaṫ, et calefacit interius corpus, et infrigidat extrinsecus. Sed in uigilia accidit contrarium huiusmodi. quia calor extendiṫ in exteriora corporis, et debilitaṫ in interioribus. et ideo necessarium est ꝙ homo cui est dominiū complexionis calidę, et cuius stomachus est calefactionis uelocis propter generationē cholerę citrinæ, et cui generatur in stomacho aut effundiṫ ei multa cholera citrina, nutriaṫ cibis crassis durę digestionis. et digerit eos, et nō digeret cibos leues subtiles uelocis digestionis: quia cholera est potentior super leuibus cibis, et corrumpit eos, et nō est potens corrumpere crassos. et ideo inuenimus homines qui digerunt carnes bouinas: et non digerunt carnes pullinas, et quæ similanṫ eis ex cibis leuibus. Et consuetudo in eis addit magnā partem. quoniam qui cōsueuit prandere & remouetur ab eo, et est cōtentus cœna, magnificat nocumentum sibi. et qui consueuit sumere cibum in aliqua hora determinata et mutatur ad aliam præter istam horam, declarabitur sibi hæc permutatio nocua. et si mutauerit cibum ex horis malis ad horas bonas, et debet propterea

pterea imitari cõſuetudinem quando eſt antiquata et longa et ſi ſit non bona, quando non adducit aliquid neceſsitatis ad mutationẽ ſuam. nam cõſuetudo eſt natura ſecunda, ſicut memorat ſapiẽs Hippocrates. quod ſi eueniat aliquid ui ducens quod mutetur ab ea, conuenientior rerum eſt in eis quod mutetur ab ea paulatim. Et appetitus etiam in opere digeſtiõis cibi eſt maior pars, quia ſignificat ſuperconuenientiam & bonitatem. & quando ſunt cibi duo æquales in bonitate, & eſt neceſsitas appetitus de eis ad unum eorum declinans, conſentiemus dare rem appetitam prę alia, quia conuenientior eſt naturæ ſuæ & leuior ea in digeſtione. Et quando duo cibi ſunt, & unus eorum eſt melior altero, & neceſsitas appetitus in eo eſt ad peiorem declinans, eligimus eum ſuper meliorem eorum, dummodo non timeamus ex ipſo nocumentum plurimũ quàm eueniat ex ipſo iuuamentum, propterea quod libẽter ſumatur & melius ſtomachus digerat ipſum, ut explanauimus in eo quod rememorati ſumus, quod oportet ſtudere miniſtrare cibos bonos & electos ſecũdum cognitionem diuerſitatum naturæ corporũ, & operationum eorum, & diuerſitatem uirtutum ciborum. Et declarauimus diuerſitatem naturarum corporum, & operationes eorum. & quod conuenit cuilibet uni eorum ex ſpeciebus ciborum & potuum. et ego nominabo ſpecies ciborũ, & rememorabor quod eſt in qualibet ſpecie. & nomina quæ ſunt in qualibet ſpecie ipſorum. & rememorabor in qualibet ſpecie diſpoſitiõis corporis, & conuenientium eorum. Ciborum ſubtiliantium tria ſunt genera: eorũ enim ſunt ex quibus generatur ſanguis ſubtilis, & dicũtur ipſi ſubtiliantes. quia ſanguis generatus ex eis quãdo cõmiſcetur ſanguini qui eſt in corpore, reddit totũ ſubtilius quàm prius eſſet, ſicut medulla panis frumenti fermentati, loti lotionibus pluribus. & carnes pullorũ, & carnes aduragi, & phaſiani, & ſtarnæ, & axillæ auium omnium, & carnes piſcium paruorum in quibus non eſt uiſcoſitas, & cucurbitæ, & almeſci, & quod ſimilatur eis. & huius generis cibi conferent ei qui non mouetur, & cuius labor naturalis in corpore ſuo eſt debilis, & qui non ſecuratur quin in corpore eius generetur humor craſſus: & generetur in hepate aut in ſplene oppilatio, aut renibus, aut in pectore, aut in cerebro, aut aliquid in iuncturis ſuis phlegmatis. Ciborum ſubtiliantium genus aliud eſt quod ſubtiliat quod inuenit ex re craſſa, propter id quod eſt in eis de caliditate & acuitate. Sed ipſa ſunt in ſubſtantia ſua craſſa, generantia humorem craſſum, ſicut paſtinacæ, cepæ, raphanus, & rapæ, & quod ſimilatur iſtis. Et huius generis ciborum quando coquuntur & aſſantur, ſeparatur ab eis caliditas, acuitas, & inciſio, & remanet ſubſtantia mala. & quidem poſsibile eſt quod eueniat iuuamentum per inciſionem iſtorum ciborum & ſubtilitatẽ eorum: & quod diſcedant à ſubſtantię ſuæ natura ſecundum unum trium modorum, aut coquanť ſi-

A mul, et eius craſsities attenuetur, ſicut fit de cepis, aut exprimantur, aut coquantur, & poſt ſumatur aqua ſua: ſicut fit de raphano. aut quod comedať aliquid crudum ad inciſionem phlegmatis & uomatur cum eo, ſicut faciunt cum eo omnes. Et tertium genus ciborum ſubtiliantiũ eſt ex quibus generať ſanguis ſubtilis. & tenuat quod inuenit de humorib. craſsis & uiſcoſis in corpore. huiuſmodi generis ciborum ſubtilium ſunt quatuor differentiæ. Prima eorum differentia eſt eius quod eſt ſapidum, dulce, ſubtile, propter id quod eſt in eis de uirtute mundificatiua, ſicut aqua hordei, & batheca, et ficus ſiccæ, & amygdalę et fiſtici, & mel, & hæc ex his quę abſtergunt. et hæc differẽtia eſt propinqua in iuuamento ſubtiliantibus cibis qui

B ſunt ex primo genere, niſi quod illorum perfectio eſt in ſubtili corpore. Et ſecunda differentia eſt acutior, inciſiua, ſicut ſinapis, naſturtium, allium, porrum, apium, eruca, origanũ, ficus, menta, mentaſtrum, fœniculus, ruta, anethum, cyminum, carui, uinum citrinum, clarũ, ſubtile, antiquum, calidum. et hæc differentia confert ei qui indiget apertione oppilationis ſplenis, hepatis, pectoris, et cerebri. et incidit ſubſtantiã et tenuat. ſed non oportet aliquis multum utatur eis. nam ſanguinem adurunt, et reddunt ipſum aquoſum. et hi cibi minuũt corpus, et poſtea ipſum debilitant. et poſtea calefaciunt ſanguinem calefactione nimia. et reddit plurimum eius cholera citrina. et poſtea ſi cõtinuus ſit uſus eorum, ex ipſorum continua aſſum-

C ptione diſſoluitur ſanguis ſubtilis, et deducitur ad exiccationem et craſsitiem, et plurimum fit cholera nigra. et quandoq; generatur ex iſtis lapis in renibus nociturus. et hæc differentia uehementius et perfectius operatur in eo in quo eſt cholera citrina dominans. Et tertia differentia eorum quæ diſſoluunt et tenuant cum ſalſedine ſua, ſicut muria, et piſces quando ſunt ſaliti leuis carnis et paucæ pinguedinis, et ſicla, et aqua caſei ſaliti, et omnes cibi in quibus poſitum eſt ſal, et muria, et bauroch, et huiuſmodi differentię iuuamentum et nocumentum eſt propinquum iuuamento ſuperacutarum, et nocumẽto earum, niſi ꝙ hæc differentia in mundificando ſtomachum et inteſtina, et leniendo naturam, eſt perfectior. Et quarta differẽ-

D tia eſt eorum quę incidunt et tenuãt cum acetoſitate ſua, ſicut acetum, et ſecaniabin, et acetoſitas citri, et aquę granatorum acetoſorum, et omnes cibi qui cum eis accipiuntur. et hæc differẽtia cõfert ei qui eſt in ſtomacho et in reliquo corpore calidus. et quãdo generatur in eo phlegma ex craſſitie ciborum aſſumptorũ, aut ex multitudine eorum. Cibaria craſſa quando inueniunt corpus calidum, multum laborantur. et ſomni multi poſt cibum, digerunt, et nutriunt corpus nutrimẽto plurimo adhærente, et confortant confortatione plurima. et melius eſt quod ſumantur hæc cibaria in hyeme, propter aggregationem caloris in interioribus corporis, et longitudinem ſomni, et quãdo quis ſentit in corpore ſuo diminutionem manife-

stam. & si comedat aliquis & sit in corpore suo A caliditas pauca, & proprie in stomacho, & labor ante cibum paucus, & somnus post paucus, non perficitur digestio, sed generatur in corpore humor ex eis crassus nimium, crudus, generans oppilationem in hepate & splene. Ideo oportet eum qui comedit cibos crassos & præter necessitatem dominij appetitus eius, quod paucos ex eis accipiat & commistos, nec assuescat eis. Et sunt ex cibis crassis qui cum crassitie & uiscositate sunt multum nutrientes quando digeruntur. sed si nō digerantur, ipsi eorum multitudine generant oppilationem. & cibaria crassa dominante eis siccitate duritie & uiscositate, & simplicia & commista faciunt idem. & hoc est quod rememoramus. aliquando enim propter nutrimentum ex B natura rei. & aliquando adducit eis ex contactu caliditatis & coctione. & lenticulæ, & glandes, & lepores, & fungi, & fabæ assæ sunt crassa, quia siccitas est dominans eis in natura eorum. & hepata, & oua dura elixa aut assa, & omne quod est frixum ex eis, & lac coctum coctionibus pluribus, & ubera, & uinum uuæ quod est coctum, & specialiter quod est ex uua crassa in natura sua, omnia sunt crassa, quia caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatem & coagulationem. & caro cerui, & hirci, & carnes bouinæ, & uentres, & intestina, hæc sunt crassa, propter duritiem naturæ eorum. Et eodem modo lupini, & grana pini, & rapæ, & faseoli, & panis furni in exterioribus est crassus, propter id quod acquisiuit eis ignis ex C siccitate. & in interioribus est crassus, propter uiscositatem quæ in pane est de natura frumenti. & similiter omne quod non est bonum, uti assatum, & confectum, & fermentatum, aut nimis digestum ex pane, aut tenuius coctum. & omnis panis in testis cum oleo & sine oleo, & dactyli, & sesamum, & fungi, & similia. & lagana, & cerebra, omnia sunt crassa, propter uiscositatem quæ est in natura eorum. & pultes sunt crassi, propter coagulationem eorum & uiscositatem acquisitas eis ex decoctione. & melongianæ sunt crassæ, propter siccitatem & uiscositatem quæ sunt in natura earum. & pisces duri & uiscosi sunt crassi, propter aggregationem duarum rerum ex tribus in ipsis rebus. & caseus est crassus, propter ag- D gregationem trium rerum in eo. & aures, & labia, & extremitates musculorum, sunt generantia humorē uiscosum non cū crassitie: & etiam generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus crassus, propter debilitatem calidi corporis, & digestionis, & subtiliationis suæ, sicut accidit ex comestione fructuum ante maturationem eorū, & ex comestione citrulorum, & cucumeris, & carnis citri, & lactis acetosi. Et qui est in corpore temperatus & sanus, nec labor eius est multus, nec est labor in uirtute, meliora sunt cibaria media inter subtilia & crassa, quia ipsa ei conueniunt, & non debilitant sicut cibaria subtilia, nec generant cruditatem et oppilationem sicut crassa. & omnis panis bene præparatus arte, ouum gallinarum. caro hœdi anniculi. caput et caro agni et pecudum, omnes sunt humidæ et uiscosæ. et caro pullorum columbarum, et paruarum auium, generat sanguinem calidiorem, et crassiorem sanguinem temperato. Sed hepata pullorum, et anserum, et axillæ ipsorum sunt temperata. et reliquum corpus est multarum superfluitatum. et omnis auis quæ est multi motus, et cuius pascua sunt in locum boni nutrimenti, mundi aeris et sicci, est melior multum et subtilior. omnis uero auis quietis, est opposita, et peior, et immundior magis. Sed omnia oua bene præparata, et maxime quæ sunt proiecta super aquam calidam, & recipiuntur antequam indurescant, sunt temperatæ crassitiei. et omnes pisces non duræ carnis, nec multæ uiscositatis, aut quibus non est uiscositas et sunt boni saporis, et quorum pascua sunt in aquis mundis à sorditie, et aquis fluminum, sunt temperati et boni nutrimenti. Et de fructibus, uuæ, et ficus, quando sunt bene maturæ super arborem, et cito descendunt de corpore. et quod generatur ex eis, temperatum est in subtilitate. et si non cito descendunt, non sunt bonæ. Et de oleribus, endiuia, lactuca, et asparagi. Et omne uinum cuius color est color granati clarus, nec est nimis antiquum. Cibaria uelocis digestionis sunt unius horum modorum. Primus modus est quando sunt naturæ non siccæ, sicut sunt lenticulę. neque sunt durę, sicut lupinus, nec sunt uiscosa nimis, ut triticum. nec aspera multum, ut milium et panicum. nec multum unctuosa, sicut sesamum. nec abominabilia, ut uinum ponticum nimis. nec sunt plurium superfluitatum, ut caro pullorum anseris. nec dominatur eis frigiditas uehemens, sicut lacti acetoso. nec caliditas uehemens, sicut melli. Et modus secundus est secundum naturam digerentium ea. et hoc est uno duorum modorum. modus primus est conuenientia cibariorum et similitudo complexionis naturalis corporis, sicut quę appetuntur et sapiunt cuilibet homini. et iam inuenimus homines diuersos in appetitu eorum. et quilibet tamen eorum melius digerit quod appetit et ad quę multum declinat eius appetitus, quàm quæ non appetit et ad quę non declinat. Et modus secundus est ex complexione accidentali corporis, in accipiendo cibos contrarios ei: sicut apparet quod cui dominatur caliditas ex aliqua causa, est cibos frigidos fortius digerere, quia extingunt caliditatem corporis et temperant eam, nec calidos digerit. et cui dominatur frigiditas, calidos digerit, sed non digerit frigidos. Et cui est corpus humidum totum, stomachus digerit cibos siccos, nec digerit humidos. et cui est actualiter siccum, est oppositum isti. et iam declarauimus quod cibaria subtilia et media, de se sunt uelocis digestionis. et iam aliquando euenit quod cibaria crassa uelociter digeruntur in aliquo corpore, sicut iam memorauimus. et declarauimus quod panis bene preparatus

præparatus, & caro gallinæ, duragi, & starnæ, & hepata pullorum anserum, & eorum axillæ, & omnium auium pinguium & iuuenum, uelocius digeruntur quàm axillæ macrarum & antiquarũ. Et carnes auium omnium uelocius digerũtur quàm quadrupedum. Et omne quod est ex animalibus siccis, paruum uelocius digeritur quàm magnũ: & ideo caro uituli uelocius digeritur quàm caro bouis. Et hœdi anniculi & agni uelocius digeruntur quàm caro antiquorum & quàm capra. & omne quod est ex animalibus humidis maius, uelocius digeritur antequã durescat quàm minus: & ideo anniculus ex pecude uelocius digerit̃ quàm agnus: & caro omĩs animalis quod est in augmento & cremento, uelocius digerit̃ quàm eius quod inueteratum & antiquũ est: & caro cuius pascua sunt in locis siccis, uelocius digeritur quàm cuius pascua sunt in locis humidis, propter superfluitatum paucitatem quæ sunt in eo cuius pascua sunt in locis siccis, & multitudinem eorum cuius pascua sunt in locis humidis. & omne cuius substãtia est rara, uelocius digeritur quàm cuius substãtia est spissa: & ideo nuces uelocioris sunt digestionis quàm auellana: & oua non dura uelocius digeruntur quàm dura: & omne quod leuiter & facile masticatur: & similiter lactucæ, & endiuia, et citruli, & cucurbita, digestibiliora sunt quàm apiũ, & carbthum: & omnis cibus qui melius sapit est digestibilior abominabili: & ideo uinum dulce digestibilius est aspero. Quæ tarde digeruntur, tarditatem habent, quia in natura sua sunt aut sicca, aut dura, aut uiscosa, aut spissa, aut multæ unctuositatis, aut superfluitatis, aut abominabilis saporis, aut caliditas est in eis nimia, aut frigiditas: & quod est contrarium complexioni naturali quando non appetit: & quod est conueniens, accidentaliter diminuendo corpus, aut addendo in ipsum. & caro bouis, & caro cerui, & uẽter, & intestina, et interiora, & aures omnium animalium, et caseus, et oua dura tarde digeruntur, propter siccitatem et duritiem eorum: & eorum quę sunt ex auibus alcarasym, galfaguelut, & pauones, et uentres omnium auium. Et de granis, oryza, & lupini, et lentes, & milium, et glandes, & castaneę, & caro hirci, & maiores capræ, sicut meminimus, propter spumositatem, & abominationem eorum: et caro pecudum, et hepata omnium animalium, & pulli anserum sunt tardæ digestionis, propter multitudinem superfluitatum eorum: & lac acetosum, propter frigiditatem suam: & frumentum coctum, propter eius uiscositatem & spissitudinem: & fabæ, et faseoli, propter multitudinem inflationis eorum: & sesamũ, propter multitudinem oleagineæ substantiæ: & uuæ, et ficus, & reliqui fructus qui non ualde maturantur, et caro citri, & bedaruch, et rapæ, et pastinacæ, et omnia olera, & radices, et uinum nouum crassum, propter superfluitatem eorum. Cibi multarum superfluitatum sunt caro pullorum anserũ, præter axillas, & interiora omnium animalium,

A et cerebra, et aues de paludibus & lacubus et culturæ, & cicera recẽtia, et fabæ uirides, & caro animalis lactantis, & omnis caro quiescens non uelocis exercitij, & pisces, sicut meminimus, & istorum qui sunt de aquis sordidis thermarũ. Cibi nõ habentes superfluitates sunt axillæ auium, & pedes quadrupedum, & genua, & animalia quorũ pascua sunt in desertis & in locis siccis. Cibi multi nutrimenti sunt omnes cibi crassi quãdo digeruntur bene in multitudine, & omne quod est superfluitatum paucarum & est plurimi nutrimẽti. Sed oportet quòd cibi multi nutrimenti sumantur ab eo qui indiget cibis paucis nutrientibus cum nutrimento multo, sicut est conualescens: & hi cibi grauãt stomachum, propter multitudinẽ eorum, B & corpori conueniunt indigenti nutrimẽto multo. Et caro uaccina, & cerebra, et medullæ, et interiora, et uentriculi auium omnium: et pisces crassæ et uiscosæ carnis, et similia, & fabæ, et cicera, et faseoli, et lentes, et lupini, et dactyli, & glandes, et castaneæ, et rapæ, nutriunt eum qui digerit ea nutrimento multo crasso. Sed axillæ pullorum anserum, et panis similæ, et uuæ passæ plenę dulces, et ficus, et lac recenter mulsum, et uinum, nutriunt multum, propter paucitatem superfluitatum eorum, & plurimam conueniẽtiam eorum ad corpus: & nutrimentum lactis est crassum, licet subtilibus minus nutriat: & crassum incrassat, sicut uaccæ: et subtilius est lac asinæ lacte camelæ: et lac capræ est medium inter ista. Et nutribilius C est uinũ rubrum crassum dulce: et post hoc nigrum crassum dulce: et post hoc album crassum dulce: & post hoc crassum rubrum asperũ: postea nigrum crassum asperum: et post hoc uinũ subtile: et de istis etiam omne quod declinat ad rubedinem et dulcedinem est magis nutritiuum: et minus nutritiuũ est album subtile. Omnes cibi subtiles sunt pauci nutrimenti: & omnes in quibus est nimia siccitas et humiditas, aut multa superfluitas, sunt minoris nutrimenti, sicut pedes, et uenter, et intestina, et aures, et pinguedo, et pulmo, et caro omniũ auium et animalium antiquorum, parum nutriunt, propter, propter siccitatem quæ est in eis: et ideo panicum, & milium, et pauer, et oliuę, et nuces, et amygdalę, et auellanę, D et zarur, et caules, et cappares, et fructus lentisci, et uuę passæ ponticæ, et pira pontica, omnia parum nutriunt, propter siccitatem eorum. Sed pisces, et cucurbitę, et granata, et morã, et poma, et pruna, et chrysomela, parum nutriunt, propter multitudinem humiditatis eorum: et nutrimentum eorum neque remanet, sed dissoluitur cito: unde panis hordei, et furfur, et fabæ humidæ, et omnia olera, uelus caules, et sicla, et acetosa, et portulaca, et raphanus, et sinapis, et nasturtium, et pastinacæ, parum nutriunt, propter multitudinem superfluitatum eorum. Et cepæ, allia, et porri, quando comeduntur cruda, non bene nutriunt. Sed quando coquuntur in cibis, nutriunt nutrimento pauco bono, sicut memorauimus.

Et medulla panis lota bene, & amylum, ſunt nu- A
trimenti pauci, propter ſubtilitatem eorum: ſed
ficus, & uuæ paſſæ, ſunt inter ea quæ minus nu-
triunt & quæ plurimum nutriunt: & eorum nutri
mentum eſt tenerum humidum: & ſimiliter eſt nu
trimentum fabarum: & omnes cibi quibus hoc
dominatur dominatione forti, amittunt ea quan-
do elixantur, aut aſſantur, aut infunduntur, & nu
triũt nutrimẽto paruo. Cibaria boni chymi ſunt
omnia cibaria temperata. in quibus nõ eſt nimia
fortitudo, & in quibus non fit egreſsio in quanti-
tate, generant ſanguinem clarum, mundum, ſa-
num: & omne quod eſt ſimile iſtis, eſt conueniẽs
omni corpori & omni tempore, in corpore tem-
perato & in tempore temperato: ſed corpora quę
egrediuntur temperamentum, indigent cibarijs B
quorum uirtus ſit egreſſa temperamentum cõtra-
rijs uirtuti dominanti ſuper corpus temperatũ:
& ſimiliter etiam corpora temperata in tempore
non temperato. Ac cibariorum temperatorum
quædam ſunt craſſa, & quædam ſubtilia, & quæ-
dam ſunt media horum: & hæc cibaria tempera-
ta, media inter ſubtile et craſſum ſunt meliora om
nibus hominibus, & maxime tẽperatis, & in tem
pore temperato. & iam quidẽ narrauimus cibos
craſſos et ſubtiles & medios: et nominauimus eos
qui ſunt boni: & quando quælibet eorum eſt bo-
na ſpecies: et remanſit ut nominemus cibos gene
rantes chymum bonum, & diminutos ſecũdum
ꝙ diuiſimus. Dico ꝙ panis frumenti mũdi be-
ne factus arte ſua, quando comeditur in die ſuo, C
& caro gallinæ: & hœdi anniculi caput: & piſces
non cum duritie, nec multæ uiſcoſitatis, quibus
non eſt zinuma, nec malitia, nec pinguedo pluri-
ma, & quorum ſunt paſcua in aquis non ſordidis,
nec aquis thermarum, qui non nutriuntur male,
nec ſunt uelocis corruptionis, ſed remanent tem-
pore longo antequã mutentur: & omnia oua non
dura, bene parata & cocta, & omne uinũ boni o-
doris, leue, in quo eſt dulcedo pauca, omnia ſunt
boni chymi tẽperati inter ſubtile & craſſum. Sed
panis de ſimila bene paratus ex arte, & phaſiani,
& duragi, & pulli columborum, & axillæ om-
nium auium, & piſces parui, quibus non eſt pin-
guedo multa, & ſunt teneri, in quibus non eſt ui
ſcoſitas manifeſta, & quorum paſcua ſunt ſecun- D
dum quod nominauimus, & piſcibus paruis tene
ris ſal remouet uiſcoſitatem, & furfur hordei, &
uinum boni odoris, perſicum uel citrinum, om-
nia hæc ſunt boni chymi ac ſubtilis: & lac recen-
ter mulſum eſt boni chymi, niſi ꝙ ipſum eſt craſ-
ſum: & ideo aliquando caſeatur in ſtomacho: &
propterea admiſcetur ei mel & ſal, & tenuatur cũ
aqua. Et melius lac & temperatius, eſt lac capræ:
quia eſt ſubtilius quàm lac pecudum & uaccæ: et
eſt craſsius quàm lac aſinæ & camelę: & debet ac-
cipi lac ex animalibus ſanis, iuuenibus, bene nu-
tritis: nec eſt accipiendum in tempore quo lactan
tur: quia tunc eſt craſſum: & tenuatur poſt paula-
tim, donec ſit aquoſum. Et melius eſt recipere lac
ſtatim mulſum antequã immutetur ab aere: quia
uelociter immutatur. Et lagana, & caſeus humi-
dus, & panis ſimilæ bene paratus & ex arte co-
ctus, & panis frumẽti, & caro uituli, & partes † & *alias ut*
ubera, & hepata, & interiora, & de granis fabæ,
& de uino id quod boni eſt odoris dulce, omnia
hæc generant chymum bonum & craſſum.
Omnia cibaria quæ non temperata ſunt, non ge-
nerant ſanguinem purum, mundum, clarum: & ci
bariorum mali chymi tres ſunt ſpecies. Eorum e-
nim ſunt quæ addunt in phlegma: & eorum ſunt
quæ addunt in choleram rubram. & eorum quæ-
dam ſunt quę addunt in cholerã nigrã: & oportet
omnem hominem dimittere multitudinẽ eorum,
& continuationem aſſumptionis eorũ: & ſi enim
digerant ea, nec inferant nocumentum cito, ta-
men adunantur in corpore continuãtis acceptio-
nem eorum in longo tempore chymi generantes
ægritudines malas: & non dimittat omnem ſpe-
ciem eorum quæ addit in eo id quod dominatur
in corpore eius, ſed accipiat etiam id quod eſt op-
poſitum ei quod dominatur corpori, quod eſt no
cuum minus: & ego finio rememorationem ho-
rum cibariorum. et memoro quod generatur ex
quolibet eorum: & dico ꝙ omne quod accipitur
ex pane, et farina multi furfuris, & frumenti anti-
qui & farinę, eſt mali chymi, addens in choleram
nigram. et caro pecudis omnis addit aliquid in
phlegma. & caro capræ multorum annorum om
nis addit in melancholiam: et mala eſt caro hirci,
et caro bouis, & hirci ſylueſtris. et poſt caro hirci
maxime nõ caſtrati: et poſt caro pecudũ multorũ
annorum, et poſt caro bouina: & ex iſtis caro ca-
ſtrati eſt melior multum. Et caro capreoli, cerui,
& leporis, ſunt præter malitiam quam memora-
uimus. Et de membris animalium, renes ſunt ma
li chymi, propter ſpumoſitatem et ſuperfluitatem
quas acquiſiuerunt ex malitia urinæ: & cere-
brum addit in phlegma. & omnes uentres ad-
dunt in phlegma, propter multitudinem ſuper-
fluitatis eorum: et oua cocta in degamine uel in
teſtis, generant nutrimentum craſſum & corru-
ptibile, & ſimiliter caſeus, et maxime antiquus.
fungi generant chymum craſſum & frigidum. et
fœnugræcum, et cicera, ſunt mali chymi, propter
id quod eſt in eis de caliditate: et lentes addunt
in melancholiam. & milium, et panicum gene-
rant ſanguinem craſſum. et piſces duri quibus do
minatur uiſcoſitas, generant phlegma. et ſi fue-
rint ſaliti et antiqui, generant melancholiam: &
ficus ſiccæ ſi multæ ſumantur ex eis, generant ſu
perfluitates putridas, et multiplicant pediculos.
et pira et poma, ſi comedantur matura, generant
chymum frigidum. et ſimiliter cucumeres, et ci-
truli, & aqua bathecæ, & cucurbitę aliquãdo an-
tequam digerantur, adducunt in corpore accidẽ-
tia mala: & aliquando faciunt in ſtomacho corru
ptionem: corrumpuntur enim in eo, & generant
chymum malum: & maxime ſi inueniant in ſto-
macho malam ſuperfluitatem: & ideo accidit in-
digeſtio

digestio illi qui comedit bathecam. Et olera omnia sunt mali chymi, propter multitudinem superfluitatum in eis, & paucitatem nutrimenti. & cepę, & allia, & raphanus, & rapę, & pastinacę, propter malitiã caliditatis quæ est in eis & acuitatis. & quandoq; addunt in choleram, & quandoq; in melancholiam, sicut meminimus iam. Sed quę coquuntur & effunduntur ab aqua illa, & coquuntur cum alia, mouetur caliditas & acuitas ab eis. & bedarus calefacit sanguinem calefactione forti. & caules generant melancholiam. & similiter omnes herbę similes. Cibaria media sunt panis de farina crassa, & caro castrati, & ex uacca, & pecude, et ex membris, lingua, & intestina, & aures. Et ex fructibus, uuæ, & batheca, & maxime appēsæ, & ficus maturæ humidæ & siccæ, cũ nucibus, & castaneæ. & ex oleribus, lactuca, & post endiuia. & post citruli, & attriplex, & portulaca, & olus iamenum, & acedula: & olera quibus non est multa acuitas. Cibaria calida conueniunt ei cui dominatur frigiditas. & in temporibus, & in partibus frigidis, & in cauitatibus frigidis. & uitare debet ipsa ille qui est calidæ complexionis, & in temporibus calidis, & in ciuitatibus calidis. quorum sunt frumentum coctum, & panis frumenti, & cicera, & fœnũgræcũ, & dactyli, & sesamũ, & cannabis, & uuę dulces, & passulę dulces, & apiũ, & ruta, & raphanus, & rapę, & sinapis, & pastinacæ, et allia, et cepę, & porri, et caseus antiquus, & uinum dul. et calidum, et uinum dul. antiquũ citrinum. Cibaria frigida debēt administrari ei qui est calidi corporis, & in temporibus calidis, & in ciuitatibus calidis. & eorum est hordeũ, & omne quod fit ex eo, et milium, et panicum, & cucurbita, et batheca, et cucumeres, et citruli, & pruna, & persica, et quæ declinant ad acetositatem et ponticitatē, sicut uuę, & passulæ, & fructus palmę, et radix eius, et lactucæ, et endiuiæ, et portulacæ, & papauer, & poma, et pira, et granata pontica sunt frigida terrea. et ea quę sunt acetosa, sunt frigida, subtilia, et acetum frigidum, subtile, nocens neruis. et uinum †album ponticum est minus calidum uino albo. sed tamen hoc est crassum, nocuum et malũ. *aliàs nigrum*

Cibaria sicca cõueniunt ei in cuius corpore dominatur humiditas, & in temporibus & in ciuitatibus humidis. et horum sunt lentes, et caules, & sauich sicca, et omne quod assatur, et omne quod frixum est, et omne in quo plurimum uini et muriæ ponitur, et acetũ, et sinapis, et caro omnis multorum annorum animalis. Cibaria humida conueniunt ei qui siccę cõplexionis est, et in temporibus et in ciuitatibus siccis. et eorum est hordeum, & batheca, cucurbita, citruli, et cucumeres, et nuces humidę, et uuæ, et ficus, et pruna, et radix palmæ, et mora, et lactuca, et olus iamenũ, et †cathafi humida, et faseoli humidi. *aliàs atriplex* Iam memorauimus quod quãdoq; est in aliquo mẽbro corporis morbus. et oportet sit plurimum intentionis tuæ in cibarijs quæ conueniunt illi membro. & maxime quando morbus existit in stomacho, aut in capi-

A te, aut in hepate, aut in splene, aut in renibus. et quãdo stomachus est debilis, et mollis, rectificant eũ cibaria styptica, sicut cydonia, et oliuæ, et aquę quæ sunt salsæ, et acetũ, et oleum ponticũ, et uuæ sepultę in uinacijs uuarũ, et agresta, et uinum ponticum subtilis odoris, et cortex citri, quando accipitur de eo parũ, confortat stomachũ. et quando accipitur de eo multũ, grauat. quia substãtia eius sola, est duræ digestionis. et omnis cibus et potus stypticus si præmittatur ante alios cibos, stringit uentrem. si accipiatur post alios cibos et potus, lenit uentrē. nam propter duritiem eius adiuuat stomachũ in deponendo cibũ. et aliquando aggregatur in stomacho phlegma uiscosum, et adhærens, et auferens appetitum ab eo. Et rectificant eum ci-

B baria quę incidunt phlegma et mũdificant stomachum, sicut sinapis, et nasturcium, et raphanus, et uinum calidum, et nuces cum ficubus. et aliquando est mollis et debilis, in quo est phlegma adhærens, et conueniunt quæ amouēt phlegma. et mũdificant ipsum, et corrugant substantiã eius, et cõfortant, ut capparis pręparatus cum aceto solum, aut cum aceto et melle. et fumus terrę quando comeditur cum aceto. et uinum ponticum quando miscetur cum uino calido boni odoris, et quãdo generatur in stomacho calido, tunc cuscutæ et apium mundificant eum. Sicla est mala stomacho propter mordicationem quam habet ex acuitate et bauracitate. et rapæ quando non ualde coquuntur, propter mordicatiuum quod est in eis.

C et olus iamenum, et cathaf, propter uiscositatem eorum. et ideo oportet quod comedatur cum aceto et muria. et fœnumgræcum est malum stomacho. facit enim incensionem. et sesamum est malũ stomacho, propter unctuositatē et multitudinem oleaginosæ substantiæ. et lac propter uelocitatem immutationis eius naturæ. nam acescit in stomacho frigido. et conuertitur in cholerã citrinam in stomacho calido. et mel quando plurimum accipitur de eo, pũgit stomachum & facit incensionē. et batheca similiter facit incensionē, quando non digeritur in stomacho. et generatur ex ipsa humor malus. et ideo generat indigestionem. et oportet quod post comestionem batechæ accipiatur cibus plurimus boni chymi. et cerebra omnia sunt

D mala stomacho. et ideo oportet quod comedantur cum origano, et mentastro syluestri, et sinapi, et sale. Et medullæ, et uinum nouum, crassum, nigrũ, ponticum, uelociter acescit in stomacho, et facit incensionem. Lac, et dactyli, et uua quæ sepulta est in uinacijs uuarum, et ruta, et fœnumgræcum, et sinapis, faciũt dolere caput, et uinum citrinum antiquũ facit dolere caput, et inebriat plus quàm uinum ponticum nigrum. et uinum album nõ facit dolere caput. et omne uinum paucam sustinēs aquam non facit dolere caput, immo aliquando sedat dolorem capitis. et est capiti melius quàm aqua quando est sola. Cibaria quæ inflant uentrem, sunt cicera, et fabæ, et maxime quæ coquũtur integræ. sed si torreſiant, minuitur earũ inflatio

A tio, & post ista faseoli, & almesci, & lentes, & hordeum, quando non bene coquuntur. & foca, & ficus humidæ generant inflationem. sed eorum inflatio descendit uelociter. & uuæ multum maturę minus sunt inflatiuæ. sed ficus siccæ nō inflant, & humidæ inflant, & lac generat in stomacho uentositatem. & mel quando non coquitur. sed quando coquitur & remouetur ab eo spuma eius, non inflat. & uinum dulce, & ponticum, & uua. Omnis cibus inflatiuus si sit bene paratus ex arte, & bene paratus in coctione & maturitate, minuitur eius inflatio. & si miscentur ei species dissoluētes uentositatē, sicut cinnamomum, anisum, & alcheisim, & ruta minuit inflationem, & acetum mistū cum melle similiter tenuat uentrem, & expellit inflationē.

B De ijs quæ mundificant est furfur, hordeum, & fœnumgræcum, & batheca, & oleū dulce, & fabæ, & cicera nigra sunt eorum quæ mūdificant renes. & frangunt lapidem generatū in eis. & cappares cum aceto & melle quando comedūtur ante cibum, abstergunt & mundificant stomachum & intestinū. & aperiūt oppilatiões. & sicla etiā aperit oppilatiões hepatis, maxime quando comeditur cum sinapi. & cepę, et allia, & porri, & raphanus incidūt & subtiliāt humores crassos. & caseus similiter subtiliat. & ficus humidæ & siccę mundificāt & abstergunt renes. & amygdalę proprie amarę mundificant, & tenuant, & aperiūt oppilatiões hepatis & splenis. & adiuuant ad spuendum humiditatē ex pectore & pulmone. & fistici C confortāt hepar, & aperiūt oppilationem eius. & mel apum tenuat & mundificat. & maxime quod colligunt apes de arboribus calidis & siccis. siue planta, sicut est origanum. nam mel tenuat sputū crassum, & iuuat ad spuendum. & secaniabin tenuat & incidit humiditatē crassam & uiscosam. et aperit oppilationē hepatis & splenis. & mundificat pectus, & pulmonē. & uinum subtile mundificat uenas ab humore crasso, quando ei est acuitas & incisio. & cōfert ei in cuius corpore est humor crassus & frigidus. & uinum subtile aquosum adiuuat ad spuendū humiditatē ex pulmone, cū confortatione membrorū, & humectatione, & tenuatione crassarū superfluitatū quæ sunt in eis. & hoc etiā operatur uinū dulce.

De ijs quę oppilant. D horū est lac, quando in eo fuerit aquositas pauca. & similiter caseus multus. quoniā adducit oppilationē in hepate, et lapidem in renibus ei qui multiplicat assumptionē eius, et cuius renes et hepar parata sunt recipere lęsionē. et omnes cibi dulces sunt mali hepati et renibus, quādo est in eis crassities. et lac si comedatur solū, auget crassities splenis et hepatis. et si comeditur cū eo quod subtiliat et mūdificat, sicut est mentastrū syluestre, et origanū, et piper, aperit oppilationē hepatis et splenis. & dactyli humidi, et omnia quę accipiunt ex frumento, præter panem bene paratum ex arte. uinū dulce generat oppilationem in hepate, et lapidē in renibus. et crassum reddit splenē. Omne quod tarde descēdit, est sicut quod accipitur ex medulla frumenti, et fabarū, et lentium, et cerebra, et hepata, et interiora, et omnia oua dura elixa et assa, & oua frixa, et faseoli, et sesamū, et glandes, et poma, et pira pontica, et uinum dulce, ponticū, crassum, nouum, et omnes aquæ.

De ijs quæ uelociter corrumpuntur in stomacho sunt chrysomela, et mora, et batheca. quæ si cito non descēdunt de stomacho, et obuiant humoribus malis, cito corrumpuntur. et debent ista comedi ante cibum, amouenda de stomacho, propter uelocitatem descēsionis eorum, et lubricitatem uiarum in eo qui comedit prius ista. nam quādo comeduntur post cibum, corrumpitur propter remanentiam eorū in stomacho, et relinquūt corruptū cibum corruptione eorū. et quādoq; taliter corrumpuntur, ꝙ euenit sicut uenenū perniciosum. De cibis qui non uelociter corrumpūtur in stomacho, melior est crassus, solidus, tardæ digestiōis, sicut caro uaccina, et pedes, et maxime pedes uaccæ, et quæ similantur istis. Quando superfluitates ciborum tarde descendunt de stomacho et intestinis, debēt dari cibi lenientes et pungentes, in quibus sit dulcedo, aut acuitas, aut salsedo, aut nitrositas: ut aquæ caulium, et lentium. leniunt enim uētrem, et eorum substantia stringit uentrem. et brodiū galli antiqui, et panis multi furfuris, et fenūgræcum cum melle, et oliuæ cum aqua, quando comeduntur ante cibum cum muria leniunt uentrē. et quādo etiam comeduntur post cibū sine muria et maxime quæ sunt ponticę cum aceto, cōfortant stomachum, et deprimunt cibū, sicut iam memorauimus de rebus stypticis cōfortantibus stomachū, et lac subtile et multę aquositatis, et caseus, quando maxime admiscetur ei sal et mel. et caro paruorum animaliū, et sicla, et †chataf et okis, et cucurbita, et batheca, et ficus, et passulæ dulces, et nuces humidę et siccę, quādo mollificantur in aqua. & mora, et pruna humida et sicca, quando infundūtur in aqua mellis, aut comedatur aut bibatur uinū dulce, et differatur plurimū cibus, sunt lenitiua uentris. et aqua mellis aliquādo tendit uelociter in uenas, et uadit cum eis totū nutrimētum, et claudunt uentrem, et pronosticant urinam, et aliquando mundificant stomachū, et mordicant et excitant ad deponendū cibum, et leniendum uentrem. Et mel quando coquitur lenit uentrem, et si coquatur nō lenit. et similiter aqua mellis quādo multum coquitur. et secaniabin mūdificat stomachum et intestina, et quandoq; facit in intestinis tinesmon. et uinū dulce, et mustum, leniunt uentrē.

alias atriplex

Quando est descensus cibi de stomacho ante suam digestionē, debent ministrari cibi stringentes styptici. et ipsi sunt in quibus dominat̄ stypticitas, aut ponticitas, aut crassitudo. et tales sunt cydonia, et pyra, et grana myrti, et fructus spinæ albæ, et substantia lenticularū, et castaneæ, et glandes, et uinum ponticum: et hæc stringunt uentrem cum stypticitate et pōticitate ipsorum: et oriza, et pannicum, et milium, et sauic hordei stringunt uentrē cum siccitate eorum. et caro leporis,

et caules

& caules cocti post effusionem aquæ primę ab eis cum aqua eorum secunda, & lac coctum, & caseus, stringunt uentrem cum crassitie sua: & oportet quòd lac coquatur donec sit aquositas consumpta: nam eius aquositas lenit uentrem. & etiã possibile est quòd lapides fluuiales, aut frusta ferri igniti remoueant illam ab eo: et quando separatur aqua eius, confert descensui superfluitatũ acutarum, nisi sint multum crassæ, quando fit operatio cum eo: sed aliquando caseatur & glutinatur in stomacho: & aliquoties egreditur à stomacho, & generat in hepate oppilationes, aut lapidem in renibus: & oportet propterea mittere in ipso post consumptionem aquositatis aliquid ad sublationem ipsius, & ut non caseetur, nec generet oppilationem, nec lapidem: & omnia acetosa sicut poma acetosa & granata acetosa, si inueniunt in stomacho humorem malum, & crassum, incidunt et expellunt, & leniunt uentrem: sed si inueniũt mũdum, stringunt uentrem.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE BONITATE AQVÆ.

OPTIMAM aquam aptissimã esse congruit non secundum gustum solũ, sed etiam secundum odorem. Erit autẽ ista certitudinaliter pura et delectabilis simul bibenti: & ut oportet secedens ab hypochondrijs: quo non erit ei aliquid melius: de hac enim Hippo. dicit, aqua quę cito calefit &c. Quamuis etiam in eis quę lutosum aliquid uel fœtidum uel pharmacosum ostendunt secundum gustum, huiusmodi †dignotio in decoquendo fit utilis. Scaturiginosæ itaq; aquæ (uoco autem sic & eas quæ ex puteis, eo quòd non sunt fluentes) non sunt ualde subtiles: & intus assumptæ, minus madefaciunt, & dissoluunt cibaria, & minus digeruntur, & non bene minguntur, eo quòd frigidæ sunt: fiunt autem potabiliores quando frequenter hauriuntur, ac si fluerent. Paludosæ uero omnes sunt pessimę. odorem enim habent inconuenientem, sicut putrescentem: & æstate quidem fiunt calidæ, hyeme uero frigidæ, quod est maximum signum malitiæ aquarum. Aestate igitur uentres perturbant. à uesica uero tarde pertranseunt: multoties autem & dysenterias faciunt: hyeme uero ceu frigidæ existentes, uentres humidæ non ualde turbant. Scissiones autem & pleureses & tusses faciunt: conuertuntur uero ad splenem: & aliquando desinũt ad hydropem. Solæ autem paludosę quas uidi in Ægypto sunt sanæ: quoniam æstate quidem non putrescit aqua: autumno autem replẽs eas Nilus, antiquam quidem extrahit, aliam uero nouam in eis ponit. Aquę uero fluxibiles, multo subtiliores sunt, & ad urinationem meliores. Et omnes quarumcunq; fontes uersus orientem fluunt, humiditate, & subtilitate, & bono odore, & ut sint moderate frigidæ & calidæ, excellunt alias. Quæ uero fluunt uersus septentrionem, dulces quidem sunt, in frigiditate autem excedunt. Quæ autem uersus occidentem, uiolentę quidem sunt infrigidando, uiolentæ uero & in duritie: propter quod brancosæ sunt, pleuriticæ, & spasmosæ: quæ uero uersus austrum, salsiores sunt, & calidiores, & ad urinandum non idoneæ. Sed quamuis nõ laudem fluentes uersus austrum aquas, Nilum tamen ita laudo, ut sicut mihi uidetur, paucis comparetur fluuijs secundum bonitatem aquæ: & subit uentrem: & mulieribus in partubus confert. Secundum terræ uero naturam scire oportet: quòd alia quidem est planicies, alia uero summitates & montes. Sed plana quidem deterior est ad effluxiones aquarum: & ut plurimũ sunt putei ibi fossi & fontes stationarij. In summitatibus uero sunt fontes meliores, & aquæ puriores, & melioris odoris, & dulciores eis quæ sunt in planiciebus. In aliquibus enim earum est salsedo, aut nitrositas. in aliquibus tamen non: & uocant huiusmodi terram dulcem ubi aqua melior & potabilior fit, & tales sunt sanæ. Petrosæ uero sunt plus alijs, & absque hypostasi. Maxima etiam fit differentia aquis & ex metallis, & herbis natis ibi. Metalla igitur ad animalium habitationem nocua sunt, & ad aquarum potationem: herbæ autem aliquando quidem nocent ualde aquę, aliquando autem iuuant: sicut sium, & calaminthe, & adiantum: hæc enim in riuis plurimum nascuntur. Et bonis quidem aquis nocent, malas autem iuuant si permisceatur aliquid pharmacosum aquis: fiunt autem & ad urinationem meliores huiusmodi aquæ. Attendere igitur oportet non minus, ne à terra, uel aliter aliquod malum adueniat aquis quod in principio fontes nõ præbent: sed ibi quidem est dulcis aqua, alibi autem salsa & nitrosa. Aquas uero pluuiales scio leuissimas esse, & subtiles, & puras, & bonas, & dulces gustui. Educit enim sol & rapit quod est subtilissimum, non dulcibus de aquis solum, sed etiam ab ipso mari: aliquando uero à cadaueribus & ab alijs corporibus: unde putrescit citissime omniũ: quãdo enim putrescit, qualitatũ expers fit: & qui eã biberit occupatur branchis, & tussibus, & grauedinib. capitis. In eis uero quę bonę sunt si quid decoquatur, cito decoquitur: et si aliquid calefiat, cito calefit. Et si uino permiscueris modicã, ad digestionẽ & urinarum secessionẽ erit benigna, & hepati, & spleni, & renibus, & pulmoni: sicut enĩ non habentes uirtutẽ fortiter infrigidantẽ, decenter propitiæ fiunt. Vernales igitur & hyemales tẽporaneæ sunt & optimæ, quas ego maxime laudo. Autũnales uero & æstiuales, cũ in generatione

ne differant & in bonitatibus, nõ est dicere quantum à uernalibus deficiãt. Terra enim uaporat ficcius in æstate & autumno. Et aer habet permistiones terræ multas quas purgãt pluuiæ. & propter hoc huiusmodi aquæ sunt duriores. & ad secedẽdum & abstergendum quidem sufficientes secundum intestina. Non bonæ autem sunt renibus, & pulmoni, & arteriæ. oportet autem uinum plurimum inferre his, ut earum uincantur malitię. Differũt autem aquæ & penes spiritus. Boreas enim si flauerit, dulcior quidem erit, & frigidior. si uero auster, minus quidẽ dulcis: calida uero magis. Omnino autẽ quæ fiunt in ariditatibus aquæ, nitrosiores sunt eis quę fiunt in pluuiositatibus. Ipsarũ etiam pluuialiũ aquarum melior est tonitrualis quàm procellaris. Quęcunq; uero sunt à glacie & à niue B dissolutę, sunt malę: nam quando cõgelantur, exprimitur ab eis id quod est subtilissimum, & fiunt duræ, & in frigiditate excedentes. Dura autem aqua & frigida, neq; ad digestionem, neq; ad urinationẽ est idonea. mala uero est pectori & laterib⁹. & spasmos suscitat, & tetanos, & ruptiões in thorace, & sputiones sanguineas, & empyemata. & permanet secundum uentrẽ multo tempore, gurgulationes ibi operãs. & si cholericus humor ibi fuerit, corrumpitur simul cum eo. & quando subexierit uix à uentre ad ieiunum, nõ distribuitur faciliter, neq; sputum reducit. Non nutrire aquam, sed solũ esse uehiculum cibi, Hippocrati & Chrysippo & Erasistrato uidetur. & propterea neq; uitalem uirtutẽ putant eam confortare. & est causa C quare iubent melicratũ, & oxymeli, & uinũ dare in ęgrotantibus ab aqua. Quæ igitur maxima sunt, in sermone dicta sunt. Dicatur autem & alia signa bonitatis aquæ. Quæcũq; quidem æstate sunt frigidæ, hyeme uero calidæ, optimæ esse uidentur. Quæ uero consimiliter habent in caliditate & frigiditate omnibus horis, pessimæ. Aestate enim in superficie fit caliditas, in hyeme uero in profundum mergitur. & propterea ut mihi uidetur omnes fontes quicũq; per profundissima loca fluũt, & quicũq; per cauernosa, hyeme quidem calidissimi sunt, æstate autẽ frigidissimi. Et propter hoc etiam omnes qui sunt in superficie, permutantur simul cum horis, quantumcũq; habeat caliditatis uel frigiditatis. Mirabile autem est quoniã in qui D busdam hyeme quidem disparet aqua, æstate autem abũdat, quamuis contrariũ deberet esse. Sed & huiusmodi causa est caliditas, quæ simul ducit secum profundas aquarum. ij nanq; sentiunt calorem. quicunq; enim profundi sunt fontes, & non recipiunt multum ab extrinsecis pluuijs, inuenies in hyeme quidem & uehementissimis frigiditatibus paucissimos, æstate autem maximos. quo circa & qui in Delo est locus hoc patitur propter easdem causas, & putei multi in Pytho. Vna itaque bonarum & malarum aquarum est cognitio, si in hyeme quidem est calida, ęstate uero frigida. Secunda uero, si pura est & non læsa secundum colorem, neq; malam habet hypostasim. Alia uero, si est leuis & facilis ponderis. quæ enim in pondere est leuis, non est permista terræ. Considerare autẽ oportet & si cito calefit & infrigidatur. melior est enim ista alijs, & qualiter ad digestionẽ habet, & qualiter ad secessionem. Quæ enim cito digeruntur sunt meliores, & quæ secedunt secundum uesicam. mala enim est quæ per intestina aquarũ secessio. Differunt autem aquæ secũdum colorem & regionem, & oportet de his ab hominibus locorũ interrogare. Est enim aqua in Leõtinis, quã siquis bibit moritur. talis autẽ alia est in Ereo Arcadię, quam uocant aquam stygis. talis etiam alia est in Thracia. Et locus in Sauromatibus, super quem neq; auis uolare potest. & alius secundum Medos. super quẽ & regio stat nigra, quę approximata igni acceditur. & hoc pharmaco aiũt Medeam corrupisse filiam Creontis. Est etiam & circa Susam aqua, quã siquis biberit, amittit dentes. Sybaris uero fluuius uiros ingeneratiuos facit. is autem qui in Aegypto, depilat capita bibentium. harum itaq; scire naturam est mos, interrogando ab hominibus illorum locorum. Conuersantes autẽ ubi est praua aqua, ingeniari oportet facere eam potabilem. Optimũ igitur est coquere eam in lagenis figularibus, & infrigidãdo per noctem, & rursus calefaciendo bibere. Si uero exercitui oportet præparare bonam aquam ex mala fouea, decet fodere ab altis locis ad deorsales, & per has ducere aquas, immittendo ad foueas in quibus sit dulcis terra & pinguis. & exinde lagenam transfluat. semper enim in foueis remanebit aquæ malitia.

Aqua nõ nutrit, sed est solum uehiculum.

CL▸ GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VINIS

Exceptus est hic libellus ex Gal. lib. de cibis boni & mali succi. & ... in lib. 3. ...

VINVM aquosum nominãt homines id quod assimulatur secundum colorem & consistentiam aquę, diaphanum enim est & lucidum & purum. & consistẽtia subtile apparet. & tibi gustanti uidebitur nullum fortẽ saporem habere. & quando commiscetur cũ aqua, non tolerat aquæ multæ mistionem. unde ab antiquis pauciferum uocatum est. Omnino uero à stypticando hoc uinum non excidit, sed est omnifariam exolutam habens stypticitatem. uirtute etiã simile est aquę, neq; caput debile tangens, neque neruos debiles, neq; calefaciens manifestẽ. Idoneum autem hoc uinum est ad eductionem quæ ex pulmone, uirtutem roborans, & humores humectans & incidens moderate. hoc autem & febricitantibus impericulosius datur alijs uinis. etenim malitias aquæ & uini effugit. multoties autem & capitis dolores sedat propter eos qui fiunt in uentre humores. Inuenies enim aliquãdo & propter aquę potationem dolere quibusdam caput, & maxime

xime quãdo fuerit praua, ut ipsa corrupta natura le robur exoluat uentris. quo debilitato ichores cholerici assueuerunt confluere ad spaciositatem eius ex orificio, sicut ieiunantibus, à quorum malitia & nocumẽto prædictum uinum eripit hominem, confestim quidem ratione epicraseos, postmodum uero eo quod roboratus uenter pellit inferius ea quę tristãt. Eis uero qui ualde calidi sunt complexionibus iuuantius uino est potus aquæ. Si uero aliquando indigeant uino, subtile & moderate austerum dandum est. mouẽt autem ad urinationes aquosa & subtilia uinorum, paucissimũ nutrimẽtum præbentia corpori. & sola ab alijs omnibus in bono bibuntur, sicut faustianum nominatum. & quædam eorum quæ in Sabinis. generantur autem & in unaquaq; gente talia. In Italia quidem imbecille Sabinum: quod etiam febrientibus dant. In Asia uero titacazenum, & tibinum. audiens autem eorum signa, in unaquaq; gente facilius inuenies talia uina. apud nos uero citissime fiunt potabilia tibinum, & arsuinum. & cum his titacazenum. Dulce uero uinum, neq; subtile certitudinaliter, neq; lucidum inuenies unquam. Calefacit autem omne uinũ dulce. & crassum est consistentia. quantum autem participat crassitie, tantum est tardi transitus. unde non solum obstruet aliquam obstructarum particularum, sed etiã adijciet obstructioni. Et propterea nocuum fit hepati patienti, et maxime adhuc quando phlegmone laborat. moderatius uero nocumẽtum operabitur quando à crassis humoribus obstructũ fuerit hoc uiscus. uel quãdo propter imbecillitatem patitur, sicut in hepaticis passionibus. deinceps uero hepati læditur splen à dulcibus uinis. non tamen pulmo quando in bronchijs habet crassum humorẽ. Dulce enim uinum in acutis passionibus ad expuitionem est utile. inquantum autem deficiunt à uehemẽti caliditate uina dulcia, in tantum minus capitis grauedinem faciunt, & nocumentum prudentiæ, non autem sunt idonea cholericis. Materia em̃ sunt omnia uina dulcia flauæ cholerę. neq; febrientibus competunt eo quod sunt crassa, neq; ad urinas ueniunt cito, neq; conducunt secũ, neq; coeuacuant cholericos humores. Solum autem inest eis bonum, lenire uentrem. unde & præbibunt ea. Siticulosa uero sunt iudicanda, quoniam excolantur faciliter. Sunt autem & hæc uentosa. inferioribus uero intestinis non nocent. propter quod tardant in hypochondrio, quousq; digerantur & tenuentur finaliter. Dulce uero simul & austerum uinum quod secundum †ciliciam, ex contrarijs qualitatibus consistit, †paruum existens. et neq; ad reditionem ueniens, neq; subgrediẽs. sed plurimum permanens in uentre spirituat eum. Nigrum uero uinum quod absq; quod sit dulce, austerum est manifeste uel ponticum, repletionale est, & tardi transitus, & secessus utrosq; detinet, et multum in hypochondrijs moratur, & faciliter acuitur & ad uomitum prouocat bibitum. Austerum uero simul & album uinum, neque ipsum est

alias Siciliam
alias prauum uel plenum

A diureticum. sed si crassum fuerit, tardat circa hypochondrium. si uero non fuerit crassum sicut nigrum, non similiter ad urinas uenit. Cirrhum uero austerum, competit & id fluxibus uentris. Duplex autem est flauum sicut & nigrum. caput uero †circum tangit, quoniam calidius est nigro. Quod uero certitudinaliter est flauum, calidum est. sicut quod deinceps ei scilicet cirrum. deinde ultra ea rubrum. deinde dulce. album uero minus his calefacit. albũ uero nullum est dulce: sed quædam quidem austera & crassa, quædam autem aquosa & subtilia. Flaua uero & cirrha quædam quidem dulcia sunt moderate, sicut hippodamãtium & faustianum. quædam uero non omnino dulcia. rubra uero crassiora sunt his. Nutritio au-

alias cirrhum

B tem ex eis omnibus proportionale habet. & propterea ijs qui renutricatione indigent concedere oportet bibere dulcia: nisi aliquod uiscus impediat, aut renes. Eis uero qui crassum aceruauerũt humorem in uenis, subtilia consistentia uina sunt utilia. Frigidis uero in uenis aceruatis humoribus, quæ calida & antiqua. melius uero est ad euchymiam quod odoriferum, nisi percutiat caput. Austeris autem uinis gratia roborandi stomachũ utimur. Cholericis igitur corporibus neque falernum, neq; molitanum, neque ariusium, neq; lesbium est idoneum. †calidiora enim sunt omnia talia. & parati sunt qui bibunt dolere caput, & febrire, & in neruis pati quid. hæc autem neq; cholericis danda sunt, neq; eis qui à solis æstu aut uia.

alias magis cholerica

C sed phlegmaticis & frigidis complexione, uel frigidum aceruantibus humorem, uel ociose uiuentibus, uel existentibus in hyeme, uel constitutione frigida & humida. Omnium uero uinorum commune est quæ non ualde crassa sunt & ualde dulcia, ut theræum & scybelitanum, ut quando in tempus extẽsa fuerint, flaua fiant, & quid splendens habeãt, & album, & quale bithynum est. Aminæum quod antiquum nominant Romani cecubum, iam quando est tale, amarum est, & propterea inutile ad potationem. Album uero & austerũ & iuuenile, infrigidat sensibiliter. Gleucos autem, id est mustum aliqualiter est uentosum & indigestibile & crassi humoris. subducit autẽ uentrem. Citissime autem omnium uinorum et aquo-

D sa inueterascunt, id est prompte ad antiquorum qualitatem permutantur. Hæc autem in tribus annis acescunt. In pluribus uero amarescunt. Contingit autem & quædam antiquari tempore multo. talia autem in Italia sunt tyburtinum, aminæum, & surentinum, quod fere †octo annorum digestum est, pluribus uero durat non amarescens. secundum bonitatem uero adest hoc falerno, contrarium uero his uinis aquosa præbent, ut Sabinum, & Albanum, & Gabrianum, & Arsuinum, & Titacazenum, & quæcunque talia: faciliter enim permutantur ad contrarias qualitates, scilicet ad acidam uel amaram. In principio quidẽ acidam. si uero permanserit ad amaram. Hæc autem oportet iacere in principio quidẽ in frigido loco

alias uiginti

postea uero in calido, quoniam tepiditas acescere facit ea faciliter. Si uero in frigido loco iaceant, permanent annis duobus: exinde uero calefieri indigent. Vas uero in quo uinum est, si discoopertũ relinquatur, faciliter acescit: si uero existente etiam uase pleno acescit, oportet obstruere cũ pice uel gypso. Vina uero sunt circa tria apud nos in Asia, cinolitum, lesbium, & gloriosissimũ ab antiquis ariusium in Chio proueniens quo omnes utuntur antiquiores ad antidota.

Sequi hoc loco debere uidebatur liber qui inter antiquas translationes de præsagitura inscriptus legitur Georgio Valla Placentino interprete: sed cum partem hunc libri De constitutione medicæ artis postremam esse animaduertimus, omissum eum fecimus, satiusq; uisum est hoc tantum indicato ad alia properare.

CL. GALENO ASCRIPTVM PRAESAGIVM EXPERIENTIA CONFIRMATVM.

Georgio Valla Placentino interprete.

QVICVNQVE præsciscere libuerit mortis non diem modo, sed etiam horã, considerare expedit quo potissimũ tempore languens ab accessione uehemẽter affligatur, num inter accedendum tum impense obrigescat, & æstu conflagret, diuq; ea permãserit intensio, pulsusq; sit exiguus, & segniter somnũ ceperit, somnolentusq; fuerit, uel id genus aliud subierit detrimentũ, id omne tempus suspectum habere oportet: uel si etiam ita mediocriter habuerit. At circa uigorem si ęgrotum deiectum, aut cedentem, aut mœrentem spectes, febris ue magnitudinem minime tolerãtem, plurimumq; exæstuantem, et se tenebricũ uolutantẽ, & capite dolentem, & corde succumbentem, aut tali aliquo affectu uexatum, suspectum id tempus tibi esse maxime oportet, si etiam accessionis principio ac uigore sint mediocria. Verum id si circa uigoris decessum fuerit, anima cõsternetur, & sudores sint inęquales, aut frigidi, aut circa caput, aut circa pectus insurgant, pulsusq; obscuros & debiles efficiat, aliaq; id genus, id tempus expedit suspicere: neq; tum definiendum quicquã, neq; dies mortis proferẽda. Nam secũda die si contingat & quarta accessionem uehemẽtiorem esse prima, tertius et quintus et sextus diẽ mortis indicabunt. Quot de causis succenduntur febres? Quandoq; aut ob additamentũ idoneæ materiæ, aut ob motũ, aut ob astrictionem, aut putredinẽ, aut ob accessum caloris extrarij. Ac ob additamentum quidem, ut cum temperamentum nacto calidũ, adiectum fuerit piper, sinapi, allium, & similia: horũ enim qualitas si cordi fuerit inuecta & insita, succendet caliditatem, febremq; inflammabit. Ob motum autẽ dupliciter. Nam is aut ab anima, aut à corpore suscitatur. Ab anima quidẽ, ut cupiditate, & cura. A corpore autẽ, ut in labore immenso. Ob adstrictionem, cum ob glutinositatẽ, aut ob quampiam crassitudinem exaruerint obstructiq; fuerint incerti corporis meatus, aut extrema uasorum, et in profunditatis difflatione febris fuerit incẽsa. Verum ob putredinem, ut cum subiecta & redundãs materia putruerit introrsus, cordiq; fuerit obiecta, ac febrem succenderit. Ob accessum autẽ caloris alterius, uelut cum in solis ardore caput exæstuauerit, pręcipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta, febremq; succenderit.

Signa febris futuræ.

Imminentis febris nuncius est hiatus, horror, oscitatio, nausea, somnolẽtia, tussicula subaspera, extremorum membrorum infrigidatio: atq; hæc quidem extrinsecus præsagia. A pulsibus autem, ex paucitate, & inæqualitate deprehenditur etiã quod desideratur. ac iniectione quidem, cum impensior correptio, frigetq; cum aliquanta inæqualitate atq; exiguitate: at in ascensu fere sunt improbi, aucta diductione ad perfectum usq; uigorem, sed calore intenso, primum magnitudo augetur, deinde celeritas assumitur. Nam cum satis succẽsa febris conflagrarit, tum ingentes simulq; celeres efficit pulsus: sin autem impensius, etiam crebros. Quo nempe pacto ante febres hiatus progignuntur? hiant ante febres ægri ob concussionẽ, & uim ipsos intẽdentẽ. Nam quemadmodum ex ahenis ad ignis uiolentiã positis uapor attollitur multus de feruẽte in ipsis aqua: ita etiã ex eis quę introrsus in corpore sunt uapor exhalans intẽdit conuincitq; corporis musculos: solent nanq; nerui tepefacti desidere: atq; ita fiunt oscitationes. At quo nam demum pacto capitis dolores febricitãtibus incitantur? nempe cum uenæ plenæ & à flatibus intumentes, interfectæ fuerint, in caput dolores aduehunt, ui ac tenore internorum flatuum qui immissi dispersiq; sunt.

De significatione sudorum.

Febrem uero sudoribus dissolutum iri cognoscimus ex eo, quod languor sit uigoris maximi, ut est qui causus nominatur. Biliosus nãq; is demũ est morbus, qui cum impensius moueri oporteat, rigor efficitur: & perinde si uenter astrictus sit urina ue, proxima subeunte crisi, rigor erit expectandus. Sin amborũ fuerit astrictio, nec ullus præstò est uomitus, aut sanguinis eruptio, sudor multus consequatur necesse est: præsertim cum languentes prociderint, accessione incrementum capiente, ut ea de causa magis incalescãt, nonnullaq; corporis sit calida euaporatio, qualis antea nõ fuerit in dudum memoratis. Pulsus ingentes, & sublimes, & celeres, in diductioneq; potius properantes, ac uelut undosi, cũ arteriæ tunica atra humidaq;

daq; apparet. Totius uero corporis extrema superficies perpruriscit ac remollescit. & quandoq; ad horas rufescit. atq; hæc in critica accessiōe adueniunt, præeunte concoctione. & critica die bona existente, salubrium ac resoluentium sudorum fuerint indicia. Non dubium quin calorē esse expediat mediocriter sudoris solubilem. & per uniuersum corpus sibi cōstare. exinanireq; iuxta proportionē. atq; habitiorē alacrioremq; reddere hominem. At frigidi sudores cū acuta febri erūpentes, mortem subesse minitant. at cum ardore, morbi longitudinem coarguūt. Si à sudoribus febricitantibus fuerit initium, boni & tertiani, & quintani, & septimani, & nonani, & undecimani, & quartadecimani, & uigesimiseptimani, & trigesimiquartani. hi nanq; sudores morbos iudicāt, qui autē ita non sunt, laborē significant, & longitudinem morbi, et subuersionē. Ac ubi est corporis sudor, ibi quoq; dicito subesse morbū. & ubi est corporis frigus aut calor, ibidē est quoq; morbus. & ubi in toto corpore mutatio, fueritq; refrigeratū corpus, aut rursus incaluerit, aut color ex alio alius emerserit, morbi longitudinem pronūciat. Sudor ex somno factus citra manifestā causam, corpus significat cibum assumpsisse plurimū. Quod si cibi plurimi causa nō fuerit, significat egere euacuatione febricitantiū corpora. Sudor aduentante febri, nec deficiente febri, malum. longum nāq; morbum, & humiditatis significat copiam.

De sanguinis detractione ex uenis.

In omni die et noctis hora, urgente necessitate, sanguinem detrahito. aduertendo tamen in febricitātibus uigorem cessantem accessionis. In alijs autem, siue ex lippitudine, siue ex alia ratione citra febrim, ubi sanguinis detractiōe ex uena opus sit, doloris aut inflammationis cōsiderato magnitudinem. qua enim hora mitigatum dolorem inspexeris, sanguinem de uena mittes. re nulla urgente quominus fiat, satius fuerit matutino tempore de uena sanguinem detrahere. nec statim cū ex somno experrectus, sed posteaquā ad horā peruigilarint. ac prius abluere aliquos præstiterit. & alios prius obambulare. in quo autem præoccupata custodiæ causa sanguinem de uena detrahere permittitur, etiam post aliqua consueta exercitia sanguis è uena detrahendus. Cęterum languoris magnitudo, & uiriū robur, atq; firmitudo, primæ sunt sanguinis è uena detractionis considerationes. Proinde perspiciendum cuiusmodi ea sit naturalis hominis complexio. ac atras habētibus uenas & mediocriter tenues, neq; albis, neq; carne molliculis ad euacuandum minus parcendum est. At contra parcendum, quando sanguinis parum habent, carnēq; dilabilem. hac de causa neq; pueris sanguinē ex uena detraxeris ad quartūdecimum usq; ętatis annū. At in maximis inflammationibus ualidissimisq; doloribus nullū noui maius adiumentū quàm ad deficientem usq; animam euacuare. Aduertenda sanè est diligenter qualis sit pulsus eleuatio ab eo qui ipsum attineat suffluē

A te adhuc sanguine. quemadmodum in alijs unde sanguis detrahitur si quid agere expediat: nequid modo lateat deficiētis animæ quod ad interitum aduehat. Quod si tempus fuerit uernum, locusq; natura temperatus, & pueri natura concinna, detrahito sanguinem. & impensius ubi pericula insideant aut pulmonis, aut anginæ, aut lateris, aut cuiuspiam alterius acuti ac uehementis morbi detrahendus ut dictum est sanguis, pulsu usq; explorato. omne nanq; percussum membrum aduerteris non annorum modo numero, sed etiam corporis habitudine. formidanda uero frigidis temporibus larga euacuatio, ob consequentem refrigerationem. Neutiquam perscribi potest singulorū hominum definienda euacuationis mensura. Per-

B spexi nanq; in nonnullis nec plus quàm sufficeret sanguinis libras sex ablatas esse, & confestim extinctam febrem. neq; ullam consecutam fuisse uiriū exinanitionem. Quibusdam uero libram dimidiā citra læsionem. quibus si quis duas modo exhausisset, impensissime offecisset. Vidimus unā quoque aliquando auferri, & minus, ac profuisse. Reuulsionis gratia qui in rectum languentium secat uenas, confestim perspicuam inspexerit utilitatem. si quispiam annularis digiti uenam secet, ut nonnulli mediam inter medium & annularem digitum uenā, sinentes sanguinem effluere quo ad sponte cessauerit, lienem iuuari. ut in ancone uenam secando interiorem. satis commode nāq; lieni ꝓdest male habenti sanguinis detractio ex ma-

C nu sinistra. atq; adeo profecto in pleuriticis in rectum languentis ex uena sanguinis detractio utilitatem frequenter demonstrat euidentissimam. At ex opposita manu, aut prorsus obscuram, aut expectabilem. Ingentibus oculorum dolorib. succurrit siue humeralis appellata uena, aut quæ ab ea deuians in ancone secta, perspicuam confestim afferendo utilitatem. In latere autē languente, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, ac uentre paraxillę ad anconem diffractionem peruenientem diductam secare quidem expedit. præcipue ad emissionem quæ per fracturā cui insidet humerali uena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconem sanguinis detractionis, quæ extra, & intra, & quæ media. quæ

D igitur intus, infra collum languentibus utilis. quę extra, in facie, aut in capite. At medius locus quādoq; quidem ambas habet diductas uenas ad partes anteriores manus protensas. deinde hic copulatus quandoq; statim in seinuicem existentes ad inflexionem distractionis. Incerta igitur existente sua languētis membri uena, ad mediam aliquā eundum. diductioq; potius quàm in sua sectio facienda est. Est etiam cum diffractio infra anconē quæ in brachio diducenda nihil prohibet: non apparētibus in ancone. ut autem dicta omnia membra in ancone sanguinis detractionibus adiuuantur, ita inferioribus his est, ut in poplitibus & talis. Sunt autem dictorum quæ ad coxendicem, & uesicam, & uuluam renibus alternantes. ideo in

ancone quandoq; sanguinis detractionibus obtẽ/ A perant, cum recens fuerit inflammatio, & sanguinis uis multa. sin affectio sit quam proprie phrenitim appellamus, poplitem secare oportet, & in talis uenas. Vt in uuluis inflammationes, sectarum in cruribus uenarum adiumento, nõ parum leuãtur. enimuero euacuationib. ab anconibus siquid sit infestum & obseruandum frigus, expedierit alimentum exhibere mediocre ad tris aut quatuor modo dieculas. Cum olim pestilentia ingens Asiam occupasset, qua cadebant innumeri, tum ego secundo die, nulla facta remissione, crus scalpendo, ad binas libras sanguinis euacuationem fieri permisi. & perinde deuitaui periculũ. multi quoq; alij eo usi adiumento cõseruati sunt, pręcipue qui large sanguinem euacuarũt. At etiam mediocres B capitis aufert dolores, fauciumq; inflammatiões. At uetustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaq; ex atrocib. morbis ad naturalem habitum perducere. neq; quicquam tam ad concinnã conuersionem agit, quàm ex scarificatione sanguinis euacuatio. Inter indicem uero & pollicẽ secta uena & fluens sanguis, quo ad sponte constiterit, uetustum dolorem, pręsertim si ei membro insederit, curat. Purgatorum autem, & plus mediocritate euacuatorum, & refrigeratorum, & resolutorum, & conuulsorũ, cessare purgationem expedit, aquãq; tepidam exhibendo uomere hortabimur. at pręstabit illinire calido oleo manus & pedes. sistat nihilominus somnum & lauacrum. Cæterũ non satis purgatis bal/ C nea congruentiora sunt. nam noctu purganť. hos minus pascere conuenit. at tutò purgatis, oua, & alicam, & sorbitiones, & uinũ dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueatur per xysmum. cõuenit etiam per posteriora lac immittere cum hircino adipe, dulciue uino. atq; ita sufflentia componere clysteribus admouendo omnifariam purgationem.

De adhibenda cautione in sanguinis detractione.

Qui detrahere sanguinem uelit, aduertere debet ne stercus multum cohibeatur inter intestina. Proinde molli clystere euacuãdus æger, ne uenæ ab intestinis uenentur, attrahantq; putridã quampiam superfluitatum essentiam. Ex pręsenti igitur morbo qui sanguinis detractione egent, quouis tempore è uena sanguinẽ detrahemus, uigorẽ, & deliriũ in febribus particularẽ custodiendo, & accessionẽ. Si cõtinua sit febris omnino, matutinũ tempus accommodatius. Qui uero non præsenti morbo occurrũt, sed cauendi causa sanguinis exquirunt detractionem, his uernum congruit tempus. In ætatibus porrò supra quartũdecimum annum detractio faciẽda, sicut intra annos sexaginta. nisi si qua modo efflagitans nos ingens urgeat necessitas. In totũq; uires imbecillæ obseruandæ sunt. nec nõ sub lingua uenas, ut in anginæ morbo, oblique dissecamus, astrictionẽ obseruando, quemadmodum & in capite, & in oculis ex morbis uetustis eo modo dispescũt. In pede autẽ, sicut in ischiadicis. aut ob anum supra interiorẽ talum utiliter secant. Verũ per morbos acutos; detrahito ex uena sanguinẽ, si uehemens appareat ęgritudo, & occupati morbo iam puberes sint, roburq; eis adsit. Si igiť angina fuerit, delige purgationẽ, uel siquid fuerit pleuriticũ. Quod si debiliores appareãt, si etiã plus sanguinis detraxeris, clysterib. tertio die aluũ exhauri. ac si tutus fuerit æger, etiã inedia utitor. Detrahẽdus igitur ex uena sanguis brachij dextri uena interiore. iuxtaq; habitudinẽ auferendus sanguis. ætatisq; plus minúsue considerandum. Eueniũt istorum pluribus talia, rubores faciei, & oculorum, uacillatio. diductioq; manuum, pandiculatioq;, stridores dentium, pulsus, maxillarũ cõtractio, refrigeratioq; extremorum, flatuum oblationes per uenas. quamprimũ propè sanguis de uena detrahendus sublimibus cunctis existentibus mestis flantibus & fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferendum illud perpetuo est ad curam salubrem uictũ uniuersum quàm medicina longe præstantius esse.

DE VRINAE SIGNIFICATIONE EX HIPP.

Georgio Valla Placentino interprete.

OPTIMA urina est cum eius alba fuerit hypostasis, quam substantiam dicere possumus, & leuis, & æqualis perpetuo donec iudicatus fuerit morbus. Significat nanq; securitatem nec diuturnam fore ægritudinẽ. Si uero intermittat, & pura quandoque mingat, quandoq; subsidat album quoddã & leue: tum diuturnior efficiť morbus, & minus tutus. Si fuerit urina subrubra, & hypostasis subrubra & leuis, diuturnior hæc q̃ prima, uerũ multo salubrior. Crassioris autẽ farinę specie in urinis hypostases, malæ. quibus adhuc peiores sunt etiam foliosæ. at tenues & albę, admodum malæ. quibus improbiores furfuraceæ. Nebulæ suspẽsæ & mobiles in urinis, albę quidem bonę, nigrę uero malæ. Si erit tenuis & rutila urina, ægritudinẽ significat crudã, at diuturnã: & sine periculo esse nõ potest. Letalis autem male olens, & aquosa, & atra, & crassa. Virilis autẽ siue muliebris atra urina, pessima. infantibus autem, aquosa. Quibus urinæ tenues & crudæ minguntur diuturnæ, si alia signa tanquam euasuris adfuerint, hos abscessum ad septi trãsuersi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoque superne innatantes araneosas licebit improbare. colliquefactionis enim signũ est. Considerandæ porrò urinæ in quibus sunt nebulæ,

sursumue

sursum ue an deorsum meent, quosq; colores habeant: deorsum enim labentes cum colorib. iam memoratis, malas esse debet arguere. Nec te fallat uesica ipsa ęgra quæ huiusmodi aliquã reddat urinã: nec enim totius est corporis signũ, sed ipsius per sese. Quib. urinæ crassæ grumosę paucæ non febricitãtibus, copia ex his tenuis adueniens prodest: præcipue tales adueniũt quibus à principio, uel è uestigio stabilitur hypostasis. Quib. urinæ perturbatæ uelut iumẽtorum, ijs cephalalgiæ aut adsunt, aut aderunt. Quibus urinæ perspicue albæ sunt, improbæ, præcipue in phreniticis apparentes. Quibus hypochondria sublata, murmurantia, ilium dolore accedente, ijs alui humectantur, nisi flatus erumpant: uel urinæ proueniat copia: hæc sane in febribus. Quibus sanguis uel pus mingitur, renum, uel uesicæ exulcerationis est argumentum. Quibus in urina crassa existente minutæ carunculæ tanquam pili pariter adueniunt, ijs à renibus excernitur. Quibus in urina crassa existente furfuracea eminguntur, eorum uesica scabiescit. Quibus sponte sanguis mingẽtibus exit, eis à renibus significatur uenulæ fractura. Quibus in urinis arenosa subest materies, ijs uesica calculescit. Si noctu mingatur multum, exiguum excrementum significatur. Quibus biliosæ hypostases, superne autem tenuitates, celerem ægritudinem significant. Quibus in urinis insident bullæ, ex renibus significãt ægritudinẽ, eamq; longam fore. Quibus febrium uertigines à principio sunt, & pulsatus capitis, & urina tenuis, eis expectanda est ad crises febris acumine augeri: nec mirabor cum caput circumferri uidebitur, si in amentiam deciderint. Quibus pinguis hypostasis, & accumulata, ijs renum uitia, & acuta significantur. Quibus ex renibus laborantibus prædicta signa sint, laboresq; circa musculos spinales extiterint, si in locis sint exterioribus, abscessus quæ Græci apostemata uocant, foris expecta futuros: sin in locis interioribus fuerint dolores, abscessus in interioribus fore expectato. Si sanguinem meiat & grumos, stranguriaq; affligatur, dolorq; ad perineum ac epigastrium incidat, significat circa uesicam esse ægritudinẽ. Quibus à principio urinæ sunt nebulosæ, uel etiam crassę, purgandi sunt, si cætera cõferre uidebũtur. Quibus à principio urinæ sunt tenues, ijs medicamene exhibeas. At si uidebitur, clysteribus utere: ita namque si curẽtur profuerit. Quod futurũ quoq; est, ex urinis licebit conijcere: nam si densior, uel pallidior, melior erit urina: si tenuior & nigrior, erit deterior: salutem namque pronunciat. Hunc Hippocratis locum Galenus hoc modo interpretatur. Manifesto nunc crasſiores tenuibus comparans dixit: non naturalibus autem tenues & nigras, pessimas ad solas tenues effectas, minime concoctam significãs ægritudinem. integre namque tenuis aquosa est, & perinde etiã alba. Quod si mutationes habeat, tempus significat: & necesse morbum commutari ad inęqualitatem in dete

A riorem & meliorẽ. Ex febribus, inquit porrò Hippocrates præcipue morbis urinarum significatio colligitur utilissima: sed quoniam omne cõtra naturam ab eo quod est naturale inuenitur, à naturalibus sumamus principium. Vrina igitur in sanitate & habitu bono constitutis hominibus, optima est quę subrutila aut subflaua, crassitudine mediocris, quæq; colorem non mutat, cumq; emicta fuerit, leuem & albam & æqualem perpetuo seruat hypostasim iuxta bibentis rationem. In fœminis naturalis urina colore albior sit quàm uiri ferè necesse est, maioremq; habeat hypostasim. At infantium crassa est hypostasis, propter puerorum uoracitatem, inordinatumq; & intempestiuũ motum. Leuẽ inquit Galenus hypostasim uocat Hippocrates continuam & indiuulsam significare uolens: leue siquidẽ opponitur aspero. æqualem uero, ut in totum semper similem mingat: nam quæ manet concocta, neq; deinde inconcocta, non utique hypostasim uel profusionem totam habet inæqualem. Si quęramus igitur in naturali urina colorem, uel profusionis constitutionem, & quæ à profusione inferuntur, ut nebulam sub nebula suspensam, et in fundo hypostasim, non dubiũ quin ad hæc conuersa urina inconcoctionem indicet in uenis esse. Optima quidem, inquit Hippocrates, urina est in ægrotantibus, quæ simillima sanorum urinæ, subuiridis uel subflaua, & albam, & leuem & ęqualem habens hypostasim. At deterior, eleuationem habens albam & leuem & æqualẽ.

C Est porrò hac inconcoctior quæ nebulam habet, quæq; est subternubilata: in qua enim flatus est in profundo crassus & inconcoctus, si exiguus quidem sit, extrudit reliquam materiam ut ad fundũ uasis deferatur. ipsam'que dispescendo dirimendoq; uniri non permittit. Quòd si redundet incõcoctus in fundo flatus, attollit ad profusionis medium hypostasim, facitq; eam sublimitatem appellatam. Quòd si flatus impendio plus fuerit inconcoctus ad extremum profusionis agit hypostasim, quæ nebula nominatur, aut subnebula. Quanto igitur potuerit flatus distribuere, nec sustollere hypostasim, tanto inconcoctiorem esse urinam arbitrator. Quòd si neq; hypostasim, neq; sublationem, neque subnebulam, neq; nebulam

D urina habuerit, sciendum est morbum facientes humores naturam concoxisse. Quòd si quandoq; quidem habet hypostasim, uel sublationem, uel subnebulam, uel nebulam, quandoq; autem non, pugnam natura ostendit cum ægritudine. In puris namq; tertianis & quotidianis nebula solum, uel sublatio, sæpenumero ad morbi solutionẽ sufficit. Quandoque uero bene coloratam duntaxat esse urinam. Plerumq; etiam color albus eius quod intus apparet illatum in profusione, fallit ignaros, quod hypostasim utilem quæ non sit esse opinentur. Euenit siquidem ut crudus humor & albus cum urina excretus subsidat, præbeatq; uidendam utilem hypostasim: quandoque etiam iecore aut renibus languẽtibus pus cum urina excernitur

cernitur, & ſubſidẽdo fallit etiam minus acutum A artificẽ:ſed prius definiendũ excutiẽdumq; eſt lã/guere hominem aut ex renibus, aut ex iecinore, alio'ue mẽbro, unde per urinã purgari cõſueuit: deinde etiã grauiter olens puris particeps inueni tur. at crudus humor per utiles hypoſtaſes diſtin/guitur ab inæquali ſubſtantia eius quod ſubſidet: neq; enim id ſibi continuũ manet, ſed in minutas partes diſpeſcitur tanquã arenulas: neq; omnino leue eſt ſicut uera eſt hypoſtaſis. ſubinde utilium urinarum primũ quidem apparet nebula. deinde ſuccedẽs ſublationẽ facit: poſtremo reſidẽs in fun do uaſis hypoſtaſim facit, cum perfecte id conco/ctum fuerit. Verum in crudis humoribus ſtatim ab initio in uaſis fundo ſubſternitur uis multa, quod non ſit utilis, ſed mala tota profuſio: deinde pedetentim concocta & attenuata ad medium ſu ſtollitur profuſionis, facitq; ſublationẽ. Cum ue/ro attenuatior ac concoctior euaſerit, ſubſidet in profuſione & nebulã facit: planeq; ignaros fallit, ut exiſtimẽt in deterius lapſam eſſe ualetudinẽ. Si fuerit urina magis birioſa, inquit Agrius Hippo/cratis interpres, & hypoſtaſis ſimilis, debes eua/cuare, ſiue per urinas, ſiue purgamine: ſi bilioſus fuerit color, hypoſtaſis autem alba, erit bilis cum pituita: utrumq; euacuato. ſi color albicans, & hy poſtaſis rufa, ſeu manifeſto, ſeu obſcure, uel plus fuerit, ſi potentia ualida firmæq; ſint uires, mitte ſanguinem ex uena: ſin imbecillis ſit, medicamen adhibe, aut ei rei accommodatum exhibe cibũ.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS
ad Paternianum.

PRÆFATIO

VM MIHI propoſuiſſem cha riſsime Paterniane omnia Si/nigmata tam metallica ꝙ aro/ C matica, & omnem herbationẽ deſcribere, optimũ duxi, quia ſtudioſiſsimum & peritiſsimũ eſſe te probaui: itaq; accipe, tibi exemplum uoluntatis & ingenij offero. Igitur fra ter ſolicite exquire tota tua peritia hanc ſcriptu/ram: ne autem calumniareris proſpexi. Et ne quis dum aut herbulam, aut aliquã aliam ſpeciẽ, ſiue aromaticã, ſiue metallicam requirit, diutius erra/ret & totũ uolumen euolueret, ordine primarum literarum A, B, C, D, &c. agã omnia ſinigmata no/minare: quæ in ſimplario tractantur & in uſum medicinæ cadunt: incipiemus igitur ab A, & ſic deinceps ad extremam literam perueniemus.

De ære uſto.

Aes uſtum fit maxime de clauis cupreis uetu/ſtis, qui in olla fictili cruda miſsi, in furno incen/duntur, aſperſi ſulphure, uel ſale, uel utroque, uel alumine, & coquuntur. Bonum autem æs, quod eſt optime uſtum, utpote rubricæ colorẽ faciet ad ipſa capitula in ſe: quod enim eſt fruitius, eſt com buſtum. Eſt ergo uirtus & efficacia æris uſti ſimi/lis ſquamæ, ſed tamen fortior eſt.

De acacia.

Acacia fructus eſt arboris ſpinoſæ, quæ maxi/me in Ægypto naſcitur: hic igiẽ fructus uelut oli/ua exprimitur: & ſuccus illius in ſole ſiccatur, & in glebã redigitur: erit ergo optima acacia quę eſt penitus leuis, leuiter ſubrubra, ſuauitate odoris ſui ſubacidas tranſit, & guſtu ualde ſtyptica. Hæc enim maxime de immaturo fructu premitur: nã nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia uiſcide ſtringere poteſt.

De ærugine uel uitreolo.

Aerugo circa aliqua metalla in quibuſdã pela/gis lente & ueluti ſtillicidiũ manare perhibetur. Verum & conficitur hac ratione: granula interio ra uuæ, quæ quaſi ſunt, quæq; græce tritapta dici/mus, ualde ſubſtruuntur in uaſe aperto: & aſper/guntur miua & aceto: deinde ſuperponitur lami/na ęrea & lata: & iterum operitur eiſdem tritaptis ſimiliter aſperſis: & lamina alia ſuperponitur, & hoc ulterius fit quandiu uas capit: deinde oppila tur diligenter, ne aliquod habeat ſpiramentum: C & ſic die ſeptimo aperitur. & prolatis laminis, æ/rugo quam traxerint leuiter abraditur, & rurſus intinguuntur. Et hoc fit uſq; quo totæ conſuman/tur. Alij ſuper acetum acerrimũ has ipſas laminas ſuſpendunt, & diebus decem relinquunt: deinde perferunt, & æruginem quantam inueniũt abra/dunt. Alij maſſulas æris ligant: & eis quaſi ſcobis ligamẽta decidũt, in acetoq; mittunt: & quotidie bis aut ter cõmouent, uſq; quo ærugo euadat. Eſt ergo optima ærugo quę eſt leuis: & tactu nullam aſperitudinem habet quaſi æris uſti, uel lepidis, & maxime acutiores.

De ammoniaco.

Ammoniacum eſt quaſi lachryma herbæ quæ græce narthex, id eſt ferula appellaẽ, ſimilis altit, D id eſt aſſę: ſed uiſcoſior, & folijs pinguioribus, quę contrita eſt glutinoſa quaſi gluten. Naſcitur au/tem in terris Ammonis quondam regis in ultima Cyrene. Colligitur autem ammoniacum ſic, ma/ximis æſtatibus huius herbæ radix & thyrſus in/ciditur, & ſic lachrymam fundit: & poſtea in ter/ra colligitur: unde & ſordem capit. Verũ eſt opti/mum ammoniacũ quod eſt mundiſsimũ, & recen tiſsimum, & colore candidum, & quaſi pingue ut thus. Et ſi frangatur, ſpiſſum & ſplendidum appa/ret, odore ſubſimile caſtorio: poteſt igitur effica/citer remollire & relaxare.

De aloe.

Aloe ſuccus eſt herbæ quæ eſt ſimilis ſcyllę, cu ius radice inciſa hic ipſe promanat ſuccus, & col/ligitur, uel tota herba contuſa premiẽ & ſiccatur. Aliqui

Aliqui enim dicunt de petris eam collectam in Iudæa, & Asia, atq; in India. Verum optimam iudicamus quę est fragilis, gleba mũda, pinguis, splendida, subrufa, et dum aliter facile exhumidat̃ odore, subuiscosa, et gustu amarissima. Effectum autẽ duplicẽ habet. Si enim bibatur & deglutiat̃, uentrem soluit, & purgat putredinem, & cholerã, & phlegma deducit. cum oxymelite datum drac. ij. stomachicis & hepaticis magnũ adiutorium est. Alij post cœnam bina uel trina grana sicut ciceris magnitudine deuorant. quoniam corpus procurat, & escas non corrumpit. & si sitis fuerit, extinguitur, quando trİueris cum succo caulium, & feceris ad ciceris magnitudinem. Alij miscent colocynthidos interiora & scammoniam. et dant ad typos, uel ad uarias infirmitates. Si uero corpus extrinsecus illiniatur, efficaciter stringit.

De amylo.

Amylum omnibus notũ est. est enim quasi medulla frumenti, quod infunditur in sportellam, & cũ pressura colatur. cuius est optimũ quidem, recentissimũ & candidum & leue & sine ullo acrore uel lutoso aliquo aut inquinoso odore. Potest autem leniter stringere. propter quod collyrijs ad lachrymam facientibus miscetur. & ad profluuiũ uentris prodesse comprobatur.

De alumine.

Alumen dicitur rotundum, & scissum, & liquidum. Inuenitur autem omne alumẽ in insula quæ Melos dicitur. sed & in Aegypto, & in Macedonia, & plurib. locis. Verum est optimum scissum alumen, quod græce schiston dicitur, quicq; illius rotundi ueluti flos est. Hoc igit̃ simile est albis capillis uexatis, & quodãmodo carminatis. Liquidum deinde quod est leue, perlucidũ, et aliquid in summo in modum floris quasi lactis habet. quod ipsum probamus siccum ad dulcorem. Syncerũ autẽ si sit, non inficitur ab illo. Rotũdum eo quod est subalbidum, & aliquo pallore uelut pinguenatum, fragile, mundum. & colorem mutat asperso succo quem diximus. potest autẽ omne alumen uehementer stringere.

De auripigmento & psilotro.

Auripigmentum, quod aliqui arsenicũ dicunt, naturale est. Intrinsecum colorem habet aureum. quod comminutum in laminas tenues comminutas funditur, quod in modum auri refulget. Inuenitur in montibus Asiæ, & Armenię, Ponticę, & Cappadociæ. Verũ est quod de Amisia & Dispõto affertur. hoc enim laminas habet latiores, & optimum est, & syncerissimũ, & aurigeneo colore limpidissimum. Vires quoq; habet sicut ignis, ꝙ urere possit, & alienationes cõsumere. si cum calce uiua mistũ fuerit & corpori illinitum, pilos tollit. Vnde græce hæc ipsa mistura psilotrum dicitur, latine acilea nuncupatur.

De aphronitro.

Aphronitrum optimũ est quod est leuissimum candidissimum latũ & fragile. potest enim & calefacere, & cum aliqua mordacitate relaxare, & omnes sordes de corpore abstergere.

De alosardio.

Alosardiũ est ueluti pinguamen quod aquis supernatat, stantibus prout stant alia, colore croceato. cuius optimũ est quod nullo fallimine colligit̃: hoc enim coloratissimũ est, & cum aliqua pinguedine, aquosum, & penè putridum. Potest igit̃ acriter & incidere, & calefacere, & quasi sal aliena cõsumere. Item collyria & malagmata colorare.

De alcimonio.

Alcimonium species habet duas. uidetur autẽ siccum & liquidum. aliqui aiunt utrunq; lachrymam esse arboris quę in Iudęa & in alijs locis nascitur. Alij quidem certius ueluti pinguamen stagnorum esse dicunt, ualde glutinosum & in se cohærens. & aquis palustribus supernatare. hoc igit̃ in scaphulis pusillis attrahi, & imponi, & impletis scaphis non aliter præcidi. & sic in terra expositũ siccari. Et hoc ipsum maxime in Iudæa & alijs locis fieri. Liquidũ aũt quod in Babylone & zacyntho colligit̃ circa quosdã lacus. est igitur siccum asphaltum, quod est optimum, frigidissimũ, & colore rufo ueluti purpura splendens. quod autem nigrescit, pice adulterat̃ liquida. deinde quod est lucidũ & glutinosum, utrunq; odore grauissimo. Vires aũt habet uiscidas, & efficaciter relaxãtes.

De aphroselino.

Aphroselinum in Aegypto tantummodo inuenitur. quod ita creatur, ros cœlestis positus ad lunæ claritatem in specie lapidis quem specularem uocamus coagulatus stringitur. unde & nomen sumpsisse uidetur. Cuius eligimus quod est colore cœruleo & lucido. potest autem omnia uitia capitis potatum emendare. & cephalalgicis & epilepticis utiliter prodesse.

De argemone & eupatorio.

Argemone herba est pluribus nota, cuius uires faciunt cõtra uenena ad diuersas cõpositiones. huius igitur radicem Græci eupatorium dicunt. & est diuretica ualde.

De apio.

Apium herba est quę in hortis nascitur, omnibus nota. & cuius semen facile nouerunt. magis tamen ad medicinam aptum est. mittitur autem in purgatorijs, & in antidotis. Est autem uiribus acrius, & excalfactorium, & diureticum certum.

De aniso.

Anisum optimum est creticũ. deinde ægyptiũ. gallicum inertissimum. ueruntamen habet uires relaxantes, & excalfactorias, & diureticas, & ad usum idoneas. Et est semen eius simile cicutæ. de nutrientibus, si bibatur lac prouocat, & auget odore eius suaui.

De agarico.

Agaricum ab arboribus excrescit prout tubera uel boleti. & est fractu leue, & quasi uanum. est pallidũ ualde, & aspectu subrubrũ. penitus subalbidum, nõ dissimile furfuri. Gustu initio uidetur dulce, sed ex lento euadit amarissimum. Quod au autem est optimum, in ponto maxime inuenitur.

quod autem in alijs locis nascitur, multum est ineptius. Vires autẽ habet acriter relaxantes. & uenenosis morsibus & potibus resistẽtes. sic & uentrem purgat aliquatenus. & cholerã & phlegma deponit. Ideo nec dolorem, nec uomitum facit.

De absinthio.

Absinthium omnibus notum est. & Santonicum, tam gallicum & marinum ꝙ ponticũ, quod ipsum ex omnibus notum est. hoc enim & in succum redigitur contusa tota herba. & succus eius expressus siccatur. uel in aqua usq; ad tertias decoquitur. & sic ipsa aqua recocta in mellis redigitur spissitudinem. Vsus quoque & uires absinthij, & quod lumbricos expellit, nemo ignorat.

De amurca, uel fæce olei.

Amurca fæx est olei quãdo premitur, nigra & aquosa. quæ coqui solet in mellis spissitudinem. cuius est optima quæ de recẽti coquitur. & sic uenustatẽ accipit. Vires habet stypticas, ualde propinquas ei quod in emplastris inuenit, & in alijs multis compositionibus.

De aristolochia.

Aristolochia est rotũda. & hoc ipsum quod nõ est uetustum & graue. siccũ, & quodãmodo spissum, & gustu amarũ. in emplastris mittitur, & caua uulnera comprehendit & replet. ad uiperarũ morsus, & ad alia uenena intrinsecus facit.

De aconito.

Aconitũ herbula est quę folia habet à sua radice duo uel tria similia cucumeri. et thyrsulum non altũ. radicem oblongam. & ad unũ magis tenuiorem & minutiorem. speciem & colores ad similitudinẽ scorpionis pusilli sine pedibus. Vires autẽ habet quasi thapsia. & ualde uenenosa esse dicit.

De artemisia.

Artemisia herba est subsimilis absinthio. sed per omnia uastior, id est folijs latior, ramis altior & fortior, sed aspectu & colore humidis. potest autem relaxare, menstrua & urinam prouocare, & partum expellere.

De asparago.

Asparagus, & semen & radix eius urinam prouocat. potest duritiẽ relaxare. Vires habet aliquatenus calefactorias, & diureticas.

De amygdala.

Amygdala est & suauis & amara. & utraq; uiribus styptica. magis tamen sunt in usu medicinæ & aptiores amaræ, eo quod subtiles magis.

De anagallide.

Anagallis est herba quę nascitur in locis humidis. & ipsa species habet duas. etenim una cœruleo flore, altera quasi roseo. uerum utræq; sunt in reliquo similes. Sunt autem thyrsulo humili. folijs mollibus & pusillis & quasi rotũdis, habentes circa ramulos suos radiculas minutas & subdulces, uiribus stringentes. Efficacior quidem est illa cœrulea quę in emplastris mittitur. & succus illarum cum melle attico ad oculorum facit claritatem.

De ami.

Ami semen est æthiopicum, cymino minutius

A quidem, & exalbius, & quodãmodo spissum. Cuius optimum est quod recens, et non furfurosum. uires habet acres, & excalfactorias, et relaxantes. unde prorsus inflationem sedat, & urinam & mẽstrua prouocat.

De ardacha.

Ardacha nascitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret. & est spuma quæ est in specie spongiæ, consimilis halcyonio. sed asperior, & siccior, & leuis ualde. Vires habet acres, & in modum ignis excalfacientes. & si corpus de ea fricemus, cum magno colore punctionis densat, & anthemata facit.

De amomo.

Amomum genus est herbæ odoratissimæ. quæ

B ramulos habet duros et siccos, uirgulis adsimiles, colore subrufo. circaq; folia habet iuncta, & copiosa, & in speciem racemorum implicata. flos eius, quasi uiolæ. tota gustu acriter excalfaciens. Cuius etiam optimum dicitur armenium. sequitur ponticum, quod ipsum asperius est & durius. Nam de media, omnium est inertissimũ, eo quod locis humidis nascat. Vires autem habet omne amomũ calefacientes & siccantes. Eligere tamen debemus quod ab una radicula omnes suos ramulos excrescentes, & integros habet folijs & floribus, qualiter diximus. Item reprobare debemus quod gummi cõglutinatur cõiunctum cum amomo aut amomide herba quæ est assimilis. sed caret odore, & flores habet origano similes.

De asaro, id est bacare.

C Asarum radicula est minuta, & nodosa, & trãsuersa, suauiter olens. quæ & in Gallia & in Phrygia inuenitur. Verum optimum asarum ponticum, & huius quod est recentissimum. Vires autem habet excalfacientes, & cum acrimonia relaxantes. unde & urinam & menstrua prouocat. & totum corpus calefacit cum oleo et uino iunctum atq; leuigatum.

De acoro.

Acorus herba est quæ & thyrsum emittit & folia iridi similia, lata, & oblonga, & exalbida, & in summo extensa, & acuta, quasi gladius. florem aureum habet. radicem quoque implicatam & nigriorem quàm iris habet, nodosam, et gustu acrẽ,

D & aliquatenus ad odoratum. Semẽ plenum, spissum, integrum, & ipsum odore suaui perstringitur, quomodo & meu. & per omnia est efficacius. & magis excalfacit. & intra splenem uidetur consumere potum. & succus radicis illius claritatem oculis facit mirifice.

De auena.

Auena crescit in segetibus. & est tota similis folijs & culmo frumento. sed fructu differt. hæc igitur uires habet efficaciter relaxantes, & ad omnem tumorem facientes.

De portulaca.

Portulaca omnibus nota est. & uiscide stringit. proprie tamẽ, masticata dentiũ offensam quæ ab immaturis fit, ꝙ gręce hæmodiam dicimus, sanat.

De aspho-

De asphodelo.

Albucus qui dicit asphodelus nascitur in molli terra. & habet folia similia porro capitato, & circa terram diffusa. thyrsum lenem, rotũdum, & oblongũ. in summo ramulos excrescẽtes, habentes florem exalbidum, fructiculum nigrum, radices quoq; oblongas & rotundas, quæ sunt potentiores. cõbustæ enim & in cinerem redactæ alopeciam emendant, & albidas maculas. Item coctæ aqua ipsa bibita renibus dolentibus prodest. urinam & menstrua prouocat. & ad tussim ueterem facit. nam tunsa & imposita duritiem emollit.

De abrotano.

Abrotanum omnibus notum est & amaritudine & acrimonia sua. similiter ut absinthium proficit. sic & lumbricos expellit.

De anetho.

Anethum uires habet acres & excalfactorias, & diureticas, aptas et idoneas rursus ad infrigidationes omnes intestinorum.

De gramine quæ dicitur agrostis.

Agrostis herba est quæ in campis nascitur. & habet folia quasi auena pusilla, & ueluti uinculis in terra repentia, nodosa, radiculas quoq; longas, spissas, nodosas, quæ faucium uulnera glutinat. potata urinam prouocat. Canes etiam quãdo uolunt purgari, hanc herbam manducant.

De armenio.

Armenium uel minium optimũ dicimus quod est leue, æquale, cœruleũ, fragile, sine lapillis. Vires habet chrysocollę, & tamẽ inferiores. propriętate genas siccat, & nutrit palpebras.

De halosachne.

Halosachne est ueluti spuma maris quæ in petris insidet & remanet. Vires habet quasi sal, & omne nitrum.

De bdelio.

Bdelium lachryma est arboris quæ in Arabia nascitur. quod in modum resinę manat. optimum est quod perlucet cum aliqua pinguedine prout chrysocolla. & gustu est amarum, mundum. et nihil in se sordidum aut alienum habet. molle. & ab igne odorem suauem emittit. Potest tamen penitus & in instanti excalefacere, durities neruorum emollire, & stricturas relaxare, & ea quæ sine collectione habet euaporare. Sed & adulterat̃ gummi ipsius, quod gustu & sapore deprehendimus. amittit enim suam mordicationem.

De balaustio.

Balaustium flos est syluatici maligranati. cuius floris aliquæ sunt species. Inuenitur autem & album, & purpureũ, & simile rosæ. & quidẽ ipsum uires easdem cytinis habet.

De butyro.

Butyrũ fit ex lacte bubulo & ouillo. est autẽ optimum ouillũ, quod colore subrufo & amplius est pingue. quod ita cõficit̃. immittitur enim in cupulam longam. & cũ uirga, quæ habet in capite rotulam, quæ intra cupam capere possit, agitatur diutissime hoc ipsum lac. & fit ut quod est illius pin-

A guissimũ supernatet. quod colligitur, & in uasculo reponitur. optimum est ergo butyrum quod est pinguissimum, & ex ouillo lacte æstate factũ. Vires autem habet leuiter relaxantes. unde ad uuluę dolores, & tumores, et loca neruosa & delicata, et siccitatem pulmonis proprie uidetur facere.

De batrachio.

Batrachium herba est in modum cicutæ similis coriandro uel apio. arescens ueluti ferula. & in summo florem habet aureum & splendidum ualde. & radices subalbidas & longas. nascitur in locis humidis. Vires habet causticas et exulcerãtes.

De bryonia.

Bryonia herbæ radix est plerunq; habens uastitudinem rapæ, & longitudinem pastinacæ. Viri-
B bus acris & calefactoria. propter quod oleum in quo est cocta, ad acopa & malagmata facit naturaliter, nascens in plurimis locis.

De bulbo erratico.

Bulbi erratici flos est rufus & odoratus. Cuius est optimus quod longitudinem & æqualem habet uastitudinem, & nimiam uastitudinẽ. in summo ueluti apicem abijciẽtem. recens & aspectus, prout succinũ perlucens, & ad tactum nõ humidus: & ad gustum linguam submordens. & saliuã diu multũq; inficiens. huiusmodi enim erit optimus. licet cornetum, licet sium, uel ægęum, uel selgium, uel syriacum, & cyrenaicũ, & centuripinũ siculumq; appellemus, uel siquid est aliud à suo tactu aliter cognominatur. Vires autem habet om-
C ne crocum leuiter stypticantes. mitigat enim omnes dolores cõmistum collyrijs, antidotis, & alijs quam pluribus cõpositionibus. Verum adulteratur oleo rosaceo perunctum. atq; de fructu leuigata cum ea spuma argẽti, aut molybdęna, aut lapide sparto. sed dignoscitur. aliquid enim tactu bulluastrum inuenitur. odor situosus & terrenus. & de fructu, austerus occurrit. & est entissimus.

De cadmia.

Cadmia fit in metallis ubi æs, cuprum, & argẽtum coquitur & conflatur, quando prima terrea pressa sunt. Nam quod est terreũ, coctura ipsa separatur. & quasi fuligo lateribus & cameris ex ipsa plenitate fumorũ adglutinat̃. & sic tẽpore crassatum, & in speciem lati lapidis induratum auelli-
D tur. Est ergo optima cadmia & quasi prima, quã Gręci botrytin appellãt. quę extrinsecus quasi racemulos habet, & intrinsecus subuiridicat. Secũda quã onychiten appellamus. Tertia ostracitis, quę est tenuissima, & aspectu testę assimilis. Omnis tamen cadmia styptica est, & uehemẽter stringere potest. propter quod collyrijs miscet̃, & uulnera sordida expurgat, et ad cicatricem perducit.

De cerusa.

Cerusa sic fit. Acetũ acerrimum funditur in amphoram ut faciat quasi dimidiam. deinde plumbum dilatatũ & extenuatum super acetũ suspẽditur. & sic ipsa ui aceti remissa in soluto plumbo in amphora, ueluti fæx subsidet. quã fæcem de limpidato aceto leuigamus. et in sole siccatam terimus. & ex

& ex aqua tādiu lauamus, ut nihil habeat asperū. & leuigatā aquā in sole siccamus. Cuius est optima quę est candidissima, & nō grauissima, & quę lingua nō denigratur. Vires autē habet stypticas. sed ex aqua & uino potata, uenenosa esse dicitur.

De chitran.

Chitran lacticinium est quamplurimarum arborum. omnibus notum est. cuius quasi optimū eliquimus quod est candidum, & mūdum, & glutinosum. præstat autem quod & dragantum facere dicimus.

De chalcitide.

Chalcitis, gleba est naturalis quæ est in Cypro insula. quę in metallis inuenitur, colore subaureo intus uenas habens diffusas prout alumē scissum, & in modum stellarum fulgentes. Cuius est optima quæ est recentissima, & mundissima, & æqualiter fragilis. potest igitur sine mora uehementer stringere. Vnde ad profluuium sanguinis, humoris, & uentris, habetur utilissima.

De como.

Comū herba est omnibus nota. cuius semen est simillimum aniso. & ad usum medicinalem colligitur. refrigerat autem & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur. nam & ipsum eadem præstat, uerum optimum comum habetur creticum.

De castorio.

Castoriū animalculū quadrupes. & qui castor appellatur, testiculus eius est. quod partim in aqua, partim in terra uiuit, & circa aliqua flumina capitur. Verum optimum castorium est pōticum. hoc enim plenissimum inuenitur. & cohærētibus suis testiculis positum, siccum colore cereo. odore grauissimo. potest igitur firmiter excalfacere & relaxare, & sic elimare longinqua uitia neruorū quæ nimijs doloribus contrahuntur.

De chalcantho.

Chalcanthum in metallis inuenitur. Cuius est quod naturaliter foditur. cuius quoq; optimū dicimus quod est colore cœruleo potiusquam pallido. Est aliud quod ex hoc quidē fit. admista enim aqua copiosa coquitur in plumbeo uase satis amplo. & sic ex partibus copiosis instanter compositis ueluti laminę insequuntur. post quod ipsum chalcanthum in glebulas dispartitū spartitoris adglutinat. Verum est optimum quod est colore prout diximus cœruleo, graue, mundum, perlucidum, & uiscide stringere potest.

Item de chalcantho.

Chalcanthum in metallis fit. Quando enim æs remissum est & purificatur, aqua frigida aspergitur subito, aut in fimo conficitur. Ipsum flos est in specie milij. & optimum est quod est rotūdum, graue, & aliquatenus splendidum, siccum, fragile si leuigetur. Adulteratur tamē scobe æris quę frāgitur. Verumenimuero æris flos uires habet uiscidas & stringentes. sic enim cicatrices deducit. & factas in gulis extenuat.

De crocomagmate.

Crocomagma fit expressis aromaticis crocini unguēti. & est quasi gleba lata & oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorem, & similiter redolet ut myrrha, & gustū linguam submordet, dentes quoq; & saliuam & manus inficit, graue, & minime asclosum. Vires quoque & ipsum croco repræsentat, id est stypticas. nam & hoc stringit. plures autem in compositiones propter precij distantiā pro crocogmate mittunt crocum.

De cucurbita syluestri.

Cucurbita syluatica nascitur maxime in Aegypto, magnitudine similis infantili pilæ. gustu amarissima, nota quàm pluribus. hæc igitur amaritudine & acrimonia sua uiscide & cū uexatione totum corpus commouet. sic & uentrem purgat. & in antidotis commiscetur.

De centaurea.

Centaurea herba est origano assimilis, aliqua maior, & aliqua minor. Verum folia habet magis oblonga quàm rotunda, incisa quasi ferula. ramulos ab ipsa radice plures & longos. in quibus summus flos illius est purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exasperatione laxantes. unde totum uentrem purgat, & nigram bilem prouocat, & menstrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius est uasta, ardens uelut ignis, mollis, fragilis, succosa, acris cum magna amaritudine. cuius succus est colore subrufo, & facit suspiriosis & tussientibus.

De chelidonia.

Chelidonia herba est omnibus nota. quæ succum quasi croceum emittit. qui in icteritijs citrinis & in nigris bibitur. & collyrijs mista ad caliginem oculorum facit

De cedro.

Cedrum lachryma est arboris eiusdem nominis, solidum, uiscidum quoq; & ipsum efficaciter, & omni uexatione refrigerat, & stringit, propter quod maxime causticis admiscetur.

De cinabar.

Cinabar non est sanguis draconis, quod aliqui putant. sed fit de lapide qui dicitur argyritis arena. & est optimum quod in Hispania fit. hoc enim splendidissimum est. & doloratissimum est colore sanguineo, ueluti coccineo. potest igitur leniter stringere. quapropter quidem collyrijs additur. sed & coloris gratia. Inficit enim & colorat adhuc magis quàm hæmatites. aliqui dicūt ipsum esse minium cinnabar.

De cera.

Cera omnibus locis inuenitur. sed optimam dicimus quæ aliquatenus pinguis est, munda, & odore suaui, & quasi melleo. Verum omnis cera remollit & laxat durities. propter quod in emplastris, & acopis, & malagmatibus mittitur.

De careo.

Careum est semen omnibus notum. cuius & usus & efficacia fere talis est qualis & apij. hoc tamen aliquatenus uirosius uidetur esse. & magis ad compositionem idoneum. uerum in antidotis & in purgatorijs mittitur.

De cy-

De cypero.

Cyperus radiculæ sunt pusillæ, non dissimiles oblongis oliuis. quarum eligimus quæ sunt grauiores & splendidiores. sed & duriores, & ueluti lanuginem habentes ad similitudinē spicę. & ipse colore fusciores. redolētes suauiter. et gustu acres & subamaræ. uiribus excalfacientes, & aliquatenus stringentes.

De cocco cnidio.

Coccum cnidiū fructus est herbæ quæ in montuosis crescit. autumno colligitur, & in sole siccatur. duos habet ueluti cortices. unum extrinsecus rubrum. alium intra se, quasi nucleum albū habentem. Verum purgat uehementer. Et nimio suo calore prout ignis excalfacit.

De cyclamino.

Cyclaminos herba est quæ radicē habet nigro cortice, clausam in speciem rapę, & thyrsulum pusillū. circa quam folia similia hederę, sed nigriora, tria uel quatuor, & flosculum roseū in specie. hæc igitur radix quo tempore tota herba florescit conciditur, & in pila tundit. & sic in pressorio succus eius exprimitur. & in patella fictili siccatur. uel etiam coquit, usq; dum mellis habeat spissitudinē. Vires autē habet acres & excalfactorias. unde et uentrem purgat. Hic ipse succus potatus, & commistus cum melle, aut cum lacte, aut aceto, per nares infusus, caput purgat. et suffusiones super oculos inunctus dissipat.

De costo.

Costum radiculæ sunt nō ignotæ, & plenulę, et spissæ, & siccæ, non uermiculosę. quod dicimus à creta, eo quod sit recens. tale est optimum costū. Sed & gustu submordet, & excalfacit. hęc omnia in se habet quod ab Aegypto affertur. sequens est arabicum. hoc enim leuius quidem, & odore suauius. deinde indicum, quod est uastum, & nigrū, & leue, prout ferula. infirmius syrium est. strictū est enim, colore buxeo, & graue ualde, & odore graui. Verū omne costū uires habet acriter stringentes, & excalfacientes.

De cantharidibus.

Cantharides animalcula sunt. quorum sunt efficacissimæ quę in spicis frumēti adhuc florescentis inueniuntur, uirides, & quasi districtæ circa papillas suas, uiolaceo colore, oblongę, & uastæ. interiores enim sunt & minores & latiores quæ circa rosas colliguntur. Et adhuc infirmiores quoq; ut colore sunt. hæc enim animalia momento à uapore aceti suffocantur. et in uas nō picatū reponūtur, faciunt enim in aliquibus antidotis. & in aliqua caustica. Sed uenenosa esse dicuntur.

De chrysocolla.

Chrysocolla est quasi puluis uiridis ualde. cuius optimā dicimus de Armenia. est enim leuis, et sine ulla asperdine, & omniū uiridissima. Sequēs est Macedonica, postq; Cypria, ærugini similis. Verū omnis chrysocolla uires habet acriter stypticas. Vnde et collyrijs ad lachrymā facientib. miscet, et in cerotis posita carnes luxuriātes stringit.

A De calisiua.

Calisiua fit de lapide qui affectatim uritur. et est uiscidissima quę est recens & nō mundata. mittit autē in emplastris & in causticis. est enim & ipsa caustica, & uires habet acerrimas.

De coriandro.

Coriādrum notissimum est. huius ergo succus uiscide refrigerat & stringit. propter quod ad ignem sacrum proprie facit. Sed & ipsa folia trita & imposita. Item semē eius tritum & potatū cum oleo lumbricos occidit.

De cymino.

Cyminum uiribus præcipuis præditum uidetur Aethiopicum. sequēs afrum. uerum omne cyminum leuiter laxat, & calefacere potest. & sic in
B flationibus, & tortionibus prodest. & uiscide dolorem placat. & si bibatur, pallorem facit.

De chamæleonte.

Chamæleon herba est non una specie. Inuenitur autem nigra & albida. Verum albida, est quæ folia habet circa suam radicem in terra diffusa, uaria, densa, aspera, quasi spinosa, & in medio uelut surculum acutum stantem. florem purpureū, densum, & minutum, qui & albescit. semen quasi anethum. radicē albam & uastam molle, grauiter redolentem, gustu subdulcem. quę cum passione urinam mouet. & hydropicos siccat. & lumbricos occidit. Nigra deinde quæ est, folia habet tenuiora, & pauciora, & subrubicunda. thyrsulum oblongū, crassitudine digiti, & ipsum rufum. in quo
C summo cumulum & florem spinosum, hyacinthino colore. radicem uastā, & nigrā, uel uariā, spissam, subrufam, & submordentem, sicut asseritur, quę facit ad maligna ulcera, quę gręce cacoethe dicūtur. Itē maculas & lentigines cum alijs rebus commista tollit. Vtranq; tamen quibusdam locis circa folia sua dicunt uiscum emittere.

De cardamomo.

Cardamomum semen est quod nascitur in Arabia et in alijs locis. est optimum quod est flauū, plenum, graue, durum, & quasi lentum, & non rugosum, & totum conclusum, & si frangatur puluerosum, gustu subamarum, excalfaciens, odore graue. Vires habet acres & excalfactorias, relaxantes. unde tortiones & inflationes uētris sedat.
D & urinam & mēstrua prouocat. & partum expellit. & ad tussem ueterem facit.

De chamæmelo.

Chamæmelus herba est omnibus nota. cuius uirtus & efficacia est cum suauitate calefactoria. & cum omni dulcedine temperata. & sudorem prouocans.

De calamo aromatico.

Calamus aromaticus est qui in India crescit, & subrufus, & nodosus maxime. & quasi aranea habens. et qui frangitur in plura frusta sicca & minuta. & odore suaui. fructu & uirib. stypticis, & glutinosis. acris & excalfaciēs. Reprobamus autem qui aut exalbidus est, aut nigricans, & nodos raros & paucos habens.

De cha

De chamædrye.

Chamædrys herba eſt oblõga.cuius folia ſunt ſimillima quercus.ſed minora.guſtu amara.thyrſulum & florem ex parte rubicundum habens & puſillũ naſcitur in locis aſperis. Vires habet acres & relaxantes.propter quod ad tuſsim ueterem facit.& menſtrua & urinam prouocat. ſed & partũ expellit.& hydropicis prodeſt.

De caſia.

Caſia cũ plures habeat ſpecies, & aliquibus locis colligatur, optima eſt quæ in Arabia inuenit̃. eſt enim aſpectu grauiſsima, colore ruſo. tenuis. leuis.longa fiſtula maiori ad tactũ leuiſsima. hæc igit̃ ipſa certis eſt cum uirgulis,quæ ſibi creſcunt tenues & oblongæ.quarũ cortex tempore certo à uirgulis ſuis recedit,& quaſi tribulus adducitur, prout dracones ſquammis ſuis ſe exuere dicunt̃. Verum omnis caſia fiſtula uires habet acriter calfacientes & ſtringentes.unde ad omnia uitia thoracis facit.& in antidotis mittitur. aliquando pro ſe, aliquãdo pro cinnamo, duplicatis põderibus eius.

De chifien.

Chifien eſt quaſi ſuffimenti genus.quod ex his rebus conficit̃,calamo aromatico,cinere aſpalathi,myrrha,primo cypero,iuniperis ueteribus,& nuce elapidata.puluerizari quę poſſunt,tundunt̃, & cribrant̃,& ſiccũ reliquum in uino maceratur uno die.deinde aſpalathũ comburitur, & leuigatum aſpergitur.& tunc mel decoctum admiſcet̃. & ſic omnia in unum diligenter cõmouentur.& in uaſe fictili reponunt̃.hæc antiqui qui eis utebãtur.medici quoq; illud in aliquas compoſitiones mittunt.poteſt autem acriter & efficaciter relaxare.

De cinnamo.

Cinnamum ſunt quaſi ramuli et uirgulę quę ab una radice plures excreſcunt rectæ. & minutę.& nõ ab eo longe.& colore ſubruſæ.& extenſo cortice,non rugoſo.qui cortex ungue non facile abraditur.nodulos plures & interualla habent.et in medio leues.& ſi frangãtur,quaſi puluerem emittunt.odore omnia uincentes.ferè enim hæc maxima probatio cinnami eſt, quod eſt omnium rerũ odoratiſsimũ.guſtu uero & uiribus eſt acre et excalfactorium. & extenſos ſtringit & ſubmordet. propter quod in multas compoſitiones mittit̃.tamen in antidotis precioſum eſt ualde.

De cucumere erratico.

Cucumer erraticus naſcitur maxime in locis ſabuloſis.& eſt per omnia dulci cucumeri ſimilis. ſed piloſior,id eſt aſperior.et multo breuior.et minor.Radicem habet quidem uaſtam.quę leuigata,& pro fomento impoſita,ad dolorẽ uel duritíes neruorũ,& ad podagras facit.& ſiccata & raſa & cribrata,omnia mala de corpore tollit.

De conyza.

Conyza eſt omnib.nota.cuius folia prę acrimonia ſua uiperas & ſerpẽtes fugãt.& ad morſus earum faciũt.ſed et uuluę lõginqua uicia remediãt.

De colchico.

Colchicon uel ephemerum hanc ipſam herbã A aliqui bulbũ erraticum dicũt.effert autẽ florem album.deinde emittit quaſi bulbi fructum in thyrſulo rubrũ.radicem ſubruſam & nigricantẽ, intrinſecus albam & mollem, dulcem, lacte plenã, quæ dicitur uicem fungi ſtrãgulatoris facere. & ferro præciſos ſanare linita.

De clematide,uel uite alba.

Clematis.hanc aliqui uitem albam dicunt,flexibilem, ſubruſam,& quaſi circũflexam.folia habet acria et exulcerantia.fructum uuę ſimilẽ. phlegma deorſum deducit & purgat.

De cnico.

Cnicum thyrſos habet bene longos, ſpinoſos, capitella & folia habentes oblonga, aſpera, & uitioſa, et ipſa ſpinoſa.florem quaſi croceũ.ſemẽ ob B longũ,et quaſi anguloſum,rubrũ & albũ.quod totum uentrẽ purgat.& phlegma et choleram deponit.ſed moderate tunditur ſemen eius.et expreſſo ſucco eius, datoq; in ptiſana, aut in iure pulli, alumen, uel aniſum, uel amygdalas miſcẽt.et faciunt dyſentericis magnum adiutorium drach.vi.

De corallo.

Corallus eſt colore rubro, quaſi arbuſtum. Vires autẽ habet ſtypticas.unde ſanguinẽ excreantibus mire proficit.

De cuculo, id eſt uua lupina.

Cuculus græce cinenon dicitur, alij ſtrychnon uocant,& eſt herba facile nota.naſcitur in hortis. ramos habet plures et diffuſos.folia autem maiora et latiora.quę facit grana rotũda & uiridia pri- C mum,ſimilia quaſi granis uuę.deinde quãdo maturauerint nigra efficiunt̃.et dicit̃ uua lupina, uires igitur habet ſtringentes,et bene refrigerantes.

De cano.

Canum optimum habetur quod ualidiſsimum eſt.et eſt cœruleum.inuenitur enim in metallis in quibus conflatur, et quibuſdam littoribus maris. uires habet uerum acriter ſtringẽtes, & quodam modo cauſticas.

De cornu cerui.

Cornu ceruinũ uires habet ſtringẽtes. unde ad omne profluuium facit. ſed et limatur et radit̃, et in ouo in potũ datur, et lumbricos expellit.Item ſi ſuffumigatur, uiperas et ſerpentes fugat.

De coagulo.

D Coagulum omne ſtringere et glutinare poteſt. unde ad omne profluuium aptiſsimum et utiliſsimum habetur.

De dictamno.

Dictamnum herba eſt mollis, quę quaſi ramos emittit rotundos et oblongos, nodulos copioſos habentes.circa quos foliola excreſcũt ſimilia mẽtæ:ſed exalbidiora et anguſtiora.et in ſummis ramulis floſculum roſeum.et in ipſo ueluti ſemẽ nigrum et ſimilaſtrũ.odore penè artemiſiæ, ſed ſuauiore.et guſtu exlento.excalefacit cum amaritudine. Vires habet excalfacientes, et leuiter ſtringentes.et proprie tamen urinam et menſtrua prouocat.ſed et fœtum mortuũ expellit.et odore ſuo uiperam et ſerpentes occidit.

De di-

De diphrige. A

Diphriges est ueluti fæx quæ à cupro uero crescit. quod subinde calefacit. quod similiter ut calx uiua uritur. quodq; primum in sole siccatur. deinde coquit. potest igit uiscidissime stringere. & in modum niuis refrigerare. unde optimũ dicimus quod gustu ualidissime stypticum est, & similiter ut alumen exiccat.

De dryopteride.

Dryopteris, filix est quę in arbore crescit: quod Græci polypodium uocant. per omnia iridi terrestri & specie similis & efficacia.

De dauco.

Daucum optimum est creticum. hoc igit radiculam habet oblongam, crassitudine digiti. thyrsulum eadem longitudine. in quo summo flosculum exalbidũ. & in medio semen, quasi pilosum, magnitudine milij. Est & aliud cuius semen oblongum uidetur & cymino simile. Tertium uero quod cymulam habet quasi coriandri. Verum omne Daucum uires habet acres et excalfactorias. sic protinus ad gustum linguam remordet & excalfacit. Vrinam quoq; & menstrua prouocat. & partum deijcit. & ad tussem ueterem, et ad omnia uitia thoracis, quæcũq; fuerint, idonea facit.

De dorycnio.

Dorycnium & alicacabum aliqui dicunt. Folia habet colore similia oliuę. sed longiora, et aspera. florem habet album. & semen quasi orobi, & in folliculos. quod aliqui quasi amatoriũ describũt. Verum tota herba uenenosa est.

De cridrio.

Cridrium radicula est plerunq; pusilli digiti. colore humaceo, id est terreo maxime penitus. cuius eligimus quæ est sicca & spissa, non uermiculosa, gustu excalfaciẽs. uires habet acriter relaxantes. & maxime ad oculorum claritatem facit.

De euphorbio.

Euphorbiũ est lachryma arboris quæ in Mauritania nascitur, & ut aliqui uolũt, & in partibus Italiæ quæ Galliæ adiacẽt. Optimum est ergo euphorbium quod est recens, subalbidum, & guttulis suis assimile minuto thuri, gustu exlento, linguam uehementer mordens & excalfaciens. Potest autem purgando humores stringere. & calefacere aquaticos humores, prout sinapi Alexandrinum, quod est minus acutum & igneum. Hydropicis maxime datur et colicis omnibus qui frigidi sunt. Vẽtres autẽ cholericos turbat. & sitim grauem facit. quia nimis exiccat. cõmiscebis autem ei petroselinum, aut anisum, aut cyminum.

De ebeno.

Ebenum genus ligni quod in Æthiopia nascitur. cuius optimum est quod est nigrum & æqualiter leue, simile sua lenitudine† cornu. est enim aliud in India, quod aliqua in se abiecticia habet sub rufa. Verũ melius est ad usum medicinalẽ quod prius diximus. Vires autem habet ad gustum acres, & aliquatenus stypticas. unde scobes illius collyrijs miscentur. & ad uulnera polyæma.

alias cornu

De oliuæ lachryma seu ebea.

Ebeas drachi, oliuę lachryma est, & gummi assimilat. & similiter ab ipsa matrice oliuæ manat. & maxime in Æthiopia inuenitur. cuius est optimum quod est recens, mundum, pingue, rufum, gustu submordens. uires autem habet uehemẽter excalfactorias. & ad oculorum caliginem facit.

De elaterio.

Elateriũ succ⁹ est erratici cucumeris. quod hac ratione conficitur. Collectis quam pluribus cucumeribus prius q̃ ad maturitatem ueniant, hos ipsos omnes admordemus. & in colum mittimus, supposito alio uase quod succum excipiat illorum. & sic maxime illos supprimimus, ut non solum humorem exprimamus, sed etiam ipsius cu-
B cumeris quicquid est carnosum. Deinde si fieri potest siccamus in patella fictili, nimisq; probatum delimpidamus. Siquid aquosum est supernatat. & quod est admodum quasi fæculentum, in mortario leuigamus, & in pastillos redigimus. Aliqui etiam aquam miscẽt aut pluuialem aut marinam. & rursus delimpidant. Deinceps cætera similiter faciunt. Verum optimum est elaterium ciruzaicum. hoc enim est candidissimum & leuissimũ. & maximam habet amaritudinẽ. & gustu aliquatenus excalfacit. & saliuam euocat in modum ueratri. Quod autem est quasi pallidum, uel fuscũ, & asperum, & graue, peius est. Vires quoque habet similes elleboro, uel etiam uastiores. Totum enim corpus promouet. sic & uentrem & uiscera
C depurgat. & uomitum suscitat. & si plus modo sumatur, uenenum esse dicitur. Sed & adulteratur amylo, propter candorem & leuitatẽ. Item cinere polinæ. Item farina orobi, uel succo ipsius radicis. hæc tamẽ intelligit eo quod amaritudinis & candoris quod dixim⁹ aliquid amittit. & aliquid grauitudinis assumit. nec ad gustum sic excalfacit.

De erificio.

Erificium herba est quæ in summis mõtibus inuenitur. quæ folia habet similia apio. & thyrsulũ oblongum. in cuius summo flosculum quasi uiolaceum habet. & semen in medio. radicem quoque ad magnitudinem & ualetudinem in specie cepę oblongæ, & ueluti ad unum† extuatæ: habetq; radices alias quæ sic radiculas minutas è lateribus
D emittũt nigro cortice clausas. hæc ipsa uiribus est aconito similis & thapsiæ. proprio gustu omnes illas probare deuita.

alias eleuatæ

De helenio.

Helenion herba est omnibus nota: nam & in hortis nascitur: & est assimilis lapathio. folia habet asperiora & latiora. habet thyrsulum alium in cuius summo flos est aureus. aliqui sine thyrsulo describunt. radicem habet bene olentem, uastam, subrufam, amaram. huiusmodi igitur folia ex uino cocta & imposita renibus doxiosos emũdant. Item succus florum cum ruta tussientibus & ruptis prodest. urinam quoq; et menstrua prouocat. & partum expellit.

De eruca.

Eruca omnibus est nota. & habet uires excalfa-

ctorias, & diureticas. & coitum per ſuam uirtutē ad uenas portitat.

De edera.

Edera naſcitur in diuerſis arboribus, parietibus uel petris, & terra. eſt omnibus nota. huius trita folia dyſenterias remediant. Item trita & pro fomento etiam poſita, ad combuſta, & uulnera canceroſa faciunt.

De elelíſphaco.

Elelíſphacos herba exalbida, uaſta, & oblonga, uirgam habet uaſtam & quadratam. folia aliquatenus aſpera. odore nō inſuaui. fructus in ſummis ramis quaſi ormini ſyluani. naſcitur locis aſperis. poteſt autē acriter ſtringere. propter quod ad dyſentericos facit. & ſuccus foliorum eius denigrat & urinam prouocat.

De epithymo.

Epithymum eſt flos herbæ aſsimilis ſetæ. ſubuiride, & nauſeoſum. quod uentrem temperat. & uomitum facit. Nam uerus epithymi flos exalbidus eſt, & aſper. & plurimum in Pamphylia inuenitur. choleram nigram ſoluit tritum drach. vi. aut cum uino dulci, aut cum melicrato. miſcens & modicum ſalis & his dabis quibus præcordia ab inflatione uexantur. & hepaticis. & qui ſuſpirium patiuntur.

De ſerpyllo.

Serpyllum herba eſt quæ in hortis ſeritur. & in campis ſaudis & petroſis creſcit. Iacens ueluti repens ramulis & oblongis foliolis denſis, puſillis. odore ſuaui in modum ſampſuchi: floſculum habens in ſummo rubicundum. Inuenitur aliquando & ſtans. Poteſt igitur urinam & menſtrua prouocare. & in fomentationibus capitis phreniticorum & lethargicorum aliqui illo utuntur.

De erythrodano.

Erythrodanum ramulos habet tenues, & quaſi nodoſos. folia ex interuallo. & iuxta ſingula ueluti ſtellulas. fructum rotundum, uiride, deinde rubicundum, et ad maturitatem nigrum. radiculam tenuem, puſillam, rubicundam, diureticam. cuius uſus ad eadē proficit ad quæ alias diureticas herbas facere diximus. latos ramulos habet vi. uel vij. tenues & oblongos. folia quaſi ex ſe piloſa & ſtyptica. unde †prompte impoſita lachrymam oculorum ſtringit, & cocta deinde & manducata ad dyſentericos facit.

aliàs in fronte uel pro fomēto

De ebulo et ſabuco.

Ebulus & ſabucus uidentur quaſi magnitudinem, & folia, & florem, & grana ſimilia habere. et ferè eaſdem habere uires. proprie tamen ebuli radix hydropicos & inanit & purgat. ſed & ipſa folia cocta & manducata, uentris ſunt purgatiua.

De erice.

Erice adſimilis hiricæ, ſed multo breuior eſt, & acris ualde. propter quod & comula illius ſerpentes & uiperas fugat.

De ficu.

Ficus fructus eſt arboris eiuſdem uocabuli. quę nimium comeſtę ſtomachum comburunt, uentrē

A deponunt. feruores nutriunt. ſudorem prouocāt. ſitim prohibent. Siccæ uero, quæ caricæ uocantur, ſtomacho utiles ſunt. ſitim operantur. & uentrem ſtringunt. faucibus, arterijs, renibus, & ueſicæ utiliter proſunt. & eos qui ſpiritum tarde recipiunt iuuant. illos etiam qui de longa ægritudine colore pallidi uidentur meliorant. hydropicis proſunt. thoracis ſordiciem purgant. Decoctæ uero cum hyſſopo & careno, potui ieiuno datæ, tuſsibus antiquis proſunt. & pulmonū uitia mūdant. cum aqua uero mulſa decoctæ, arterijs & tonſillis tumētibus optimum gargariſmum eſt. Duricies, & parotidas, & feruores ſoluunt ſicut iris. et intra decoctæ imponantur. Crudæ quoq; ſimiliter, nitro & ſale permiſto, duricies & uulnerum rheu-

B matiſmum emendant. In aceto coquātur. & cum eodem ſucco permiſtæ coquantur, & imponant. Impetigini & maculis utiles ſunt.

De fœniculo.

Fœniculum eſt omnibus notum. de cuius radicibus contuſis in pila lignea, ut betæ ſuccus exprimitur. Idoneum eſt ad multa medicinalia. & maxime ad uitia oculorum. premitur ſimiliter & de ſemine, & de ramis illius adhuc uiridibus. Verū optimus eſt ſuccus qui de radicibus fit. leniter enim calefacit & remollit.

De folio.

Folium folia ſunt herbulæ quæ in India naſcitur locis humidiſsimis & paludibus. colliguntur autem hæc ipſa folia in aqua ſupernatantia. Verū

C eſt optimum quod piloſum & haſtile eſt. notiſsimum & integrum leue. exalbidum uiſcide. ſuauiter redolens in modum ſpicæ. & eundē odorē diu multumq; ſeruans. guſtu ſubamarū. poteſt autē uires habere ſimiles quas ſpicam habere diximus.

De fæcula.

Fæcula fæx eſt uini uel aceti. quæ coquitur & reponitur. cuius eſt efficaciſsima quę eſt recentiſsima. mittitur autem in cauſtica.

De filice.

Filix herba eſt ſine flore, ſine fructu. ramulos habens longos, uaſtos, patulos, diffuſos, & in ſpecie alarum et pinnarum adapertos. uaſta, extrinſecus nigra, penitus uiridis. naſcitur maxime in locis petroſis. Vires habet acres, et relaxantes, et aliquan

D tulum uentrē mollientes. et proprie tineas et lumbricos expellit ex mulſa aqua potata.

De phu.

Phu herbæ genus eſt quæ in Ponto naſcitur: quęq; habet folia ſimilia apij ſyluatici. thyrſum ruſum, mollem, cauum, leuem, ex interuallo nodos habentem. et flores maiores quàm narciſsi, cum aliquo pallore purpuraſcentes. radiculam ſubruſam, uaſtitudine puſilli digiti, ex qua aliæ exareſcunt minores in ſe implicatæ. et quę tota radix uires habet excalfactorias et diureticas.

De fimo.

Fimus omnis efficaciſsime tumorem lenit. et ueteres duricies remollit. Item podagricos in acceſsionibus mitigat. Caninus fimus albus, tritus, cum

cum melle impositus, & tumores & uulnera deli-cate mūdat. Asininus autem cum aceto tritus, uel succus eiusdem, dentium dolorem tollit.

De felle.

Fel omne uires habet acres & thermãticas. unde potest omnē sordem de corpore abluere & abstergere. Itē caligines & cicatrices oculorum eximit.

De glaucio.

Glauciū succus est herbæ eiusdem nominis, humilis, & folio sæ. quæ folia similia sunt papaueri. nascitur autem locis planis & humidis. hæc ipsa folia siccant, & calido cinere opprimūt, ut sic succum remittāt. Alij hanc herbam tantummodo in olla noua addunt. & sic ollam luto undiq; circumliniunt. & in furnum feruentem mittunt. & sic folijs maceratis succum eorum exprimunt. & siccatum in sole in pastillos redigunt. Alij ex aqua dulci coquunt, quousq; aqua croci colorem habeat. & tunc colant. & similiter siccant. Est autem optimum glaucium quod recentissimum, & tinctum croci colore, quasi similiter inficiens croco mundo. odore graui & defrustrato. gustu amaro. uires autem habet stypticas. unde resolutum in aqua et inunctum prius, impetus lippitudinis, & lachrymas stringit.

De galbano.

Galbanum est lachryma naturaliter manās ex arbuscula assimili ferulæ, quæ in Media nascitur, cuius lachrymam eligimus quæ est mūdissima & similis ammoniaco. non uda, nec dura, q; minime astulosa. Cuius uires hoc præstāt quod & ammoniacum.

De git.

Git herba est quæ in segetibus crescit. habēs semen nigrū, & minutum, & odore nō insuaui, pluribus notū. Hæc igitur relaxare & calefacere potest. Si potet, menstrua & urinā prouocat. & lumbricos expellit. imposita, tumores & duricies soluit.

De galla.

Galla est quasi nux parua, uel malū arboris assimilis quercus. quarū sunt aliquę pertusę, aliquę integræ, & intrinsecus asperæ. quæ ipsę sunt uisci diores. Verum omnis galla uehementer stringit. eligimus tamen quę sunt nigriores, integræ, grauiores, & quodammodo pleniores, quas Græci cicidas appellant.

De fœnogræco.

Fœnumgræcum est omnibus notum. Vires autem habet leniter relaxantes. unde ad omnē rigorem, & tumorem idonee facit.

De glycyrhiza.

Glycyrhiza herba est, quæ folia habet actu pinguia & gummosa circa uirgulas oblongas. & flosculum quasi hyacinthi. fructiculum magnitudine similem pilulis. plantæ radices quasi buxeo colore oblongas, & in omnem partē diffusas, in modum uiticularū, ad gustum dulces. ex quibus succus coquitur similis glaucio. Nam habent uires suauiter relaxātes, & cum dulcedine exhumectātes. nascitur autē locis glareosis & in campis. Vnde & sitim sedant. & renum & uesicę dolorem mitigant. prouocāt enim urinam & menstrua. & om

A nem tumorem tunsæ & impositæ placant.

De gentiana.

Gentiana herba est assimilis coctæ lactucæ: folia quædam in gyro habet incisa in specie serrę. et thyrsum oblongū, crassitudine digiti, cauum, mollem, ab imo rubicundum. semen in foliolis. radicem longam, similem aristolochię. sed nigriorem & lentiorem corticē. hæc igitur gustu est amarissima. & habet uires acres, & excalfactorias, & relaxātes. & acrimonia & amaritudine sua potest partum expellere. & omnem serpētem fugare. & aduersus uenenosa prodesse.

De gladiolo.

Gladiolum omnes nouerunt. huius igit radix potata ex uino, & ad uenerea percitat, & mēstrua B prouocat. Item trita, & in modum fomenti posita, surculos & spinas de corpore extrahit. etenim durities dissoluit & euaporat.

De terra samia.

Terra samia terra est naturalis, & genus cretæ. cuius optimam iudicamus quæ est leuissima, candidissima, mollis, & fragilis, & quæ solaria oblonga habet, & linguę applicata uehemēter adhęret. huiusmodi quoq; est quam florem asterem appellamus. facit autem terra samia ad ea quę instātius stringere uolumus. sic et cœliacis, et dysentericis, & ad omne profluuiū fortiter prodesse obseruat.

De gypso.

Gypsum lapidis genus est, simile uitro. cuius optimum est quod uenas habet latas, lucētesq;. & C hac ratione parat. In clibano missum, ut calx candidum fit. Vires habet quas et Terra samia. et amplius stypticas, et refrigerantes fortiter. unde illinitus fronti, sanguinis fluxum restringit. potatus uero, et dysentericis, et cœliacis omne profluuiū statuit.

De terra ampelitide.

Terra ampelitis, terra est et genus cretę. colore nigra. cuius optimam dicimus quę est nigerrima, splendida, leuis, et quæ ab humore cito resoluit, stringens ualde, et denigrans. propter quod capillos inficit. sed et in callibléphara mittitur.

De terra eretria.

Terra eretria gleba est rubicūda. cuius est optima quæ sine sabulo est et sine lapillis. Vires habet ualde stringentes, et efficacius quàm terra samia.

D De terra chia.

Terra chia gleba est alba et lata, non ualde candida. aufertur aliquando et in patellis rotūdis aut quadratis. et ipsa efficaciter stringens. sed et cutē purgat, & extenuat, et splendidam facit.

De terra selinusia.

Terra selinusia uires habet quas et terra chia. et est optima quæ est lucens, candidissima, splendens, et quæ ab humore cito remadet.

De terra melina.

Terra melina est colore spodij. et dura ualde. ad gustum sapore aluminis. et linguam exiccat. eligimus autem quę est melior, et recens, et quę ab humore cito resoluitur. nec in se quicquam lapidositatis habet. hāc autem probationem in omni

creta deſideramus. & hæc quoque prioribus illis ſimiliter proficit.

De terra cimolia.

Terra cimolia eſt aliqua cãdida, & ſpiſſa, & purpurea, uelut pinguis. & melior uidetur et ad tactũ frigida. ualde quoq; illinitur ad ignem ſacrum & combuſta. puſtulas enim fieri prohibet.

De erbo.

Erbum naſcitur in lenticula. quod & ſeritur. & aliud pallidũ, aliud ſubrufum. Vires habet acres, & diureticas ualde. et ſi comedatur extra rationẽ, caput grauat. uentrem ſoluit. per urinam ſanguinem educit. boues ſaginat ſi decoctum detur. Fit autẽ farina de illis quæ albiora ſunt, ita ut ſi aqua parum aſpergãtur, & in patellis aſſentur, corium dimittant, & ſic tundantur, & tenuiſsime cribellentur. uentrem utiliter laxant. urinam mouẽt. & colores malos emendant, ad menſuram trium cochleariorum cum melle uel uino data. uulnera quoq; ſimiliter cũ melle optime purgat & implet. lentigines uel maculas tollit. duritiem mamillarũ ſoluit. carbunculos etiam malignos ſanat. & contra canis & uiperę morſum utiliter imponitur. cũ aceto uero acceptum urinam mouet. tortionibus prodeſt. aqua uero ubi cocti fuerint pruritum prohibet, ſi totum corpus inde lauetur.

De herba ſauina.

Herba ſauina omnibus nota eſt inter uires acres & excalfactorias. propter quod & in uino potata partum expellit. & ſuper urinam ſanguinem inducit.

De haſeg.

Haſeg, id eſt minimum ſpecies habet duas. eſt enim unum lene, & plus uenuſtum, & ualde cœruleum. quod inueniri ſolet circa †primitiuam, & quaſi radiculas foliorũ calamorũ qui in †India naſcunt̃. eſt & aliud quod maxime in Italia fit quando purpura †tingit̃. nã quod eſt ſpumoſum, et quaſi ſupernatat, & lateribus uaſorum illorum adhæret, colligitur. & cum ipſa argyritide terra miſtum in ſimilitudine digitorum formatur. uel in pilulas ſiccatur. cuius eſt optimum quod uehemẽtiſsime cœruleo colore fulget æqualiter, & fragile. Poteſt igitur ſiccare et refrigerare. unde locis turgentibus & diſtenſis impoſitum cito emollit, & quaſi rugulas facit.

aliàs iuxta mineram
aliàs libya
aliàs ſulphur uritur

De huſtolige.

Huſtolex eſt quaſi collyrij genus ſubcœruleũ. quod confringitur aliquatenus. huius ipſius ſunt genera duo, eſt enim quod foditur & in terra inuenitur. eſt quod potius reparat̃ ratione tali. Mortarium eſt cupreum cum piſtillo, & ſic leuigatur alumen liquidum, et ſal, uel nitrum eiſdem ponderibus, ex aceto acerrimo. alij et aceti lutei uetuſtiſſimi duas partes commiſcent. & hæc leuigant ęſtibus maximis & in ſole calidiſsimo, uſq; quo ſpiſsitudinem aliquã accipiat, & colorẽ cœruleũ. deinde fingit̃ uelut collyriũ. Aliqui ex urina infantis maſculi hoc faciũt. & fit aurificibus idoneũ ualde ad aurũ glutinandũ. Vires aũt habet uiſcide ſtringentes ualde, & nimis cum magna exaſperatiõe.

A De iride.

Iris ad ſimilitudinem iridis quam in cœlo uidemus dicitur & hęc cognominata. quomodo enim illa plures & diſsimiles habet colores, ſic & hæc uarios & differentes emittit flores. Aliqui enim purpurei ſunt, aliqui uiolacei. Verum folia ſunt ſimilia gladioli. ſed maiora & latiora & pinguiora. ramulos quoq; ipſos. ſimiliter radiculas nodoſas & duras, ſuauiter olentes in modum uiolæ. quarũ optima eſt iris illyrica & macedonica. eſt enim ſpiſſiſsima, & breuis, & non fragilis, & ſubrufa, odore ſuauiſsima, & guſtu linguam uiſcide excalefacit, & dum tũditur ſternutare facit. ab iſtis Africana laudatur. quæ eſt colore candidior, & guſtu amara. Verum ſi tempore relinquant̃ & quaſi B ſeneſcant, fiunt quidẽ uermiculoſæ, ſed odore ſuauiores. Poſſunt igitur excalfacere leniter, & uulnera concaua replere.

De ibiſco.

Ibiſcus genus eſt herbæ ſimilis erraticæ malug, omnibus notum. cuius radix & tota quidem herba lenit. & efficaciter omnem duritiem & rigorẽ mollire & relaxare poteſt.

De iunipero.

Iuniperũ fructus arbuſculæ rubicundus & dulcis, omnibus notus. cuius uires ſunt excalefactoriæ, & diureticæ, & ad digeſtionem facientes.

De ichthyocolla.

Ichthyocolla eſt aliqua quæ cõficitur coctis ex aqua corticibus quorundam piſcium. eſt aliqua C quæ uentriculus uidetur eſſe piſcis. quæ in ponto naſcit̃. Verũ omnis ichthyocolla ſtringere poteſt. unde & cutem extendit, & ſplendidam facit.

De floribus labruſcæ.

Oenanthe flores ſunt uitis ſyluaticæ. qui ſolſticio colliguntur Idus viij. nam qui ante hunc diem * uel poſt eum flos colligitur, infirmus eſt. Vires autem habet œnanthe bene refrigerantes, & ſtomacho præſtantes.

De chamæpitye.

Chamæpitys ſpecies habet tres. eſt autẽ quę ramulos emittit oblongos & curuos in ſimilitudinẽ anchorę, & fructiculũ. tenuẽ comulã, flores tenues, & aureo colore. ſemen nigrũ, & odore plenũ. Eſt & alia, quę maſculus dicit̃, quæ folia habet te- D nuiora, & quaſi piloſa: thyrſulũ aſperũ, tenuẽ, molliculum, & ſubaureo colore. ſemen & ipſum pinũ redolẽs. Eſt & tertiũ, quod quaſi in terra ſerpit. folia habẽs ſimilia cardis. ſed quaſi pinguiora, uelut piloſa. floſculũ aurei coloris: et ipſa ſimiliter olens priorib. Verum omnes uires habent acres et diureticas.

De chamædaphne.

Chamædaphne folia habet quaſi laurus, ſed leuiora, tenuiora, et in extremo ſpinoſa. fructum in ipſis folijs rotũdum, et ſubrufum, et diureticum.

De chamælea.

Chamælea ramulos habet oblongos. folia fortiora ꝙ lapathij, in ſpeciem quaſi folijs oliuæ, denſa, et tenuiora, et ſpinoſa, et guſtu mordentia. tota herba uentrem purgat tepida attractione.

De le-

De lepide, id est squama.

Lepis colligitur quando massę cupreæ diu multumque in igne calefactę & in aceto luteo extinctæ super incudem atterũtur, ut lamulæ, & ueluti spumellæ decidant. has igitur colligimus, & Græco nomine lepidas appellamus. quæ & ipsa uiscide stringere potest. eligimus autem quæ sit uastissima, & colore subrufa.

De lycio.

Lycium succus est arbusculæ pusillę & spinosę. cuius grana, & folia, & radices in unum ex aqua dulci coquuntur. & diebus admodũ v. relinquuntur. & iterum coquunt̃ donec fęcis habeant crassitudinẽ. & sic in uascula defunditur. maxime ponticum tale est. aliqui diutius coquunt sic ut in glebam redigant. Verum est optimum lycium radicum. hæc enim gleba est extrinsecus nigricans, & intrinsecus subrufa, & assimilis aloe, gustum habens amarum, et stypticum. Vnde adulteratur amurca, & absinthij succo.

De lasere.

Laser lachryma est herbæ quæ silphium appellatur. quæ in multis locis in speciem & magnitudinem ferulæ crescit. folia circa se habens maiora quàm apij. semen simile. optimum est ergo laser quod cyrenaicum dicitur. hoc enim subrufum est, & perlucidum, & intus exalbidum. odore uiscidum. & ab humore cito resoluitur. & ad gustum confestim humorem prouocat. Vires autem habet acerrimas. unde cum magnis uexationibus excalfacit.

De libystico.

Libysticum semen est herbæ eiusdem uocabuli. acre, utile stomacho, & excalefactorium, & ad digestionem ualde utile. propter quod ad inflationis potum facit. & in antidotis quę colicis prosunt admiscetur.

De lauro.

Laurus omnibus nota arbor est. fructus illius est quem bacam lauri appellamus. quæ baca & tota arbor uires habet acriter calefacientes, euaporantes, & relaxantes. lixiuium eius in caustica mittitur, & est ad usum medicinæ efficacissimũ. quod est ex cinere quæ de quercu fit, non solũ hominib. prodest, sed & pecoribus. multis enim causis necessarium est in uulneribus. sed & interioribus partibus ut potio datur. habet enim propriã rationem. quibus uero causis detur demonstrabo. Pecora quibus pulmo tensione uexatur, & quibus uenenata aliqua res per cibum obrepserit, ex hac ratione liberantur. hac ratiõe multum & uulneribus præstat.

De lixiuia.

Lixiuia uires habet stypticas & acres. inurit enim & exuulnerando instaurat. humectantia uulnera exstaurãdo et exuulnerando siccat. ideo uix cohærentia uulnera, & fistulæ, & his similia quæ fuerint, lixiuia calida clysterizantur sæpe. facillime curam medicamenti sententia ad sanitatem perducit. difficilia ad sanandum uulnera callosa,

A longo tempore sordida, quæ nullam medicamentorum uirtutem pro longo tempore senserunt, utile est lixiuia quotidie lauari. ex cuius uirtute omnis limus & quæcunque pro uetustate stupida facta sunt auferũtur, si quotidie fiat, & post hoc deinde curari oportet sicut ipsa uulnera dictauerunt medicamentis aptis. uirtus enim lixiuiæ non sanat, sed ad sanandum uulnera disponit. hoc idem superius in interiorib. fieri partibus dixi. Ex quo cinere lixiuia facta, cui'ue necessaria sit, & qui cinis, & quomodo temperatus, impositus quid pręstet uide. etenim ex sarmentis cinis, ex cinere lixiuia fit. dicenda enim est res acris & styptica, cum tam solide curet, sed magis stringat. sed & ipse cinis in recentia uulnera in profundum positus sanB guinem statuit à cursu. Ideoque omnibus pecoribus castratis cinis impositus prodest, omnibusque abscisis. De sarmentis tamen oliuæ cinis acerrimus est. & ex nucleo solo acrior est. & ex hoc lixiuia, uulnerum cancerata aufert. etenim acriore lixiuia sordida uulnera lauanda sunt. caprifici cinis omnibus superioribus acrior est.

De lentisco.

Lentiscus arbuscula est similis myrto: corticem in cyma subrubrum habet. folijs pusillioribus. uirtutis est stypticę. huius folia, aut extremitatem amaram, uel radicis corticem in aqua uehementer decoques, quousque mellis habeat spissitudinem, & sic uteris. facit autem eis qui sanguinem reijciunt. ex posca frigida dato scrupula v. uel vi.
C & ad fluxum uentris, & ad dysentericos similiter oblatum. & ad ueretri uitia tritũ imponito. fit autem succus de folijs eius uel cymis contusis & expressis, similem in omnibus habẽs uirtutẽ. Aqua in qua folia eius fuerint decocta si fracturas frequenter fomentaueris, aiunt celerius solidari. facit & ad dentes se agitantes. si enim frequentius in ore teneatur, stringuntur. Fit quoque de semine eius oleum similibus causis necessarium. Capillis cadentibus inunctum prodest, eo quod calidam & stypticã habet uirtutẽ. Nascitur uero in Chio insula. utile sanguinem reijciẽtibus & tussibus antiquis in potatione sumpta. prodest hęmoptoicis cum aqua frigida seu posca. tussientibus in mulsa calida. est autem stomacho optimum, & ructuo
D sis, & fœtori oris prodest manducatũ. pilos etiam qui iam in oculis nascuntur contrarij acu uel graphio calefacto optime colligat. gingiuas tumẽtes impositum emendat & sanat.

De lenticula.

Lenticula herbæ semen est quod fertur locis sabulosis, lapillosis, & tostis. quæ si sæpius fuerit comesta non cocta, inducit caliginem turbando. excoriata uero & decocta in aceto, uentrem stringit. podagricis cum polline mista præstat medelam. cum melle autem, uulnera purgat & glutinat. in aceto posita cocta & imposita, durities & scrophas emollit. Oculorum doloribus uel tumoribus optimum adiutorium est. Si cum cydonio in aqua cœlesti fuerit decocta & oleo rosaceo ad

mista, ueretri uitia emẽdat. Et si melle adiecto ponatur in succo maligranati, sanat. & ad uesicas, & ad ignem sacrum, & perniones, simili modo decoctam imponito.

De lupinis.

Lupinus herbæ fructus est quæ seritur omnibus prouincijs. Virtus eorum est calida. nutriunt corpus. sunt indigestibiles. & uẽtrem temperant si cocti manducẽtur. Aqua uero ubi cocti fuerint cum ruta & pipere, modice potui data spleniticis prodest. scabiei maculis uel feruoribus apta, optima fomentatio est. cum aceto uero in modum cataplasmatis impositus scrophas, ustiones, & malignos humores accipit. Farina uero eorũ cum marubio pari pondere in umbilico imposita lumbricos expellit. radix eorum in aqua decocta & potu data urinam mouet.

De lipsianis.

Lipsiani comesti lupinis minores, sed uirtute similes. tamen optimi sunt qui maiores sunt. nam possunt acriter relaxare. & sua amaritudine non solum lumbricos occidere, sed & partum expellere.

De lapathio.

Lapathium herba est omnibus nota. & inuiscatiuum esse dicitur. huius igitur radix, & radicis cortex intus, ex aceto uel alumine liquido, omnem maculam à sudore factam infricata in balneo tollit.

De lilio.

Lilium omnes nouerũt. cuius uires possunt duricies neruorũ remollire. & ipsa folia cocta & imposita ad combusta proficere. sed & potata, aut ipsum semen menstrua prouocat. partum deijcit. & ad serpentis morsum facit.

De ladano.

Ladanum hac ratione colligitur, funiculi ligati circa ederam distrahuntur. & sic quicquid illis glutinosum in modum sordis adhæret, abraditur. & in glebulas expansas redigit̃. Aliquãdo etiam genibus & fœminibus caprarum quæ edera uescuntur adhærens, hoc ipsum ladanum inuenitur. & similiter abraditur hoc totum. Verum est optimum quod olet, & quod est subuiride, & pingue, & resinosum, sine ullo sabulo. maxime tamẽ in Cypro colligitur. quod enim à Cilicia uel Arabia affertur, infirmum est. Vires autem habet ladanum acres, & excalfactorias, & relaxãtes. propter quod in malagmata & in emplastra mittitur. & ad tussem ueterem facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De lonchitide.

Lonchitis folia habet rubicunda: florem nigrum, assimilem personis comœdorum, quorum orificia patent. semen album, oblongum in specie lancearum. radicem quasi dauci, similiter diureticam.

De lathyride.

Lathyris nascitur circa aquam & ipsa, à qua foliola habentur pusilla rotundula. flosculũ exalbi-

A dũ. tota herba est acris, diuretica, acuta. thyrsum habet oblongum, uastitudine digiti, cauum. & in summo quasi ramulos diffusos, folia longa. fructiculum in summis ramis triãgularem, & pene subrotundum, quasi capparis. in quo sunt tria granula rotunda, & interstrata tenui ueluti membranula. quorum septena uel † nouena uentrem uiscide purgant, aqua frigida superbibita. quę choleram rubram & phlegma deponunt. *alias octona*

De linozostide, uel mercuriali herba.

Linozostis folia habet quasi ocimum. thyrsulos binis nodulis & densis & pluribus cauos, fructum fœmina quę dicit̃, habet copiosum, & quasi racemosum. quæ deinde masculus, pusillum & rotundum, combinatum quasi testiculos, folijs ipsis B adhærentem. Verum utrunq; uentrem soluit. similiter & phlegma & humores calefaciendo deponit. & quasi olus decoctum manducatur. et succus idem & ius bibitur.

De lapide hæmatite.

Lapis hęmatites est naturalis qui ab Aegypto & India & Hispania affertur. durus est extrinsecus, & lenis & ueluti colore liuidus intus, deinde sanguineus. cuius maxime idoneum iudicamus qui tritus in cote ex aliquo humore in modũ sanguinis inficitur. Verum potest uiscide stringere, & tamen sine magna acrimonia.

De lapide schisto.

Lapis schistus colore fusco est aliqua in se ostendens subrufa, oblongus. & spinas habens di- C rectas prout alumen scissum. hunc quoq; optimũ iudicamus qui & ipse uiscide stringere potest.

De lapide asio.

Lapis asius in Alexandria tantummodo inuenitur. cuius est optimus ad usus medicinæ qui est colore candidus, fragilis, leuis in modum pumicis. & ueluti puluis in manibus insidẽs. effectu autem uiscide relaxare potest. aliquid enim salsuginis & nitrosi saporis ostendit. Vnde & corpora quæ in eo sepeliuntur, tempore cõsumit. quapropter Græci sarcophagon appellant.

De lapide pyrite.

Lapis pyrites est durissimus & grauissimus. colore æris. & si ferro percutiatur, scintillam & ignẽ mittit. uires habet acres, & ad similitudinem cad- D miæ, & proprie ad oculorum claritatem.

De lapide magnete.

Lapis magnes inuenitur circa littus Oceani, colore cœruleo, qui probatur. hic quoq; ferrum ad se trahit et tenet. Vires autem & purgatorias habet. propter quod hydropicis in potu datur & omnem humorem per uentrem eministrat.

De lapide gagate.

Lapis gagates colligitur in Lycia, circa ripam fluminis quod Gages appellatur. & est colore niger, & aridus, & quasi latus, leuis ualde. cuius est melior qui ad lucernam accenditur facile, & odorem aspalti habet. potest autem remissus ex aqua dentes qui agitantur restringere & stabilire.

De lapide

De lapide thracia.

Lapis thracias est niger quasi calculus. nascitur in Scythia amne quodam, qui Pontus dicitur. uires easdem habet, quas gagates & dicitur accendi ab aqua, & extingui ab oleo.

De lapide quadrato.

Lapis quadratus in Aegypto inuenitur. & est exalbidus. Vires habet uiscidas & stringẽtes. unde cõceptum uitiare dicitur. inuenitur & in Aethiopia.

De lapide phrygio.

Lapis phrygius in Phrygia inuenitur. cuius melior est qui est pallidior, & aliquatenus grauis. hic eo ꝙ nimium stringit, & exulcerare solet.

De lapide galactite.

Lapis galactites est quasi cinereus. & dulcis ad gustum. & humorem facit quasi lacteum. leniter stringens. propter quod ad lachrymam oculorum facit.

De lapide melitite.

Lapis melitites per omnia priori similis. Sed hic spernitur, ꝙ dulciorem humorem emittit.

De lapide morochtho.

Lapis morochthus in Aegypto inuenitur. & est pallidior. uires habet & ipse efficaciter stringentes.

De lapide phlogino.

Lapis phloginus & ipse in Aegypto inuenitur. aureo uel flammeo colore, illinitus senium facere dicitur.

De lapide crystallo.

Lapis crystallus est limpidus, & perlucidus colore. uires habet stringentes. & lac prouocare dicitur.

De lapide thyite.

Lapis thyites, quem uidimus, in Aethiopia colligitur, colore subuiridis, & ab humore remissus. habet uires acriter mordentes. propter quod caliginem & cicatrices oculorum extenuat.

De lapide batrachide.

Lapis batrachides ab Aegypto affertur. colore ranæ rubrę. Vires habet lenientes & relaxantes.

De lapide smiride.

Lapis smiris potest uiscide stringere, & pene nimie. propter quod in Caustica mittitur.

De lapide misye.

Lapis misy prout chalcis & ipse in Cypro insula inuenitur & in eisdem metallis. similiter & glebula est. & aurora fulgens, ac fragilis. Cuius fragmenta sunt super minuta, & in modum sabuli. optimũ autem misy dicimus quod in aginem colorem maxime splendet, & dum leuigatur mollis sentitur, & ęqualiter fulget. qui est idoneus nõ est pallidus. & æqualẽ tractamus, & aqua tantũ cito denigratur. Verũ effectu uidetur exuperare chalcitin.

De melle.

Mel succus est roris cœlestis qui ab apibus colligitur. cuius sunt genera duo. unum quod in cupiliones ab apibus quæ sunt oblongæ colligitur. aliud est quod sub terra inuenitur, & atticum appellatur, quod uariolæ et lanuginosæ & fortiores apes reponunt. & habetur melius ad claritatẽ faciei & oculorum. utriusq; uirtus est calida. Solum enim mel quasi compositionem in se habet: quia ex multarum flore uel succo herbarum colligitur. propter quod omnibus ualetudinib. pro occursu citato prodesse potest. ideo omnibus antidotis commiscetur. uulnerum sorditiem adhibitus comedit adiũcto sale. illinitur extrinsecus faucibus exiccatis. deducendo humores aperit. mel solum fastidium tollit. orexin facit. nauseam prohibet. unde pulmoni & interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atq; ea relaxat.

De myrrha.

Myrrha lachryma est arboris eiusdem nominis, maxime in Arabia inuenitur. quæ aliquo loco incisa, hanc ipsam lachrymam emittit: est ergo optima myrrha quæ est mundissima, & tacta quidem aspera, & arida, & fragilis, & leuis, & glebulis pusillis, extrinsecus uno colore. intrinsecus deinde subrufa, & ueluti uenulas habens albicantes, odore suaui, gustu amara, & excalfaciens. hęc igitur in montibus inuenitur. Colligitur autẽ altera myrrha in planis, quæ & ipsa est melior & pinguior, quam exprimere in liquorem solent. quod est illius quasi liquidissimũ in uascula reponitur. & Græci myrrham stacten appellant. Verum est omnis myrrha styptica, & acris, & excalfactoria: huius itaque effectus uehementer cõmouere potest.

De mandragora.

Mandragora herba est pluribus nota. sic & aliqui herbam ipsam apollinarem appellant. huius ergo succus colligitur, folijs ipsius herbæ penitus & improbe excisis, ut quasi concauus locus earum relinquatur: aut ipsam radicem prout panacis, aut mala eius uel totam radicem in pila tundunt. & sic omnis illius succus organo exprimitur quod grece mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerantes, & hac ipsa ratione stringentes: sed & grauem marcorem facere potest. unde & somnifera creditur. compescit autem dolores & uigilias.

De molybdæna.

Molybdæna est quasi stercus auri et argẽti. est & alia quę foditur in Corintho. Verũ optima est quæ est colore quẽ diximus, nõ lapidosa, fragilis, splẽdida. Vires quoq; habet assimiles spumæ argenti.

De malo granato.

Malum granatum quod græce rhoea dicitur, fructus est arboris eiusdem uocabuli. qui recens & maturus manducatur sine suo cortice, qui malicoriũ uel sidia dicitur. & cum aliqua dulcedine sui uentrem stringit. & stomachum erigit. magis tamẽ stringit quod est subacidũ. Cuius ipsius flos cytinus dicitur. Vehemẽtissime stypticus est & efficacissime stringit. Vnde dysentericos sanat. et uulnera recentia glutinat. Eadem & cortex illius præstat, quem malicorium diximus nominari.

De medulla.

Medulla, omnis quidem medulla leniter mollire et relaxare durities & tumores potest. Verũtamen efficacissima uidetur ceruina. sequenter uitulina. Inde caprina numeratur.

De menta.

Menta herba est quam omnes nouerũt. quę est

apta stomacho ualde. Valde sanguinis abundantiam stringit. & capitis dolorem sedat. Item singultus, & nimios uomitus reprimit. & cōceptum uetare dicitur.

De masticthe.

Masticthe genus est resinæ, quę in modū gūmi ab arbore manat, quę schinus dicitur: & in Chio insula nascitur, locis asperis & petrosis: est ergo masticthe aliqua albida: uerū optima est quæ candidissima & perlucida: & quæ dum maturatur, aliquatenus mollescit. Vires aūt habet euaporātes, & cū suaui euaporatione laxantes. Adulterat̄ resina à cypresso, & à pino: sed ista odore sui deprehenduntur.

De marubio.

Marubiū herba est, quę ramulos emittit oblongos uel minutos tres aut quatuor, circa quos folia mollia, & exalbida, quasi rotunda, flosculū rufum & assimilem pulegio. nascitur in campis saudis & petrosis. & est optimum creticum. Vires autem habet acres, & efficaciter relaxantes. unde succus illius cum melle ad tussim facit. & in partibus neruosis optimum est.

De myrta.

Myrta genus est herbę lignosæ. duobus generibus est, & nigra & alba. utraq; est omnibus nota. Vires habet stypticas ualde. & nigra tamen illa stringit potentius. unde & sanguinem excreantibus remediū est, et dysentericis, & omne profluuium stringit. eius uero nigræ quæ in montuosis locis nascitur grana sicca uel uiridia commanducanda offeruntur his qui sanguinem reijciunt, & †uiscide tædia sustinent. stomacho est coueniens. urinam mouet: & scorpionum morsibus prodest si imponatur, aut potui detur, aut locus qui tactus fuerit ex eadem cataplasmetur. & uiridis myrta similiter operatur. coctura eius cum uino mista capillos tingit. & ex uino decocta & in modum cataplasmatis imposita, uulnera sanat. cum polline tritici immista tumores oculorum compescit. & ægylopis utiliter facit: grana etiam contusa et expressa faciunt, Et ideo parum decoqui expedit ne acescat. & uase piceo reseruatur: facit autē contra ebrietatem, et furfures capitis. & uulnera curat si frequenter inde lauentur. et capillis fluentibus prodest: fit etiam oleum de folijs eius contusis, & in oleo diu decoctis, quod in incuruationibus prodest. & articulis uel fracturis utiliter imponitur: sed et maculas perfricatum emendat. aures prurientes curat, sed tepefactum immittatur. ipsa folia trita cum aqua imposita uulnerum rheumatismum sanat, uel locis fluētibus prodest. fluxum uentris emendat, & ignem sacrum, uel tumores testium curat. sicca autem et cribrata, panaritijs, & locis urentibus prodest. commista autem folia eius tenuem cum ceroto ignem sacrum curāt. folia eius trita, pensus piperis medietate, acetum quantum sufficit masculis prosunt.

(margin: diās uesice)

De meu.

Meu radiculæ sunt herbæ assimilis †anisi, quæ radices inueniuntur in omnem partem exporrectæ, tenues, oblōgæ, suauiter olentes, & gustu linguam excalfacientes: nascitur maxime in Macedonia. uires habet ipsa radix relaxantes. unde potata omnem rigorem uesicæ & renum remollit. & inflationes dissipat. Item urinā & mēstrua prouocat.

(margin: diās anethi)

De malabathro.

Malabathrum qui putant esse folium spicæ, falluntur. licet autem sit similis odore, tamen certæ alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatans quibusdam paludibus in India in specie foliorū. & sic habetur leuis. lino trahitur & siccatur: est ergo optimum quod est recentissimum, odoratissimum, tenue, integrum, nigricans, gustu non salsum: sed potius picem referens. potest autem eadem præstare quæ spica. & easdem uires habet, quas & cætera aromata habere diximus.

De marubiastro.

Marubiastrū est subsimile marubio, & facile notū: cuius uires faciūt ad serpentū morsus. & ad suspiriosos. Item strumas, id est scrophulas uel hæmorrhoidas cæcas dissoluit. & menstrua prouocat.

De millefolio.

Millefolium thyrsum habet ex una radice mollem, et subrufum, & quasi manu lineatum. folia quasi fœniculi. quæ uulnera glutinant, & sine tumore custodiunt.

De myrice.

Myrice fructiculum affert mollem, fragilem, & ueluti florem. in Ægypto quidem, similem gallæ: huius igitur succus, & aqua in qua fuerit coctus, pediculos occidit, et culices et pulices fugat.

De moro.

Morus arbor est spinosa, quę affert mora similia rubo, sed et fortiora, et albidiora. quæ & uentrē laxant, et digestionē faciūt. Succus eorū cum melle & careno, uel uino austero pari mēsura permistus, et ad spissitudinē mellis decoctus, synanche laborātes curat. In sole in uase æneo positus uehemētior erit: & ideo uulnera et attritiones curat, uel putredines. Sed, ut supradictū est, synanchen cū tumore uenientē emēdat. Si cū alumine scisso, uel galla, croco, et pauco myrrhæ cōmisceatur, nō solū his rebus prodest, sed et uitia oris abstergit. Cortex radicū eius in aqua decocta, in potione data, uentrē soluit, & lumbricos eijcit. folia eius quoq; trita et imposita, et igne combustū sanant.

De moris syluaticis.

Mora uero syluatica, ratione quæ de rubo colligit̄, stringunt fortiter. et synanchicos melius curant. Succus eorū, uel alicuius rubi succus cū melle æquali mēsura coquatur ad tertias, et sic gargarizetur frequētius. si enim bibatur, uentrem stringit apte.

De nepita.

Nepita est omnib. nota: cuius sunt species tres. est enim quæ folia similia ocimo habet, et est quę pulegio assimilatur. est quæ mentę habet speciē. Verū omnia folia gustu sunt acria, et excalfactoria ualde sunt: igit̄ coxiosis genere sinapismi prodest, & regium morbū emendat. et lūbricos, et tineas & partū expellit. et uermes in aurib. occidit.

De narcisso

De narcisso.

Narcissus thyrsum habet oblõgum. folia quasi porri, sed breuiora, & plena. florem albũ intercroceum: aliquando purpureum. fructum quasi quasdam membranas nigrũ, oblongum, radicẽ quasi bulbi, quę maculas in facie tollit: & suppurationem ponit, & intumescere non permittit.

De nascaphtho.

Nascaphthum affertur ab India. & est quasi cortex elamulæ, nõ odoratus, & uiscide excalefaciens. propter quod & in antidotis excalfactorijs mittitur.

De opio.

Opium succus est quodãmodo erratici papaueris, quod sic colligi solet. postmodũ cũ hoc ipsum papauer flores suos amittit, & ampullulæ succrescunt uirides & teneræ, harum ipsarum capitella homines scalpello acuto leniter abscindũt sic, ut intrinsecus non lædant, & deinceps in gyrum scarificant. & sic lacticulum quod promanat digito conterunt. & in conculis reponunt, & siccant. Meconium autem fit contritis in unũ folijs & ampullis uiridis papaueris. Verum succus organo pressus & siccatus in pastillos redigitur: & meconiũ appellatur. Erit ergo optimum quod est odore grauissimũ, & colore subrufum, & gustu amarissimũ, & quod humorẽ quo resoluitur ꝙ citissime candidũ facit, & accensum splendidam & aliquatenus durantem flammã emittit, & rursum extinctum pristinũ odorẽ reseruat. maxime hispanum tale inuenitur. adulteratur autem & lentis et lupinorũ farina: sed & gũmi nigro, & lactucę erraticę succo. Itẽ glaucio, sed & adulteratũ quod est sic intelligimus, eo ꝙ nõ omnia coeant quę synceritatẽ illius comprobare diximus. potest aũt syncere opium lachrymã stringere collyrijs admistũ. habet & circumlinitũ refrigerare, et auricularum dolorem, & totũ corporis languorẽ mitigare, illa uidelicet ratione, qua etiam somnum facere dicimus.

De omphace.

Omphax succus est de radice moræ syluaticę, & immaturæ uuæ, qui expressus siccatur in sole, & in pastillis latis usqꝫ quo fieri potest formatur, & sic reponitur. optimum est illud quod est colore rubido, & fragile pistillo, & gustu styptico ualde, & linguam submordens. unde potenter stringit. & omne profluuium confestim tenet.

De opopanace.

Opopanax succus est herbæ quæ panax dicit̃, simillimæ per omnia ferulæ. quæ nascitur in Capadocia, Africa, & Macedonia, locis asperis & lapidosis: colligitur ergo hic ipse succus hac ratione, Medijs æstatibus terra quæ est circa radicem & herbã foditur & cauatur: deinde folijs ipsius sternitur, & sic ipsa radix et ferula in oblongum & in gyrum inciditur. postqꝫ humor lacteus emanat, & in folia supposita defluit, & siccatur. quasi exalbidæ myrtæ colorem accipit: ergo optimum est opopanax quod ab Africa affert̃. hic est extrinsecus ueluti crocatus, intrinsecus lacteus, mundus, odore graui equidem uiscide. potest igitur

A opopanax & laxare, & calefacere, & mollire stricturas & durities. fugare uiperas & omnem serpentum accessum.

De opobalsamo.

Opobalsamum lachryma est arboris quã balsamum appellamus, similis malo granato, ramosæ, ramis tenuibus & exalbidis, qui xylobalsamũ dicuntur. quæ folia habet similia erucæ: hæc ipsa arbor in Iudæa tantũmodo crescit: & fructũ affert aliquatenus oblongũ, circa mediũ uastiorem, & quasi uentrosum, ad capitula utraqꝫ subito deductum, rubicundũ ualde, grauem, & plenum, & si frangatur mollem, & si masticetur, similiter ut piper mordentem, & suauiter redolentem, quẽ carpobalsamum dicimus. huius ergo arboris lachry-

B ma colligitur uere usqꝫ ad autumnum. Inciditur autem ipse truncus in aliquot locis, et ipsi ramuli. et sic uascula supponuntur quæ lachrymam fluentem excipiant. Quod ipsum aliquot coloribus uidetur. Verum est optimum, quod recens, & syncerum, et exalbidum est, et austerum, & odore graui, & acuto, & non acri, & quod aliqua lenitudine linguam submordet. Sequẽs est quod est colore subrufo. & quasi glutinum se distillat à digito. leue etiam, aspectuqꝫ gratum. Tertium autem, quod est tenue ualde, & perlucidum. Omne autem opobalsamum quod uetustatem accipit, fit subrubrum & terrestre & siccum. Verum optimum est syncere, quod quando aquæ mundæ instillatur, non protinus diffunditur, sed magis

C subsidet, postmodum totam aquam exalbidã facit. lacti autem admistum, in caseum illud adstringit ut coagulum. Item uestimento albo aut mundo instillatũ, maculam non facit. Quod enim syncerum est, in summa aqua diffunditur & supernatat, & prout oleum quasi pilulas ostendit: nam uires habet aliquatenus acriores. quæ uiscide excalfacere & relaxare efficaciter possunt.

De oleo.

Oleum uetus optimũ, est quod cum bona pinguedine perlucet. odore & gustu simile uetusto pinguamini. Vires aũt habet excalfactorias, quæ penitus relaxant. Sed & ad caliginẽ oculorum facit, si fuerit de plurib. annis. & ad diuturna & indurata uitia neruorũ. in cibis uero admistum om-

D nibus cõuenit. & leniciem stomacho et uẽtri reddit. & si qua strictura aut uulneratio intrinsecus facta est, leniendo relaxat. Accepta rosa refrigerãs inuenitur. Nardo decoctum, metasyncreticã uirtutem habere incipit. Chamæmelo uero, itidem metasyncreticũ esse uidetur. Cum baca lauri decoctum, plus quàm oportet thermanticũ esse certum est. Semini lentisci mistum, sicut rosaceum per longum tempus stypticam uirtutẽ affert. Mastiche admistum, colleticum esse uidetur. Anethum illic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Mala cydonia illic per tẽpora madefacta, paregoricum uel stypticũ aliquantum inueniri faciunt. Cucumeris agrestis radice admista & decocta, catharticam, & thermãticam habet

habet uirtutem. & quidem proprie attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus ualetudinibus prodest. A

De ouo.

Ouum partus gallinæ est, quod omnes nouerunt. effectum habet duplicem. Si semicoctum bibatur, uirtutem stomacho præbet, & non permittit corpus debilitari, eo quod naturæ fit animātis. lenit enim omnia, quia leuē uicem habet. Crudū autem potatum, raucos emēdat. lachryma quoq; tepida in oculis dolentib. inuncta salutē restituet. Vitellus uero eius extrinsecus in aliqua parte corporis illinitus, paregoricus, uel stypticus inueniť. Coctum uero in aceto ut sit perdurum, dysentericis prodest. uirtute autem sua cibi et potus uicem præstat. Si crudum bibatur, sitim prohibet.

De ocimo.

Ocimū herba est omnib. nota. uires habet acriter excalfacientes, & relaxantes, & urinam prouocantes.

De origano.

Origanum & ipsum omnibus notum est. & habet uires acres, & excalfactorias, & relaxātes, & euaporātes. unde & suspiriosis, & tussientib. prodest. & serpentes fugat. item biles detrahit. uentrem detrahit. sed urinam & menstrua prouocat.

De orobo.

Orobum omnes nouerunt. huius igitur farina cum melle uulnera purgat. & maculas tollit. & alienationes tenet. ipsum autem orobum manducatum, caput replet & uētrem. & sanguinem per urinam prouocat. & est optimū atticum. Est enim colore uiolaceo. effectu uiscide sistens. et in modū cani. C

De ponitio.

Ponitium hac ratione cōficitur. chalcitidis partes duæ, & cani una, in mortario leuigantur æstu calidissimo, infuso subinde feruente & acerrimo aceto. & hoc fieri habet donec res rubro colore apparent. habet igitur ponitium uires quas chalcitis equidem uastiores.

De pipere.

Piper fructus est arboris quę in India nascitur. quod quādo primum crescit, oblongum & rotundum apparet, & lōgo piperi assimilatur. quod ex minutis & quāpluribus granulis ueluti constipatis constat. & quæ tempore ipso accrescūt & dissipantur. maturata enim & nigra facta, nigrū piper dicuntur. eligimus enim longū piper, quod quando frangitur, strictissime granula sua coniūcta habet, & circa suā ueluti medullā cohęrētia. quodq; gustum uiscide mordet & calefacit. album deinde, quod sine ruga fit candidissimū, graue, & non minutū, & ad gustū simile lōgo. Item nigrū, quod pręter colorē in reliquis fit simile albo. potest autem omne piper syncere stringere, et excalfacere, & totum corpus uehemēter cōmouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi & gummi formatis in specie piperis longi. & album deinde leuigatur cum spuma argenti. & excudiť in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigratis, sed & leue, & cauum, & farinosum piper est, & lapillulis admistum. D

De pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodij. simul autem utraq; colliguntur circa metalla ubi æs, & cuprū, & argentū conflatur. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inuenitur. spodium circa parietes. & adulterať stellis siccis tenuibus combustis. item cannis quibuslibet. sed fiunt suscidiora & nō æqualiter leuia. est enim optima pompholyx, quæ est leuissima, & candidissima, & ad tactum nullam habens asperitatem. easdem enim & spodiū uires habet, stypticas, & quę siccare possunt.

De purpurisso.

Purpurissum quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ & pusillæ in modum tessellarum. quę ab infectoribus tinguntur colore roseo. tale est maxime canusinum. sequēs puteolanum. uires habet aliquantulum stypticas. B

De pyrethro.

Pyrethrum radix est oblonga. colore fusciori: intus exalbida crassitudine digiti pusilli. gustu excalfaciens uehementer. & saliuam copiosam prouocans. cuius optima est quæ est recens. potest autem efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De pumice.

Pumex lapidis est genus qui in littoribus maris inuenitur, quiq; assidue à fluctibus illisus fit leuissimus & exalbidus. & undiq; concauus in similitudinem spongiæ. facit ergo pumex ad dentifricia. & scriptores pennas uel calamos sibi in eisdē temperantes bene scribūt. & mittitur hæc ipsa pumex in malagmata. abradit autem, & sua asperitudine leuigat.

De pulegio.

Pulegium herba est omnibus nota. quę cum aliqua acrimonia excalfacit. & est diureticū ualde. sed et mēstrua prouocat. & partū expellit. & olim tussientibus prodest. & odor eius nauseam prohibet.

De propoli.

Propolis circa fauos & circa aluearia apum inuenitur. & est quasi genus ceræ. cuius eligimus quæ est colore subrubra. odore melleo, est autem quasi mum. Vires habet similes ceræ, sed efficaciores.

De psyllio.

Psyllium semen est herbæ nigrum & minutū, pulicis magnitudine, unde etiam cognominatū uidetur. herba tota assimilis fœno. longa & angusta. & calamum minutum & oblongum habet. à quo medio incipit quasi spicula oblōga, in qua ipsum semen inueniť. quod efficaciter refrigerare et stringere potest. unde oculis lachrymantibus cito prodest. Item dysentericos & podagricos remediat. & capitis dolorē ex aqua leuigatū & in fronte linitū confestim sedat. & hæc ipsa herba pulicaris dicitur.

De plantagine.

Plantago similiter herba est. & huius succus & folia efficaciter refrigerant & stringunt. quapropter succus illius sanguinem excreātibus utiliter datur. Item folia contrita cum pane imposita, quę stringere & siccare uolumus, utiliter faciunt.

De polio.

Poliū herbula est oblōga, exalbida folia habēs. & in

A & in ſummo quaſi caniciem, & comulam, ſemine plenam, odore graui & non ſuaui. poteſt ergo omnem uiperam fugare. poteſt & res uenenoſas extinguere: laxat quidem ſtomachum, & caput purgat, ſed & urinam, & uentrem mouet.

De pelecino uel cepa canina.

Pelecinus herba eſt quæ in itinerib. naſcitur, plures & tenues ramulos habet, folia puſilla, & granula in folliculis terna uel quaterna, ſubrufa, & amara ualde: quæ poſſunt cum aliqua acrimonia uiſcide ſtringere, propter quod & in antidota mittitur, & menſtrua prouocat.

De panace.

Panax radix eſt herbæ de qua opopanax conficitur: quæ & ipſa etiam, & ſi infirmius, eadē præſtat quæ opopanax.

De peucedano.

Peucedanum herba eſt thyrſum & ramos habens ſimiles ut fœniculum. radicem uaſtam & nigram, odore grauem, ſucci plenam, & circa illam comulam denſam. florē aureo colore: hæc igitur radix aliquādo propter ſuccū ſuū exprimitur. & ſuccus eius melior eſt ſi ſit colore ſubrufus, & ad guſtum excalfacit. aliquando ſiccatur & reponitur. facit autem ad uulnera antiquata, & expurgat uiſcide. propter quod in aliquib. emplaſtris & malagmatibus mittitur. & radix eius inceſa ſerpētes & uiperas fugat.

De paſtinaca.

Paſtinaca omnibus nota eſt, nam ſumitur in cibo, & in reliquis uirtutibus. Vires habet acres, & excalfactorias, et diureticas.

De petroſelino.

Petroſelinum naſcitur circa petras, & eſt optimum Macedonicū. eſt enim odoratu ſubdulce. diureticum ualde, & excalfactorium. unde & ſtomachi et colli inflationes & tenſiones remediat.

De periſtereone uel uerbena.

Periſtereon herba eſt columbaria. folia habet modica quaſi inciſa. radicem mollem. thyrſulum ſtypticum. tota herba uulnera glutinat. & alienationes ſtringit. & ad omnia uenena potui data optime facit. Similiter ad tertianas & quartanas diſpoſita eſt. huius ſuccus in collyrijs mittitur: hæc enim & columbina, & uerbena dicitur.

De polypodio.

Polypodium herba eſt ſimilis filici, quæ in petris, & circa radices arborum uetuſtarum, & in querceis arboribus creſcit. hæc melior habetur. Cuius radix piloſa & hirſuta uidetur, guſtu ſtyptica cū aliqua dulcedine. In folijs uero habet binos ordines quaſi punctorum aureorū. Vires habet uentrem ſoluentes, & bilem diſtrahentes.

De colocynthide.

Colocynthis ſimilis eſt cucurbitæ rotundę, uel malogranato. huius uero medulla, id eſt quod intus habet, carnoſum. et ſemen uiſcide uentrē purgare poteſt, & in plura cathartica mittitur.

De ruta.

Ruta herba eſt omnib. nota, utilis ualde: hęc enim ſtomachū erigit. & tuſſientib. prodeſt. & colli dolorem ſedat. Item urinam & menſtrua prouocat. partum quoque ſi plus ſumatur expellit.

De reſina.

Reſina eſt quaſi lachryma herbæ. & locis quā pluribus colligitur. Verū ſicca quæ eſt, inuenitur circa nuclipinum & pityn: alia liquida circa terebinthū, & peucē, et cypreſſum, & quā lentiſcū aliqui maſtichinā eſſe dicūt. in Chio inſula colligit. aliæ prout diximus pluribus locis inueniunt. cōmuniter uero omnis reſina laudatur ſi ſit munda, perlucida, et ſi odorē ſuum priſtinū ſeruet. Specialiter tamen liquidarū optima eſt terebinthina. habet enim & candorē, et mundiciē, et perlucet, & uitro aſſimilis eſſe† debet. poſt maſtichina recipit, *alias dicitur* colore nō diſſimili ponticæ cerę. item ſiccarū rece-

B ptiſſima eſt pityina: poſtquā numeratur peucena & nuclipinea: quā grece ſtrobilinā dicimus. Verum omnis reſina efficaciter relaxare et remollire poteſt. & in uſu aliquādo crudæ accipiuntur, aliquando friguntur.

De roremarino.

Roſmarinus herba eſt fructiculus et ſemē dicta cachrys adſimilis ſpōdylo. quę herba radicē & folia habet quaſi fœniculū, ſed aſperiora, & exalbidiora, et craſſiora, & ueluti thyrſum oblongū, & ramoſum: huius igitur ſemē, quod eſt breuius & uaſtius, cachrys dicitur. quod inde tenerius et oblongū, roſmarinus. Verūtamen efficaciter ſtringere et relaxare poteſt. unde & urinam mouet, & antidotis cōtra maligna admiſcetur. & quidē cachry acrius & uiſcidius.

De rubo.

C Rubum omnes nouerunt: huius igitur & folia et flos & mora leuiter ſtringūt. unde ad uuulā & fauces euidenter faciunt. quamuis omne profluuium idoneæ ſtringant.

De rhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicitur. aliqualiter uaſta, et nigricans. fragilis leuiſſime. odore & guſtu amara, & leniter ſtringens. et ſi fricetur, & maſticetur, fit ueluti glutinoſa, et croceato colore. unde optimū rhu eſt ponticū. Vires autem habet efficaciter ſtringentes. propter quod cum uino leuigatum, & quaſi fomentum impoſitū, inflationem ſiccat, & uulnera glutinat, et ſanguinis abundantiam reprimit, mittitur et in antidotis.

De roſa.

D Roſam omnes nouerunt. quæ & ipſa ſuauiter ſtringit & refrigerat.

De rapa & napo

Rapa omnibus nota eſt. huius radix comeſta inflationes facit et multū carnis: ſed inutilem nutrit humorē. aqua uero in qua fuerit cocta, podagricis, & ad prægnationem optimum fomentum eſt: ſed & ipſa contrita et impoſita idem operatur. ſi excauetur, & accipiat oleum roſaceum, et ceræ modicum, et ſic in cinere calido coquatur ita ut cerotū faciat, uulneroſos promouet et curat. Eſt etiam rapæ ſimilis napus. qui ſimiliter inflat, ſed ſemen huius napi contra uenena potui cum uino optimo datur, uel ex mulſa contritum.

De raphano.

Raphanus omnib. nota eſt, quæ radix appellat

radicem

A radicem habet ſimilem rapæ,ſed longiorem.quæ comeſta ieiuno prout antidotum,magnum eſt ad iutorium ſanitatis,& tutamẽtum corporis. ſed inflationem operatur,ructus fœtidos facit.& urinã mouet.uentrẽ relaxat.decocta autẽ in cibo ſumpta phthiſicis prodeſt. & thoracem à phlegmate laborantem emendat.cortex uero eius cum aceto & melle acceptus,uomitus mouet.hydropicis & ſpleniticis prodeſt.ſi in modum cataplaſmatis imponatur cum melle commiſta,etiam prodeſt. putredines curat.& liuores tollit.& contra uiperarũ morſus prodeſt. Alopecias capitis iuuat.fungos malos,aut in potu aut in cibo ſumpta, compeſcit. Semen uero eius cum aceto datum,ſplenem minuit.Si in aceto & melle radix ipſa coquať & ſic gargarizetur,ſynanchẽ curat.Folia eius tunſa & impoſita,omnibus articulis dolentibus proſunt.

De ſarcocolla.

Sarcocolla eſt,prout aliqui aiunt,lachryma arboris quæ in Perſide naſcitur. Alij quidem fieri dicunt ex ſuffimentis æque ſimiliter reſinæ per parietes leuigando. Alij enim ſarcocollam, argemonem herbam uocant. quàm optimam iudicamus quæ eſt ſubalbida,fragilis,ſine odore,flore ſubruſo,folijs quaſi rotũdis,radice longa.quarum ſunt infirmiores quę ſubrubicant,& ad guſtum commiſta dulcedine aliquam habent amaritudinẽ & dentibus preſſæ adglutinantur.poteſt igitur ſtringere lachrymã,& quodammodo hilarem uiſum facere. Adulteratur autem gummi & reſina, ſed tactu facile deprehenditur.

De ſpica nardi.

Spica nardi ad ſimilitudinẽ cognominata eſt.ſimilis eſt enim ſpicæ frumẽti.& hæc plurimas habet uelut ariſtas.& quaſi ſetarũ uel capillorum faſciculus ad modũ patet.naſcitur enim in India ex una radicula ſine folijs.dicitur tamen & ſyriaca, non quia in Syria legitur,ſed quia mõtis illius in India in qua plurima inuenitur pars ad Syriã aſpectat. Verum optimam diximus quæ eſt odoratiſſima,& colore ſubrufa,recens,& ad tactum non grauis,nec uaſta,ſed magis denſa.hæc ergo uires habet ſuauiter ſtypticas,& leniter calfactorias.

De ſyrico.

Syricũ fit de ceruſa plurimum ſiccata & cribrata.coquitur autẽ in patella fictili ſuper carbones uſquequo ſandycis habeat colorẽ,quod ipſum ceruſæ uires repręſentat.eſt optimũ quod ignis habet colorem.

De ſaluicula.

Saluicula herbulæ genus eſt,quæ radiculas & folia ſub floribus ſimilibus uiolæ quàm plurima habet.quæ tota prodeſt.hæc refoſſa in modũ ſtabularum ſtringitur,naſcitur autẽ in alpibus ſummis,& in norica regione.quam ipſam optimã iudicamus quæ eſt odoratiſſima. cui tamen & hæc adeſſe oportet,ut recens,& ſine ſabulo ſit,& quę plurimas cum ramulis ſuis radices habeat.illæ autem ſunt uiſcidiſſimę.poteſtas igitur ſaluiculæ eſt quæ & ſpicæ,& ſi infirmior.

De ſale.

Salẽ omnes nouerũt:colligiť autẽ in quibuſdã littoribus & partibus maris,aut foditur,aut paratur, prout aliquibus locis in Gallia, maxime tamen in Italia uel in diuerſis prouincijs. Verũ eſt optimus ſal qui ex mare fit mundus & candidus, cuius uirtus ſapore ipſo probatur, potens comedere & purgare.multis quidem rebus miſceri pręcipitur,cuius ſalis uirtus eſt,quod omnibus cibis admiſtus cõuenit,& orexim facit, faſtidium auertit,nauſeã prohibet.Quod autem foditur, eſt uelut uena alba & perlucida.uenas habet prout ſchiſtos,quem & nos ſalem armeniacum diximus.

De ſucco.

Succi uirtus duplex eſt uel triplex.hic eadem, & ſi incertius,præſtare poteſt quæ & ouum diximus facere. Vicem enim cibi & potus præſtat.de B hordeo ptiſanas faciunt,quę frigidam & humidã habent uirtutẽ,& relaxare poſſunt.ſi oleum roſaceum admiſceas,febricitantes refrigerat & reparat.de hordeo immaturo ſuccus uetrem ſtringit, & infrigidat,& uires acquirit. & alicæ uel orizæ ſuccus ſimiliter operatur. ſiligo enim tritici uentrem ſtringit, & ardorem & corruptionem.

De ſtibio.

Stibium lapis eſt fulgens & ſplendens, nulli lapidi ſimilis. qui in metallis inuenitur, colore aſſimilis plumbo. cuius eſt optimum quod late refulget,fragiliſſimum,& quod eſt in ſe mundum, lapidoſum uel terrenum non continens. Vires autem habet ſtypticas.unde & refrigerare,& ſtringere,& lachrymas uelut oppilare poteſt.

C De ſandaracha.

Sandaracha affertur maxime à Ponto, & Capadocia,et Cilicia.et eſt à primo lapis igneo colore,qui in minuta cõminuitur.eſt ergo optima ſandaracha quam florem appellamus, quæ eſt roſeo colore, munda, uel nihil exterum admiſtum habens,effectu et ipſa fortiter ſtringens.

De ſagapeno.

Sagapenum eſt lachrymæ genus quod in aliquibus locis colligitur. cuius optimum dicimus quod eſt glebulis minutis durum,colore ſubſimillimum myrrhę,guſtu acri, et quaſi glutinoſum,odore ceparum, recens, mundum,et intus albidũ, et extrinſecus rubidum. Vires habet quæ cum acrimonia uiſcide laxare poſſunt. hoc ipſum gal- D bano aliqui adulterant,formatis ex eo guttulis eiuſdem magnitudinis.

De ſepo.

Sepum omnes mollire poteſt duricies. de quadrupedibus optimũ eſt leoninũ. melius eſt leopardinũ.nunc melius urſinum ꝙ taurinum,uel ceruinum.caprinũ uero ſpiſſius eſt et ſiccius. et magis hircinum,uel aſininum.De uolatilibus uero optimum eſt anſerinũ.melius pullinum. Item melius phaſianinum.et omnibus melius uulturinum.

De ſanguine.

Sanguis omnibus humidus eſt.foris in corpore illinitus, ſtypticus inueniť.et oculis prodeſſe cõprobatur.

De ſyricio.

Syriciũ herbulæ radix eſt nota ꝙ pluribus, ex albida

albida & spissula, quæ acrimonia sua & asperitate, urinã & calculum prouocat. sternutare copiose facit tunsa & cribrata & in naribus imposita.

De staphisagria.

Staphisagria semen est herbæ quę florescit similiter ut uites erraticæ. & fructum affert in folliculis uiridibus quasi ciceris triangularem, album, subrufum, gustu acerrimũ, & amarum. Verũ optima est quę est recens, nigra, plena: hæc ipsa cũ maximis uexationibus uiscidissime relaxat. pediculos quoq; ex oleo leuigata & corpori illinita occidit.

De sepia.

Sepia est marinum animalculũ, cuius testa & item os siccatum & repositum, leue, & candidum, & oblongum uidetur, et ad usum medicinę facit. admiscetur autem collyrijs. & solum in mortario leuigatum, dentifricium est optimum.

De sulfure.

Sulfur optimum est quod uiuum appellatur, & est splendidissimum, & perlucidũ, & ueluti perunctum. Vires habet uiscide relaxantes, & plurima uitia remedicantes.

De silphio.

Silphium radix est, cuius lachryma laser esse diximus, & est radix pluribus nota. Virose & acriter excalfacit. & uesicam lædit. Verum admiscetur antidotis & purgatorijs. & sale condita suauiter facit.

De seseli.

Seseli semen est herbæ quæ simulatur fœniculo & anetho, crescit & grauat, & grana affert uastiora et oblongiora quàm utrunq;. uerum et hoc est diureticum, et in plurima antidota mittit̃. proprie tamen ad colicum dolorem facit.

De scammonio.

Scammonium, quod et colophonium, uel diagridium dicitur, succus est herbę quæ à sua radice plures ramos intra se mittit, quę nascitur et in mysia, et in colophone, et similiter, ut creditur, mandragoræ, aut quasi panacis radix illius inciditur, et folijs suis suppositis lachryma quæ emanat excipitur. Verum optimum diximus scammonium quod est medium, leue, perlucidum, intus nõ spissum, sed magis prout spõgia fistulosum, et splendidum, et quod simul ac saliua tangit̃, humorem lacteũ et amarum ostẽdit. hoc igit̃ ipsum stomachũ quidem euertit, sed uentrẽ uiscide purgat. adulteratur autẽ tithymalli succo, sed ita deprehẽditur, quod tithymalli succus ad gustũ minime excalefacit quodammodo, sed urit, quod abest ab syncero colophonio.

De zingibere.

Zingiber herbulæ radix est pusilla, exalbida, leuis, et ueluti trunca. Inuenitur maxime in Troglodytis et Arabiæ partibus. et aliqui illam piperis radicem putant. hoc ergo optimũ est quod est recentissimũ, et sine fistula ulla, quod ἄτρηκον grece dicimus, odore suaui, gustu et sapore similis piperi. cuius uires plurimę sunt, sed proprie digestionem facit. et stomachũ cõfirmat et corroborat, et uentrem laxat.

De styrace.

Styrax est lachryma arboris quæ et ipsa styrax appellatur, similis tota cydoniæ. huius igitur arboris ramuli & uirgulę, ut uermiculi circa ipsas medullas nascuntur. à quibus inciduntur. & foramina ipsorum scobem quasi furfur emittunt, quę cum lachryma confiscatur. quod in modum resinæ pityinæ manat, maxime ęstibus medijs, & sole candidissimo. Verum optimũ dicimus styracem qui est subrufus, & qui multum resinæ specie permanet, odore suaui & quasi melleo, & subausterus, sine humore, & leuis dum fricat̃. Viribus autem potest leniter relaxare. calefacit enim, & lenit durities, & mollit. Sed adulteratur copiosa scobe ipsius arboris, uel etiam alterius, exinde tunsa, & cribrata, & cum melle decocta subacta, & rursus cera, & adipe reuoluta.

De symphyto.

Symphytũ, quod aliqui anagallicũ dicunt, herba est plurib. nota. cuius radix uidet̃ oblõga, cortice nigra, ad gustum subamara & glutinosa. propter quod ad restringendum sanguinem excreantibus datur. Viscide autem stringit & glutinat.

De spuma argenti, uel lithargyro.

Spuma argenti fit in metallis & purgamentis argenti quando conflatur. Item ex scoria quã Grẹci molybdęnam dicunt. aliqua ex plumbo, & ipsa cocta in speciem pusillorum tribulorum redigitur. Verũ optimam dicimus quę est colore assimilis auro, & usq; grauis. potest autem aliquatenus stringere, & refrigerare, & eadem præstat quæ & cerusam facere dicimus, ab aliquibus uero litharg yrium appellatur.

De sori.

Sori glebula est uiridis, quæ foramina habet quamplurima, dicitur & aliud eius genus inueniri colore argenteo. Verũ optimum iudicat̃ Aegyptium, id est quod ab Aegypto affertur. quod plurima habet foramina, et est fragile, et dum cõminuitur, infuscatur. gustu stypticum, et odore nauseosum sic, ut et uomitum quibusdam moueat. coquitur autem usquequo fit colore rufum. et habet uires stalde stypticas et acres. unde et alienationes continet. et uulnera quæ luxuriantur exiccat.

De stœchade.

Stœchas herbula est, quę ramulos emittit tenues et oblõgos, circa quos habet folia oblongiora, q̃ thymbra, sed non dissimilia. et semen minutum. tota herba est odore suaui, gustu acris et subamara. uires habet relaxantes. unde menstrua prouocat. et uitia thoracis sedat. et in antidotis miscetur. nascitur plurimum in insulis quæ stœchades dicuntur.

De sapone.

Sapo cõficitur ex seuo bubulo, uel caprino, aut †ueruecino, et lixiuio cum calce. quod optimum iudicamus germanicũ. est enim mundissimum, et ueluti pinguissimum. deinde gallicũ. Verum omnis sapo acriter relaxare potest, et omnem sordẽ de corpore abstergere uel de pannis. et exiccare similiter ut nitrum uel aphronitrũ. mittitur et in caustica. *alias hircino*

De sampsucho.

Sampsuchus herba est. folia et ramos habet plures et pusillos, circa terram diffusos, non dissimiles nepitæ. tota herba olens est suauiter. uiribus

acris & excalfactoria. & ad omnẽ duritiem uel rigorem ualde idonea.

De sinapi.

Sinapim omnes nouerũt, cuius efficacissimum est alexandrinum. habet enim uires acriter & uiscide distinguentes. propter quod uitia lõginqua eliminat, eo quòd loca sanguine manantia exiccat & extinguit. & corroborat simul stomachum, quod ipsum sinapi mosano uidimus contingere.

De sertula.

Sertula herba est humilis, odore suaui, exalbida. flosculũ habẽs subrufum. cuius melior habetẽ quæ est recẽs, & uastior, & nõ nimis exalbida. uires aũt habet leniter relaxantes. propter quod & oculorũ tumorẽ sedat. & partibus neruosis & delicatis ex aqua multa cocta in modũ fomenti trita & imposita facit.

De syro.

Syrum nascitur in Africa & in India, optimũ tamẽ habetur Arabicum & huius ipsius quod est recentissimũ. & plures et breues calamos habet. & si frangitur rubicundũ intus apparet, redolens suauiter si fricetur inter manus, & gustu linguam submordẽs. quod uires habet acriter relaxantes, proprie quidem uesicam petit, et urinã prouocat. mittitur & in antidota quæ aduersus uenena faciunt.

De scylla.

Scylla radix est herbæ pluribus nota. est enim colore & corticibus uasta, & cepæ uel †bulbo assimilis. Vires habet acerrimas & excalfacientes. unde & tussientibus & hydropicis utiliter datur. et si fricetur in corpore, magnã & intolerabilem pruriginem facit.

aliàs allio

De scordio uel allio agresti.

Scordium herbula est uirgulas mittẽs quadratas, rectas, & oblongas. & folia stringentia, ad gustum subamara. odore oleaginosa. flore rubicundo. Vires habet acres, & diureticas, et ad uiperas facientes.

De scinco.

Scincus animal paruulum est quod in India inuenitur, quadrupes, & simile lacerto, sed multo maius, et longius, et uẽtrosum: hoc igitur salitur, & uenerea facit drachma una carunculæ illius ex uini cyatho potata. Si enim plus sumat, affert periculum.

De sedo.

Sedum herba est, quam aliqui senecionem uocant. quæ & in petra nascitur, et super tecta. folia enim habet uiridia, densa, & quercui similia, sed crassiuscula, & pinguia. Thyrsulum emittit oblõgum & subrufum. capitella habet oblõga, in summo habens in modum † uerticilli. Vires habet stringentes & refrigerantes. propter quod similis est plantagini, & ad eadem proficit.

al. umbilici

De satureia.

Satureia ferè casdem uires habet quas & thymus. & eadẽ facit, et si est aliquatenus infirmior.

De spondylio.

Spondylium locis humidis crescit. & habet radicem albam. & assimilem radici quam in cibos mittimus, & thyrsos oblongos quasi fœniculi. folia quasi platani. semen quasi seseleos, duplex. sed candidius, & latius. & ueluti piliastrum florẽ album: huius igitur semen potatum bilem detrahit, & uentrem soluit acrimonia sua. regio morbo, & ad tussem, & suspiriosis uidetur prodesse.

De sisymbrio.

Sisymbriũ est assimile mentę. latiora quidẽ folia habet, & odore suaui, et excalfactorium est, et diureticũ, et ad apicularũ, et similiũ animalculorũ puncturam confert præsidiũ. Semen illius potatũ ad eadem facit.

De smyrnio.

Smyrnium est assimile apio, sed folia habet latiora, & subaureo colore, & quasi pinguia, et fortiora, redolẽtia cum aliqua acrimonia. ramulũ & capitellũ prout anethi, semen rotundũ, nigrũ, ferè gustu mirastrum. radicẽ succosam, mollem, leuem, odore suaui, cortice nigro, intus uiridẽ aut exalbidam, & ad gustum fauces mordẽtem. uires autem habet acres, & sudorem suscitãtes. unde et tussientibus & suspiriosis & hydropicis & toxiosis prodest. & ad serpentum morsum facit.

De satyrio.

Satyriũ herba est ramulum habens oblongũ et purum. florem purpureũ, exalbidũ. folia quasi lilij, subbreuiora, et subrufa, tria uel quatuor, ad terram iacẽtia. radicem duplicẽ, quasi testiculos. quę radix potata uenerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optime curat. Est & aliud satyrium erythraicũ quod assimulatur ad lini semẽ. uastius quidẽ est, & leue, et splendidũ. cuius radicis cortex tenuis est & rubens. ipsa penitus albã et dulcis. Tertiũ quidem satyriũ aliqui herbã basilicam appellãt. cuius folia sunt priori satyrio similia, sed grauiora, et leuiora, pũctis asperis, nigrioribus. radix eius, pedis ursi habẽs similitudinẽ. flore aureo uel croceo: & si cum aqua uel uino fuerit trita, croceatũ efficit colorẽ. uires habet excalfactorias. & aduersus uenena faciẽtes. quam herbã si quis secum habuerit, ab omni genere serpẽtum erit securus.

De sisario.

Sisariũ notũ est omnibus. & huius radix uires habet diureticas.

De scolopendria.

Scolopendria similis est scolopẽdræ animali. in petris humidis nascitur. nec florem habet. folia ipsius in superficie uiridia sunt, sed rufa & limosa. cum aceto potata splenem curat. & extrinsecus cum uino posita iuuat. & calculos expellit. uires habet diureticas.

De scopa regia.

Scopa regia facile est nota omnibus. & habet radicẽ tenuem & oblongã, & uirgulas oblongas, & folia ex interuallo assimilia lactucę, sed fixiora & fortiora. uires autem habet et ipsa acres & diureticas.

De sinopide.

Sinopis optima est quæ in Lemno insula inuenitur. & huius ipsius quæ sphragis appellatur. In terris autẽ sinopis in quibusdam spelæis colligitur. & caprino sanguine in modũ fermẽti subigitur, & in pastillos redigitẽ. adhuc optima sinopis dicitur cuiuscũq; loci erit, si bene fuerit cocta. quę est rubicundissima, & spissa, grauis, per omnia eodem colore, & sine lapillis, quæ ex una mica plurimum

rimum humoris in similitudine sanguinis inficit. A
uires habet efficaciter stringentes.

De sio.

Sium semen est quod maxime de Assyria defertur, fusculum, oblongum, acre, & uiscide excalfactorium. propter quod ad inflationes, & rosiones stomachi, & cholerae proprie facit.

De tragacantha.

Tragacātha est lachryma herbae lignosae & spinosae, cuius radix incisa hanc ipsam lachrymam emittit. quae aliquatenus siccata, prius tamē ꝙ indurescat, cultello in tenues laminas secatur. est ergo optima tragacātha quę mundissima, cādidissima, tenuis, lucens, recēs, & subdulcis. uires autē habet quales sarcocolla, & aliquatenus efficaciores. magis enim stringit, plus & lachrymam reprimit. B

De thure.

Thus lachryma est arboris quę in Arabia & in India nascitur, quae graece libanus dicitur. Quod ergo de Arabię arbore manat, cādidius est. quod de India subrufum. Verum utrunque masculum appellatur. Est & tertium minutum ualde & rufum, de quo maxime manna conficitur. erit ergo optimum thus quod masculum diximus, subrufum, rotundum, & naturaliter lene, fragile, & si pinsatur, in miculas minutas, & ut sabulum dissipatur. & quod ad ignem cito accenditur. odorem suauem & copiosum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes. Sed adulteratur resina pityina & gummi et thure commistis. & fit in speciem synceri thuris fortis. Idem & manna adulterant aliqui, leuigata resina pityina, uel farina, et cortice thuris, & cortice nuclei pinei: sed deprehenduntur ita, Thus enim quod resinā, uel gummi habet, si masticetur, fit quasi mastiche. & ad ignem non cito accenditur. nec talem odorem habet. Similiter & manna, et cortex, si syncera non sint, tardius & fumosius incenduntur. C

De tithymallo.

Tithymallum fere tot habet uocabula quot et species, sed non refert. eadem autem omnium uis est. Colligitur ergo et quasi lachryma, & quasi succus. quasi lachryma sic. Singulae uirgulae prope ipsa capitella franguntur. & sic lachryma ueluti colum quod manat, in cōchulas quasi opium colligitur & siccatur. similiter & hoc est †uiridissimum. Succus deinde ab ipsis folijs contusis & expressis excipitur, et eadem ratione siccatur. et est infirmior. Verum eadem facere tithymallum potest quae & elaterium facere diximus. et extra quasi psilothrum pilos tollit. & si incidat cutem, quasi causticum urit, maxime quando est recens, & dum colligitur. D

alias ualidissimum

De thapsia.

Thapsia succus est herbae eiusdem uocabuli. quae folia habet similia foeniculo, sed rectiora & uastiora, thyrsulum quasi ferula, florem uiolaceū, semē latum, radicem albam & uastam, quam qui uolet effodere, & succum illius exprimere, prius corporis sui quicquid erit nudum, ceroto liquido perungere debebit. sin minus, inflationes & pustulas circa faciem & manus patiet. Exprimitur ergo succus thapsiae lota ipsa radice, & in pila cōtusa, & sic organo pressa. qui succus in mortario leuigatur, & in sole siccatur. aliqui & folia cū radice iungunt, et nimium tundunt, et exprimunt, quod est inertius. Alij autem, quod est optimum & uiscidissimum, ipsam radicem refossa terra nudant: ita tamen quod una in terra maneat, & sic eam cū ferula sua acuto scalpello incidunt, & ueluti scarificant, & lachrymam quae manat, colligunt. Vires autem habet thapsia acerrimas, et in modum ignis causticas. prodest tamen lōginquis uitijs, illa ratione qua & sinapismus.

De thymo.

Thymus herbula est humilis, et ramosa, et ramulis duris, et lignosis. quę folia habet pusilla, et angusta, et oblōga, et subalbida. in summo capitula in speciē formicarū in se implicitarū et cōcurrentium. uires habet acres, et excalfactorias, et stringentes. propter quod omnibus uitijs stomachi et thoracis aptissimum est.

De thlaspi.

Thlaspi herbula est quae folia habet magnitudine digiti. thyrsulum subalbidū, tenuem, et oblongum. semen assimile cartamo, et quasi patulum et dilatatū. uires quoque habet acres, et relaxantes, et ueluti mordentes. unde asperitudines oculorū & cicatrices extenuat. et potatum, uentrem sursum & deorsum purgat cum oleo leuigatum. punctiones, frigora, et horrores in accessione discutit.

De trifolio.

Trifolium herba est omnibus nota. huius igitur folia & pota, et pro fomento imposita, uiperę morsus remediāt. Item semen illius in emplastrū mittitur. & radix in antidota. utraque ad uenenosorum serpentum morsus facientia.

De ueratro uel elleboro.

Veratrum radiculae herbae sunt eiusdē uocabuli, exalbidae, et oblongę. & ab uno capitulo copiosae, et directae, & quae per aetatē maiores quidē ꝙ porri capitula, sed non dissimiles. quarū optimae sunt quę aspectu unctulae uidentur, & nō rugosę. et quae medullam tenuem habent. et gustu magis excalfaciunt. et uomitum prouocant. tale nanque est creticum. nam gallicum multū est inertius. uerum omne ueratrum est uiscidissimum medicamentū. & fortissimum purgatorium in tantum, ut uenenosum esse dicat. est et aliud ueratrū nigrū quod magis purgat. aliqui secundum ambo purgāt ueratra, et elleborum dicunt.

De uisco.

Viscum succus herbae est quae de ramis arborum excrescit. quae herba habet fructum rotundū in specie uuae, pallidiusculum. qui fructus tunditur, et cōmodatur ad aquam frigidam copiosius et diligenter, usquequo nihil asperum de cortice eius fructiculus habeat. sic enim euadit glutinosissimum. alij quoque in aqua coquunt, et eadem diligentia expurgant. uerum optimum est quod in quercu arbore crescit. et quod est mundum, subuiride, purum, et quod si extendatur non rumpi-

tur, sed in specie membranæ extenuatur. uires habet acres, & quæ duricies remollire possunt.

De uiola.

Viola species habet tres. est enim alba, & purpurea, & aureo colore. floresq; de radice eius excrescũt. quibus melior habetur quę est purpurea. uerũ omnes uiscide relaxant. sicut & urinã prouocant aliquãdo. & semen illarum partũ expellit. & lumbricos occidit. odorẽ uero habens est flos ipse suauem.

De urtica.

Vrtica est omnib. nota. et est calefactoria ualde. quapropter attrita, cũ oleo uel axungia inuncta, contra frigus facit. Item potata cũ uino, morbum regiũ emẽdat. & antidotis, quæ colicis quidem sunt propria, admiscetur. Item trita cũ melle singula cochlearia diurno potui data, tumorẽ uentris, uel frigus ex pulmonibus conceptum sedat. & calore suo omnes humores dissoluit.

De uella.

Vella herba est folijs quidẽ minor quàm eruca. sed non dissimilis. flore uiolaceo. semen habet uelut in folliculis oblongis, ordinis stipati, prout nasturcij. & gustu calefactoria est, submordens, et uiribus relaxans. unde ad tussem ueterem, & ad regium morbum cum melle optime facit.

De uetonica.

Vetonica herba est quæ radices habet aliquatenus crassitudine digiti. & ramulos longos, quadratos. folia quasi quercus suauiter olẽtia. florem purpureum. semen circa ramulos in circuitu, in modum spicæ, nigrum. nascitur in pratis & montibus. uires habet leniter acres & diureticas.

De uite.

Vitis est quam omnes nouerũt, ex cuius fructu uinũ exprimitur. huius igitur folia uiridia in frontem frequenter imposita & immutata, oculis ex rheumate dolentib. prosunt, eo ꝙ stipticũ & austerum habẽt. Botrus uero eius maturus calidus est. infundit & procurat uentrẽ, & maxime si albus sit. passa autẽ uua ardorem facit, & uentrem procurat. immaturus uero botrus uuæ, frigidus est, & uentrem stringit. unde & dysentericis facit.

De uino.

Vinum omne calidum est. uires atq; motũ corpori præstat. eo quòd calefacit, & resumit, & reficit omnia membra quæ ex frigore & dolore constricta tenentur. Vinum & oleum si calidum ex unguento ponatur, oportet diu perfricare quousq; totum corpus illud perbibat. similiter & ijs quæ in humeris dolore tenentur. Vinum recens, calidum minus est uetusto. & uentrem procurat. Vinum album, diureticum est, & toti corpori aptum. Vinum nigrum & dulce, sanguinẽ nutrit. & oculis contrariũ est. & capitis uertiginẽ, id est scotosim, & corpori grauitudinẽ, & stomacho turbationem, & somnos graues infert. Vinum, maxime si cum modica aqua bibatur, saluti corporis prodest, eo quòd nutrit, & custodire potest sanitatem. Primo quod albũ est, magnum remedium corpori facit. unde & de ipsa aqua ratio est reddenda. Omnis uirtus aquę frigida est, et dulcis, et humida. & febribus acutis aliquoties facit. uulneribus cancrosis si sola adhibeatur perniciẽ infert: quia omne uulnus in corpore dulce esse uidetur. & tũc gaudet Cancer & crescit dum sibi cõsentiẽs & amplius nutriens incrementũ acceperit: nam cũ melle & aqua iuncta, aut ex lixiuia cancer semper lauari pręcipitur, aut cũ uino & melle simul. Vinum autẽ acetũ factum, incipit frigidũ esse & stypticũ. & non nutrit, sed magis compescit. Fiũt namq; de uino diuersis modis proportiones corporibus aptæ. unde mel & uinum solum uentrem procurat & calefacit. piper uero adiũctum, id est conditum plus calefacit & siccat. similiter et urinam deducit, & corroborat stomachum. maxime si crocum modice admiscetur. et infundit. et uentrem procurat. Sambucatum similiter, & masticatum, uentrem procurat, & choleram rubram temperat. Rosatum infrigidat, & urinam et uentrem procurat. Absinthinũ, uentrem & cholerã emundat. Violaceum, urinam prouocat. plus stomachum corroborat. & lumbricos excludit.

De xylobalsamo.

Xylobalsamũ ramuli sunt arboris quæ balsamus dicitur, tenues, exalbidi, suauiter olentes, gustu et uiribus acres, et calefactorij, & relaxantes.

De xylocinnamo.

Xylocinnamũ est assimile aspectu cinnami, sed crassius, et lõgius, & quodãmodo lignosum, sed uiribus et odore infirmius. & ad eadẽ sumitur, & eadem præstat.

De iride.

Iris ad similitudinẽ iridis quã in cœlo uidemus dicitur, et hinc cognominatur. quomodo enim illa plures et dissimiles habet colores, sic hæc et uarios & differentes mittit flores. Aliqui enim sunt albi. aliqui cœrulei. et aliqui purpurei. Verũ folia habet similia gladiolo. sed maiora, et latiora, & pinguiora. Ramulos quoq;, et ipsas similiter radices nodosas, duras, suauiter olentes in modũ uiolæ. quarũ optima est iris illyrica & macedonica: est enim spissa, et breuis, & non calida, fragilis, et subrufa, odore suauissima. et gustu linguam uiscide excalfacit. et dum tunditur sternutare facit. ab istis africana laudatur, quæ colore est candidior, et gustu amara. Si uero tempore relinquantur et quasi senescant, fiunt quasi uermiculosæ, sed odore suauiores. possunt quidem excalefacere suauiter. et uulnera concaua late replere.

De hyoscyamo.

Hyoscyamus est quem aliqui latriculi dicunt: herba omnibus nota. quæ species habet tres. est enim quæ semen et florem albũ habet. quę utrũq; nigrum quæq; uehementius uelut purpureũ maxime. quod eligimus: quod quidem folijs et cauliculis non multũ uires habet refrigerantes, et stringentes, et marcorem facientes. quapropter succus ex folijs et cauliculis dum adhuc sunt uirides exprimitur et siccatur. et similiter ut opiũ in antidotis et collyrijs mittitur. et eodẽ modo omnem dolorem compescit. Aliqui uero eum interficere dicunt

dicunt si bibatur, et esse uenenosum.

De œsypo.

Oesypus est quasi sordes & succus lanarũ succidarum. qui hac ratione colligitur. Lanas succidas sordidissimas et iam mox detonsas mittimus in uase quod habeat calidã aquã. & aquã succendimus ut aliquantulum ferueat. deinde refrigeramus. & quod supernatat in modũ pinguaminis, abradimus manu, & in uase stãneo absternimus. & sic ipsum uas aqua pluuiali implemus. & opertum tenui linteo in sole ponimus: & rursus delimpidamus. & tunc œsypum reponimus. Vires enim habet cum aliqua acrimonia molliẽtes & relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli. Sed statim deprehẽditur, eo ꝙ syncerus œsypus reseruat succidum lanæ. & si manib. fricetur, in similitudinem cerusæ efficitur.

De hyssopo herba.

Hyssopũ herba est. est uero erraticũ & hortulanum. Verum omne hyssopũ facile notũ est. & habet uires acres & calefactorias. unde tussientibus & suspiriosis prodest. & lumbricos expellit.

De hypocisthide.

Hypocisthis herba est, quæ nascit̃ subrufa. huius succus exprimitur, & reponit̃, non dissimilis A acaciæ. sed mollior tactu, et effectu uiscidior. stringit enim uehemẽtissime. unde uẽtris profluuiũ, & sanguinis abundantiã reprimit, & sine mora præbet effectum.

De hyperico.

Hypericũ herba est, quę ramulos habet plures, tenues & oblõgos. colore subrufo. folia similia rutæ, florem tenuem, & aureo colore. uel est similis uiolæ. semen nigrum, in forma hordei. Vires habet acriter stringẽtes, potatumq; ischiadicos emẽdat, & urinam prouocat, uentrem stringit, & pro fomento posita, combusta sanat.

De hyacintho.

Hyacinthus thyrsulum habet leuem. florẽ purpureum. folia & radices quasi bulbi. tota herba uiribus & effectu styptica est ualde.

Epilogus.

B Hęc sunt frater charissime Paterniane quę memoriæ nostræ subuenire potuerũt. & quæ partim ipsi probauimus, & quæ experti sumus, & apud antiquos & receptissimos auctores medicinę inuenimus. Nunc pro tua examinãtissimã diligẽtia curabis omnia examinare, & etiã singulas res cũ sua scriptura comparare, ideo, ut si quis post auctorum lectiones ad hanc fuerit cõuersus scripturam, in nullo possit reprobus inueniri.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE VIRTVTE CENTAVREÆ.

De intentione eius in hoc libro.

E GO uidi frater mi Papia sicut Themistius famosus magister narrabat de arnoglossa: quod reuera incredibilia existimãtur esse quæcunq; de centaurea uolo narrare: ita multas & difficiles passiones curat. Sed si non credideris mihi, & probare uolueris quam uirtutem habet, nõ decredes. sed miraberis de eius succo, sicut de nullo alio pharmacorũ. Nihil enim est prope dixerim inuenire euidẽtius, & ad multa utilius centaurea. fortassis autem nõ erit iniustũ, illis qui liberaliter eius experientiã ostenderũt præbere grates. sic enim à certa notitia uteris hoc pharmaco, cogitãs ꝙ non sunt solummodo pronũciationes ea quę dicũtur, cum sint iam ad actum producta. Apollonius igit̃ senex, unus uirorũ qui ualde erant approbati in Roma, cuius magister fuit expertus medicus, utebat̃ hoc pharmaco in multis aduersitatibus, & per deũ miratus sum de ipso in circũambulatione. plurimũ enim propter hoc circũambulabã cum ipso. cũq; quendã morsum à cane rabido curaret pręsente me, & deridente, & dicẽte nunc nõ habes uti cẽtaurea, cõuersus ad famulũ, ait da mihi pixidẽ. cũq; dedisset ei, uidẽs eũ de pixide accipientẽ de pharmaco, primò quidẽ putabã & ipsum deridere. erat enim maxime simplex homo. postq; autẽ uidi curam facere de ipsa, multũ miratus fui de succo; & exinde diligẽs inquisitor factu sum de ipsa, ut dicta antiquorum percurrerem, & eorum qui secundum nos plurimos medicorum interrogarem de ipsa si aliquod nouum haberet dicere: nihil minus omnia aggregãs, iudicaui scribere tibi de ipsa, ut nihil tibi deficeret eorum quæ à nobis cognita sunt. Hæc quidem in tantum dicta sint.

De speciebus centaureæ, & notificatiõe earũ.

Centaureæ autẽ sunt species duæ. & secũdum ueritatẽ ita est ut Crateuas dicit in tertio libro eorum quę eradicãtur. Vna quarũ folia habet sicut lapathium hortulanũ, minora tamẽ. in circuitu autem sunt scissa sicut serra. caulem autẽ habet sicut trium palmorũ. opũ uero habet rubrũ. in summitate uero eius caput laminiginosum cancro marino simile. radicẽ aũt habet solidã & crassam. Et est D in gustu dulcis & subacris. nascitur uero in locis altis, & aliquãdo in planicie, & in locis quæ aspiciuntur à sole. hęc quidẽ centaurea solida dicitur. Altera uero, subtilis cẽtaurea dicitur. nominatur aũt ab aliquibus limnesia. magna igitur cẽtaurea fructuosa est, & in pratis nascens. Parua uero est unius palmi. ramos habens paruos. & flores paruos. radicẽ uero omnino subtilissimã & debilem, & in gustu est amara sicut absinthiũ. nascitur autem maxime in locis stagnosis & paludosis.

De modo succationis, seu extractionis, & conseruationis succi centaureæ.

Est autem sermo hic de ultima. succatur autem

sicut & alia quæ prædicta est, modo tali. Lebes A proponitur magnus, sicut quãdo fit hepsema, id est uinũ coctũ. & ponitur cẽtaurea minor, ut plurimũ tempore quo uigent oporę: & aqua superinfunditur tanta, quãta sufficit continere herbã. & tunc supponitur ignis, & coquitur herba sufficiẽter. demũ postquã bene cocta fuerit, ut uirtus tota sit emissa in aqua, aufertur centaurea, & exprimitur. & mensuratur decoctio. & tertia pars hepsematis, id est uini cocti superinfundit̃ ei. & coquitur quousq; habeat spissitudinẽ mellis. Ego autẽ, sicut prędictus senex, coxi eã in lebete, & auferẽs & exprimẽs incisi eam. & iterũ coxi in aqua. deinde exprimẽs & colans mẽsuraui. & iunxi uini dulcis decocti optimi tertiã partem. & coxi quousq; habuit cõsistentiã. & feci ualde fortiorẽ huiusmo B di confectionẽ. & ille senex laudauit. fit autem & absq; aqua huiusmodi herba incisa et expressa. Et fit etiã de flore eius succus, inciso eo & expresso. & cõfert in ophthalmijs. Oportet uero attendere in decoctiõe ne induret̃. post hoc autẽ dimitte infrigidari. & repone in uase. & obtura diligenter.

De natura succi centaureæ, & eius conseruatione & utilitate.

Est aũt huius succus, ut sensibiliter est dicere, stypticus, & siccatiuus, et calefactiuus, cum uirtute immanifesta operãs, quã nõ est possibile exponere uerbo, neq; ad excogitationẽ uenire, ita est utilis ad multa.

Ad passiones capitis.

Cõfert enim dolori capitis qui fit propter multam adustionẽ solis, uel uini meri potationẽ, quã- C do permiscetur cum aceto et ungitur. Cõfert etiã ad sudores capitis, permistus cũ uino, et unctus abraso capite. Iuuat etiam ulcuscula quæ fiunt in capite spissa & parua & rubicunda paruis papillis similia: & phygethla spissa & parua et rubicũda: permistus cum aqua & unctus abraso capite. Confert etiam ad furfures cum aceto, abraso & prælauato capite cum aqua salsa.

Ad passiones oculorum.

Confert etiam ad cãcros oculorum asperatos, & ad pruritum oculorum, et cicatrices albas, & caligines, et sycoses. & cõmuniter ad omnes antiquas dispositiones oculorũ. Mitigat etiã phlegmonas oculorum & dolores quãdo ungitur desuper. & rubicundos & sanguinosos oculos sine D phlegmone si ungatur cũ aqua. & similiter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad passiones aurium.

Mitigat etiã aures phlegmone laborãtes & dolentes, si apponatur in quãtitate lentis cũ aqua rosata uel uino. Sanat etiam ulcera quæ sunt in auribus, cum uino. Et etiã cõfert auribus sanie manãtibus, et humidis, et fœtidis, si cũ uino austero colluantur, & postea cũ uino solo. Confert etiã ad sonitus auriũ, permista cũ aceto & infusa. & ad difficultatẽ auditus cũ succo raphanidis. Iuuat etiã ad pulices & cimices. & cõsequenter ad omnia alia quę ingrediũtur ad porũ auditus, cũ aceto permista. proprie uero ad cimices cũ oleo. Mitigat etiã phlegmonas quæ fiunt in poro auditus in superficie, & rubores, & quassationes auriũ, cum uino.

Ad passiones narium.

Confert etiam ad narium ulcerationes, & putredines, & fœtores, cum aceto. & sistit fluxũ sanguinis narium cum aceto permista, & cũ lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, ungendo narem quæ patitur, ab intra & ad extra.

Ad passiones oris & partiũ eius.

Confert etiã ulcerationi oris, si ungat̃ cũ aqua. & alcolis tam albis quàm nigris, in pueris quidẽ cum aqua, in perfectis uero cũ uino austero colluta. Confert autẽ putredinibus oris, et depascẽtijs malignis, si colluatur cum uino, et ungatur. Iuuat etiã os humidũ & fœtidũ, si colluatur cum aceto. Prodest etiã scissuræ labiorũ, & gingiuis diu sanguinolentis, & tumidis, et phlegmone laborantibus, et ulceratis, et corrosis: & etiam eis quæ pungunt in productione dentium, si colluatur cum uino, et ungatur. Confert etiã ad parulidas et epulidas, quę sunt tumores gingiuarum, et paristhmia phlegmone conflictantia. et communiter ad palatum et radicem linguæ cum aqua generose. Iuuat etiam synanchicos, si ungatur cum aqua. et similiter cõfert ad escharas paristhmiorum, aliquãdo quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionidã seu uuulam dislocatam, uel relaxatam, uel phlegmone affectam, cũ aqua. Confert etiam post chirurgiam cionidi, si ungatur cum aqua hoc pharmacum.

Ad liuiditates oculorum.

Tollit etiã hypopia. id est liuiditates quę fiunt in oculis. et alias liuiditates recentes oculorũ. seu sanguinem mortuũ, permista cum aqua & uncta, fascia super apposita.

Ad pudenda.

Competit etiã pudendorũ et oschei ulceribus, uncta cum uino. cõfert etiã rhagadijs, et thymis, et phlegmonẽ patientibus pudendorũ, uncta cum aqua. & annadibus pudendorũ cum uino. Generose etiã operatur et in depascẽtijs & nigroribus qui circa pudendum. et in extremitate uirgæ, quę dicitur glans. usus autem in his est diuersus. Accipitur enim de succo tantum quantum est nux: & de uino cyathus unus uel duo. & feruẽt simul. et de hoc colluitur locus quolibet die: deinde superaponit̃ ab extra hydromeli. Non oportet autẽ pudendũ trahere deorsum ut fluant liquores. sed apprehẽdatur cũ ligaturis, sicut multi medicorũ apprehendũt et ligãt: ita enim ualde multos uidi curatos ab illo sene. et ego ipse curaui nõ paucos.

Ad anum.

Mitigat etiã sufficiẽter et phlegmonas ani cũ uino. et ulcerationes eius cũ aqua. et quassationes eius, uel depascẽtias, uel putredines, cũ uino. Confert etiã exitui ani colluta cũ aceto, demũ uncta.

Ad ungues.

Cõfert etiã quassatis unguib. et apostematis, superligata fascia.

Ad sudores, erysipelas & exflorationes.

Totũ autem corpus iuuat ad sudores, cũ uino.

&

& ad erysipelas cũ uino. & ad exflorationes similiter.

Ad herpetem.

Sistit etiam herpetas depascentes seu ambulationes, cum aceto. eos autẽ qui non sunt depascẽtes, cum aqua. delet etiam impetigines, cũ aceto.

Ad combustionem ignis.

Confert etiam combustis ab igne, cum uino, absq; superligatione, absterso prius loco cũ spongia infusa in uino.

Ad ulcera chronica.

Confert etiam chronicis & antiquis ulceribus, uncta cum uino. in corrosis uero, cum aceto. & in putridis similiter. Vsus autẽ fuit Appollonius in gangræna cum aqua. & circũcharaxauit locũ, ut ipse dixit. ego enim non uidi. sed credidi huic uiro, multum enim erat ueridicus.

Ad plagas.

Maximum autem est hæc succõsitas pharmacum ad omnes plagas. plagarum autem aliæ sunt superficiales, & aliæ profundæ. at superficialium aliæ quidem sunt in diuisione sola, aliæ in quassatione, aliæ in aposyrmate, aliæ uero usq; quo emittitur os. ad hæc autem omnia excellens pharmacum est cẽtaurea. quia uero diuersus est usus eius, redeo ad eum. In omnibus igitur superficialibus, ungitur cum aqua. uel ponitur in corio; & superapponitur loco, & ligatur cum fascia. In profundis uero, cum licinio cũ melle, & superappositione fasciæ. qui modus etiã confert quando fuerit scissio usq; ad ossa. Vidi enim ego tertiã partem cutis capitis aposyrma pati: & curari illo modo per dies septem. & aliquando nouem, & aliquando undecim. habet autẽ proprietatem hoc pharmacum non colligendi humiditates. Iuuat etiam per modum collyrij in plagis in quibus denudatum est os & nõ est magna diuisio. colligẽs enim tu labia uulneris, immitte pharmacum, & ad consolidationem ducet. & si suturam feceris, fasciã de panno uel corio pone in septẽ uel nouem uel quatuordecim diebus. & fomentes cum spongia. In sagittis autem, & aculeis, & calamis, oportet immittere hoc pharmacum superapposita fascia. In percussionibus uero gladij, sicut in duellantibus, ponatur in fascia de corio, fomentato loco prius cum spongia infusa in oxalme, id est aqua salsa & aceto. & tunc utendo centaurea cum melle, dimittendo usq; ad quatuor dies. Iuuat autem & in chirurgia, quando consolidare uoluerimus, posita in fascia, sicut in colobomatibus, & atheromatibus, & fauis, et adipiminibus, et scrophulis, uel aliquo tali. cõfert etiã & acrochordonibus, & similibus, unctis per fasciam. consolidat etiam plenas plagas cũ melle mista. Ego autẽ usus fui in cura duellionum hoc pharmaco, proijciens fascias & ligaturas. et utẽs hoc pharmaco solo usq; ad cõsolidationem.

Ad apostemata incisa.

Summe etiam confert in apostematibus incisis paruis & multis diuisionibus, propter decorem, aut magnitudinem, uel loci ineptitudinem. quando igitur utemur in apostematibus ut dictum est

A multis aut paruis incisiõibus, tribus aut quatuor diebus exugentes cum aqua salsa & aceto, diligẽter inungimus centauream cum melle.

Ad feras uenenosas.

Confert etiam & in feris uenenosis interficientibus, & non interficientibus. in apum quidem & incisiuorum morsibus, uncta cũ uino. in reliquorum uero sicut & hydri, & cerastę, & aspidis, et araneæ, & scorpionis, & turturis marinæ, & mygales, & hammodytæ, & amphisbenæ, & basilisci, & dryini aquatilis, & prasii, & scolopẽdrę, & ascalabotæ, & canis omnis, & proprie rabiosi, & leopardi, & crocodili, & similium. usus autem est diuersus. statim enim quod plaga facta est uel mordificatio, scarificare oportet eum qui in circuitu

B est locum. & in ipso loco qui patitur facere unam diuisionem profundam. & sic mulgere & educere humorem. deinde in plaga superponere collyrium. & desuper fasciam de corio. & soluere per dies octo aut quatuordecim ad plurimum, & uino abstergere infuso in spongia. aquam uero nõ oportet adducere, & maxime in morsis à cane. quinimo abstinere oportet à balneo usq; ad annũ ex omni aqua. Vlcus autem in morsis à cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo; sicut multi medicorum faciunt. secundum ueritatem tamen permittendum est consolidari sicut & alia ulcera in proprijs temporibus. Ita enim & Apollonius curauit quẽdam genere gallicum, morsum à cane rabido. & ego curaui quendam iuue-

C nem, dans bibendum pharmacũ istud. & aliquando ex superabundanti cum oxymelite. In omnib. autem quæ œdemate intumescunt, per excellentiam confert, si ungatur cum ouo. Mitigare enim & replere natum est in omnibus extrinsecis. Tusses etiam mitigare uidi datum in fabæ magnitudine cum aqua. & stomachicis similiter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato. & soluit crassos & uiscosos humores, in quantitate auellanę cum aqua. Iuuat etiam asthmaticos, & orthopnoicos, in quantitate auellanę datũ cũ oxymelite. Cõfert etiã ad ruptiones & uulsiones. & similiter curat spleniticos, in quãtitate fabæ ægyptiacę datũ cum aqua. Iuuat etiã empyicos, in eadẽ magnitudine datũ cum aqua. & hydropicos in eadẽ

D similiter. Cõfert etiam dysentericis in quibus requiritur stypticatio & retẽtio. Cõfert etiã in dysuria, in magnitudine fabę ęgyptiacæ bibita cum aqua. & in ischiadicis in quãtitate auellanę datum cũ melicrato. operatᷓ etiam in hydropicis, si inungatur cum uino, & bibatur cum aqua, uel hydromelite in quãtitate modica. Iuuat etiam matricẽ, & orificiũ eius, quãdo phlegmone laborat, si inũgatur cum uino. & similiter ulcera eius. Si autem nigrę fiant, & putrefiant, uel sint depascẽtia, oportet ut uino & alumine colluantur. Mundificat autem & matricẽ immundã, in quantitate unius auellanæ cũ aqua. bonũ etiã est in collutionib. mulierũ quidẽ cõmuniter, proprie uero matricis. Et hæc de cẽtaurea quidem in tantũ dicta sufficiãt.

CL. GALENO ASCITVS LIBER DE CATHARTICIS.

QVONIAM cognouimus qualiter Hippocrates de augmento humorũ locutus est, nũc demũ introduco medicũ qui de uirtute catharticorum locutus est, ut prædictos humores posśit examinare: & expellere quę nocua sunt corpori. primum cõsiderãdo quomodo Erasistratus Homeri uersus cantabat. & Hippocratis libros amore medicinę per diuersas ciuitates, prouincias, & singulas regiones proficiscens, experimento cognoscit collegisse. et artificiose uitã & theoremata cõsummasse. & quomodo ordinãdo nobis medicinã derelictã, uoluisset perquirere ut posteris traderet. his omissis oportet nos cõmoderare ordinẽ disciplinę: ut hi qui post nos huiusmodi artis fuerint rectores, correctius teneãt ea quæ ab eodem uidentur esse composita. Fuit igitur solicitudo non tantum mihi, sed etiam multis desiderantibus gloriam, ut de catharticis scriptis aliqua traderent, & propter senectutis obliuionem thesaurizarent sequẽtibus, purgationumq́ genera & uirtutes et usus eorum diligenti solicitudine traderent, Dicendum est ergo in primis de cathartici uirtute, & officio eius. Ait Hippocrates, graciles, & facile uomentes sursum purgare conuenit, uitantes hyemem. difficile autẽ & medie crassos deorsum, æstatem uitãtes. Melancholicum ergo humorẽ deorsum purgare eadem ratione contraria apponẽtes. transitoriã uitam opponẽtes mihi: quia multũ laborauit ad explicandũ artem medicinę. sed de catharticis tacuit, et nihil inde exposuit. nam si salutare esse cõspiceret, utiq́ de his nequaquã reticeret, quod ille se fecisse cõmemorat. sed eius bibliothecã Romæ arsisse cognouimus. & librũ ipsum ibi crematum non dubitamus. pro qua re liber de catharticis ab eo scriptus nõ inuenitur, quem uobis scriptum tradere conamur.

De generibus cartharticorum.

Catharticorum uero genera tria esse scripserũt physici. Primum trahendi, Secũdum euacuandi, Tertium purgandi habet facultatem. Et ex his tribus diffinitionibus, una quidem à loco, Altera à quantitate, Tertia à qualitate. A loco quidem, declaratur locus ab eo quod trahitur: quantitate ex eo quod euacuatur: qualitate ab eo quod purgat. Hoc igitur modo disposito, quærendum est de significatione trahentis: habet nanq́ genus tractionis, sicut à physicis dicitur, contẽplatiuã esse suam similitudinẽ cui cõparari potest, sicut & euacuãs, & purgans. Trahens uero simile est magneti lapidi ferrum trahẽti ad se, & sicut ceruus serpentẽ de cauernis narib. educit. Similiter purgatio à simili fit, & ecõtrario. A simili, quãdo lacticinia mucos aquosos, & tenue phlegma purgant. A cõtrario, quãdo colocynthis et elleborus phlegma purgat.

Virtus nãq́ quæ ad se trahit, dicit̃ græce helctice. quæ autẽ educit, epispastice uocat̃. attrahẽs adiutoriũ fit, quãdo sanguis de naribus fluit. & quãdo uentosæ hypochondrijs imponunt̃. Nunc quidẽ iam diximus omnem detractionẽ, medicinæ esse calidæ & humidæ, dicentes ꝙ dulcia sola, omnia secundũ qualitatẽ suę dulcedinis tanto plus calore participãt, quãto dulciora fuerint. & quãto minus dulcia, tãto frigidiora. & ideo phlegma aquosum & magis tenue educit detractio.

De aloe.

Aloe igitur in se habet aliquid cathartici, sed hu-
B morum non est purgatorium. sed stercus & choleram purgat. quare falluntur qui dicũt aloen nõ esse amaram & stypticæ uirtutis. apta est ergo stomacho. & cholerã de uẽtre & intestinis educit, & non de alio. hæc ergo irritationem uentris, & depositionem per naturalem meatum facit. bene ergo antiqui ad similitudinẽ cholerici de uentre uel intestinis humores esse purgãdos dixerũt. & eos stercora esse diffinierunt.

De colocynthide, scammonia, epithymo, & elleboro.

Colocynthis uero in tertio gradu est calida & sicca: scammonia autem in primo gradu ponitur. nihil ergo erit admirandum, si aloe frigidę & calidæ temperantiæ sit, & cõdensatoriæ, & extenua-
C toriæ. Veniamus igit̃ ad epithymũ & elleborum. ergo cathartica sunt, & melancholicũ purgãt humorem. nam calidę & siccę sunt temperantię. Intelligere iam debes ꝙ duplex est siccitas in eis, & una pars ignea. & extenuatoria sunt natura. frangendi nãq́ & incidendi pinguẽ habent facultatẽ. & enim elleborus & epithymum tenui & calida natura cõsistunt. & frigidam & terrestrem habẽt substantiam, id est humorem purgant melancholicum. & à contrario medicinæ.

De catharticis purgantibus superiorẽ uentrẽ.

Quærendum est quæ qualitates medicaminũ superiorem purgent uentrem, & quę inferiorem. Nam quæcunq́ medicaminum calidæ & siccę & ignitæ substantiæ uel spiritus compositę sunt, hęc
D per uomitum purgant uentrem. ex quibus primũ est elleborus albus. & quæcunq́ terrestri substantia participant, inferiorem purgant uentrem, ut sunt lepis, colocynthis, et elleborus niger. & quęcũq́ admista, scilicet aere spirituali & terrestri grauitate, hęc superiorẽ purgant uentrem & inferiorem. & ꝙ colocynthis caput purget, experimẽto testamur. quia lenis est, & lanuginosa, & tumentiua. & ideo purgat superiora. & si datur ʒ.i. cũ mulsa, ex capite purgat phlegma. & eadem ratione cętera cathartica perpendunt̃: quæ à multis per longum tempus inuenta sunt sapientibus. Nunc autẽ quia de catharticis & purgatorijs disputare statuimus: In primis quæ purgãt choleram rubram quęrendũ est. Ergo purgat choleram scammonia, agaricum

agaricũ,aloe,ſuccus herbæ heliotropij. Phlegma A educit coccus cnidius,lacterida,euphorbium,colocynthis,elleborus albus.Nigram uero cholerã purgat epithymũ,polypodiũ, niger elleborus,& praſii ſuccus.Sanguinẽ educit porri ſuccus,malua agreſtis,herba mercurialis, liliphagus. & hoc ad exemplũ propoſuimus,ut quis amator bonorum operum qui ad hæc arcana deſiderauit accedere, ex his quæ propoſita ſunt cętera doceat cognoſcere. Mihi autẽ tempus eſt ad alias paſsiones tranſire,id eſt locales. & per ſingula loca cathartici operationes exponere.Oculis nanq; adhibẽda ſunt purgatoria medicamina, & auribus, & naribus.Cathartica autem lateri,thoraci, uentri ſuperiori, & inteſtinis ſuperioribus, hepati & ſimæ eius parti,& ſpleni.Cæterum oculi purgan- B tur per lachrymas,per nares, per mucos. Os,per phlegma & ſaliuam. Mamillæ, per lac. Thorax, per tuſsim & ſputũ.De ſtomacho uero educũtur cibus,& phlegma,& omnes humores, & cibi indigeſti,& lumbrici rotundi.Ex hepate & ſimo eius,humores per uẽtrem educendi ſunt,ex gibbo autem,per urinas.De ſplene uero,humor melancholicus,& ſanguis fęculentus. De renibus, ſanguinis ſuperfluitas,& lapidũ imminens periculũ. Ex matrice, ſanguinis ichores. De ueſica, urina. Ex maioribus inteſtinis,ſcybala,& lumbrici lati. De extremo inteſtino, aſcarides.De cute,corporis pediculi,& lendes,& ſudores . Sed & ſanguinis fluxũ ex matrice factũ uẽtoſa in mamillis poſita reſtringit.& phlebotomia in contraria parte C facta.& ſæpius irrationabiles impetus ſanguinis, ligatis coxis retinemus.et qui fiũt ex naribus.pur gare autem uolentibus,per phlebotomiam adhibendum eſt adiutoriũ.& conſiderandum eſt quãtum ſit materia in purgãdis.ſed hæc purgatio ca- tharticorũ† purgationi cõpaginatur,& compatiẽ quid modice,ſicut herculeus lapis ferrũ ad ſe trahit,& electrum fricatum paleas,& ceruus ſpiritu ſuo ſerpentẽ de cauernis,& ſerpẽs ſpiritu ſuo mures ad ſe trahit.Sed reuertamur ad propoſitum.et oſtendamus non ſolum cõpatientes rationes extrahere,ſed ipſa utiq; medicamenta de capite, & thorace,& pulmõe,& hepate,& ſtomacho, & renibus,& ueſica,& arteria, & neruis quæ optima ſunt,extrahunt.& ſiquis ſe approximauerit natu D ræ cogitãdo,uidebit non ſolum propriam in humoribus habere uirtutẽ propoſita medicamẽta, ſed in partibus membrorũ corporis prædictũ miniſteriũ medicamentorũ faciunt uirtutes. Quidã autẽ nos culpantes directo extenſo ſupercilio,directi ſunt ad fallaciam,ut dicant cathartica experimenta longa eſſe ab experimento.Etenim naturalem cognitionem admittentes facti ſunt hæretici male intelligendo. & non diſcernentes uirtutẽ & naturam ſplenis,& renum operationes, confitentur utiq; dicẽtes quod eſſet talis materia medicaminum quę has poſsit habere uirtutes. Si autem uerũ eſt, ſicut uerũ cõſtat eſſe, ut aliqua expedientia credantur eſſe localia medicamẽta, in hepatis

† alias tractioni

paſsiones feſtinanter adhibẽda ſunt adiutoria, & natibus ſimiliter, & in collo, & in inteſtino, & ueſica, & ſplene quod ad hoc fuerit utile, neq; medicamen ad patiẽtes locos adhiberi poteſt.ſed ęqualiter ſingula ſuũ prębere beneficiũ.Ex quibus manifeſtũ eſt quæ ſunt medicamẽta ad humores uel ad corporis mẽbra expedientia.nam ſi nõ eſt admirandũ quod alia ſunt coprotica, id eſt tantum ſtercora mouẽtia.alia hydragoga,id eſt humores liquidos et tenues et aquoſos educẽtia,ſpiſſos humores nõ deponẽtia.alia uero choleram rubram. alia autẽ nigram.alia phlegma.alia ſanguinẽ ſunt deponentia.& cum alia caput purgent,alia thoracem,alia pulmonem,alia hepar,alia ſplenem,quędam etiam in uentrem purgent humores, quædã renes,quædam ueſicam,quædam matrices,quædam inteſtina tenuia,& arterias,& neruos,et muſculos,& quæ horum omnia ſunt purgatoria,diuerſas habent uirtutes,diſce ſi potes ſpecies eorũ quæ experta ſunt ad purgãdum ſuperiorem uentrem,& eorum quæ ad inferiorem.

De ſimplicibus medicinis.

Volo igitur dicere de ſimplicibus medicamentis quę Græci hapla uocant.Ergo colocynthis caput purgat,& phlegma.ſcammonia autẽ, corpus ſuperius & inferius,& caput,& phlegma cũ cholera.quia natura eius calida & ſicca tenuẽ habet ſubſtantiam,generans tractoriam uirtutẽ. Siquis igitur ſimplicia medicamenta ſcire deſiderat, requirat,& inueniet uirtutem ſuã in primo gradu eſſe calidam,& acutiſsimã ad purgandũ. lacterida ecõtra purgatoria eſt phlegmatici humoris, ſemen eius moderate in guſtu eſt dulce.& dictũ eſt dulcia mediocriter eſſe frigida.

Oculorum cenotica, quæ ex oculis lachrymas educunt.

Oleum amygdalinum,nucinum,& laurinum, & anethinũ,opobalſamum,centaurea,ſuccus rutæ,ſuccus chelidoniæ,cepæ, caſtorium, chalcanthum,ſtypteria,ſinapis,ammoniacũ,mel,crocus, & alia plurima.ſicut in dinamidijs diximus,oportet prius per catharticum corpus purgare.

Aurium cenotica.

Aures purgat mel,uinũ,oleũ nucinũ,& amygdalinũ,cepę ſuccus cũ adipe plurimo,aphronitrũ cum melle & aceto,hydromeli & acetũ,nitrũ miſtum cum uino,oleum roſeum,ſuccus betæ.

Narium cenotica.

Purgat enim nares ſuccus betæ,cepæ, elateriũ, piper nigrũ,ſinapis,pyrethrũ,hyſſopus, thymus, elleborus albus, ſtrutium, euphorbiũ, cardamomũ.Purgat caput per os ſtaphiſagria, piper,ſinapis,pyrethrũ,hyſſopus, thymus, & alia plurima quæ in dinamidijs ſcripta ſunt, & gargariſmata. Lac in mamillis reuocat ptiſana,ſemẽ fœniculi.

De purgantibus pulmonem & thoracem.

Pulmonis & thoracis cenotica. Purgant pulmonem & præcordia daucus, papauer nigrum, ſemen lini,thymus,aniſum,piper,coſtũ, ſulphur, ſcylla,amygdalæ,iris,mel, orobum, praſium, capita

pita porri, & alia plurima quæ in dinamidijs possunt reperiri. Est autem confectio ad purgandum experta. Styracis, terebinthinæ, sandarachæ, mastiches, medullæ ceruinæ ana ʒ.i. Iuuat stomachicos, pleuriticos, phthisicos, & omnem tussem.

Superiorum uentris cenotica.

Vomitũ facit cedri cortex cũ oxymelite. Sinapis cũ mulsa, ellebor⁹ albus, ireos puluis cũ mulsa.

Intestinorum tenuium cenotica.

Purgat nãq; in intestinis crudos humores, & indigestibiles cibos, & lumbricos rotundos excludit semẽ tithymalli, & opos eius cum caricis, aut cum dactylis comestus, iris, herba mercurialis, thymi decoctio, aloe, absinthiũ, abrotanũ, et alia quæ in alijs commemorauimus.

Hepatis simorum cenotica.

Purgat ea polipodium, lacterida, canubea cum absinthio & lupinorum apozemate.

Hepatis gibborum cenotica.

Purgat nardus celtica, squinantum, agaricum, gentiana, absinthium, peucedanum, opobalsamũ, myrtus.

Splenis cenotica.

Purgat splenem elleborus niger, epithymum, polypodium, agaricũ, capparis cortex, scolopendria.

Renum cenotica.

Purgat renes apij semen, fœniculi semen, daucus, asarus, squinantum, sanguis hircinus, graminis decoctio.

Matricis cenotica.

Sanguinem educit pessarium cinnamomi, sabina, calamus aromaticus, absinthij decoctio, artemisia, dictamnum, elleborus niger, sicut in dinamidijs continetur.

De prouocantibus menstrua.

A Per impositiones prouocãt menstrua calamus aromaticus, castorium, lupinorũ decoctio, ruta, piper, melanthium, balsamum, pęonia, artemisia, dictamnum, lapathij radicum decoctio.

Vesicæ cenotica.

Euacuant & purgant uesicam asarum, apozema acori, amygdalę amaræ, absinthium ponticũ, semen balsami, bryonia, pæonia, semen liquiritię, pulegium, dictamnum, dracontij radices.

Renum & uesicæ lapidis cenotica.

Lapides frangit cardamomum, oleum amygdalinum, bdellium, semen fœniculi, amygdalæ amaræ, lapathij radicum decoctio, lini semen, saxifraga, electrum, id est succinum, sanguis hircorũ, semen olerisatri.

B Scybalorum cenotica.

Sunt mel, sal, fœnigræci decoctio, maluæ decoctio.

Ventris cenotica.

Aloem & salem cum melle coquas & subijce.

Aliud mirabile medicamen.

†Myrtę, ceparum succi ana ʒ.i. mellis ʒ.ij. In trulliones coquas, & subijcies ut pastillos. *alias myrrhæ*

Sudoris cenotica.

Sudorem educunt uinum cum oleo irino, & oleum chamæmelinum, & anethinũ, & sicyoniũ, & alia. Per os data hæc prouocant sudorem, staphisagria, pulegium, sisymbrium, artemisia, costum, libanotides, casia, cinnamomum, agaricum. Quæ per suffumigationẽ sudorẽ mouẽt, sunt castorium cũ pulegio. semen balsami, bdelliũ. Quæ pruritum mouent, sunt porrum, alliũ, caulis, asparagus, pastinaca, ruta, cardamomum, raphanus, omnia salsamenta. Et hæc de simplicibus quę per longa tempora colligere potui habeas experta.

C

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE GYNÆCEIS, IDEST

De passionibus mulierum.

Nicolao Regio Calabro interprete.

D E passionibus mulierũ & matricum utile præuidi uobis scribere. Superuenientium diuersarum & plurium passionum in matrice, aliquę periculosę & insanabiles fiunt. ob quam turpitudinem nõ præferendã censeo, quoniam abscondere periculosum est. Fit igitur in ore matricis dolor & symptoma forte. & si cito non occurratur, uulnera in ipsa fiunt. Et quãdoq; ad hypochondria supposita suffocationẽ facit. & ad cor dolor superuenit fortissimus. & nominata consequitur amara saliua, uelut si aceto et aqua os adimpleatur. & tibiæ frigidę fiunt. & caput et lingua formicitãt. & uox deficit. Cura. Sub matrice ponenda est lana inuoluta balsamo, aut oleo amaricino, aut alio qualicunq; bene redolenti. Naribus uero offer asphaltum molle. & uomica cum capillis nigrientibus, aut pennis coruinis in acetũ immissis peruomica. offer naribus sternutamẽta. & soluto ore & lingua ad loquendũ, bibẽ D dum est castoriũ cum uino. et digitũ tinctũ in oleo naribus offer. Lana autẽ supposita sit donec sanetur. quia si tolletur, reuertet̃ passio. Si autem matricis descẽsio in uesica dolores magnificet, et fiat formicatio tibiarũ, & urina concludatur, dum uis sanare, huic offer bene olentem myrrhã, & omne suauissimi odoris quod inueneris. Ad matrices uero appone inolentas suffumigationes usq; dum restituatur.

uteri suffocatio.

Fumigatio.

Ad matricum suffocationes, si uox deficiat, & ad periculum mortis deuenerit, ut per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurritur. Rutam uiridem frica, & cõfert. Item sulphur cum aceto naribus impone. Item asphaltũ in carbones pone, et nares suffumiga.

Potio

Potio ad id.

Succus urticæ colatus datus in uino aut melicrato, mox iuuat. Itē in periculo castoriū in uino bibat. Aut castorium, & anisum in oxymelite.

Sternutatio ad idem.

Elleborum album, asphaltum, castorium tere, & offer naribus.

Pessarium ad idem.

Ruta cum melle bono linias os matricis. Ad idē. Lenticulas infunde in uino, & postea tere, & uellere calefacto collige, & appone. mirificū est.

Item quæ in pectine habent dolores quasi uespam incidentem.

Apium tere cū castorio & adipe anseris, & pessarium impone.

Item ad eas quibus facta est aphonia de suffocatione matricis.

Picem in lanam mollem inuolue, & pessarium impone.

Ad dolorem matricis propter abstinentiā uiri, ut contingit sæpe uiduis, & uirginibus, & quarum uiri diutius absunt.

Fit autē illis dolor, nausea, saliua, tibiæ frigent. & quæ in matricum suffocatione contingunt patiuntur. Ad eius curam adhibenda sunt quæ in gynæcia Cleopatræ leguntur capitulo decimo. Item febris acuta, eleuatio uentris & duritia, dolor renum & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica, aut quasi acefoz, aut cholerica. Vrinæ detentio, strictio uentris, fastidium, sitis aspera, lingua nigra quasi attramento tincta, dolor ceruicis & in genis, tempora saliunt & oculi. dolent extremitates digitorum & ungulæ. & si in natura deponent digitum, sentiunt magnum calorem, & siccitatem, & duritiam, & strictum os matricum. Axungiam porci uirginis cum melle aduna, & post balneum suppone. hoc etiam ad omnem passionem matricis prodest.

Item ad illas quę tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.

Adipem anseris misce in lana & suppone.

Item ad eas quæ ante & retro patiuntur in coxa, & per totum uentrē, neq; surgere neq; dormire possunt.

Butyrum, medullę ceruinæ misce, & utere.

Ad dolorem matricis.

Ceræ citrinæ, ceruinæ medullæ, terebinthinę, adipis anatis, opij obolos ij. cum oleo cyprino utere in pessario. facit ad ignem sacrum, & febrem, in fistulis apostasim, atq; caliginem, & punctionē, & ulcera, & alia multa.

Item ad pectinis dolorē, dorsi, & uentris, & frontis. & quandiu stare non potest.

Adipem anserinum & myrrham cum mero uino teres, & in linteo pones.

Ad eas quæ dolorem matricis patiuntur si cum uiro dormiunt. si hæc passio perseuerat colicæ fiunt.

Vniuersaliter autem hæ latas uenas habēt pe-

A nitus libidinosæ. natura tumescit plus intus q̄ foris. patent palpebræ oculorū quando cōcumbūt. curabis sic. Lac mulieris quæ masculum lactat, & cerusam misce, & calefac, & pone pessariū in ore matricis. Item galbano cū rosis simul utere. Item oui assi inure modicum & ros. impone pessario.

Ad inflationem & apostemata matricis.

Butyrum cum opio & rosis aduna, & in melle pessario appone. Suffumiga sic, ceram, terebinthinam, uel sagapenum carbonibus appone, superposito emmoto.

Si lumborum dolor, & circa matrices prurigo, in natura, & in uentre humidior, tunc nanq; iam patet se rheumaticam factam. Cura.

B Ireos radicem succo mali granati misce: & ecligma facies postq̄ urinam fecerit.

Ad cancrum matricis, cuius hæc sunt signa, dolor in uentre & sexu, ut putet se spinam uel lignū in corpore habere. aliquādo effusio sanguinis cum urina.

Betam syluaticam, & alumen scissum, & nitrū in ligno tere, et cataplasma impone. Item succum solatri cum adipe anserino in pessario. Item raphanum tempera cum eo, & utere.

Ad ulcera matricis.

Ceram, myrrham, & adipem porcinum, cum melle in lana suppone. Item oui testam assam, siselon cum rosis misce & impone.

Ad matricem frigidam.

C Si frigida fuerit dolet, & sanguinem profert. frigidus sudor superuenit. Cura.

Terebinthinę, mellis, adipis anserini. ana misce & utere. Item artemisiam, adipem anserinum oleo rosarum misce & impone.

Signa uentositatis matricis.

Renum amotis & intestinorū. conducit ei uentrem & clausa dolorem concitant. Cura. *

Myrrham in nigro uino bibat scilicet temperate. Item medullam ceruinam tere, et misce rosis ad crassitudinem mellis, & fac pessarium.

Matricis hydropicæ signa.

Nares mucosæ, oculi nigri, torpet per loca calida. Cura.

Cyminum, uuam passam, sal modicum pinse, D & misce. & pessarium appone. Item rubi radicem coque, & bibat ieiuna.

Ad matricem clausam.

Bdelium tempera, & appone, ac suffumiga.

Si matrix exiuerit, & tardauerit, & foris uulnerata fuerit.

Terebinthinæ, medullæ uitullinæ, opij, croci, rosarum, cicutæ pessarium impone.

Ad hæmorroidas in ore matricis.

Coronam spinæ tere, & superasperge.

Ad rheumatismū album, uel aquosum, uel rubrum, uel sanguineū, aut nigrum sine dolore, aut cum dolore. Cura.

Sanabis sic. Papauer cum uino nigro bibant, &

A & testam oui contere, & appone in capite funiũ ceræ cum olibano, & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana.

Signa matricis plenæ humoribus.

Vlceribus nimis impletur. extrema oculorum fiunt sanguinea, febres assiduę & acutę. Cura.

Cyperum & rutam cum uino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam unam, & non plus.

Ad effusionem sanguinis matricis.

Grana uuæ siccę tere, & cum uino da, aut folia uiridis maluæ.

Si ex partu contingit sanguinis fluxus.

Corion basilicon incede, & tere, & cũ aceto inuolue, & impone in pessarium. Item lapathij succo intinctum pessarium appone.

Si ex partu natura plagata fuerit.

Testiculos tauri etiam solue cum aqua frigida, & cum rosis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone.

Si uero consuetudine super menstrua uenerit.

Cineres uitis teras, & in linteo imponas. uel calcem teras, & similiter apponas.

Potio ad idem.

Radicem myricæ & corticem tere, & cum uino bibat. Si matrix ex partu ulcerata fuerit.

Helenium butyro ueteri misce, & fac pessarium, & suppone.

Ad consuetudinem prouocandum.

Piperis grana commisce staphisagriæ, da post balneum cũ uino, & cito subueniet. Item centauream tere cum folijs in aqua, & fac pilulas, & impone ori matricis. Item rubiam, nigellam, & myrrham ana cum uino bibat.

Ad rhagadias in ore matricis.

Coronã spinæ, gallas omphacinas tere, & unge adipe anserino, ut adhæreat puluis, & super sparge. facit & ad condylomata.

Ad eas quæ non prægnantur.

Castorij. piperis grana, xij. uino cõmuni simul temperata cum pulegio bibat.

Vt non conceperit.

Nitrum in orę matricis in modum ciceris post concubitum mittat.

Vt cognoscat si sua culpa, aut culpa uiri est quod non concipiat

Vasa fictilia duo signa, intus posito hordeo, & ibi fac eam & eũ urinare, & pone in loco frigido per xij. dies cuius hordeum ingerminauerit, eius culpa est.

Vt cognoscat an prægnãs masculũ uel fœminã in utero habeat, & cognoscat si sua culpa aut culpa uiri nõ cõcipiat.

Apium cum radice sua capiti eius appone ipsa ignorãte. & si primo nominauerit dum loquetur masculum, masculũ: si fœminam, fœminã pariet.

Vt fœmina concipiat.

Vuluã leporis siccã tere, & ambo bibãt et edãt.

Vt cognoscat si conceperit.

Si collum calidum habet, dorsum frigidũ, concepit. si uero æquale corpus, non.

B Ad eam quæ prius fœcunda fuerit postea sterilis facta est.

Folia mali granati sicca tere, & cum melle fac pessarium digitorum quatuor, & post purgationem impone, diebus tribus, ut nõ tollatur. Et uuã passam cum granulis suis tere, & fac pessarium ut dictum est. & quando coagulata stillauerit, cognoscat uirum.

Ad uiolatam ut non cognoscatur.

Alumen scissum, gallas omphacinas cũ uino amingo tere, & fac tencathisma. Item cum succo pastinacę collige, & fac ad magnitudinem orobi, & apponatur per unam horam antequam coeat. *aliàs prochirisma*

Ad tumorem uberum.

C Betam oleo coque donec soluatur, & sic tere, & simul seram solue, & cataplasma impone.

Item ad ubera ulcerata.

Portulacã tere cũ oleo rosæ, & linteo impone.

Ad duritiem uberum, & inflationẽ, & ulcera, & crassitiẽ, & omnẽ passionẽ.

Caulem uiridem tere, & cataplasma fac. Succum autem eius spissum line.

Item ad ulcera, & cancrum, & diatasin.

Folia hedere coque fortiter, & cataplasma, & ex apozemate fomenta.

Ad lac augendum.

Lumbricorum uiuorum drach. i. tere, & cum melle bibat ut non cognoscat. Item lac uaccinum aqua calida salsa uel marina fomenta, & postea cum uino calido bibat.

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER
SECRETORVM AD MONTEVM.

ROGASTI me amice Montee ut describerem tibi librũ in medicatione ægritudinum secundum experimentum medicinale, & cõsiderationes rationales ex eis, quę expert⁹ sum in multis sapientum & bonorũ in cultu legis. feci igitur illum. & posui ipsum ex secretis quæ non est necesse propalare unicuiq; hominum, timendo ne fiant pigri, confidendo in ipso, & dimittant quod necessarium est in scientia radicum & ordine capitulorum super quam est fabricatio artis. Et ego quidem scripsi tibi in illo secundum mensuram uirtutis, & fideliter. Dico igitur quod substãtia subiecta generationi & corruptioni mutatur in qualitatibus suis. Quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. quæ adinuicem agunt & patiũtur. & eorum æqualitate, complexionis existit bonitas. Quod est, quia complexio est factorum substantiæ cuiuscunq; membrorum

rum animalis propria. Complexio igitur est substātia corporis, & natura eius. Et postea sunt res sequentes complexionē necessario, & sunt odores, & sapores, & colores, et durities, et mollities, & lenitas. Natura uero de tribus dicit rebus. quarum una est complexio, secūda est uirtus rectrix, tertia est compositio. Et quamuis ars quæ solicita est de corpore, sit una, sicut uerificatū est iam in libris alijs, tamen partes eius sublimes sunt duæ. quarū una est regimen sanorum. & altera est curatio ægrorum. & sunt ambæ in operationib. suis diuersæ. quia ambarum prima intendit ad conseruandū corpus secūdum dispositionē in qua est. & secūda intēdit ad permutandū ipsum ab eo secundū quod est. Et quoniā sanitas antiquior est ęgritudine & sublimitate & tempore, tūc necesse est nobis ut acquiramus in primis qualiter cōseruemus sanitatē. & post illud, qualiter sanemus ægritudines sanatione bona. uia autē cōmunis ad inueniēdum eas ex rebus duabus est, ut sciamus dispositionē quam nominauimus sanitatē quæ dispositio sit. quia nō possumus seruare ipsam quādo existit, nec reducere ipsam quādo corrumpitr, nisi sciuerimus quid sit. Nos uero iam processimus, & ostēdimus quod sanitas similium partiū est æqualitas. & quod sanitas membrorū compositorū cōpletur positione membrorū similium partium, & eorum numero. illud uero quod surgit per conseruationem horum membrorū, est post cōseruationem sanitatis. sicut si corpora nostra nūquam finirent nisi per dolorem communicantē eis, nō esset nobis ars necessaria qua sciremus læsiones eorū omnes. Genera autem ægritudinū corporum nostrorū, et corruptiones eorū, sunt duo, quę eis sunt necessarię, quæ sunt ex operatione caloris innati. & sunt eis corporibus à principio esse corporum radices. Et ex eis quę non sunt necessariæ, & nos nō sumus eas mouentes, quæ quidem corrūpunt corpora nostra non minus illis necessarijs. Et ego quidem sum distinguens unumquodq; duorū generum secundum se. Dico igitur ꝙ principiū nostri esse est ex sanguine & spermate. uerumtamen sanguis est materia properans in receptione eius quod descendit. Et nos quidem intelligimus per materiam hylen, sequētem formā in omni parte. sperma autē stat loco factoris. & unūquodq; istorum duorū est compositū ex elementis ex quibus compositum est alterū. & nos quidē demōstrauimus ita in libro quem edidimus de elementis secundum sententiam Hippocratis. Veruntamen in mēsura mistionis specierum diuersificantr. quia plus est in spermate. & iam nos quidem demōstrauimus secundum quod diximus. & testificati sumus illud in libro de morbis & accidentibus, & mihi quidem uidetur ut uadam ad fundamentum sermonis in arte medicationis per experimētum, & considerationē, & copulationē, et abbreuiationem sermonis, & appropinquationē locutionis.

Frater Montee, iste magis iuuatiuus liber est quem composui in medicina. omnem nanq; descri-

A ptionem eius expertus sum multoties in complexionibus comparibus. Descriptiones autem quas diximus in almemiri, id est pharmacorum, & est liber qui nominatur de medicinis compositis, nō sunt nisi compositiones quorūdam quos dixi, sicut Archigenis & Archelai & Seueri & aliorū. quibus si uteretur aliquis secundum quod dixerunt, non fieret iuuamentum per eas. immo generarent ęgritudines. uerum ego rectificaui eas, & exercitaui super errorem qui est in eis. prima ergo descriptionum eius quas ego composui, est descriptio medicinæ huiusmodi.

Ad stuporem, & frigus, & paralysim.

Vir quidam sexagenarius fuit, super quem uincebāt humiditates superfluę, & uentositates phle-
B gmaticæ. & erat mollis corporis. & ipse quidem conquerebatur de stupore in corpore suo, & frigore addito, & inceptione paralyseos. composui ergo hanc confectionem, quæ est medicina multorum iuuamentorum. & ego quidem iuuamenta ipsius dicam, post artem eius. Cuius quidē permistio. ℞. euphorbij, croci, casiæ lig. cinnamomi, apij, acaciæ, costi amari, spicæ, gummi arabici, seminis urticæ, granorum alkerua, bdelij, olibani, sumach, ellebori, sulphuris citrini, styracis calamitæ, piperis albi, omnium ana ℥. vi. rosarum siccarum, pyrethri, arthanitæ, sethefusiæ, seminis apij, omnium ana ℥. iiij. seminis albedarogiez, id est ammeos, seminis taraxacon, amborum ana ℥. medullæ cartami, zingiberis, amborum ana ℥. iiij. te-
C re & cribella. deinde infunde in uino antiquo tribus diebus, donec fiant sicut mel. deinde fundatur super ea mel crassum despumatū. Deinde misceatur & fundatur super ea ex oleo balsami mensura unciæ unius. deinde ponatur super ignem leuem, & bulliat ebullitionibus duabus leuibus. & fundatur in uase uitreo. & dimittatur sex mensibus. & quanto plus antiquatur, tanto est melius ei. Vsus est ea uir, & conualuit usque ad quartam hebdomadem. Et dosis quidem eius est ex aureo usq; ad ℥. iij. Quod si ille qui utitur ea fuerit adolescēs, sumat ex ea ℥. i. & s. Hæc aūt medicina cōfert morsui facto à cane rabioso iuuamentum manifestū statim. & dolori qui fit in acumine uerticis antiquo, & cui radūtur pili capitis. Deinde accipitr
D de hac medicina pondus aur. unius, & soluitr cum aceto uini, & linitur cum eo caput. et ad dolorem dentium fricatur cum ea. & ad dolorem auris soluitur cum oleo balsami & colatur. deinde destillatur in aurem. & ad anginam datur in potu cum aqua in qua cocta sunt seuestem & anethū. & deglutitur post ipsam butyrum tepidum. & similiter ad asthma, & splenem ℥. i. & s. cum aceto in quo decoctæ sunt radices capparis & tamarisci. Et ad renes, & ad dolores eorum cum aqua in qua decocta est calaminthe fluuialis. Et ad serpentes in uentre ℥. i. & s. cū aqua in qua decocti sunt cortices granati dulcis. Et ad hæmorrhoidas aure. i. cum uino antiquo. Et ad dolorem hepatis, & stomachi, & ad hydropem. itaq; quando est comple-

xio decliuis ad frigus. Ad ultimũ uero serua à me secretum magnum in omni medicatione tua. Caue igitur multiplicationem calefactionis, & inclina ad frigidationem, per comparationem & non absolute. & incipe in propinquitate complexionis hominis. & hic quidem est locus consideratio nis. serua igitur hunc modum curationis, & intellige ipsum. & fac medicinam, immittens species boni odoris aromaticas. est enim electuarium magnum, & nõ errabis si deus uoluerit. Et fuge à stupefaciente oculum, nisi raro, & apud necessitatẽ. nam faciet festinare ad eum qui utitur ipso debilitatem tunicæ corneę. & hoc iterum considerandũ est. intellige ergo ipsum.

Ad phrenitim & tussim siccam, & febrem conclusam,

Medicina autem Austri qui est ex illis de Luca, quoniam conquestus est mihi de phrenitide & apostemate in cerebro suo ita quod permiscebat. & fuerunt cũ eo calor, & tussis sicca, & dolor capitis intolerabilis, & febris conclusa. Et iam medicati fuerunt ei quidam medicorum, & errauerunt super eum. Incepi ei uti huiusmodi medicina, & sanatus est usque ad hebdomadam unam, cuius permistio. ℞. psyllij infusi in aqua cucumeris indi. deinde extrahatur, et coletur cum cribro, & coaguletur cum rob uuæ leui igne, & sumatur draganti albi, gummi arabici, medullæ se. citruli, & medullæ cucumeris, & medullæ se. cydonij, medullæ se. cucurbitæ, medullæ amyli, sandali, seminis portulacæ, se. malauisci, omnium ana pars i. terantur contritione bona. deinde misceantur coagulato. i. rob. & administrentur de eo omni mane ʒ. iiij. & apud somnum similiter. Et cibus eius sit aqua hordei in qua decocti sint cancri fluuiales et sebestem. hoc enim medicamen est cui non est par.

Ad dolorem capitis, & lachrymas oculorum, & ad insomnietatem.

Et conquestus est mihi adolescens uicenarius, cuius cõplexio erat calida, & cuius color erat fuscus, & erat multæ quietis & trãquillitatis. & erat uincens semper complexionem regionis eius caliditas, de dolore capitis superfluo inquietante. lachrymis in oculis suis, & dolore in eis, & non dormiebat. Composui ergo ei hoc caputpurgium. conualuit ergo ex uice una.

Modus confectionis.

℞. croci, danik. ij. ladani ʒ. s. condisi ʒ. i. lache kirat. i. camphoræ kiratam mediam, lubue, ambræ ana ʒ. iij. opij ʒ. ij. terantur. & aggregentur cũ melle medicinæ siccæ. & soluantur humidę cum sambucino. terantur, & aggregẽtur cum melle despumato. quãdo igitur necessitas eius est, sumatur sicut milium. & soluatur in lacte mulieris, & fiat cũ eo caputpurgium. uir autem cuius corpus est forte, sumat pondus sex granorum. huiusmodi enim medicina est ultima. Primum autem quod oportet præmittere in curatione ægritudinum: quãdo uides repletionem, & tempus non longinquum,

A phlebotomia est. ut præmittas phlebotomiã in cephalica, si ægritudo est in superiorib. corporis. & in basilica, si ægritudo in inferiorib. corporis. Noster autem sermo in hoc iam præmissus est in multis nostrorum librorum. Qui autem uult esse prudens in arte ista, legat libros meos, & tunc utatur istis medicinis quas ego composui & expertus sum, postquam cognouerit complexiones utentium eis.

Ad dolores oculorum & ophthalmiam.

Quia dolores qui accidunt oculo sunt multi & diuersi, & ex eis est dolor qui uocaẽ ophthalmia, qui multoties accidit oculis in multis dispositionibus, uidetur mihi ut præmittam causam eius super reliquos dolores oculi. quia cuidã uiro qui no-
B minatur fisulus aduenit dolor inquietans, & ophthalmia calida per causam. & erat quadragenarius. & erat quietus crassi corporis. Leniui ergo ei naturam cum infusione myrobalanorũ. & firmabo uel ostendam eam in hoc libro. deinde præcepi ei ut aperiret cephalicã. & cõposui ei hoc sief. & nominaui ipsum iuuatiuũ. quia iuuatus est per ipsum ipsa uice prima.

Modus sief.

℞. cerusæ de plumbo, amyli, amborum añ. partes ij. & s. sarcocollæ, croci, opij, omnium ana iiij. partem illius. teratur cerusa, & cribelletur cũ orali. & addaẽ super ipsam de aqua dulci quantũ necesse est. & teraẽ in mortario dieb. x. in hora quieta à uento, & in loco in quo non sit puluis. deinde
C infundatur gummi post illud in aqua dulci in uase mundo. Quãdo ergo soluitur, & fit sicut aqua, coletur cum panno lini super medicinam in marmore. deinde teratur cum ea. Quando ergo facta est medicina sicut pasta, proijciantur super ipsam reliqui pulueres. & terantur cum ea donec inspissentur. deinde fac ex ea sief. & exiccentur in umbra in loco tecto. deinde proijciatur super ipsam pannus sabani, aut pannus subtilis, defendens ipsum à puluere. postea reponatur, & mediceẽ cum eis. & sumatur ex eis unus, & soluatur in aqua rosa & lacte mulieris. & sumatur in uenera, & distilletur in oculum. hoc autem sief est cõueniens uel conferens apostematibus, & inflationi, et uuæ, & ulceri nigro. & uesicis accidentibus in oculo, &
D pluribus ægritudinibus eius.

Ad albuginem oculi.

Alchohol autẽ quo usus est Ebinus monachus ad albuginẽ quæ erat in oculis suis, & omnes medici conuenerunt quod non sanaretur. & † posuit ipsum ei, & conualuit usq; ad triginta dies. *alias posui*

Modus alchohol.

℞. spumæ maris quæ natat super aquam, stercoris lacertæ, sachari, massæ cumiæ, baurach, omnium partes ęquales, terantur, et cribellentur, & sumatur ex memirem media uncia, teratur, & decoquatur cum lib. aquæ, donec consumetur medietas. & coletur, et imbibatur cum hac aqua in marmore. deinde continuetur cũ contritione in sole diebus aliquot, donec consumatur aqua. deinde fiat

fiat puluis. hoc enim est ultimũ, et secretũ magnũ. A

Ad conseruandam sanitatem oculi alchohol.

Alchohol autem quod conseruat sanitatẽ oculi Montee amice ego usus sum ad sanitatem amicorum meorũ. & nulli qui eo usus est accidit nocumentum in oculis suis dum remansit. & ipsum quidem conueniens est omnibus hominibus propter subtilitatem suam.

Modus alchohol.

℞. alchoroniæ & est thucia Inda, antimonij, hematitis, rubiem & est sepia abluta, & sit marina, nec aduratur, thuciæ, æris combusti, corticum æris, aloes, folij, croci. omnium ana partem unam. piperis, macropiperis, salis ammoniaci, omnium ana partem mediam, margaritarum minutarum, myrabal. kebulorum, spumæ maris, cadmiæ aureæ, sachari, musci, campho. omnium ana quartã partem, teratur, & cribellenť, & fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiant sicut atomi. hoc enim est ultimum. B

Ad impetiginem & pruritum.

Medicina cuius descriptionem incepi pro Sertato, pro qua ipse proiecit medicinas multas auarus de ea usquequo accepit illam, & rectificaui ipsam, & curaui cum ea multos homines ab impetigine quę est in capite, & cruribus, et baras, et pruritu, & casu capillorum, tebal, & alopecia, et lendibus, & pediculis, & scabie ulcerosa, & est certa.

Modus unguenti.

℞. gallarum ʒ. iij. granorũ armenij, baurach aureum. i. sulfuris citrini aur. ij. arsenici rubri, aristolo. amborum ana aur. s. salis ammoniaci, frusti testudinis, fimi ueteris, amygd. amararum excorticatarum, colocynthidis, æris usti, uenarum citrinarum, merdasengi, radicis capparis, foliorum fici siccæ, radicum cannæ siccarum. & ziniar, aluminis iameni, sief, memithæ, myrrhæ, aloes, olibani, omnium an. ʒ. s. kitram, foliorum oliuæ, fellis uaccinæ. omniũ aň. aur. i. terantur, & cribellentur, & conficientur cum aceto uini, donec permisceanť. deinde leniať cum eo. est enim bonum ad tineam, & assafati, & ægritudinibus antiquis. C

Ad uermem auris.

Ingenium in extractione uermis de aure quod ego feci multoties. distilletur in aurẽ quod distillat caro uaccina scilicet quando assatur cum aqua almarmacur. deinde præparetur cannula cũ mensura quæ ingrediatur in aurem. & sugatur cannula à superiori parte eius uehementi suctione. egredientur enim uermes si deus uoluerit. D

Ad extractionem aquæ cadentis in aurem.

Pro extractione aquæ cadentis in aurem sumatur uirga iunci triãgulata. & est planta quæ oritur super flumina. & inuoluatur eius extremitas cum coto. & liniatur cum oleo. deinde intromittať extremitas eius secunda in aurem cum mẽsura quæ possibilis est. & incendatur extremitas in qua est cottum cum igne. quanto igitur plus comburitur aqua cadet de aure. & itera illud donec egrediatur aqua tota.

Ad extractionem spinæ de gutture.

Ingenium in extractione spinæ quando adhæret in gutture aut transuersatur. elixetur frustum carnis uaccinæ, & ligetur cum chorda, & deglutiatur. deinde extrahatur extractione subtili. egredietur enim spina.

Ad dolorem auris.

Ad dolorem autem in aure factũ res magis iuuatiua est ut ut fumanť uermes inuenti sub urceis aquę; & decoquantur cum oleo ro. & mandragora, & distilletur in aurem postquã tepet. Quod autem dicitur amice de ęgritudinib. auriũ, iam ostendi illud in libro de ingenio sanitatis, & in alijs libris.

Ablutio capitis cerebrum confortãs.

Dico igitur quod quandoq; accidunt naribus ægritudines quæ prohibent ab olfactu & inspiratione. Dico aũt quod prohibẽs ab illo, non est ex ægritudine neruorũ. quoniam duæ extremitates anterioris cerebri similes duobus capitib. mamillarũ. & sunt illę quas diximus in eo quod pręterijt de sermone nostro, quod sunt lenes, & quod ipsæ nõ numeranť in numero neruorum. complent inspirationem & expirationẽ sine medicatione neruorũ. et ad ipsas ascendit odor ex foramine quod est in chartilagine intra coronam. Medicinæ cuius descriptionem scripsi Costæ monacho, & fecit ipsam. & similiter scripsi descriptionẽ eius kili kideo & Festito, & excusauit eos ab omni cura. et abscindit nocumenta attracta ad caput, & cõfortat cerebrum, & cauterizat ipsum, & expellit nocumentum ab ipso, & separat inter ipsum et uapores & humiditates ex quibus proueniunt coryzæ, & delet sodam.

Modus ablutionis confortans cerebrum.

℞. salis gemmę, salnitri combusti, spumę maris, baurach albi, omnium ana partem unam. ellebori albi partem mediam, cõdisi, staphisagriæ, sinapis, fæcis uini. i. tartari combusti, omnium aň. partem unam. sulfuris, rosť. gallarum, sumach, alchannæ, squinanti, prasij, gummi arabici, olibani, gariofilorum, xyloaloes, lycij, arsenici, aluminis, folij, spicæ, nucis muscatæ, omnium ana partem s. terantur, & cribellentur, & soluantur in aqua saponis communis partes iiij. cum aceto uini antiqui, & conficiantur cum eo medicinæ, & percutiatur in mortario, & sit acetum bulliens quando soluis ipsum cum sapone. & fiant trochisci, sitq; unus trochiscus ʒ. v. & exiccentur in umbra. Quando igitur necessarij sunt, teratur unus trochiscus, & soluatur cũ aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculũ, & sit natura lenis. *alias drach. ij*

Ad fluxum sanguinis narium.

Et cõquestus est mihi uir ex illis bonis de Roma, in primis quando hospitatus fui in ea. & erat quadragenarius, & erat delitiosus, teneri corporis, complexioq; eius decliuis ad caliditatem & humiditatem, & hæc est complexio Romæ, quod ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluũ. Et medicati fuerunt ei multi medicorum, & non contu-

contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam, cuius descriptionē acceperam à patre meo, & iuuaui eum statim. & ego quidē per mutaueram me à domo eius, sed ipse permutauit me ad eā. & hæc fuit prima domus in qua quieui.

Modus medicinę ad fluxū sanguinis nariū.

℞. chartę indæ, id est de papyro, cucurbitæ siccæ cōbustæ, atramenti uiridis combusti, olibani, opij, aluminis usti, omniū ana ℥. i. terantur, & puluerizentur, & cribellentur super licinium quod submersum sit in aceto, & supponatur in nares ex eo de foris. & ponatur super tempora & frontem lutum armenum tritum, confectum cum aceto. & ligentur stricte manus, & pedes, & duo adiutoria cum ligamentis, & testiculi etiam. et sugatur cum uentosis supra hepar sine incisione & super splenē. & cephalica phlebotometur ex parte sanguinis. & embrochentur pedes cum aqua calida, ut attrahatur sanguis ad inferiora. & dormiat supra dorsum suū. & fundatur super faciem eius aqua frigida cū aceto. hoc enim est secretū magnū. serua igitur ipsum. hæc quidem medicina abscindit sanguinē à quocūq; membro. & si submergant in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

Ad mollificationem linguæ.

Et conquestus est mihi uir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua, & fuit de quadam uilla ex uillis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinā, & sanatus est usq; ad paucos dies, qui fuerūt minus tribus septimanis.

Modus pilularū ad accidentia phlegmatica.

℞. albotiz, opopanacis, altit dulcis, nucis muscatæ, omnium an̄. partem unam. terantur donec fiant sicut pasta. & fiant sicut cicer pilulæ. et ponatur sub lingua una post unam, & sugatur. & assiduetur gargarismus cum sinapi. & balneatio cum aqua non dulci. & sanatus est.

Ad nauseā, & malitiam digestionis, & combustionem in stomacho, & retentionem urinæ.

Et conquestus est mihi uir quadragenarius cuius complexio erat decliuis ad caliditatem & siccitatem (fuit in Alexandria regione) de nausea, & malitia digestiōis, & combustionis in stomacho, & retentione urinæ. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est ea statim.

Modus syrupi de fructibus.

℞. succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquę cassiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana lib. i. rob uuæ uere dulcis, & est carenum, lib. iiij. decoquātur donec fiat ei spissitudo eius malitiam securans, id est ne putrefiat. & sumatur de ea omni die cochleariū unū cum aqua frigida.

Ad debilitatem stomachi, & uomitū, & solutionem uentris.

Rob de fructibus conferens debilitati stomachi, & uomitui, & solutioni uētris superflue, & angustiæ, & adustioni quæ fit in stomacho. Compo-

A sui quidem hanc medicinā Rufo propinqui temporis, qui fuit Persa. Cuius permistio. ℞. granati acetosi, cydoniorum, amborum ana xx. numero, pirorum, iuiubarum, amborum ana c. numero, sumac aur. xl. granorum myrti. centaureæ. terantur omnia, & ponantur in uase bireno scilicet lebete, & fundatur super illud aquæ xx. kist. & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx & proijciatur, & sumant lib. iij. mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua, & accendat sub ea ignis donec fiat sicut mel spissum, & coletur. & reponatur. cuius dosis cochlearium unum cum aqua frigida.

Ad febrem adustam, et sitim, et adustionem in stomacho.

Et conquestus est mihi uicenarius adolescens B de febre adusta, et siti, et de adustiōe in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos.

Modus trochiscorum fe. adustæ.

℞. seminis citrullorum excorticati. se. portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, omnium ana ℥. viij. dragaganti ℥. iiij. terantur, et molliantur, et conficiantur cum mucilagine psyllij, et fiant inde trochisci, sitq; omnis trochiscus ℥. i.

Ad febrem tertianam trochisci.

Trochisci boni quos ego sum expertus, et quos composui uiro ex bonis qui habebat fe. tertianā et mediētatē quotidianæ, et iuuatus est eis cito iuuamēto ueloci. ad fe. tertianam, et feb. incensiuā, et febribus permistis calidæ causæ, et sunt nobilis quantitatis. serua ergo eos.

C Trochisci fe. tertianæ.

℞. rosarum ℥. xx. spodij ℥. v. amyli ℥. iij. dragaganti ℥. ij. croci danich ij. terantur et cribellentur, et conficiantur cum aqua, et fiant inde trochisci. sitq; omnis trochiscus ℥. i. et sumatur in potu cum aqua et syrupo acetoso.

Ad stricturam anhelitus, et dolorem stomachi, et dolorem duorum laterum, et malitiam digestionis, et eructationem acetosam, et dolorem hepatis et splenis.

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, et dolore stomachi sui, et dolore duorum laterum, et malitia digestionis, et corruptione hystimbræ, et eructa-D tione acetosa, et dolore hepatis sui et splenis, et dilatatione anhelitus magna, et fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. composui ergo ei hanc medicinam, et iuuatus est ea multum usque ad hebdomadem.

Modus syrupi iuuatiui.

Recipe scillæ lib. ij. ʒʒ. se. fœniculi, petroselini, anisi, pyrethri, hyssopi, se. ocimi, gariofilati, costi, asari, omniū ana ℥. i. se. apij, piperis, cymini carmeni, omnium ana unc. ij. dauci, ammeos, libystici, cardamomi, omniū ana unc. iiij. ocimi hortulani, satureli. i. aceti acetosi kist. i. mellis kist. ij. rob chist i. tere medicinas, et infunde eas in aceto trib. diebus. deinde coque ipsum donec consumat mediętas aceti. deinde ꝓijce super ipsum uinū, et coque ipsum

ipsum donec consumatur quãtitas medietatis uini. deinde remoue ipsum, & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipsum donec infrigidet bene. deinde infunde super ipsum mel despumatum, & accende ignem sub ipso donec fiat sicut mel subtile. & repone ipsum. sitq; potio eius cochlear unum cum aqua frigida. & si uolueris ipsum solutiuum, tunc bibatur ex eo cochlear unum cum aqua tepida & duobus danich scãmonię. est enim mirabile.

Ad frigus stomachi, & corruptionem eius.

Et cõquestus est mihi uir qui erat in ętate & cõplexione sicut ille qui præcessit ante hunc. cõposui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, et ad malitiã hysthimbræ eius, & febrem quartanam quæ erat à putrefactione phlegmatis, propter debilitatem quæ euenerat in corpore eius, & in manibus eius, & ipsius renibus.

Decoctio ad febrem quartanam.

℞. uini antiqui boni odoris albi lib. iij. mellis lib. i. zz. ʒ. v. heyl. cardamomi, omnium añ. danich ij. & s. croci ʒ. ij. musci, piperis, macropiperis, omnium ana danich i. & s. terantur, & cribellentur, & puluerizentur super syrupum, & dimitte eum in sole diebus multis. deinde utere ex ipso cochleari i. cum aqua frigida.

Ad corpus infrigidatum, & humectatum, & alia multa.

Et conquestus est mihi uir infrigidati & humectati corporis, mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, qui accidit ei propter syncopen & frigus in hepate suo, et suo corde, et debilitate in suo stomacho, & corruptione in uenis suis, & solutione uentris superflua, & uomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem.

Modus confectionis.

℞. costi, folij, calami aromatici, gariofilorum electorum omnium ana ℥. ij. casiæ ligneæ, salis romani, amborum ana ℥. i. galliæ, acaciæ, foliorum ro. spodij, †saufel, thuris masculi, omnium añ ℥. s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum rob cydoniorũ, & reponatur, & sumatur ex ea ad magnitudinem nucis quãdo necesse fuerit. est enim ultima primaria ualde.

aliàs piperis usualis

Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam.

Et conquestus est mihi uir adolescens ex filijs regum (& erat teneri corporis, et delitiosus) de debilitate nimia, & subtilitate eius, et angustia, & tristitia, & cogitatione. & erat continens nos aer autumnalis corruptus, alteratus. & locus in quo cõuenerat, erat horizon ciuitatis Lucæ, super cuius aerem uincebat caliditas & humiditas. Composui ergo hanc medicinam, & exiuit ab ęgritudine sua uelociter.

Modus confectionis magnæ.

℞. se. ocimi, buglossæ siccę, foliorum propriæ mentæ siccæ, lapidis azuli adusti abluti, margaritarũ paruarũ tritarũ, karabi marini abluti, coralli albi, lapidis armeni, setæ cõbustæ, omniũ ana ʒ. x.

A galliæ. spicæ indę, myroba. epithymi cretẽsis, cinnamomi, thuris, masticheſ, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, folij, cardamomi, gariofil. electorum, usneæ, castorij, liquir. excorticatę, croci, se. lactucæ. se. hyoscyami, ozanorsi, id est squinanti, mandragoræ, xyloaloes bonæ, pæoniæ, rauetseni se. armel. nucis muscatæ, darsessahã, carnub, feliniafelifelias, id est agni casti, se. coriandri, ana ʒ. v. limaturæ argenti ʒ. iiij. limaturę auri ʒ. s. camphoræ, ʒ. i. rosarum, spodij, amborũ ana ʒ. vij. musci aur. i. terantur omnia, & cribellentur, & leniantur cum ℥. i. olei ros. & quarta ℥. olei balsami, & adiungatur ei tantũ sachari triti & cribellati quantũ sunt omnes medicinæ. & conficiatur totum cum miua, & reponatur sex mensibus in primis. & sumatur ex eo omni die sicut abunda chari assidue. B

Ad tussim, & ad asthma.

Et conquestus est mihi uir quinquagenarius, cuius complexio erat æqualis, decliuis ad caliditatem & humiditatem, crassi corporis, & erat regio eius multorum uentorum meridianorum, de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthmate antiquo. Composui ergo ei hanc medicinã, & iuuatus est ea in hebdomade una.

Modus medicinæ.

Recipe hyssopi sicci, ocimi, capilli ueneris, prasij, liquir. decorticatæ omnium ana ʒ. vi. funde de super mensuram sacraiati unius de aqua, & coque ipsam donec perueniat ad medietatẽ. deinde cola, & funde super ipsam cochlear i. mellis. deinde da ei in potu. C

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris.

Et conquestus est mihi Iesas qui erat ex Armenis de sputo sanguinis, & uẽtris solutione. & erat adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi, & eius regio calida ualde. Composui ergo ei hanc medicinã. Trochisci nobiles. ℞. carabi marini adusti, acaciæ ablutæ, gummi arab. spodij, rosarum, therathit, omnium ana ʒ. x. opij, ʒ. i. mastiches ʒ. iij. coralli ʒ. iiij. terantur. & cribellentur, & conficiantur cum mucilaginibus granorum cydoniorum, & fiant trochisci. sitq; omnis trochiscus eius drach. i. Cuius dosis sit trochiscus unus cum aqua frigida apud somnum. & si dimiseris hos trochiscos donec aggregentur partes eorum diebus aliquot, erunt completiores ad operationem suam. D

Ad retentionem menstruorum, & multa alia.

Et conquesta est mihi mulier cuiusdam amicorum meorũ, quę erat ex sapiẽtibus mulieribus. & pepererat & retenta erant ei menstrua, & minoratum fuerat lac eius. & acciderat ei sputũ sanguinis, & saniei. & tussis. & anhelitus dilatatio. Composui ergo ei hanc medicinam. & iuuit eam.

Modus electuarij.

℞. succi prasii ℥. vi. boni uini ℥. i. mellis ℥. i. piperis albi, thuris, myrrhæ, omnium ana drac. i. coniungatur aqua prasii & uinum in olla, & coquantur donec consumãtur duæ partes tertiæ. & tunc

proijciatur super ipsum mel. & accendatur sub ea A ignis donec coaguletur & fiat sicut mel. terantur ergo medicinæ & pulverizentur super ipsum. deinde misceatur super ipsum. Quãdo igitur permiscentur, tunc repone ipsum in uitreato. & lambat ex eo infirmus cochlearium unum ieiunus. iuuata est ergo hac medicina in spacio breui.

Ad sputum sanguinis, & solutionem uentris, & sanguinis.

Emplastrum quod ego cõposui. & ponitur super pectus. & abscindit fluxum sanguinis. & super ipsum stomachum ex solutione uentris. & super caput ex fluxu sanguinis narium. Cuius permistio. Recipe myrrhę, thuris, aloes, omnium ana drach. iiij. balaustiorum, sanguinis draconis, acaciæ, sief, memithe, †feluzaharagi & loco eius cho B hol caubem, omnium ana drach. viij. opij, radicis spicę, hyoscyami, omnium ana drach. iij. aluminis abluti, †lacunæ sigillatæ, atramenti, omnium ana drach. ij. sumach, gallarum, granatorum summitatum scilicet balaustiorum, omnium ana ʒ. vi. tere illud, & cribella ipsum cũ cribello subtili, & confice ipsum cum uino passulárum bono, aut cũ aceto uini permisto, donec fiat sicut mel spissum. deinde line super pectus ex sputo sanguinis. & super caput ex fluxu sanguinis nariũ. & super omnem locum ex quo egreditur sanguis. & line ipsum super stomachũ ex solutione uẽtris. et hoc ultimũ est in eo quod diximus. serua ergo ipsum.

alias fellis zaharagi

alias laccæ

Ad uentositatem uentris, & apostema in hepate, & hydropem.

C Et conquesta est mihi mulier de uentositate †ex uẽtre suo, & apostemate in hepate suo in superioribus eius, & inceptione hydropis. & erat mulier tricenaria, aut quasi tantum. & erat causa eius retentio menstruorũ. & erat uincens continens nos aer calidus & humidus. Cõposui ergo ei hãc medicinam, & iuuata est ea usq; ad xxx dies.

alias in

Confectio quæ prouocat menstrua, & expellit uentositatem.

Recipe eupatorij, spicę, corticum casiæ lignęę, croci, seminis apij montani & domestici, liquir. squinanti, carpobalsami, rubię omnium ana ʒ. iiij. rauetseni ʒ. iij. mastiches, laccæ quæ non est operata, spodij, rosarum rubrarum, aristolo. omniũ ana aur. i. terantur omnia, & cribellentur, & conficiantur D tur cum melle despumato, de quo sumatur omni die pondus ʒ. ij.

Ad icteritiam nigram.

Et cõquesta est mihi mulier religiosa quam extenuauerat religiositas & abstinentia, de icteritia nigra multum apparente. & erat corporis macri, quæ iam transierat 50. annos. & erat tempus autũni. & erat eius regio romana, in diebus in quibus ego fui ibi. Composui ergo ei hãc medicinam. & accepit ex ea aur. i. & exiuit ex ægritudine sua exitu bono.

Medicina ad extrahendum melancholiam.

℞. aloes pondus ʒ. vij. mastic. ʒ. viij. agarici, polypodij, cartami, epithymi, omnium ana pondus drach. ij. folij, casiæ ligneæ, spicæ, omnium ana ʒ. ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. sitq; dosis eius aur. i. cum uino, si non fuerit febris.

Ad icteritiam citrinam.

Et conquestus est mihi uir tricenarius, qui erat monachus bonus, multæ lectionis in libris, & erat calefactus de icteritia citrina multum apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea uelociter.

Medicina ad extrahendum choleram.

℞. amygdalarum amararũ, amygdal. dul. spodij, folij, rosarum, absinthij, mastiches, spicę, anisi, omniũ ana ʒ. iiij. seminis scariolæ drach. x. coriandri syluestris, drach. ix. aloes, drach. vi. terant̃, & cribellentur, & conficiantur cum uino. Et sit dosis omni die ʒ. ij. pondus.

Ad duritiem splenis, & apostema in hepate, & aquam citrinam, & dolorem stomachi, & renum, & tussim cum icteritia.

Et cõquestus est mihi uir ex amicis meis ex bonis religiosis de duritie in splene suo. & apostemate in hepate suo. & aqua citrina. & dolore in stomacho suo. & dolore renum. & ex tussi cum icteritia. Composui ergo ei hanc medicinam.

Cõfectio ad ęgritudinẽ uentris, uel uacuitatis.

℞. spicæ indę, costi, corticum casiæ ligneæ, omnium ana pondus drach. ij. fœniculi ʒ. iij. piperis, seminis apij, acori, andachocæ, ireos, xylobalsami, omnium ana ʒ. iiij. uenarum cappar. ʒ. v. passularum mundatarum à granis suis ʒ. x. terantur donec fiant sicut medulla. & terantur medicinæ, & cribellentur, & cõficiantur omnia cum melle despumato. & sumantur ex eo omni die ʒ. iij. cum aqua capparorũ & calaminthes, & secaniabin pauci aceti. iuuatus est ergo ea iuuamento manifesto in spacio paruo.

Ad duriciem splenis & hepatis emplastrum.

Emplastrum cõferens duriciei splenis & hepatis. ℞. ammoniaci, bdellij, ireos, sepi uaccini, omnium ana ʒ. x. ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana drach. viij. piperis cl. grana, cerę, picis siccę, amborum ana ʒ. xx. aluminis iameni, sulphuris, myrrhę, omnium ana ʒ. x. pyrethri, radicũ capparis, amborũ ana ʒ. v. uisci, aristol. croci, cordumeni, amomi, olei nardini, omnium ana ʒ. iij. terantur bene cum aceto, & conficiant̃ cum eo donec permisceant̃, & liquefiat cera, & permisceantur omnia terendo in mortario donec fiat corpus unum, & ponatur super splenem.

alias drac. xvi

Ad febrem quotidianam, & fluxum uentris, et tenesmon, et tussim.

Pilulæ quas ego composui uiro oratori qui habebat quotidianam, et fluxum uentris superfluũ, et punctionem, et tenesmon uehementem, et tussim. et iam erat desiccatus. et desperauerat se, et sperauerat mortem. iuuatus est ergo his uice una. quarum permistio hæc est. Recipe castorij, myrrhæ, amborum ana aur. i. et s. se. hyoscyami albi drach. iij. se. apij drach. viij. tere illa, et cõfice cum uino

uino, & fac inde pilulas sicut piper, & sicca eas, sitq; dosis eius grana. v. cum rob myrti & aqua. inquit Gal. nõ est nobis necessariũ rememorari in hoc libro radicum ægritudinum, quoniam iam eas diximus in alijs libris. hunc autẽ librum non fecimus nisi ad descriptionem propriæ: & quãuis nos confortemus per ipsum rationes empiricorum, tamen quando ego cogito, ratione certa agnosco quia est unũ de secretis medicinæ, & thesaurus ex thesauris eius. & omnẽ †medicinã eius iã expertus sum uicib. multis in eo qui aptus est, & cui cõuenit & est conueniens cõplexioni eius.

diãs modum

Ad dolorem ani, & tenesmon, & uentris solutionem, & puncturam.

Liciniũ quod supponitur in ano & efficit opus pilularum, imò melius. ℞. myrrhæ, thuris, mastiches, croci, omniũ ana partem unam. terantur, & cribellentur, & conficiãtur cum uitellis ouorum, aut cũ succo alefinis, id est psyllij. et fac inde quod sit simile glandi. & pone in uno quoq; eorũ filum. Quando ergo facis illud, inunge ipsum ante oleo ros. & pone ipsum in ano, & præcipe ut teneat ipsum nocte tota. Quando igitur uoluerit extrahere, trahat filum, & extrahat ipsum. hęc autem medicina est sublimis ad dolorẽ ani, & tenesmo sanguineo, & solutioni uẽtris, & puncturæ. Scias ergo bonitatem eius.

Ad colicã, & uomitũ, & dolorem stomachi.

Medicamen ad colicam, quod composui adolescenti tricenario, cui acciderat colica quæ dicitur ileos, et uomitus, & exiccatio fortis, & dolor stomachi. Cuius permistio ℞. myrobal. cit. & nigrorum, mastic. anisi, ammeos, seminis apij, corticum †thapsię, medullæ seminis cartami, omnium ana partem unam, salis indi partem s. aloes scotrensis ad pondus omnium medicinarum. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum, & fiant inde pilulę. sitq; dosis eius aur. ij. cum aqua calida ante cibum. est enim bonum ad digestionem cibi. & lenit uentrẽ, & ad colicam, & uentositatem, et dolorem dorsi, & crudum humorem.

al. casiæ ligneæ

Ad lapidem renum.

Et conquestus est mihi uir de lapide quem habebat in renibus suis, & quandoq; exierat in urina, & narrauit quia egessit eum. hoc autẽ longinquũ est. uerumtamen ego audiui quòd Archigenes in quibusdã libris dixit hoc, sed †nescio causam eius Composui ei hanc medicinam, & iuuatus est ea usque ad xxx. dies.

diãs dixi

Confectio ad lapidem.

Recipe aristol. dauci, floris squinanti, carpob. spicæ, croci, meu, phu, apij, casiæ, chamædryos, scorodon, ammeos, prasii, dragagãti, enulę, ireos, origani montani, carui, seseleos, corticum radicũ capparis, gariofil. cymini, se. fœniculi, scyllæ assatæ, sinapis, myrrhæ, seminis erucæ, condisi, omnium ana partem i. pinearum decorticarum ex cortice suo, quantum est pondus omniũ. terãtur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. sitq; dosis eius omni die drach. iij.

A

Ad debilitatem coitus, & dolorem uesicæ, & lapidem, & dolorem in utrisque lateribus.

Et conquestus est mihi adolescẽs teneri corporis ex filijs regum philosophorum ex amicis meis de coitu, de uesica, de dolore in ea, et lapide, & de dolore in utrisq; lateribus. Composui ergo ei hãc medicinam, & iuuatus est ea uelociter.

Confectio ad coitum.

℞. pinearũ excorticatarũ de cortice suo libræ uni⁹ quartã, medullę seminis melonũ, medullę seminis cucurbitæ, been. rũ. & citrini, sesami decorticati, galãgæ, zingiber, seccacul, seminis alphagidi, sepi scinci, omniũ ana ʒ. x. seminis urticæ, seminis sinapis, seminis cepæ albæ, anisi, seminis papaueris albi, liquir. decorticatæ, seminis baucię, omnium ana drach. vij. penidiorum quantũ est pondus omnium. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato, & accipiatur ex ea mane, & apud somnum quantum est nux. et pręcipe ei ut fiat hoc sibi cibarium diebus quibus accipit confectionem. ℞. bauciarum mundatarum ex uenis suis & cortice suo medietatem librę. elixetur ergo donec dissoluatur. & proijciatur in ea oleum omphacinum & mel. fermentetur cum uitellis v. ouorum. & quandoq; decoquuntur cum eo passeres. & coloretur cum croco et zingibere. & aromatizetur cum musco.

B

Ad satyriasin.

Medicamẽ cui nõ est simile super terrã in satyriasi, & est uelocis sanationis. Cuius permistio ℞. olei sambucini uel de zambach. i. de iesemino libram unã. formicarũ habentiũ alas mille. nemerẽ fin unã, & est fœmina parua uulp. quę in Sabano moratᷣ. cũ formicis misceãtur. & inũgatur cũ hoc unguẽto mirach, & duo testiculi, & uirga, postq; suspenditur in sole duabus hebdomadibus.

C

Ad dolorem testiculorũ, & apostema, & uentositatem in eis.

Et conquestus est mihi uir ex bonis religiosis ex amicis meis de apostemate in testiculis, et ramice, et uẽtositate in eis, & dolore eorũ. Cõposui ergo ei hoc emplastrũ, & iuuatus est eo iuuamẽto magno. Cuius permistio ℞. mastiches, setæ, thuris, sarcocollæ, omniũ ã. ʒ. vi. terantur, et cribellentur, & incorporẽtur cũ uino, & liniatur super apostema. & annectatur super ipsum cottũ, & dimitte ipsum donec exiccetur. deinde accipe pannum, & liga duo oua ad duas ancharũ pyxides.

D

Ad pruritum testiculorum.

Ad pruritũ in duobus testiculis, sumatur cerusæ ʒ. vi. sulfuris citrini ʒ. ij. opij ʒ. i. terantur omnia cum aceto uini permisto cũ aqua, & pone ipsum tribus uicibus.

Ad apostema testiculorum.

Et ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes duæ, altheæ pars una. terantur cum aceto, & liniantur super apostema. est enim bonum.

Ad dolorem iuncturarum.

Et scripsi ad Glauconem philosophū, qui erat ex bonis & puris amicis meis. & erat eius ætas adolescentia. & erat teneri corporis delicatus. & ipsius regio Beneuentum. inuaseratq; eum dolor iuncturarum, & carnium quæ super dorso in directo ancharum sunt, & podagra, & dolor ancharū. Composui ergo ei hanc medicinā, et est una ex illis quam accepi ab Archigene: & addidi in ea, & rectificaui eam. iuuatus est ergo ea usque ad lxx. dies, & non rediit ad ipsum. & est secretum magnum ex secretis medicinæ.

Pilulæ ad dolorem iuncturarum.

℞. myrobalanorū kebul. & indorū. & corticum cucumeris asinini. †buzaram loco cuius ponitur zingiber, colocynthidis interioris, salis indi, hermodactylorū, aloes scotrensis, omniū añ. ʒ. i. sagapeni, drach. ij. teratur, & pulueriz*e*tur, & cōficiātur cum aqua foliorum kekengi, & aqua albuzaran. & fiant pilulę sicut piper, & desiccetur in umbra, & bibatur ex eis omni nocte tertia ʒ. iij. cum aqua calida. Et sumaт post illud hęc medicina, cuius modus est. ℞. buzidē. i. satyrionis partē i. hieræ picræ partes ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle. & bibantur ex ea drach. iij.

al. zedoariæ

Ad ischiadem.

Et conquestus est mihi uir ex una uillarū romanarū, supra cuius aerē erat uincens humiditas, & uincens super cōplexionē uiri simile illi de ischiade. purgaui ergo corpus eius semel cum hac medicina. & excusaui ipsum à cauterio & unguēto.

Medicina ad ischiadem.

℞. hermodactylorū, turbith carnosi, buziden, id est satyrij, senæ, medullę seminis cartami, pulpę colocynthidis, medullæ seminis citruli omnium ana ʒ. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum butyro & melle. & est hæc potio una.

Ad humorem crudum lapidosum, & mollificationem crurium, & debilitatem corporis.

Et conquestus est mihi Abyn, qui erat †exiccatus, cuius erat ætas adolescentia, mediæ habitudinis delicatus, de humore crudo lapidoso, qui faciebat eū sedere, & mollificatione cruriū suorum, & debilitate corporis sui. & stupore in utrisque. Cōposui ei hanc medicinā, & usus est ea per mensem, & rediit ad sanitatem suam naturalem.

al. ex ficulis

Medicina ad humorem crudum.

℞. myrobal. kebu. & emblicorū, & indorū, & satureiæ, ammeos, apij, origani persici, hermodactylorū, turbith gummosi in duabus extremitatibus. omniū ana drach. i. buzaran, loco cuius ponitur zingiber ʒ. ij. senæ arabicę lib. i. tertiam, spicæ, hehel, amomi, omniū ana drach. viij. cinnamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodij, ro. salis naptici, omnium añ. drach. iiij. nasturcij. ℥. s. salis ammoniaci aur. i. acori ʒ. iiij. beregi, doronici, zedoariæ tertiā aur. i. terantur, & cribellentur, & leniantur cū butyro uaccino, pręparato cū clississia tritici. i. simila, donec eijciat ipsum. & adiungatur media libra penidiorū, & cōficiatur cū melle despumato. et sumaт ex eo omni die ʒ. s. cū aqua in qua decocta est acorus. & utatur hoc oleo. est enim ultimum in ægritudinibus iuncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum, & ipsarum dolore.

Oleum probatum cuius permistio.

℞. costi, carpobalsami, cortic. casię, omniū añ. ʒ. xxx. calami aro. buzaran, loco cuius ponit̃ zingiber, abrēgi, loco cuius sagapenū, omniū añ. ʒ. xx. macropiperis ʒ. vij. cordumeni, zingiberis, staphisagrię, omniū añ. ʒ. vi. cyperi ʒ. xi. uenarū squinãti, ireos, amborū ana ʒ. xij. cyperi, blactæ byzantiæ, foliorū myrti, sampsuci, omnium ʒ. x. tere medicinas cōtritione crassa, & infunde eas in uino boni odoris, secundum mensuram qua cooperiat eas, die ac nocte, & pone ipsum in olla, & infunde super eam ex aqua quantum est mensura uini. deinde infunde super illud oleum sesami, & oleū lentiscinum, de unoquoq; x. asacraiati. deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitatę viij. horarū. deinde tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari. & funde oleū ab aqua. deinde accipe in decoctione eius secunda, assari spicæ, amomi ana ʒ. x. folij drach. vi. myrrhæ unc. i. tere omnia, & infunde ea die ac nocte. deinde cola eam in ollam, & funde super eam oleum. sitq; olla in qua decoques uice prima & secunda & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinæ & oleum. et accipe ollam magnā à loco †masiam & funde in eam aquam. deinde pone ollam in qua sunt medicinæ & oleum in concauitate eius. & accende sub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum, & medicina per calorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipsum secundum terminum quem narraui, & peruenerit ad finem, remoue ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari: deinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertio. et accipe gariofil. blactæ bizantiæ, nucis muscatę, omnium añ. drach. iiij. bdellij drach. iij. mellis styrac. calamitę drach. xxx. olei balsami †drach. s. tere medicinas siccas, et infunde eas in uino die ac nocte. deinde cola eas in ollam. et funde super eas oleum. et accende ignem sub eis secundum quod narraui tibi. deinde cola oleum, et repone. ipsum enim est ultimum in ægritudinibus iuncturarum. et in lęsione fiat inunctio ex eo, et bibatur. soluit enim naturā. et extrahit humorem crudum. et confert colicæ, et ægritudinibus uiscerum.

al. maraxiam

alias unc. s.

Ad caninū appetitum, et singultum, et eructuationem acetosam.

Electuarium dia trion pepereon quod ego cōposui Hedino, qui fuit ex bonis, et erat intra Romam, et erat septuagenarius. conquestus est de frigore in complexione, et humiditatibus superfluis, et canino appetitu, et singultu, et ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinā, et iuuatus est in hebdomade. cuius permistio ℞. piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omniū ana quartam libræ, xylobalsami ℥. i. spicæ, amomi, amborum ana

ana ʒ.iiij.s.apij, zingiberis, seseleos, keisim, casiæ A mundatę, enulæ, asari, omniū an̄.ʒ.iij.tere omnia, & cribella, & cōfice cū melle despumato, & repone ipsum. & sumatur ex ipso quantū bundacha.

Ad tremorem cordis, et inquietudinem, & cogitationem.

Syrupus quem composui Demicrathi, quæ est mulier bona, multi ieiunij. cui accidit tremor cordis, et inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio: & quandoq; egrediebatur à ratione sua. & erat quadragenaria, cōstrictæ carnis albæ. cuius permistio ℞. buglossæ exiccatæ, foliorum rosarū, foliorū citri, foliorū ocimi citrati, capilli ueneris, ocimi gariofil. omniū an̄. hosmatum i. quod est quarta libræ & tria grana, malorū mandragoræ incisorum drach. octo, frustum panis ka B rabe contriti, setæ crudæ incisę, lazuli loti, abluti, contriti, nucis muscatæ contritę, zedoarię, doronici, been albi & rubri, sandalorum al. & rubrorum, margaritarū minutarum, coralli, spodij, berberis, xyloaloes boni, crudi, mastic. thuris masculi, omniū ana aur. i. terantur, & decoquantur omnia in xiiij. libris aquæ fontis, donec consumātur duæ tertię. & comprimatur manibus pannus in quo sunt species, & colentur, et aggregentur duę libræ aquæ cū x. libris boni uini, & x. libræ mellis despumati. & coquatur, donec fiat spissitudo. & infrigidetur. & aromatizetur cum drach. i. musci contriti. & bibatur septimanis iiij.

Ad tremorem cordis linimentum.

Linimentum ad tremorem cordis ℞. thuris ro. C xyloaloes. gariofil. spodij. sandalorū rubrorū. karabe marini. sandarachę, omniū ana ʒ. i. aluminis iameni ʒ. s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua ros. aut cum aqua malorum, & ponatur super cor & stomachum. est enim ultimū.

Ad dolorem hepatis & splenis, & multa alia.

Et cōquesta est mihi mulier deuota magnę quātitatis nobilis. cuius cōplexio decliuis erat ad caliditatē. et eius anni xl. erāt, de dolore stomachi, et hepatis, & splenis, & duritie in uētre, et apostemate, & inceptione hydropis, et dolore duorū renū, et pulmonis, & duorum laterū, et uesicę, & matricis, et dolore in omnib. mēbris suis, & sputo sanguinis, et pleuritide. Cōposui ergo ei hoc empla- D strum. Cuius permistio ℞. ceræ. helkalimbat. i. terebinthinæ. bdellij, thuris, ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus uitis, tortellarum de seni, amomi, spicę, croci, myrrhę, mastiches, omniū ana ʒ. viij. olei uiolati, olei sesamini, amborū ana ʒ. xl. uini boni odoris quātitate qua infundatˀ donec fiat emplastrum. & accipe ammoniacū, bdellium, et thus, & myrrhā, & tere. et in uino ea infunde, & cōtere ea, & liquefac cerā cum duob. oleis, & bulliat: quando ergo liquefiunt, depone ea desuper ignem, & tere reliquas medicinas, & puluериza super ea, & moue eam tandiu donec permisceantur adinuicem. deinde line ea super loca in quibus duricies est, & apostema, & dolor.

Ad uomitū immoderatum, & fluxum uētris.

Emplastrū quod composui mulieri religiosæ deuotæ, cui acciderat uomitus immoderatus, & solutio uentris superflua, & fe. cōclusa, & sitis, & adustio uehemens. & erat trigenaria, & erat tempus æstiuū. Cuius permistio ℞. cydoniorū mūdatorum decoctorū cum aceto lib. i. gallię. seminis myrtę. sumach, acacię, fructus uitis, myrrhę, mastiches. omniū ana iiij. tortellarū de seni ʒ. viij. aromatici drach. i. tere illud bene donec permisceatˀ, & funde super illud oleum ros. & acetum uini, & aquam ro. tali mensura ꝙ humectetur, & line stomachum, & iuuata est ea statim.

Ad febrem quotidianam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quotidianā quando maturatur. Quorum permistio ℞. rosarum, spodij, eupatorij, seminis cuscutę, berberis, seminis endiuiæ, omniū ana drach. iiij, xyloal. dragaganti, absinthij, anisi, doronici, omniū ana ʒ. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cū aqua calida, et fiant inde trochisci, quorum unus sit ʒ. ij. & bibatur cum syrupo acetoso septem diebus, & eradicabitur.

Ad febrem tertianam decoctio experta.

Decoctio ad febrem tertianā post tres accessiones experta. Cuius permistio ℞. tereniabim. i. semen album habens saporem mannæ, medullę casiæ, tamarindorum, omniū ana ℥. s. myrob. ℥. i. decoquantur cum lib. i. & s. aquę donec consumantur duę tertię, & coletur, & bibatur cum media ℥. olei sesami. ipsa enim eradicatur statim.

Ad febrem quartanam trochisci.

Modus trochiscorū ad febrē quartanā. Inquit Gal. iam narraui in multis librorū meorū quod quartana quādo inuadit in autumno, pertrāsit in uere: & quādo inuadit in ęstate, dimittit in vi. periodis, quādo medicus est prudens: nā quādo maturatur et utitur hac medicina, tūc facit eā redire tertianā: deinde medicatur tertianę cū eo quod dixi: quare eradicatur feb. tertiana hoc regimine, ante horam quā determinauerūt medici qui fuerunt ante me. Et ego quidē determinaui illud. uerum ego iam ingeniaui cum hoc, et est secretum magnū. Verūtamen nos nō utimur nisi in corporibus fortibus. Quorū permistio ℞. eupatorij, absinthij, costi, zurumbet, doronici, ammeos, aristol. scordium, myrrhę, euphorbij, omniū an̄. aur. i. aloes, bdellij, pyrethri, sagapeni, opopanacis, harmel, acori, amomi, omnium ana ʒ. i. infundatur sagapenum & opopanax in uino, et moueantur, et terantur medicinæ, et cribellentur, et conficiantur omnia, et fiant inde trochisci, sitq; trochiscus drach. i. et bibatur cum aqua raphani.

Ad hydropem pilulæ.

Et cōquesta est mihi filia Nicolai regis, et ipsa q̄dē mōacha erat deuota. et fēserat de hydrope horrida, et aqua citrina, in qua fatigati erāt medicātes et strictiōe naturę: pręparaui ergo ei hāc medicinam, et conualuit usq; ad septimanas quatuor, et exiuit ab ęgritudine sua egressione bona et sana.

Pilulę

Pilulæ ad hydropem.

℞.ſpicæ indę & romanæ,amborũ añ.ʒ.iiij. agarici,ariſtol.amomi,croci, æris cõbuſti,epithymi, maſtiches,hyperici,coſti,chamædryos,omnium añ.ʒ.iij.myrrhæ,kerſe medicinalis,ſquinãti,tithymalli,omnium añ.ʒ.i.aloes ʒ.viij.tere illud,et pulueriza ipſum,& cerne eum,& confice cũ aqua, & fac de ipſo pilulas,& inunge manus tuas in cilini.ſitq; doſis earum drach.ij.cum uino miſto.

Ad ictericam ſparſam.

Medicamẽ ad icteritiam ſparſam,ſcilicet ſuper totũ corpus, quod ego compoſui ℞. euphorbij, epithymi,aloes,ſulfuris,omniũ ana partem i.tere illud,& da in potu ex eo. ʒ. ij. cum aqua caſei. eſt enim ultimum quando non eſt calida.

Ad icteritiam cauſæ calidæ.

Medicamen quod ego compoſui ad icteritiã calidæ cauſæ ℞.aquã lactis caprini coagulati cũ tamarindis lib.i.ſucci endiuiæ lib. i. ſucci ſolatri libræ quartã,aquæ abſinthij humidi ℥. s. berberis, ſandalorũ al.& machoziri.i.citrini,aloes, omniũ ana ʒ.i.ſpodij,ſpicæ,rauetſeni,omniũ añ.ʒ.i.terantur, & cribellentur, & permiſceantur omnia, & permaneãt in nocte,& bibatur ex eo omni mane lib.s.colato cum ℥.ij.iulep.poſtea ponas ipſum in loco frigido,aut ſumatur cum geleniabin.

Ad deſcenſum aquæ in oculum, & uertiginem,& iſchiadem.

Modus medicinæ ad deſcenſum aquæ in oculum,quam ego cõpoſui uiro qui erat ex uiris religioſis,qui multiplicauerat comeſtionẽ hordei,& aſſiduationẽ uigiliarũ.quare euenit ſuper eũ malum ex deſcenſu aquę in oculũ ſuum.& acciderat ei uertigo & iſchias : iuuatus eſt ergo & cõualuit. & ipſa quidẽ confert omnibus ægritudinib. melancholiæ,& phlegmatis,& anginæ,accidẽtibus ex craſſitudine humorum. & ad morſum canis rabidi,& habentium uenenũ,& pręfocationi matricis. Cuius permiſtio ℞.epithymi aur.x.ſcammoniæ,praſii,ſtœchados,myrrhę,ellebori nigri, ana aur.iiij.ſcyllæ aſſatę,euphorbij,aloes, croci,gẽtianæ, petroſelini, ammoniaci, opopanacis, omniũ añ.aur.i.polij,cinnamomi,ſagapeni,myrrhæ; ſpicæ,floris ſquinãti,calaminthes fluuialis, ariſtolochiæ lõgæ,omniũ añ.aur.ij.teratᷓ illud,& cribellentur,& infundãtur gũmæ in uino boni odoris, & cõficiantur cũ melle deſpumato quod ſufficit, & dimittatur donec antiquetur.ſitq; doſis eius aur. iiij.

Ad inquietudinem.

Ad inquietudinẽ,id eſt gueſegues.Modus medicinę quam ego compoſui religioſæ mulieri cui acciderat inquietudo,ut & ſola loqueretur ſecũ, & ſylueſtritas.et medicati fuerũt ei multi medicorum,& non ualuerat eorum medicatio in ea ita, quòd iam deſperauerat de ſe.Compoſui ergo hãc medicinam, & iuuata eſt per eam, cuius permiſtio ℞. ſcammoniæ, aniſi,karabe,coralli combuſti,xyloaloes puræ, ſeminis coriandri ſicci, margaritarum minutarum, foliorum ro.ſpodij,maſtiches,omnium ana ʒ.iij.myrob.indorũ, citri. keb.

A omnium,poſt mundificationem ex nucleis ſuis, ana ʒ.x.turbith al.aur.xij.agarici aure.viij.zedoariæ,doronici.omnium ana aur.ij. ſachari tabarzet ad pondus omnium medicinarum.teratur illud totum,& cernatur cum orali, & permiſceantur.de quo ſumatur ʒ.v. in puluere. & ſumatur diebus multis,& bibatur cum aqua frigida. Cibus autem ſit illud quod lene eſt,ſicut pulli. & alteretur aqua cum ſyrupo myrtino, aut cum ſyrupo de roſis recentibus.

Ad obliuionem, & frigus in renibus, & dolores in iuncturis & alia multa.

Et conqueſtus eſt mihi uir aburoſus religioſus qui erat amicus mihi.et iam conſecutus fuerat de oratione ſua quę alius in ſuo tẽpore cõſecutus nõ
B fuerat.& de ætate cõſecutus fuerat annos lxx.& erat propinquus mihi. & partes quidẽ frigoris iã uicerant ſuper eum: quare acciderat ei obliuio,et frigus inteſum, & dolores in iuncturis. Cõpoſui ergo ei hanc medicinã,& iuuatus eſt iuuamento ſufficiẽti,& exiuit ab ægritudine ſua uſq; ad duas hebdomadas:& ego quidẽ probaui eam in multis,& inueni eam conferre ægritudinibus ueſicæ & humori crudo.& ſanatio eius eſt ex omnibus ægritudinibus iuncturarũ, & ſoda, generatis ex humoribus frigidis,& quod eleuabatur ad cerebrum ex uaporibus ab illo humore,& à tuſſi phlegmatica.& præparat ſtomachũ ut coria præparãtur galla,& rectificat ipſum,& fugat uentoſitatẽ craſſam ex eo,& digerit cibum,& excitat appeti
C tum,& reſoluit quod ex phlegmate incraſſatur in ſtomacho:& aliquando abſtergit uiſum, & acuit mentem,& delet obliuionem, & clarificat uocẽ, & tardat caniciem,et diſſoluit podagram frigidæ cauſæ.& quicunq; ſenex utitur ea,nõ indiget alio in conſeruatione ſanitatis.

Confectio dia trion pipereon ſecunda.

℞.piperis al.& nigri.macropiperis,galãgæ,caſiæ ligneæ,calami aro.croci.ſpicæ Indę, gariofil. cardamomi, carpob.aſari, zingiberis, ſeminis myrti ſiccæ omniũ ana partem unam. maſtiches partes v.terantur medicinæ,& cribellẽtur, & cõficiantur cum melle deſpumato,& ponatur in uaſe uitreo leuigato.de quo ſumatᷓ aur.i.apud ſomnum.& eſt ex ſecretis magnis.

D Ad dolorẽ iuncturarũ,& complexionẽ corruptã.

Et cõqueſtus eſt mihi arſatus & religioſus,qui erat amicus,& erat orator; & iam cõſecutus fuerat annos lxx.& dicebatur de eo ꝙ nunquã iraſcebatur,neq; cõtrarius fuerat alicui.& erat multę taciturnitatis,& dilatatæ ſciẽtię,de dolore in omnibus iuncturis ſuis. & uidi complexionẽ eius corruptam.Et alterata erat ei mens, præcepi ergo ei ut uteretur hac medicina.Hiera magna.℞.chamepityos, ſcorodõ,amborũ añ.℥.s.ſeminis apij,ammeos,haſce,agarici,omniũ añ.℥.i.gentianæ aure. iiij.centaureæ minoris ℥.s. myrrhæ, ſpicæ, calaminthes montanæ,ſpodij,petroſelini, praſii,omnium ana ℥.ij. ſeminis rutæ, hyperici, hyſſopi ſicci,phu, omnium ana aureos iiij. chamædryos ℥.iij.

℥.iij.folij ℥.i.terantur omnia,& cribellentur cum oralí,& leniantur cum ij.℥.olei balsami, & conficiantur cum sufficientia mellis origani despumati. & repone in uase leni interius. & dimittatur sex mensibus.ipsa namq; iuuat.hæc enim medicina est melior. Montee si sciueris mensuram eius, excusabit te ab alijs.Ego enim uidi ipsam conferre ei.& est complexio eius sicut tyriaca.huic quidem uiro redijt sanitas eius.deinde posui ut experirer ipsam.inueni ergo in quibusdam iuuamentum eius,quia excitat uirtutes naturales & præcipue digestiuam.& extrahit melancholiam cum uapore.& subtiliat phlegma,et attenuat ipsum.et alleuiat exitum eius ex corpore,& refrenat choleram citrinam. & confert omnibus ægritudinibus hepatis & splenis:quoniam aperit oppilationem.& si profundatur in uenis,mirabiliter ualet. ita quod forsitan est ex mũdificatione sanguinis, & conseruat ipsum ad substantiam suam, si fuerit seruans sanitatem:quoniam uadit in uenas & arterias.& consumit quod inuenit in eis de superfluitatibus crassis.& mundificat meatus. propter illud frangit lapidem, & mundicat fæcem humorum ex corpore.propter subtilitatem suæ operationis.Deinde non soluit superflue propter suam frigiditatem. & eius potio integra est aureũ unũ cum aqua calida.

Ad maciem,& dispositionem senectutis.

Et fuit mihi ò Mõtee amicus ex bonis,qui erat æqualis cõplexionis subtilium humorũ, extenuati corporis:& ipse quidem multiplicauerat lectiones librorum,& ieiuniũ,et orationẽ.et laborabat multũ.et erat parum obuiãs cibo.et uigilabat plurimũ noctis.& erat trigenarius die qua cognoui eũ: quare minorata est humiditas corporis eius, et addita est ei macies & siccitas cõplexionis. & nõ cõsecutus fuerat xl.annos:& iã †superauerãt ei modi ægritudinũ,& albificatũ erat eius caput, et debilitati erant motus eius innati, et factus erat in dispositionibus senectutis ultimæ.præcepi igitur ei comedere: quare humectatus est hora post horam,& paulatim secundũ gradationẽ. Composui ergo ei hanc confectionẽ, et præcepi ut uteretur ea.excitauit ergo eius caliditatem innatam.et rectificaui ex dispositionibus eius multum.& ambulabat super pedes suos. & confortata est quidẽ uirtus.& est bona senibus multum.quoniam aperit oppilationes. et cõfortat caliditatem innatam in eorum corporibus.et resoluit humiditates corruptas.et confortat digestionem. et confert uentositati.& resoluit phlegma à stomacho, et à iuncturis.& confortat,et expellit nocumentũ frigoris .& prouocat urinam.

alias superuenerant

Modus confectionis.

℞.piperis,macropiperis,cinnamomi calidi,id est acuti,floris squinanti,spicæ Indæ,galãgæ,ameos,cymini carmeni,omnium ana aur.v.mastiches,seminis fœniculi,anisi,zingiberis sicci, calaminthes fluuialis sicci,omniũ ãn.aur.x.folij indi, cyperi,croci,asari, casię ligneæ,costi dul.seminis apij hortulani,omniũ ãn.aur.iij.gariofi.cardamomi minoris,cubæ,nucis muscatæ,maceris, xylobalsami,carpobalsami, pyrethri, foliorũ agni casti,zarneb,id est rorismarini, acori,omnium ana aur.ij.terãtur medicinę,& cribellẽtur,&ponatur cũ eis sachari tabarzet librę tertia. & cõficiantur omnia cũ duplo sui cum melle despumato. & reponatur in brumati leni. & sumatur ex eo ab aureo.i.usq; ad aureos ij.ante cibũ & post cibum.

Ad anginam emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri quod accepi ex libro antiquo,& rectificaui secundum sentẽtiam meam,& probaui ipsum in apostematibus gutturis,& inueni ipsum mirabile,et non uidi quod uelocius cõferret ipso. et est ex magnis secretis. ℞. ℥.merdasengi,id est plumbi usti,super quod proijciatur ex oleo sesamino,& oleo uiol.quo coaguletur:postea accipiatur mucilaginis psylij, mucilaginis seminis lini, et seminis alteæ, seminis almaru,omnium ana ℥.s.ouorum triũ,gummi amygdalarum ℥.i.infundantur in aqua coriandri die ac nocte.deinde coletur,& proijciatur in ea chamæmeli meliloti amborum ana ℥. iij. aggregentur & percutiãtur percussione bona.deinde fiat corpus unum:& fiat ex eo emplastrum:

Ad omnes ægritudines emplastrum.

Emplastrũ mirabile conferens omni ægritudini fit hoc modo ℞.olei,aceti uini,amborũ ãn.lib. iiij.merdasengi lib.i.et s.cechalceumenu ʒ.xx.ziniar.ʒ.xvi.colchotar,quod est atramentũ album, chalcanthi,corticum æris, id est batitura, omniũ ãn.ʒ.xvi.decoquat acetũ & oleũ,et remoueat ab igne,et proijciatur in eis lithargyrũ et reliquę medicinæ.deinde reducatur ad ignẽ, et decoquatur donec inspissentur & rubeãt:deinde utatur in omnibus uulneribus,et ulceribus, et apostematibus.

Ad morsum canis rabidi.

Illud autem quod sanat à morsu canis rabidi est id quod dico tibi.et est ex medicinis nobilibus et secretis magnis.et est medicina quã faciebat Asinius senex antiquus, qui uituperabat medicinas †per eam.& ipse quidem non uidit aliquẽ, quem momorderit canis rabiosus et biberit eam, mori, et si non consequebatur ipsum in principio quando momorderat eum canis.dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, et potabat ipsum ex ea xl. diebus integris.et emplastrũ faciebat loco morso,quod dicam post medicinam.

alias super

Modus medicinæ morsus canis rabidi.

℞. cineris cancrorum partes decem, gentianæ partes vij.thuris partem unam, dosis eius est cochlear unũ magnum.et puluerizetur super aquã, et bibatur,et non bibatur ex ea minus ʒ.iij.

Modus emplastri.

℞.aceti uini,kist.i.opopanacis ℥.ij.picis lib.iij. aggregetur illud, et fiat emplastrũ ex eo.et emplastretur ex eo locus morsus.est enim mirabile.

Ad strangulationem prouenientẽ ex fungis.

Qui autem sanat ex comestione fungorum illum cui accidit præfocatio dixit Galen. ego uidi medicum

medicũ de terra Alexandrię, qui utebatur ſtercore gallinæ in medicatione ſtrãgulationis eius qui comederat fũgos. uſus fui iſto & probaui ipſum. quod fuit, quia exiccaui ipſum & cõtriui ipſum, et dedi in potu ipſum in aceto, et aqua, & melle, et uino. et uomuit ſtatim humorẽ craſſum & phlegmaticũ, & ſedatus eſt & quieuit, & inuenit tranquillitatem integrã, & euaſit ab accidẽte quod ei acciderat.

Ad petram medicamen.

Medicamen ad petram quod ego compoſui uiro ex regibus Alexandriæ cui euenerat lapis, & laſſi erant medicantes, donec deſperauerat de ſeipſo. Compoſui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus eſt per eã, & exiuit ab ægritudine ſua egreſſione integra. Et eius modus eſt ℞. opij ℥. ij. acori, dauich. i. & s. pyrethri, euphorbij, caſtorij, corticis radicum capparis, ſeminis hyoſcyami, galangæ, omnium ana ℥. i. cinnamomi, ſeminis baucię ſylueſtris, ſeminis apij, coſti, petroſilij, caſiæ ligneæ, mẽtæ, myrrhæ, chamæpityos, calaminthes fluuialis & montanæ, gentianæ romanæ, radicis liquiritiæ, enulæ, chamædryos, praſii, ſcolopendriæ, ariſtolochię ro. ſe. ammeos, maſtiches, radi. lilij cœleſtis, cymini carmeni, gariofilorum, ſeminis fœniculi, ſcyllæ aſſæ, ſinapis, granorum pini, aniſi, carpob. ſeminis erucæ ſylueſtris, cordumeni, ſeminis rutę ſylueſtris, ſeminis agni caſti, aniuden nigri, ana danich. i. & s. terãtur omnia, & cribellentur, & leniantur cum oleo balſami, quantitate quartæ unius unciæ, & conficiantur cũ melle deſpumato. doſis eius eſt kiſt. i. & s. uſq; ad ℥. s. deinde probaui illud poſt illud, & inueni ipſum frãgere maiores lapides, & extrahere omnes eos. Quod autem dicunt omnes homines de lapide iudaico, iam expertus ſum, & non inueni in lapide ueſicæ operationem. uerum ipſe in lapide renum eſt fortis, & ualde mirabilis operationis. & ipſe quidẽ eſt lapis ualde albi coloris, in quo ſunt fila nigra, qui lapis inuenitur in Palæſtina. & modus dandi ipſum in potu, eſt ut fricetur ſuper cotem uiridem, donec ex eo reſoluatur aliquid. deinde aggregetur limatura illa, & abluatur, & detur in potu cum aqua calida.

Ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & morpheam.

Decoctio mirabil. quam compoſui ad ægritudines phlegmaticas, & melãcholicas, & ad morpheam ſparſam, & ictẽritiã, & uentoſitatẽ, & humorem crudum, uiro quinquagenario. cuius hęc eſt permiſtio ℞. ſpecierũ trium mirobal. abſinth. epith. cũ ſemine ſtœchados, ſuchaa, bedeguard, floris uiolarũ, ſeminis aniſi, ſeminis fœniculi, polypodij, turbith carnoſi, cartami, agarici, centaureæ, chamæpityos, chamædryos, omniũ ana ℥. s. capilli ueneris, fumi terrę, omniũ añ. cabdati unũ, tamarindorũ quartam libræ unius, ſebeſten quinquaginta, iuiubas totidem, contundantur medicinæ, & infundantur in x. lib. aquę bullientis die & nocte. & decoquantur lento igne, donec conſumantur duæ tertiæ, et confricentur digitis, & co-

A lentur cum æquali pondere de rob. et reponatur. Doſis eius eſt quarta lib. unius cum quarta libræ aquæ calidę, & guttis olei ſeſami, & põdere duorũ denariorũ ſcãmonię antiochenæ. cibus eius ſit caro ouis annualis. & potus ſit ſyrupus de melle.

Ad multã infrigidationẽ & humectationem corporis, & uentoſitatem.

Electuarium dia trion pipereon quod ego compoſui Fortuno, qui iam proceſſerat in ætate. & erat magni corporis humectati, multæ uentoſitatis infrigiditati corporis. Cuius permiſtio. ℞. piperis nigri & albi quod eſt leuius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, ſeminis fœniculi, aniſi, aſari, maſtiches, omnium ana ℥. i. xylobal. carpobal. ſpicæ, cortic. caſiæ ligneæ, amomi, om-
B nium ana ℥. i. cardamomi minoris, ſeminis apij, ammeos, croci, gariofilorũ, coſti, maſtiches, omnium ana quarta ℥. i. terantur & cribellentur, & cõficiantur cum melle deſpumato. & ſumatur ex eo omni mane pondus ℥. ij. cũ aqua mentæ & maſtiches, & aniſi. et ſit cibus tenuis.

Ad dolorem frontis, & acetoſitatem in ſtomacho, & punctionem.

Trifera quã ego compoſui Monteo qui habebat dolores frontis, & acetoſitatem in ſtomacho, & punctionẽ. Vſus eſt ergo ea diebus aliquot, & ſanatus eſt ea ab ęgritudine ſua. Cuius permiſtio. ℞. ſpecierũ trium myrobalanorũ, et emblicorũ, & ſitarabegi, & eſt butyrũ conditum cũ melle & lacte, omniũ añ. aureos x. terãtur, et cribellẽtur, &
C leniantur cũ oleo de amygdalis dulcibus: deinde ſumatur zingiberis, maſtiches, cinnamomi, piperis, aſari, croci, omniũ añ aure. x. coſti dul. macropiperis, ſetaragi indi. cortic. caſiæ ligneæ, omniũ añ. aure. iij. nuſcis muſcatę, maceris, cardamomi, xyloal. indę, cubebarũ, calami aro. omniũ añ. aur. ij. penidiorũ ℥. ij. terantur, & cribellẽtur, & leniãtur cum oleo balſami. & conficiantur cum melle deſpumato. Et ſumatur ex ea omni die aureus. i.

Ad anxietatem & humectationem.

Trifera quam compoſui filio regis, qui erat religioſus, †anxioſus, humectatus. ℞. myrobal. kebul. bell. emblicorũ, omnium ana quartam libræ unius. coquantur in x. lib. aquæ donec cõſumantur tres quartę, & coletur, & projciatur illa aqua *alias annoſus*
D ſuper myrobal. & bell. & emblicos, & ponatur in ſufflatione uenti ſeptentrionalis donec bibatur aquoſitas: deinde exiccentur, et pulueriſentur, et cribellentur, et leniãtur cum oleo bal. deinde addatur turbith gummoſi pondus ℥. xxx. poſtquam teritur, & lenitur cum oleo de amygdal. dul. maſti. bdelij, hoch. i. mora celſi, ammeos, granorum neræ, cinnamomi, aſari, xyloaloes indæ, ſeteragi indi, ligni pæoniæ, omnium ana ℥. iiij. terãtur omnia, & conficiãtur cum melle originali deſpumato. & ſumatur ex eo omni die ℥. ij. cum aqua mentæ. eſt enim ultima ad epilepſiam, & melancholiam, & colicam quæ eſt ileos.

Ad diabetem.

Conqueſtus eſt mihi uir de ægritudine quę nominatur

minatur diabetes. Composui igitur ei hanc medicinam. Iuuatus est usque ad hebdomadem.

Medicina ad hanc læsionem.

℞. spodij, xyloal. ustę, sandali, seminis portul. dragagāti, gūmi arab. turbith, berberis, seminis endiuię, boli arm. omniū an̄. ʒ. iiij. mastiches, cinnamomi, origani, omniū an̄. ʒ. iij. sachari ℥. i. terantur, & cribellent̄, & cōficiant̄ cū geleniabin, & reponat̄. et sumat̄ ex ea omni mane ʒ. viij. Cibus aūt ei⁹, sit aqua hordei, et robub fructuū, & emplastret̄ dorsum eius taratit trito & cōfecto cum aqua rosarū.

Ad retentionem menstruorū, & dolores.

Cōquesta est mihi mulier cui ętas erat. xxx. annorū de retētione mēstruorū cū dolorib. & erat æqualis complexionis per comparationē. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea cito.

Medicina ad prouocationē menstruorum.

℞. spicæ Indæ & Romanæ, & corticē casiæ ligneæ & rubiæ tinctorū, asari, anisi, omniū an̄. iiij. ℥. i. medullæ seminis melonū, medullę seminis cucurbitarum, medullæ granorum faseolorū, seminis apij, rutæ, ciceris nigri, seminis endiuię, berberis & euberberis, id est costi, omniū ana aur. i. terantur, & cribellentur, & leniātur cum melle despumato, & sumatur ex eo ante euentū menstruorum octo diebus ʒ. iiij. omni die cum aqua in qua decoquuntur cicera aut faseoli.

Ad dolorem iuncturarum, & podagras, & uentositatem.

Et cōquestus est mihi Afflius, q̄ erat ex Māchara. & habebat corpus strictum, ad ęqualitatē propinquus, de doloribus iuncturarū, & ægritudine podagrę, & uētositate. Cōposui ergo ei hanc medicinā quæ est mirabilis medicina ad podagram ℞. acori, dactyli albi recentis ʒ. i. ossium uetustorum, lentis excorticatæ, turbith, senæ, omniū ana ʒ. i. sachari ℥. i. terantur, & cribellentur, & bibantur ex ea omni die ʒ. iij. cum aqua calida.

Ad uarices.

Et conquestus est mihi uir prędictus nuper de quo iam dixi, qui erat de illis de Manchara, de ægritudine uaricum in cruribus suis. Composui ergo ei hanc decoctionem.

Modus decoctionis ad uarices.

℞. epithymi cretensis, myrobalanorū, keb. amborum ana ℥. i. polypodij excorticati, succhaha, bedeguard, floris uiolarū, tamarindorū, absinthij romani, squināti, centaureę, herbæ eupatorij, omnium ana ℥. s. passularum enucleatarum quartam libræ unius. contundantur, & decoquantur cum tribus libris aquæ, donec consumantur duæ tertiæ. & confricentur manibus, & colentur, et bibatur ex ea tertia librę cum ℥. i. olei amygdalini amari in omni die tertio. & fiat emplastrum super crura cum emplastro de adipibus.

Emplastrum de adipibus cuius iste est modus.

℞. adipis agni, adipis porci, adipis ursi, uituli, cerui, hirci, asini syluestris, anatis, gallinæ, uulturis, ana omnium ℥. i. olei sesami, olei de kerua, olei lentiscini, medullæ cruris uaccini, olei amygdal.

A amari, ceræ al. omnium ana ℥. s. ce. ru. butyri uaccini, amborum ana lib. unam. liquefiat, & coletur & administretur.

Ad hæmorrhoidas.

Et conquestus est mihi uir qui mecū conuersabatur. & erat multi ieiunij, sicci corporis, super quē uicissim eueniebant hęmorrhoides quæ erāt in interioribus eius & ipsius exterioribus. & illud erat propter multitudinē ciborum suorū frigidiorum, sicut est farina hordei, & comestio lentis. & acciderat ei cum illo tremor uehemens. Composui ergo ei hanc medicinam, & euasit ab ægritudine sua usque ad decem dies.

Confectio ad hæmorrhoidas.

B ℞. myrobalanorum, kebulorū, citri, bell. serem blegi, omniū ana ʒ. i. terantur, & cribellentur cum ij. ℥. olei amygdalarū dulciū, donec proijciant ipsum. deinde adiungatur ei bdelij indi quarta lib. i. foliorum rosarū, spodij, granorū myrti torrefactorum, scoriæ ferri infusæ scilicet in aceto, karabæ, mastiches, xyloal. neruik, abrengi, plumbi usti cū sulfure, omnium ana ʒ. iiij. terantur cum rob coagulato. & sumatur ex eo omni die ʒ. vi. cum aqua calida. & utatur hoc emplastro.

Modus emplastri ad hæmorrhoidas.

℞. plumbi usti cum sulfure & cerusa, lithargyri, cineris uitis, cineris corticū, nerigil, balaustiorū, omnium ana ʒ. i. ceræ albæ, olei sesami, butyri, omnium ana quartā libræ unius. adipis porci ℥. ij. medullę cruris uaccini ℥. ij. liquētur, & colentur dum

C calent in mortario de plumbo nigro, & sit manica eius ex ipso. & siccētur in sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo uirtutem. Emplastrum autē de adipibus nuper prędictum, est magnorū iuuamentorū ad uentositatē gibbositatis, & doloribus iuncturarū. & ægritudinibus earū. & ad uētositates. & ad spasmū qui nominatur tortura, & ad omnē spasmū in neruis. & ad paralyticos siccorum corporū. & similiter hoc emplastrū in quo diximus plumbū, confert omnibus ægritudinibus ani. & ęgritudinibus neruorum. & ulceribus melancholicis, & administratur in ægritudinib. multis, quando medicus est prudens.

Ad cogitationem & timorem.

Descriptio electuarij dia pepereon, quod cōpo

D sui uiro ex regibus qui erat Caron. & erat septuagenarius. & erat magnus. & acciderat ei cogitatio & timor. Cōposui ergo ei hanc medicinā. & iuuatus est ea plus alijs medicinis. Cuius permistio ℞. piperis albi & nigri, macropiperis, †neremisk, galangæ, zingiberis, spicæ Indæ & Romanæ, keisim, amomi, carpobalsami, xylobalsami, corticum casiæ ligneæ, mastiches, xyloaloes, gariofilorū, asari, cinnamomi, keffati abrēgi, corticū citri siccorū, omniū ana ℥. i. been albi & rubri, zedoariæ, doronici, ammeos, radicū liquiritię, margaritarū minutarū, karabi, coralli, lazuli abluti, sandarachæ, croci, nucis muscatæ, aristolochiæ lōgæ, seminis portulacæ, seminis apij, coriandri, setæ crudæ incisæ, omniū ana unc. i. & s. maceris,

al. neremisk

ſauſel,galliæ,omniũ an.iiij.ʒ.unius,muſci. ʒ.ij.terantur, A & cribellentur,& leniantur cũ duab.ʒ.olei amygdal.& cõficiatur cũ melle de fauis,poſtquã auferṫ ſpuma eius.& ſumatur ex eo omni die ʒ.ij.hoc enim ſtat loco confectionũ magnarũ cum medicinæ ſpeciales ſint uelocioris iuuamẽti alijs medicinis,propter ſuſceptionem à natura.

Ad torturã,inclinationẽ,& ſpaſmũ in facie.

Et compoſui hãc medicinam puero paruo, cui acciderat tortura, & inclinatio,& ſpaſmus in facie ſua,à caſu uirtutis mouentis lacertos, exeũtis à uentriculis cerebri.

Medicina ad ſpaſmũ & inclinationẽ faciei.

℞. calaminthes ro.cinnamomi, zedoariæ, gariofil.omnium ana aur.i.ſandal.xyloaloes,amborum ana ʒ.i.muſci ʒ.s.terantur,& cribellentur, & B leniantur oleo balſami. & conficiatur cum melle deſpumato. & bibatur ex eo omni mane quarta ʒ.i.uſque ad ʒ.unam cum ſyrupo de calaminthe, cum quo ſigillatur liber iſte. iuuatus eſt ergo ea uſq; ad hebdomadem.

Odoramentũ conferens ſpaſmo & torturæ.

Odoramẽtum quod eſt caputpurgium,ſpaſmo conferens,& inclinationi quæ dicitur uentoſitas torturæ. & ipſum confert ſtatim.

Caputpurgium ad torturam.

℞.caſtorij,doronici,been al.& ru.condiſi,opopanac.abrengi,ſpicæ,baurach,omnium ana partem unã.terantur,& cribellentur, & aromatizentur cum muſco,& fit ſternutatio cum ipſo.

Syrupus acetoſus, quo conſeruatur C ſanitas corporis.

Syrupus acetoſus purus,quo cõſeruaṫ ſanitas. ℞.aceti albi libras x. mellis deſpumati libras x. rob libras decem.decoquantur omnia donec fiat eis ſpiſſitudo mellis.hoc eſt enim ultimum.

Syrupus de calaminthe,cuius deſcriptionem conditionauimus in fine libri qui eſt iuuatiuus ſpaſmo, & alijs pluribus.

Syrupus de calaminthe, cuius deſcriptionem cõditionauimus in fine libri.q eſt iuuatiuus ſpaſmo accidẽti pueris,& decrepitis,& medijs,& hydropicis,& aſthmaticis,& anhelitui dilatationis, & ægritudinib.phlegmaticis, & melãcholicis. & eſt glorioſioris quãtitatis medicinis omnibus in hoc modo. Cuius ꝑmiſtio ℞.calaminthes fluuialis,calaminthes mõtanæ,uenarũ radicem liquiritię,radicis ſquinãti,radic.endiuiæ,radicis ſcariolæ,radic.lilij cœleſtis,polij,centaureæ,omniũ ana iiij.libræ unius.contundantur, & decoquãtur cũ uiginti libris aquæ,donec conſumantur duæ tertiæ,& remaneat tertia. & fricetur manibus,& coletur. & ſumatur pãnus lenis,et ponatur in eo ſpicæ Indæ & Romanæ, & rauedſeni, croci, maſtiches,ſquinãti, gariofil. electorũ, nucis muſcatæ, cyperi,arakieri,cubebæ,omniũ ana aur.i.terãtur & ponãtur in panno pręparato ad modũ burſæ, & ligentur ligamento mollificato. & decoquãtur cum eo quod clarificatur ex aqua.& fit ſicut aqua mellis deſpumati. & ſit medietas eius de rob. & decoquatur donec fiat ſpiſſitudo. & coletur, & reponatur, & adminiſtretur quando neceſſe fuerit ad omne quod narrauimus.Inquit Hunayn filius Iſaac.Iſtud eſt quod inuenimus ex libro religioſorum Galeni.& eſt glorioſioris benedictiõis quàm libri eius alij,& iuuamenti.quòd ſi acciderit alius liber ab ipſo,transferam ipſum.

CL. GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE MEDICINIS EXPERTIS, CVI
titulus eſt medicinalis experimentatio.

GNIS qui de cœlo deſcẽdit ſuper altare, combuſſit libros regis.& cum his combuſſit pluri-
1 mos libros medicorũ.Mihi autem combuſſit plurimos libros. quorum quidam erant completi,& quidam quos inceperam componere.& non doleo de illis libris,quantum de quibuſdam experimentis medicinę quę erant ibi. quæ acquiſiueram à quibuſdam bonis uiris experimentatoribus:& forte pro uno experimẽto acquiſito dabam multa bona experimenta. & forte dabam pecuniam. Et ſcio unum qui curabat lapidem in ueſica perfecta curatione, & hoc in multis hominibus. & lucrabatur infinitam pecuniam per hoc: & ſolummodo per hanc medicinam acquiſiuerat ſibi nomen optimi philoſophi. Et ſcio alium qui curabat ficum in ano perfecte. & lucrabatur infinitam pecuniam, & aliquem docere nolebat. Et ſcio alium qui curabat morſum rabidi canis perfecte, & alij medici uocabant Bezar,id eſt à morte liberantem. Et forte medicus ex iſtis medicinis poterit cõgregare multa. Et bonus medicus ex Græcis, quando ſciuit aliquem hominem ſcire aliquod experimentum, tribuit illi magnam pecuniam ut ab eo doceretur. D Et Thamor de regione Æthiopia, qui fuit ex bonis experimentatoribus,habebat bona experimenta experta. quæ ſic cuſtodiebat,quòd nullus in tempore uitæ ſuæ potuit ea habere: & poſtquam mortuus fuit, peruenerunt illæ medicinæ in manu Satyriorum, qui per ea, mirabilia faciebant: & exaltauit eis nomẽ inter medicos.Et nos non laudamus hominem ignorantem artem ut habeat has : quoniam uellet prodeſſe forte, & nocebit. Et propter hoc oportet hominem ſcire complexiones, cauſas, & accidentia, ut cognoſcat ægritudines, & earum accidentia. quoniam qui ignorat hæc, non eſt ſecurus quin noceat plurimum, & pro maiore parte. Et ſi aliquãdo proderit

derit etiam, hoc erit ex fortuna. Et fortassis est aliqua medicina, composita ex magna scientia experti uiri, aut ad fluxum uentris, aut colicam passionem, aut ad sedandum dolores, aut ad alias ægritudines: & quoniam utetur illa medicina non in suo tēpore, nec in suo loco, ideo nocebit. uerbigratia, ponatur quòd aliquis patiatur fluxum uentris iamdiu, donec corpus extenuetur, aut ex humore qui alterat cibum, aut ex frigore interiorum membrorum ita, quòd non attrahāt cibum, aut ex debilitate cysteos fellis in attrahendo choleram, ita quòd cholera impellitur ad intestina, & facit fluxum, aut ex apostemate duro, ex genere apostematum melancholicorum, in concauitate hepatis ita, quòd cibus non potest peruenire ad ipsum, sed ad intestinum facit fluxum uentris, uideretur tibi quòd cura sit eadem, tamen nō est. Ego autem dico, quòd medicina experta laudata, quando usurpata fuerit ubi non conuenit, cum eo quòd non prodest, etiā nocet. Quare nos laudamus medicos altarium, qui curant cum cibis sacrificiorum: quoniam error uelociter corrigitur. error autem medicinæ, forte ducit ad mortem. quare oportet ut medicus consideret complexiones & curationes consideratione perfecta. Et ego composui hunc librum ex medicinis expertis, quas ego probaui, & acquisiui ex bonis medicis, & magnæ solicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum est iam medicis sicut hieræ, opiatæ, & tyriaca, & aliæ medicinæ quę sunt notæ omnibus hominibus. & non ponam in eo nisi medicinas quas fere omnes ignorant. hunc etiam librum fecimus unius tractatus. Et si accidat postea quòd experiar aliquas medicinas, scribam eas.

Prima cōpositio ex eis est medicina quam accepi ab Astorone experimentatore, qui erat de ciuitate Tereste. & curabat cum ipsa febres antiquas, & ualet ad complexionem corruptam, & aperit uenas, & prouocat urinam, & adiuuat digestionem. cuius hæc est confectio. Recipe cinnamomi ℨ.i. spicæ nardi ℨ.ij. xyloaloes ℨ.i. & s. mastiches ℨ.i. anisi ℨ.ij. spatanæ, gariofilorum, ana ℨ. s. Conficiantur cum melle optimo, & accipe ex eo quātum auellana una, cum aqua calida. & qui est frigidæ complexionis, & habet oppilationes, cum aqua fœniculi & anisi. Et iste Astoron, quando aliquis patiebatur dolorem acutum, coquebat chamæmelum, & dabat aquam ad bibendum, & curabatur. & nos experti sumus multoties, & inuenimus esse uerum. & experti fuimus medicinā primam sæpe, & non fefellit ex eis quę nominata sunt in laude. & testificatur hoc ratio ex compositione eius: quoniam cinnamomum contra operatur putrefactioni. illi autē est bonus odor. quare confert membris interioribus, & subtiliat. & spica nardi habet bonum odorem, & stypticitatem, & operatio eius est quasi propinqua operationi cinnamomi: sed cinnamomum est subtilius. lignum aloes cum eo quòd ualet ad hoc quod ualet cinnamomum, est utilissimum ad frigiditatem stomachi, purgans id quod est in humiditatib. per mirabilem eius proprietatem. & mastiche dol. sedat in stomacho, & digerit humi. anisum prouocat urinam, & aperit oppil. est enim ualde subtile. & liquefacit superfluitates. & facit dol. quiescere. spatana aperit oppilationes, & ualet spleni utilitate magna. gariofili desiccant humiditates extraneas, & confortant membra interiora. & dabat ad potādum aquam in qua decocta fuerat radix iridis, patientibus oppilationem crassam, & prima hora curabantur. Et ego dico ꝙ decoctio absinthij, & centaureæ minoris faciunt hæc. sed radix iridis fortius operatur. Alia medicina quā accepi ab aduena Aegyptiaco, qua curabat oppilationes antiquas, & febres, et asthma antiquum. & non est ei similis, & iste aduena acceperat ab uno medicorū altarium. Cuius hęc est confectio. Recipe radic. iridis, aristolo. lōgæ, & ro. succi marubij, ana ℨ. iiij. succi gafit, myrrhæ, chamædryos, & camphoræ, ana ℨ.i. spicæ nardi, spatanæ, ana ℨ. ij. grana balsami, ligni aloes, ana ℨ.ij. & s. puluerizentur, & conficiātur cum syrupo mel. qui fit secundum hunc modum. Recipe gar. cinna. carda. myrrhæ, ana ℨ.i. & s. liga has medicinas in panno raro, & pone in i. lib. aquę die & nocte. deinde cola, & colaturæ admisce lib. i. mellis boni, & coque super prunas sine fumo & flamma, coque donec fiat syrupus: postea confice cum oleo alias medicinas, & serua. & da ex eo in ægritudinibus quas diximus, in modum auellanæ uel castaneę. hoc electuarium est de melioribus medicinis quas uidimus. Et uidi hunc medicū curare multas ægritudines per medicinas simplices. & ex eis quas dabat est ℨ.i. aristolo. ro. asthmatico. & dabat decoctionem epithy. epileptico ex melancholia. & accipiebat ℨ.i. ex eo & ponebat in aqua calida per noctem. mane colabat, & apponebat à sexta parte ℨ. scammoniæ, usq; ad octauā partem ℨ. nos aliquando addimus agarici ℨ.i. et dabat ad bibendū decoctionem agar. cōtra dolorē capitis. et dabat ammoniacū cōtra dolorem iuncturarū ex humore crasso. & sępe curabat taliter. Ego autem semper soleo dare de succo marubij & stœchados, mistis cum aqua in qua decoctum fuerit marubiū uiride & chamædryos. & dabā asthmatico. & ex eo sanaui multos. Aliud medicamen quod accepi ab aduena, cui nō est simile. ualet epilepticis, & anhelosis, & tussientibus. & est expertissimum ad epilepsiam ℞. hyssopi sicci, ireos, myrrhę, piperis nigri & lon. carda. sed in loco eius ponit nastur. et carui, ana ℨ.ij. spicę nardi, costi, ammeos, ana ℨ.i. con fice cum aqua in qua decoctum sit squinan. & si uolueris ꝙ purget, cum melle cōfice. & da ex eo tantū à ℨ.i. usq; ad iij. & ultimū est ad hoc. Et dicamus decoctiones quas probauimus, & lucrati sumus ab isto medico. decoctio squināti, & granorū balsami, quādo biberit ex ea epilepticus, et qui habet hu. crassos, quotidie, confert ei. Aqua in qua decocta est assa, quādo biberit tristans curabitur.

Decoctio agarici, quam si quis biberit qui habet A dolorem antiquũ capitis, sanabitur. Decoctio carui, & seminis apij, prouocat urinã & mẽstrua fortiter, & subtiliat humores crassos. Decoctio centaureę curat ischiadẽ. Decoctio corticis fistici cõfortat stomachũ, & mundificat canales pulmonis & hepatis. Decoctio asari prouocat urinã, & mẽstrua fortiter. Decoctio mastiches cõfortat stomachum debilẽ ualde. Istas ergo decoctiones accepimus ab aduena Aegyptio expertas. & probauimus eas, & inuenim⁹ esse ueras. Medicamẽ quod accepi à quodam sene, curat splenem durum. Et si positũ fuerit super scrophulas, dissoluit. & est sublime ualde. ℞. ammoniaci ʒ. iiij. dissoluatur in succo chamęmeli, aut in succo anethi, aut in decoctione floris chamæmeli. & misce cum eodẽ rad. cap- B paris. conficiantur, & da ad bibendũ ʒ. ij. cum decoctione carui. Medicamen expertum, quod habui & accepi à quodam uiro experimẽtatore, ualens ad splenem. Recipe scolopendriæ, grana balsami, grana tamarisci, rubiæ ana ʒ. ij. confice cum melle. & dentur ex eo ʒ. iij. & postea bibat acetum in quo cocta fuit spatana, id est acorus: ita quòd de spatana ʒ. ij. mittantur in octo ʒ. aceti. & coque usq; ad iiij. ʒ. Medicamen quod accepi ab eo etiã, & ualet stomacho frigido. prouocat urinam. aperit oppilationes. & est minus forte. Recipe cinnamomi ʒ. i. folij, corticis fistici, cardamomi, absinthij, agarici, squinãti, granorũ balsami añ. ʒ. ij. succi stœchados, seminis fœniculi, anisi, asari ana ʒ. iiij. myrrhæ, aristolochiæ rotũdæ, radic. iridis, ma C stiches, ana ʒ. i. confice cum melle bono. & sume ʒ. ij. cum aqua in qua decoctum sit asarũ & semen fœniculi. Aliud medicamen quod recepi Agargeo confortat membra frigida. & ualet spasmo, & mortificationi membrorũ, & generaliter omnibus pаssionib. cerebri frigidis, & neruorum ℞. agarici, ammoniaci, succi stœchados, piperis triũ generũ, squinanti, carui, añ. ʒ. ij. castorij, asari, scyllæ assatæ ana ʒ. i. radic. iridis, & mastiches, & seminis apij, añ. ʒ. s. spatanæ, scordium, zingiberis añ. drach. i. & s. confice cum melle bono. & sumat ex eo drach. ij. cũ aqua calida: & iste Agargeus fuit de sapiẽtibus qui fuerint tempore suo. & erat qui habebat unam medicinam, quam neminem doce re uolebat: dabat enim eam habẽtibus fortem do- D lorem. & statim prouocabat urinã, & uentositatẽ expellebat. ita ꝙ mox auferebatur dolor. Cuius confectio hæc est. Recipe iridis, chamædryos, seminis fœniculi, anisi, apij, asari, ana ʒ. ij. cinnamomi, zingiberis, carui, †foliorum chamæmeli, ana ʒ. i. succi stœchados, gentianæ, marubij, ana ʒ. ij. puluerizentur, & conficiantur cum decoctione asari, squinanti, seminis fœniculi. fac pilulas ʒ. i. et da cum aqua in qua decoquitur flos chamæmeli. hæc etiã medicina est fortis ualde. & non est ei similis in prouocando urinam, & subtiliando humores, & aperit oppilationes. & stomachum frigidum temperat & confortat. Aliud medicamen quod accepi ab eo. & ualet ad febres compositas. & digerit humores crudos ℞. seminis apij, seminis fœniculi, radicis iridis, aristolochiæ longæ & rotundæ, fol. chamæpityos, meu, phu, añ. cõfice cum oxymelite scyllæ. & sumat ex eo cũ aqua calida in qua decoquitur semen apij. Aliud ad febres cõpositas & chronicas expertũ, & iam probaui multoties. ℞. assæ fœtidæ bonæ, piperis nigri & longi, et seminis apij, anisi, fœniculi, puluerizentur, & conficiantur cum uino antiquo. & da de eo cum aqua decoctionis fœniculi. Aliud expertum prouocans urinam. ℞. asari, seminis fœniculi, rubiæ, costi, ana ʒ. i. satureiæ, hyssopi sicci, añ. ʒ. ij. puluerizentur, & formentur pilulæ. & detur ex eis ʒ. i. cum aqua decoctionis fœniculi & anisi. Aliud ad puncturas scorpionis. ℞. assæ fœtidæ, scorodon, centaureæ minoris, ana ʒ. ij. seminis rutæ, castorij, añ. ʒ. iiij. puluerizentur, & conficiãtur cum uino antiquo. Experimẽtum probatũ quod laxat humores uiscosos. & est optimũ cõtra ischiadem. & est de experimentis Irini Romani. ℞. satureię, mastiches, radi. ireos, succi stœchados, zurungem ana ʒ. i. agarici, turbith, ana ʒ. iiij. conficiantur cum succo fœniculi, fac pilulas. & da secundum uirtutem patientis. Aliud constipãs naturam arostrocamet, ualens ad fluxum uentris, quando fit ex debilitate uirtutis retentiuæ. cõfortat intestina & membra interiora. ℞. ro. pul. granorum myrtæ, sumac, luti armenici, ana conficiãtur cum succo plantaginis, & fac pilulas ʒ. ij. & da cũ aqua decoctionis granorum myrtæ. Aliud ualẽs ad fluxum ex debilitate hepatis. & est expertum. ℞. ligni al. rosf. spicæ nardi, cinnamomi, berberis, ana ʒ. ij. laccæ, rhu barbari, gariofil. ana ʒ. s. conficiantur cum aqua decoctionis rosarum. & da ʒ. ij. Aliud, & est ad fluxum prouenientẽ ex causa frigiditatis membrorum. & iste modus fluxus quando accidit, uix separatur. & ista medicina est nimis utilis ad hoc. ℞. cinnamomi, ligni al. gariofilorum, anisi, carui, chamædryos, aristolochię rotundæ, spatanæ, ana ʒ. i. puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis ligni al. Medicamen aliud quod accepi ab Acostror, qui fuit socius Astrocani: & uocabat ipsum electuarium ligni al. & non est ei simile. & iam probaui eum sæpe, & ualet ad debilitatem membrorũ interiorum. et ad fluxum hepatis, & aperit cannales, & subtiliat humores, & confortat hepar ualde. ℞. rhu barbari, laccæ, spicæ nardi, asari, chamæpityos, galangæ, gariofil. anisi, ana ʒ. iiij. rosf. maioranæ. mastiches, granorum balsami, phu, meu, ana ʒ. i. squinanti, drach. i. & s. ligni aloes, chamædryos, succi stœchados, ana drach. i. conficiantur cum aqua decoctionis ligni aloes, & spicæ nardi. postea misce mel quod sufficit, & malaxa. & sume ex eo. ʒ. ij. uel iij. cum aqua decoctionis ligni aloes & spicæ nardi. & hæc medicina est de nobiliorib. medicinis ad ea quę diximus. quoniam prouocat urinam, & confortat membrũ, & aperit canales, & ualet ad lapidem. & iste Acastror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei qui patiebatur dolorem

florum (margin, at "†foliorum")

dolorem fortem ex frigida causa.& ponebat patientem in balneo eiusdem herbæ.& dabat decoctionem utriusq; aristol.asthmatic.& ad prouocationem menstruorum.& dabat sacharum rosſ.habentibus flammam in stomacho. Medicinę breues quibus utebatur Casion, qui erat ex Armenia anteriori.& fuerũt expertæ, & bonæ inuẽtę sunt. Medicamen ualens ad morsum scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, galbani.conficiantur cũ decoctione scordij, & aristoloch. ro. & accipe ex eo auellanam cum aqua calida. Medicamẽ ualens asthmaticis. Recipe marubij, aristolo.añ.drach.duas, laccæ drach.iij.cõficiantur cum melle.& da ʒ.iij. Aliud subtilians humores.& ualet contra putrefactionem. Recipe spicæ nardi, cinnamomi, gariofil.aristolochiæ longæ.conficiantur cum uino odorifero, aut cum aqua decoctiõis aristolochiæ rotundæ, & gasit. Aliud ualens ad hepar, & canales eius. & extenuat pingues homines. Recipe aristolochiæ ro.laccæ, rhu barbari, spicæ nardi, ana drach. iij. conficiantur cum melle. & da drach.iij. Medicamen prouocans urinam fortiter.& est ualde bonum cõtra fe. phlegmaticas & melancholicas. Recipe casiæ, laccæ, anisi, apij, ana. conficiantur cum melle, & da drach.iiij.cum aqua calida in qua coctum fuerit anisum. Medicamen dissoluens naturam cito.& dissoluẽs uentositates. Recipe masticħes, anisi, zingiberis, ana drach.i.turbith drach.iij.pulúerizentur, & conficiantur cum melle bono. & da drach.ij. Aliud huiusmodi expertũ. Recipe turbith, agarici ana drach.i.mastiches, anisi, ana drach.i.& s. conficiantur cum melle. & da drach.iij. Aliud purgãs choleram. & datur in qualibet hora. & dissoluit cito. accipe scammoniæ, drach.ij. mitte in cotoano, & assa sub cinere calido. postea extrahe, & mitte cum scammonia in cydonio drach. i.mastiches, postea pinse, & fac trochiscos à ʒ. i. usq; ad iij.& da i. istæ ergo sunt medicinæ confectæ, & sunt ualde bonæ, & expertæ.

De medicinis Catilinæ.

Medicinæ Catilinæ qui fuit medicus Lithois regis. Medicamen expertũ ualens hydropi dissoluens uentositates crassas.& confortãs stomachum debilem:& est sicut bezahar ad has ægritudines quas diximus. Recipe anisi, iridis, laccę, spicæ nardi, ligni al.gariofi.agarici, ana drach.iij. carui, hermel, fœniculi, ana drach.ij.aristolochiæ lon.& rotundæ, centaureæ minoris, satureię, ammeos, myrrhæ, origani, ana drach.iiij. mastiches ro.ana drach. viij.rhu barbari, gentianæ ana ʒ.v. squinanti, †myrtæ siccæ, ana drach.vi.conficiantur cum melle bono. & sume ʒ.ij.usq; ad iij. cum aqua decoctionis carui & aristolo.& hæc medicina est nobilis ad ea quæ diximus. & eius compositio hoc ostendit. Electuarium expertum ualens fe.antiquis.& uentositatibus crassis.& purgat urinam. ℞.floris chamæmeli, anisi, laccę, aristolo. rotun.ana drach.iiij.mastiches, drach.i.rosſ.ʒ.ij.rubiæ drach.i. conficiantur cum melle, & utere.

alias mentæ

A Aliud. ℞.floris chamæmeli, anisi, rubiæ, fœniculi, asari, ana conficiantur cum melle.& sume ex ea drach.ij. cum aqua decoctionis anisi. Aliud prouocans urinam. ℞.asari, rubiæ, seminis cucumeris & cymini, seminis apij, ana conficiantur cũ syrupo facto ex marubio & melle. Medicamen expertum ualde hydropi, dissoluit enim inflationem. Recipe iridis, aristolo.agarici, ana conficiantur cum syrupo facto ex asaro, carpobal. & melle, & sumat drach.ij.cum decoctione fœniculi. Aliud prouocans urinam. ℞. amygdal.dulcium, seminis cucumeris, asari, aristolochiæ longæ, ana drach.i.conficiantur cum aqua decoctionis rubiæ.& detur cum aqua decoctionis fœniculi & apij. Aliud ad hydropem & asthma. ℞.
B iridis, succi marubij, aristolochię longæ & rotundæ, laccæ, añ.conficiantur cum decoctione iridis. & detur cum aqua calida decoctionis gentianæ. Aliud prouocans urinam. Accipe saliuncæ, seminis cucumeris, †laccæ rubræ, ana confice cum melle, & detur ex eo ʒ.iij. Aliud cõfortans hepar confortatione magna.& ualet cõplexioni frigidæ & humidę.& est mirabile. ℞.rhu barbari, laccæ, gariofil.ligni aloes, rosſ.rubię añ.cõficiãtur cum aqua decoctionis corticis fistici & gasit.& dentur drachmæ duæ ex eo cum aqua decoctionis aristolo.†rosa.& gasit. Aliud expertũ ad splenem. ℞.scolopen. ammoniaci, radicis capparis, añ.cõfice cum melle & aceto.& dentur ex eo drach.iij. cum decoctione aristolochiæ rotundę.
C Aliud ualens contra lapides. ℞. sanguinis hirci sicci, lapidis iudaici, saliuncæ, lapidis qui inuenitur in cysti fellis uaccæ, asari, amygdalarum amararum, seminis cucum.bdelij, costi, añ.conficiantur cum aqua & melle, in quibus sunt decocta rubia & costum.& dentur drach.ij.cum aqua decoctionis asari & floris chamęmeli. Aliud expertum contra lapidem renum. ℞. sanguinis hirci sicci, lapidis citrini qui inuenitur in cysti fellis uaccę, fœniculi, saliuncę, amygd. amararum, ana confice cũ uino antiquo, uel aqua decoctionis radicum apij & fœniculi. forma trochiscos unius drachmę. Et da i.cum syrupo de saliunca.

alias lactucæ

alias rotundæ

Medicinę Socionis. Iste fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimẽta plu-
D rima in fine nobilitatis quę nos acquisiuimus à discipulis eius, scilicet Teranoz & Hargemez & Harcoz. medicamen magnę nobilitatis & utilitatis, laxans & dissoluens crassas uentositates, & non est ei simile, quod etiam iam probauimus. Accipe agarici ʒ.iij.ellebori nigri ʒ.ij.& s. mastiches ʒ.x.folij, ligni aloes, asari, radicis iridis, turbith, squinanti añ.drach. ij.anisi, carui, fœniculi, ammoniaci, ana drach.i. scyllę assatę ʒ.quatuor. rosarum ʒ.vi.scammonię ʒ.i. confice cum melle bono, & da de eo quasi auellanę pondus. Decoctio purgans matrices mulierum, & dissoluẽs uentositates, & prouocans menstrua. Recipe florum ammeos, harmel, asari, florum chamęmeli, fœniculi, gentianæ, spicæ nardi, squinanti, cha-

mępityos,chamędryos,aniſi,rubię,añ.ʒ.x.coquã tur in iij.lib.aquę donec remaneat lib.una.deinde amoueatur ab igne,& diſſoluatur in eadem aqua calida ʒ.i.ammoniaci,& detur de eo, quoniã eſt mirabile. Decoctio ualens nimis in declinatione febris quotidianæ. ℞.gentianę,radicis apij, radicis fœniculi,rubię,agarici,turbith,aſari, roſarum,ſpicæ nardi,añ.ʒ.i. ponãtur in caldario cum tribus libris aquę,& coquãtur ſuper ignẽ leuem ſine fumo & flãma,donec remaneat lib.i.& ſoluatur in ea calida ʒ.i.laccę,& utatur. Aliud prouocans urinã cito. ℞.phu,rubię. terãtur,& dẽtur ex eis ʒ.ij.& s.cũ aqua decoctionis hyſſopi, & ſatureię calida. Aliud diſſoluẽs omnes durities. curat & duritiẽ ſplenis,& ſcrophulas. ℞.dragaganti,floris chamæmeli,& pic.liquidę,ammoniaci,medullæ cruris uituli,galbani, añ. conterãtur, & diſſoluatur ammoniacũ in aceto antiquo.lique fiat medulla & pix,& cõficiãtur pulueres,& miſceãtur,& ſuper locum ponantur. Aliud huiuſmodi. Accipe foliorũ capparis,ammoniaci,galbani,capillorum ueneris,floris chamæmeli, medullæ cruris ceruini,ana.conficiantur, & ponantur ſuper locũ durum. Aliud quod cito laxat & diſſoluit inflationem,& prouocat urinã, & ualet hydropicis. ℞.turbit,agarici,fœniculi,aniſi,añ. ʒ.i.ſcammonię octauam partem ʒ.i.radicis iridis, laccæ,ſpinæ romanę,rubiæ,phu,ana ʒ.i.& s.conficiantur cum ſyrupo facto cum melle, hyſſopo, origano,& ſatureia,& utatur. Aliud ualde bonum,ſubtilians humores.bonum contra aſthma, & laxat humorem uiſcoſum. ℞. ariſtolochię rotundæ, rhu barbari,ſucci marubij,laccæ,turbith, ana drach.i.maſtiches drach.ij.agarici ʒ.unã. conficiantur cum ſyrupo facto ex melle & marubio, & utatur. Aliud ualde bonũ,& dicitur electuarium iridis.& eſt multarũ utilitatum, & eſt ualde mirabile contra hydrop.& contra debilitatẽ hepatis.& prouocat urinã & menſtrua. & laxat humores diuerſos. ℞.ariſtoloch.rotun.laccæ,ſquinan.marubij,ana ʒ.iij.ligni aloes, roſarum ana ʒ. iiij.agarici drach.viij.radicis iridis ℥.i. conficiantur cum bono melle. & detur ſecundũ uirtutem cum aqua decoctionis ſpatanæ & ſatureię. Aliud electuarium, & dicitur electuarium rhu barbari. & confortat hepar,& eſt nimis expertum,& nos iam probauimus ipſum ſæpe. Recipe ariſtolochiæ rotundæ, ligni aloes,laccæ,ſpicæ nardi, folij,roſarum,ana drach.x.rhu barbari ʒ.xx.conficiantur cum ſyrupo facto ex melle.& detur ex eo quaſi auellana cum aqua calida decoctionis folij & gariofilorum.eſt enim optimum in confortatione hepatis,& omnium membrorum interiorum. Aliud electuariũ ariſtolochiæ ad remouendum typum in febribus chronicis. Recipe aſſæ fœtidæ, zingiberis,folij, chamæmeli, piperis nigri & longi,centaureæ,harmel, ana ʒ.i. ariſtolochiæ rotundæ, ad pondus omnium.Conficiantur cum ſyrupo facto ex melle,& ariſtolo. & utatur ſecundum uirtutem patientis à ʒ.i. uſque ad

A drach.ij. Aliud diſſoluens uentoſitates. Recipe aſſæ fœtidæ,rutæ,ſatureię,caſtorij,ana ʒ.ij.aniſi,fœniculi,ana ʒ.i.conficiantur cum melle.& utatur cum uino puro. Aliud diſſoluens uentoſitates,& prouocans urinam fortiter & menſtrua. Accipe aniſi,laccæ,ariſtolochiæ rotundæ, rubię, gentianæ,meu,phu, ſpicæ nardi,coſti.conficiantur cum melle.& dentur ex eo ʒ.iij.cum aqua calida decoctionis fœniculi.

De medicinis Azariconis philoſophi.

Medicinæ Azariconis. Iſte uir quãuis non habuerit nomen inter medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimiũ expertas. Primũ medicamen ualet ad fe.chronicas, quæ fiunt ex humore craſſo,& aufert typum, & ſoluit uentoſitates,

B & laxat humorem uiſcoſum, & ualet paralyſi. ℞.iridis ʒ.decẽ,piperis nigri & longi & albi,aſſę fœtidæ, ſcordij, caſtorij, folij, ſeminis rutæ, aſari,ammoniaci, galbani, ſatureiæ, ſanguinis anſeris ſicci,ſagapeni,xylobalſ.carpobal. ana ʒ.s.ſpicæ nardi,croci, ana ʒ. iij. chamæpityos, chamædryos,ammeos,mentæ, maioranæ, foliorũ rubi agreſtis,carui, gariofil. ligni aloes, cinnamomi, aniſi,ana ʒ.iij.turbith, ad pondus omniũ, agarici ʒ.x.terantur & confice cum ſyrupo facto ex melle,& detur ex eo ʒ.i.& s. cum aqua calida decoctionis gentianæ & aſari. iſtud enim medicamen eſt ualde expertum contra infirmitates frigidas iuncturarum, & aſthma, & dolores frigidos, & diſſoluit uẽtoſitates,& ſæpe probauimus ipſum.

C Medicamen confortans membra interiora,& eſt ualde bonum ad fluxum chronicum, & confortat ſtomachum,& aufert uomitũ. Recipe nuc. cypreſſi,ligni aloes, tamariſci,ana ʒ.iiij.roſarum, maſtiches,laccæ,cinnamomi,ana ʒ.ij.cõfice cum aqua decoctionis rubię & myrtę.& da cum aqua decoctionis cypreſſi. Tertium medicamen ualet ad lapidem renum & ueſicæ, & aperit oppilationes,& expellit fæces per urinam. & eſt expertum. ℞.capilli ueneris,cineris ſcorpionis,gentianæ,uitri aduſti, lapidis iudaici, ſeminis cucume.& cucurbi.aniſi,radicis lilij cœleſtis. puluerizentur,& conficiãtur cum aqua decoctionis chamæmeli uel melilo.& melle. & ſumatur cum decoctione agarici. Quartũ medicamen ualet hy

D dropic.& frigiditati hepatis, & citrino colori. ℞.agarici,lilij cœleſtis,laccę,ariſtolo.lo.& rotun. ſucci ſtœchados,ſucci marubij,olibani,phu, chamædryos,chamæpityos,cinnamomi, ana drach. ij.folij,gariofil.ana drach.v.rhu barbari,aniſi,añ. ʒ.iij.ligni aloes,ad pondus omniũ. puluerizẽtur, & conficiantur cũ melle.& dentur ex eo ʒ.iij.

De medicinis Gereonis.

Medicinæ Gereonis Gręci.ab iſto uiro habuimus xi.medicinas expertas ad diuerſas ęgritudines,quas nos ꝓbauimus,& inuenimus ipſas eſſe mirabiles. Primũ medicamen ualet ad infirmitatem ſtomachi frigidi,& cõfortat ipſum, & eſt nimis mirabilis. Recipe trium piperum, ſpicæ nardi,zingiberis,ro.añ.ʒ.x.ligni aloes, ad põdus omnium

omnium. confice cum melle. & da cum decoctione ammeos, & mentæ, & gariofil. Secundũ ualet ad dolorem fortem. & iam probauimus ipsum.

℞. floris chamæmeli, squinãti, cẽtaureę, aristo. rot. confice cũ melle. & da ʒ.iiij. cum aqua calida.

Tertiũ huiusmodi est. sed pręcedẽs securius est.

℞. croci, spicæ nardi, opij thebaici, ana ʒ.ij. chamæmeli ʒ.ij. confice cũ melle. & da ʒ.s. cũ aqua calida. Quartũ huiusmodi. & est mirabile. ℞. succi coronæ regiæ, chamæmeli quãdo fuerit uiridis añ. ʒ.iiij. Et si istę herbæ nõ fuerint inuẽtę uirides, accipe earũ decoctiões, & pone octauam partẽ ʒ. croci, & squinãti ʒ.iij. & bulliãt usq; ad medietatẽ. & da bibendam colaturam. Quintum ualet ad dolorem ex oppilatione. ℞. radicis lilij cœlestis, agarici, ana ʒ.iiij. aristolo. lon. & ro. chamæpi. ana drach. v. coquantur, & ponãtur in lib. iij. aquæ & bulliant super ignem leuem, donec remaneat lib. i. & appone laccæ ʒ.i. & s. & da bibẽdum tepidũ.

Sextum dissoluit uẽtositates. & ualet colicę ex uentositate. ℞. cymi. fœnicu. carui, anisi, ana terantur, & conficiantur cum syrupo facto ex melle & ammi & satureia & origano. & sumat̃ ex eo cũ aqua decoctionis radi. apij, & cũ ʒ.i. agarici. Septimũ huiusmodi. ℞. anisi, cumini, agarici, absint. centaureæ. terant̃. & dentur de illis ʒ.iij. quando uentositates fuerint multæ, & passio fortis.

Octauũ laxat humorẽ uiscosum. & est nimis bonũ cõtra epilepsiã & paralysin, quo ego semper utor. ℞. agar. absint. colocynthid. añ. ʒ.i. anisi, ligni al. masti. ana ʒ.ij. spatanę, ammonia. sagapeni, assæ fœ. rad. lilij cœ. ana ʒ.i. & s. aggregent̃, et cõficiant̃ cũ aqua decoctio. anisi, arist. lon. & ro. & melle, & sumat̃ ex eo quasi auella. Nonũ ualet tristib. & timidis. ℞. radicis aristolochiæ rot. gariofilorũ, ligni aloes, ana ʒ.iij. conficiant̃ cum melle & aqua maioranæ. & da de eo ʒ.iij. Decimum ualet lapidi renum & uesicę. dissoluit uentositates. & laxat diuersos humores. & est bezahar. ℞. turbith, agarici, uitri usti, zingiberis, lapidis iudaici, sanguinis hirci sicci, anisi, fœniculi, trium piperum, chamædryos, chamępityos, bdelij, ana ʒ.iiij. confice cũ bono uino decoctionis agarici, & carui. Vndecimũ ualet ad asthma. ℞. turbith, agarici, aristolo. ro. ana ʒ.i. confice cum decoctione marubij. & da cũ decoctione asari. Istę sunt medicinę quas probauimus sæpe, & inuenimus eas optimas.

De medicinis Betarnem.

Modo dicam medicinas Betarnem Siciliæ, & sunt tres, quas probauimus sæpe, & inuenimus eas esse ueras. Primum ualet contra medicinas mortiferas, & est nimis experta. ℞. laureolæ, luti sigillati, phu, meu, apij, cinnamomi, ana ʒ.i. rutæ, xylobalsami, carpobalsami, ana ʒ.ij. confice cũ melle. & da ʒ.i. & s. debilibus uel ʒ.ij. fortibus.

Secundum ualet ad morsum scorpionis. & calefacit corpus. & aufert tremorem in febribus.

℞. castorij drach. i. scorodon ʒ.ij. costi amari ʒ.i. & s. zingiberis ana ʒ.i. conficiantur cum melle. et detur drach. i. & s. cum uino. Tertium prouocat urinam & menstrua. ℞. pulegij, cymini, radicis lilij cœlestis, aristolochiæ rotundæ. Conficiantur cum melle. & dentur drach. iij. Medicamen quod cõposuit Amaloz de Macedonia. ualet ad fe. phleg. & dissoluit humores. liquefacit eos. & est bonum duritiei splenis. ℞. scolopen. squinanti, chamæpityos, castorij, triũ piperũ, spicæ nardi, folij, asari, ana drach. i. turbith, radicis lilij cœle. carpob. xylobal. puluerizentur, & conficiantur cum melle decoctionis asari, squinanti, opopana. & detur de eo quasi auellana. Medicamen squilitam, quod ualet morsibus scorpionis.

℞. aristo. lon. & ro. ana aur. i. cymini. drach. i. assæ fœtidæ, carui, seminis rutæ, ana drach. ij. castorij. drach. iiij. Confice cum melle. & da drac. ij. cum aqua calida decoctionis gentianæ, uel arist. uel cum bono uino. Medicamen melius quod ualet ad dolores fortes. & iam ꝓbauimus ipsum, & inuenimus melius q̃ tyriaca. ℞. cymini, carui, assæ fœtidæ, aristo. chamæmeli, coronę regię, absinthij, agarici, ana drach. x. trium piperum, opij, ana drach. i. croci, carpobalsami, squinanti, cinnamomi, ana drach. ij. asari, gentianæ ana aur. i. pulueriza, & confice cum syrupo facto ex melle & squinanto & chamæmelo & corona regia & aniso. Et da cum aqua decoctionis anisi.

De medicinis Achaasos.

Medicinæ sumptæ ab Achaasos experimentatore Athenarum. ab isto nobilissimo medico accepimus tres medicinas compositas, quibus semper usi sumus postquã nouimus eas. sunt enim mirabiles. Et ab eo acquisiuimus xxx. medicinas simplices expertas in diuersis ægritudinib. Primũ medicamen cõpositum ualet ad asthma antiquũ. & aperit oppilationes. ℞. asari aur. i. succi marubij, hyssopi, styra. sicci, castorij ana ʒ.s. trium piperum, anisi, ana aur. ij. cõficiant̃ cũ oxymelite scyllitico. et detur ex eo à ʒ.iij. usq; ad iiij. Medicamẽ secundũ ualet ad fluxũ antiquũ qui contingit ex frigiditate membrorum. ℞. nu. cypressi, folij, ligni aloes, spicæ nardi, rosarum ana ʒ.ij. Cõfice cũ aqua decoctionis ligni al. Et da de eo ʒ.iij. cum decoctione rosarũ. Medicamen tertiũ confortans uirtutem retentiuã. ℞. gallarum, sumach, berberis, ana aur. i. gummi arabici usti, ligni al. ana ʒ.i. rhubarb. drach. iij. confice cum decoctione se. lapathij acuti, & granorũ myrti. & detur cum decoctione cypressi. Iste uir curabat ęgritudines multas cũ medicinis ex quibus elegimus xxx. medicinas ueraces. Primo dabat mastichen ad dolorẽ stomachi. Secundo dabat drach. ij. assæ fœtidæ cõtra morsum scorpionis. Tertio dabat ʒ.iii. aceti fortis calidi cõtra morsum tyri. & est fortis operationis. Quarto mittebat succũ †yari & intromittebat contra maculam oculorum. & sæpe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drach. iii. radicis lilii cœlestis. Sexto dabat drac. i. asari, & curabat stranguriam. Septimo dabat chamæmelum puluerizatam, & malaxatam cum melle, ad dolorem †uentris & renum, propter frigidos

al. aristoloch.
alias uesicæ

gidos humores existentes in illis instrumentis. & prouocabat urinam. & curabantur. Octauo dabat drach. duas laccę cōtra oppilationes hepatis.

Nono dabat ʒ.iij.ammoniaci splenitico. & curabat eum omnino in paucis diebus. Decimo dabat lac leprosis, & curabat multos. Sed in hoc requiritur scientia in cognoscendo causam lepræ in qua lac cōueniat. Vndecimo dabat rhun barbarum ad debilitatem hepatis de frigida causa. & curabat omnes omnino. Duodecimo dabat ʒ.ij.cubebarum ad aperiendum oppilationes quæ accidunt in mēbris interioribus. Tertiodecimo dabat ʒ.iij.maioranæ cum drachmis duabus† rubiæ ad prouocandum menstrua. Quartodecimo dabat drach. duas asari ad prouocandū menstrua. Quintodecimo dabat carui romanū contra ischiadem cum calida, & curabantur. Sexto decimo dabat castorium contra lapidem renum.

al. rhu barba.

B

Decimoseptimo dabat drach.iiij.laureolę cum aceto, & curabat morsus scorpionum. Decimo octauo dabat ʒ.ij.zingi.ad infirmitates frigidas, & calefaciebat, & est nimis forte. Decimono no dabat ʒ.ij.aloes contra tristitiā, & ad cōfortandum os stomachi, et curabanť usitando. Vigesimo dabat centaureā minorē ad ischiadē, et curabanť. Vigesimoprimo dabat puluerem gariof. cōtra debilitatem uirtutis digestiuæ. Vigesimo secundo dabat decoctionē cafith contra debilitatem hepatis, & oppilationes. & curabat omnes.

Vigesimotertio dabat oleū uiride contra spasmum ex siccitate. Vigesimoquarto dabat decoctionem agarici cōtra ægritudines cerebri & hepatis. Vigesimoquinto dabat alfenid, id est penidias cōtra infirmitates pectoris, & curabat asthma. Vigesimosexto dabat decoctionem centaureæ & rutę cōtra morsum rutelæ. Vigesimoseptimo dabat decoctionē iuniperi ad prouocandū menstrua. Vigesimooctauo dabat decoctionē squinanti ad dolorem† mulieris post partū. Vigesimono dabat decoctionem gentianæ ad frigiditatem membrorum, & ad fluxum prouenientē ex ea. Trigesimo dabat galbanū ad prouocandum urinam, & ad extrahendū embryum. Nos autem nō scripsimus has medicinas, quāuis plures earū cognoscanť ab omnibus, nisi ut nō negliganť ab eis. quoniā si utatur de illis ut oportet, erunt mirabiles. Et quoties, usus fui decoctione facta ex hyssopo, & asaro, & duabus aristo. curaui de epilepsia. Et cū decoctiōe soli⁹ hyssopi, ex asthmate. Sed oportet medicū scire quando oportet dare has medicinas, & in quo tempore, & in quibus complexionibus ualet. aliter non ualent.

C

al. matricis

D

De medicinis Andrezeos.

Medicinę Andrezeos sunt hę. iste fuit philosophus in tempore suo. & habebat multas medicinas compositas ex quibus elegi quinq; expertas. & dimisimus alias quæ cognoscunť à pluribus.

Primum medicamen ualet hydropicis, & frigiditati hepatis. & ꝓuocat urinā generaliter & fortiter. & dico quod nulla medicina est ei similis in apertione hepatis. ℞.radicis lilij cœlestis, agarici, calami aromatici, laccæ, asari, rosˉ. spicęnar. cinnamomi, ligni aloes, anā ʒ.i. gafit, fistici, ana ʒ.i. mastiches, anisi, ana ʒ.ij. puluerizenť, & misceanť cū uino & melle. & denť ʒ.iiij. cum decoctione radicis lilij cœle. & gafit. Secūdum medicamen ualet ad asthma, cuius causa est humor crassus. ℞. gentianę, hyssopi, agarici, ana ʒ.s. mastiches ʒ.ij. Confice cū melle. & da ʒ.v. Et non est similis isti medicinæ. laxat enim humorē crassum & uiscosum. & scindit humores crassos. Tertium ualet ad dolorem membrorū interiorū. & liberat à colica passione quæ fit ex crassis humoribus in intestinis. ℞.agarici ʒ.viij. radicis lilij cœlestis, aristo.ro. hyssopi, mastiches, squināti, carpob. anisi, ana ʒ.i. turbith ad pondus omniū. Confice cum decoctione agarici. & da ʒ.iij. cum calida. Quartum ualet ad extrahendū embryum. & est ualde forte. ℞.arist.lon. & rot. assæ fœtidæ ana ʒ.v. spicæ nardi, agarici, ana ʒ.iij. myrrhæ ʒ.i. Confice cū decoctione aristo.ro. & da ʒ.ij. Quintum est laxatiuum diuersorum humorum. ℞.turbith, agarici, mastiches, lilij cœlestis, ana ʒ.i. ellebori nigri, mastiches, scyllæ assatæ, ana ʒ.i. colocynthidis ʒ.ij. scammoniæ ʒ.s. Confice & da ʒ.i. & non plus.

Electuariū quod ualet ad morsum scorpionis.

℞.rutæ, sulfuris uiui non positi ad ignē anā.aur. vi. castorij aur.i. assę fœtidę aur.s. pyrethri, storac. liquidæ, ana aur.i. Confice cum melle. & da ʒ.i. & s. cum uino puro. Electuarium bonum ad dolorem membrorū interiorū, quod habui à quadam muliere, quę acquisiuerat illud à medic. altarium.

℞.croci aur.v. opij aur.ij. spicæ nardi, aur.iiij. spatanæ aur.ij. radicis lilij cœlestis, aur.vi. floris chamæmeli, aur.ij. Conficianť cum bono melle, & utatur de eo. Aliud optimum ex compositione Games, & est nimis forte. ℞.cinnamomi aureos sex, croci aur.iiij. & s. piperis al. aureos quatuor, & s. galbani aur.iiij. costi aur.ij. & s. Confice cum melle. & da ʒ.ij. uel iij. in maiori fortitudine. Electuarium Zacharonis de Babylonia contra uentositates, & passionem colicam. & frangit lapidē. & laxat uētrem. & iam probauimus ipsum, & est ualde bonum, quando dubitamus in ægritudinibus utrum sit lapis uel colica, quia commune est ambobus. Recipe turbith, spatanæ ana aureos sex, cymini, carui aureū unum, agarici, radicis lilij cœlestis, aristolo. ana aur.vi. origani, hyssopi, ana aur.i. squinanti, mastiches, ana † ʒ.i. Confice cum melle, & da quasi auellanam. Tyriaca ualens ad dolorē capitis chronicum, & uentositates & est mirabilis. ℞.succi stœchados, succi marubij, absinthij, mastiches, rhu barba. chamæd. chamæpytios, ana ʒ.vij. hyssopi, aur.i. agarici, ad pondus omnium, pulueriza & confice cum melle. Et da de eo ad infirmitatem cerebri cum aqua calida decoctionis stœchados. & ad asthma cum uino bono. & ad prouocandum menstrua, cum succo iuniperi & fœniculi. Et ad dolorem fortem, cum aqua decoctionis chamęmeli. & ad oppilationem

aliàs viij

tionē, cum decoctiōe absinthij. Et ad epilepsiam, cum decoctione pyrethri. Et ad ischiadem cū decoctione centaureæ minoris. Et ad lapidem cum decoctione rad. lilij cœlest. Electuariū laccæ, ualens cōtra oppilationes chronicas. & prouocans mēstrua. & est bonū ualde. Est etiam utile ad asthma chronicū. & ad tussim chronicam. ℞. laccæ aur. xx. pip. lon. & nigri, centau. mino. aristol. rot. costi, galbani, ammoniaci, añ. au. x. maru. asari, añ. aur. iiij. folij, rad. lilij cœle. liquir. ana aur. vij. puluериza, & confice cum bono melle. & da quasi auellana cum aqua calida. Electuarium laccæ magnum quod habuimus ab Aridione filio Meliz. & est expertum. & est multæ utilitatis. ualet asthmati. & tussi. & prouocat urinam. & sedat dolorem fortē, liquefaciendo phlegma. & aufert tristitiam. & dissoluit uentositatē. & est mirabile ad tremorē cordis, & melancholiā, & aquā oculorū. & contra morsum canis rabidi. & contra puncturam tyri. Et generaliter dico ꝙ ualet omnib. puncturis mortiferis. ℞. arist. ro. rad. lilij cœlest. ana aur. x. squināti, aur. ix. asari, aur. xv. piperis nigri & albi, ana aur. vij. chamæpityos, succi marrubij, succi stœchados, ana aur. viij. spicę nardi, spicę romanę, mastiches, ammoniaci, galbani, scyllę assatæ, ana aur. x. ros. iuniperi, ana aur. ij. turbith, agarici, cyperi, ana aur. x. folij, ligni aloes, rhu barbari, croci, olibani, cētaureę minoris, ana aur. xx. laccæ, aur. i. Conficianẗ cū melle ro. & detur ex eo secundū quod cōuenit ęgro. Et est hęc medicina nimis mirabilis ad dolorē fortem. & laxat humores sine labore. & cōfortat cor, hepar, & stomachum.

Electuariū asiſtri, calefaciēs corpus. ualens oppilationibus hepatis, & splenis. ℞. aristolo. rot. aur. xx. marubij, chamædryos, gafit, ana aur. v. assæ fœtidæ, costi, triū piperū, ana aur. x. mastiches, aur. viij. pyrethri, aur. iiij. Cōfice & da cum uino.

Decoctio squināti, ualens ad febres chronicas, & aperit oppilationes. & prouocat urinā. & soluit uentrē. ℞. squinanti ʒ. viij. marubij ʒ. ij. absinthij, radicis lilij cœlestis, ana ʒ. iij. aristolo. rotūdæ aur. vi. agarici, aur. iij. radicis fœniculi, carui, ana aur. x. costi, aur. ij. mastiches, aur. iiij. ponanẗ in caldario. Et cum lib. iij. aquę decoquanẗ donec remaneat tertia pars. Et dentur de eo ʒ. iij. hęc decoctio est ualde mirabilis habētibus ægritudines phlegmaticas & debilitatē interiorū membrorū ex causa frigida. Decoctio asari cōfortans membra debilia ex frigore. & auferēs dolores. & scindēs humores crassos. & aperiēs oppilationes. Et est expertissima. ℞. asari aur. iiij. anisi aur. viij. absinthij, gētianę, añ. aur. iij. se. fœniculi, cētau. minoris, añ. aur. ij. ponanẗ cū iii. lib. aquæ, & bulliāt donec remaneat tertia pars. et da de eo ʒ. iiii. Decoctio aristo. ualens ad lapidē. ℞. arist. aur. x. asari aur. ii. marubii aur. i. radicis lilii cœl. aur. iiii. saliuncæ, seminis cucumeris, anisi, ana aur. vi. coquanẗ cum duabus libris aquæ donec remaneat tertia pars. Et da de eo ʒ. iiii. Decoctio agarici, ualens ad epilepsiam. & purgans matrices. & prouocans uri-

A nam. ℞. agarici ʒ. x. turbith ʒ. i. anisi ʒ. iii. harmel, ʒ. ii. radicis apii ʒ. v. radicis lilii cœlestis ʒ. iii. mastiches ʒ. ii. radicis pæoniæ ʒ. vii. coquantur cum tribus libris aquę donec remaneat medietas. Et dentur qualibet die quatuor drach. utilis enim est ualde, & in epilepsia expertum est. Decoctio assæ fœtidæ, ualens ad oppilationes aperiendas. & est utilis ualde. ℞. assæ fœtidę, radicis lilii cœlestis, radicis apii, radicis fœniculi, aristolochiæ rotundę, ana ʒ. x. coquantur cum lib. iiij. aquæ sufficienter. & dentur de eo ʒ. iiij. Decoctio pæoniæ, quę aperit crassas oppilationes, & est ualde experta.

Recipe pæoniæ ʒ. decem, radicis pentaphylli drach. v. aristolochiæ rotundæ ʒ. vi. coquanẗ cum lib. iij. aquæ sufficiēter. & dentur ʒ. quatuor. De-

B coctio perfecta aristolochię et est mirabilis hydropic. & cito curans eos. Recipe duarum aristol. centaureæ minoris, chamædryos, squināti, laccæ, ligni aloes, ro. ana aur. decem. spicæ nardi, phu, meu, apij, anisi, radicis lilij cœlestis, radicis apij, fistici, cubebarum, hyssopi. gariofil. marubij, stœchados, cinnamomi, ana aureos viij. ammeos, myrrhæ, ana aureos quinque, costi, aur. duos. coquantur in libris tribus aquæ sufficienter. Et dentur ʒ. quatuor cum drach. iiij. istius electuarij.

Recipe aristolochię rotundæ, granorum iuniperi, centaureę, ana ʒ. ij. ligni aloes, aur. unum, spicę nardi ʒ. i. marubij drach. iiij. Conficiantur cum prędicta decoctiōe. Decoctio chamęmeli, prouocans menstrua. & auferens dolorem fortem.

C Recipe chamęmeli, aur. ix. aristolo. aur. iiij. laccę drac. ij. spicę nardi, cinnamomi, radicis lilij cœlestis, ligni aloes, ana drach. i. coronę regię, drach. decem. Decoquantur cum libris x. aquę in igne lento & sufficienter, donec remaneat tertia pars. & dentur drach. quinq;. Decoctio hyssopi, contra passiones pectoris, & tusses chronicas, & ęgritudinem asthma, & anhelitum malum. Recipe hyssopi, agarici, radicis lilij cœlestis, liquiritię, squinanti, pęonię, asari, aristolochię rotundę, ammoniaci, seminis fœniculi, succi stœchados, succi marubij, laccæ, ana aureos duos, decoquantur in libris tribus aquę sufficienter. Et dentur ʒ. quatuor in mane. Electuarium optimum contra ægritudines diuersas. & ualet scotomiæ

D & uertigini. & scindit phlegma uiscosum, & purgat ipsum, & aufert dolorem frigidum. Et est bonum contra uenena. & aperit oppilationes. & prouocat menstrua & urinam. & calefacit corpus. & ualet ad febrem chronicam. & purgat matrices. Recipe agarici, aristolochiæ rotundæ, succi marubij, laccę, ana drach. quinque. assæ fœtidæ, galbani, rhu barbari, spicæ nardi, phu, seminis fœniculi, radicis apij, trium piperum ana drac. vi. ligni aloes drach. iiij. turbith aur. decem. Confice cum syrupo facto ex melle, & asaro, & agarico, & spica nar. & lacca. Et dentur drach. quatuor cum aqua calida. Electuarium expertum contra oppilationes matricis. Recipe aristolochiæ, laccę, radicis lilij cœlestis, ana. Confice cum

decoctione

decoctione gasit. & dentur drach. quatuor cum aqua calida. Electuarium curans lapidem in uesica. Et est expertum. Recipe squinanti, stœchados, añ. drach. i. sanguinis hirci sicci, drac. vi. lapidis iudaici, drach. ij. anisi, drach. iiij. puluerizentur, & confice cũ decoctione radicis apij. Aliud ad lapidem. Recipe sanguinis hirci sicci, anisi, aristolochiæ rotundæ, de lapide inuento in felle tauri, uitri combusti, saliuncę, agarici, lapidis iudaici, amygdal. amararum, ana. puluerizentur & conficiantur cum melle. Et dentur drach. iiij. cum aqua decoctionis se. apij. Aliud mirabile contra uentositatem fortem. Recipe anisi, cymini, satureiæ, carui, ana. conficiantur cum melle. & dentur cum decoctione agarici, quæ sic fit. Recipe agarici, cyperi, folij, radi. squinanti, aristol. lon. & rot. radicis apij ʒ. vi. ponantur in caldario in lib. i. aquę super ignem leuem. Et dentur ʒ. iiij. cum duabus ʒ. medicinæ prædictæ. Medicamen bonũ contra asthma chronicum. ℞. laccæ aur. x. arist. lon. aur. vi. succi marubij aur. vij. Conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida. Medicamen quod accepimus ab Acritone cõtra frigiditatem stomachi, & contra humiditatem eius. ℞. ligni aloes, cinnamomi, rhu barbari, spicæ nardi, mastiches, cardamomi. Confice cum decoctione rosarum & nucũ cypressi. Et detur quasi nux. Aliud ualens ad colicam ex uentositate & humore crasso. ℞. anisi, cinnamomi, absinthij, cymini, floris camæmeli ana ʒ. decem. agarici ʒ. xx. scammonię ʒ. i. mastiches ʒ. v. Conficiantur cum decoctione carui. Et dentur ʒ. iij. cum aqua decoctionis gasit.

Aliud ad dolorem capitis & contra cephalæã, quod est expertum. ℞. succi stœchados ʒ. viij. gasit, spatanæ, ligni aloes, ana ʒ. quatuor, mastiches ʒ. vi. agarici, ad pondus omnium. Conficiantur cum decoctione rosarum & mastic. & detur à ʒ. ij. usque ad iij. drach. Aliud quod ualet in principio descẽsionis aquæ ad oculum, quo sæpe curaui multos. & est expertum, & uelocis curationis.

℞. spicæ nardi aur. x. cinnamomi aur. viij. agarici aur. ix. mastiches, ad pondus omnium. Conficiantur cum bono melle. & sumantur de eo quotidie ʒ. ij. est enim mirabilis operationis.

De medicinis habitis à Zenone.

Medicinæ Zenonis de Athenis. Iste fuit unus de magnis medicis. ego autẽ non uidi ipsum, quia non fui temporaneus eius. Sed magister meus uidit ipsum. & ille habebat experimenta bona. ex quibus discipulus eius dedit nobis uiginti experimenta experta. Et nos probauimus ea sæpe, & inuenimus ipsa optima. Primum medicamen quod dicitur electuarium spicę nardi, cõfortat hepar debile & cor. & ualet contra uomitum chronicum. ℞. spicæ nardi, aur. c. spicæ romanę, aur. x. absinthij, aur. viij. cinnamomi, aur. quindecim. laccæ mundatæ, aur. ix. gariofil. aur. quinque, gasit, aur. xvi. marubij, aur. duodecim. aristolochiæ rotundæ, rhu barbari ana aur. sexdecim. Confice cũ melle. & da aur. duos cum aqua calida. Medicamen secundum. quod dicitur electuarium centaureæ, ualet ad podagram, & ad omnes passiones iuncturarum, cui non est simile in hoc. Nam prouocat urinam. laxat crassos humores & diuersos. Et sedat dolores. & aperit oppilationes. & est optimum ad lapidem. & liquefacit phlegma. & mundificat superflua à pulmone & pectore. hoc medicamẽ dedit Zotion de scriptis Zenonis, qui composuerat id per uersus. ℞. centaureæ minoris, aur. c. †zirungem aur. decem, anisi, fœniculi, apij, ana aur. vi. olibani, gariofil. ana ʒ. i. agarici, radicis lilij cœlestis, ana aur. unum, cubebæ, galbani, ammoniaci, castorij, trium piperum, spicæ romanæ, ana aur. xx. spicę nardi, turbith, ana aur. triginta. aloes sucotrinæ, aur. xvij. carpobalsami, xylobalsami, scyllæ assatæ, ana aure. xvi. mastiches, croci, ana aur. x. scammoniæ, aur. viij. puluerizentur, & conficiantur cum melle, et submittantur in hordeo per sex mẽses. et dentur ex eo ʒ. iiij. Et hoc medicamen est de maximis medicinis quas habebat ille medicus. Medicamen iij. quod dicitur electuarium colocynthidis, quod laxat humores aquosos, & phlegma, & melancholiam. & cum hoc prouocat urinam. Et uere dico quod non est ei simile ad acuendum uisum, quia est in hoc mirabile. ℞. colocynthidis, scyllæ assatæ, asari, trium piperum, ana aur. vi. spicę romanę, anisi, apij, fœniculi, carpobalsami, gasit, croci, añ. aur. duos, spicæ nardi, chamædryos, chamæpityos, aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ana aur. septem. puluerizentur, & conficiantur cum melle. & submittantur in hordeo per sex menses. & detur à drach. ij. usque ad iij. Medicamen quartum quod dicitur electuarium squinanti. ualet ad dol. fortes. & prouocat urinam. & apperit oppilationes, & confortat hepar confortatione maxima. & frangit lapidem. & ualet ad fe. chronicas. ℞. squinanti, aur. ccc. aristolochiæ rotũdæ, aur. sex. ligni aloes, aur. xiij. gasit, aur. xiij. croci, spicæ nardi, carpobalsami, opij, ana aureum unum. mastiches, aureos iij. trium piperum, folij, chamæpityos, ana aure. vij. Cõficiantur cum bono uino. & detur de eo quasi auellana cum eo quod conuenit tali ægritudini.

alias gentianæ

Medicamen quintum quod dicitur electuariũ capillorum ueneris, ad purgãdum quod est in pectore ex humore crasso. & est nimis expertum.

Recipe capillorum ueneris, aur. xxv. radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, pæoniæ, carpobalsami, marubij, floris chamæme. aristolochiæ rotundæ ana aureos quindecim. pulueriza, & confice cum syrupo facto cum melle & capillis ueneris. Et dentur drachmæ iiij. cum decoctione chamæmeli.

Medicamen sextum quod dicitur electuarium folij. ualet ad ægritudines fortes quę accidunt mulieribus in matricibus earum. & prouocat menstrua. & ualet ad dolorem matricis. & calefacit renes. Recipe folij indi aureos uiginti, cinnamomi, spicæ nardi, spicæ romanæ, rubiæ castorij, triũ piperum, gariofilorum, ligni aloes, añ. drachmas uiginti, rhu barbari, mastiches, thymi, ana aureos sexdecim

sexdecim.confice cum melle.& detur quasi auellana. Medicamen septimum, quod dicitur electuarium aristolochiæ.ualet contra dolorem matricis.ualde prouocat menstrua.& confortat stomachum debilem.& intercipit fluxum chronicum.& est mirabilis operationis.& non est ei simile.& sæpe probauimus ipsum.& iste † Zotion (aliàs zeno) utebatur ipso. Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ,ana aureos uiginti,radicis lilij cœlestis, laccæ,squinanti,marubij,ana drach.ix.rhu barbari, drach.uigintiquinque,spicæ nardi,ligni aloes, ana aure.uiginti.puluerizentur,& conficiantur cum melle.& dentur drach.iiij.cum aqua calida. Et ad fluxum intercipiẽdum,cum decoctione xyloaloes.Et ad menstrua prouocanda,cum decoctione aristolochiæ †rotundæ (aliàs longæ).Et ad dolorem matricis,cum decoctione chamæmeli & asari. Medicamen octauum quod dicitur electuarium olibani,quod est ualde utile contra humiditatem stomachi.& liquefacit phlegma.& cōuenit senibus, quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum. Recipe olibani,aure.decem,mastiches, aur.iiij.squinanti,aristolochiæ,ana aureos duos, ligni aloes,laccę,ana aureum unū,radicis lilij cœlestis drach.i.rosarum,rhu barbari,anã.aur.v.anisi aur.vi.puluerizentur,& cum melle conficiantur. & detur ex eo quasi auellana. Medicamen nonum quod dicitur electuarium gasit.ualet ad hepar,quia confortat ipsum,& aperit oppilationes eius.& ualet hydropicis,& cōtra corruptionem complexionis. Recipe gasit,aur.xx.laccæ,aur. x.ligni aloes,aur.vi.gariofilorum aur.ij.cinnamomi,aureos uigintiunum,squinanti,cubebæ,rhu barbari,anã.aur.xvi.rosarum,aur.xviij.aloes non abluti,aur.ij.agarici,aur.iij.mastiches,aureos decem.puluerizentur,& confice cum syrupo facto ex melle & agarico. Et est medicamen ualde nobile. Medicamen decimum quod dicitur electuarium rhu barbari.maxime ualet fluxibilitati stomachi.et confortat hepar.& ualet hydropicis. & non est neque fuit aliquod simile in hoc.& Zenon nemini uolebat dare.Cuius compositio non lateat medicos.quoniam eius compositionem acquisiuit eius cōpositor cum magna solicitudine.

Recipe rhu barbari,aur.centum,laccæ aureos uiginti.ligni aloes,aur.trigintasex,cinnamomi, aur.xl.aristolochiæ lon.& ro.aur.xxx.fistici,aur. quinquaginta.squinanti,aur.lxxx.maioranæ,anisi,luti sigillati,ana aur.xx.agarici,folij,ana aur.vi gasit,aur.xxx.spicæ nardi,aur.xvi.trium piperū, zingiberis,ana aur.x.stœchados,origani,anã.aur. ix.radicis lilij cœlestis,radicis endiuię,anã.aur.sex hyssopi sicci,mastiches,croci,ana aur.vij.carpobalsami,xylobalsami,ana aur.xvij.puluerizẽtur, & conficiantur cū melle.& detur † à ʒ.iij.usque ad iiij. (aliàs à drac. ij.usq; ad iij)

Medicamen xi.quod dicitur electuarium capparis.ualet ad duritiem splenis.& aperit opilationem eius.& est optimę operatiōis. ℞.capparis, aur.xx.opopanac.scolopẽ.marubij,ana aur.v.gasit,aur.xvij.ammoniaci aur.x.sagapeni,aure.viij. puluerizent,& conficiant cū bono aceto.et da ʒ. ij.cū decoctione carui & capparis & gasit. Medicamẽ xij.quod dicit electuariū scolopen.ualet ad duritiem splenis.& est expertum. ℞.capparis ʒ. xx.marrubij ʒ.v.scolopendriæ,aur.xvi.confice cū aceto,& fac trochi.& da ʒ.ij.cū decoctione tamarisci & gasit. Medicamen xiij.quod dicitur electuarium turbit.ualet ad fe.chronicas.& laxat humores uiscosos.& calefacit renes.Et est optimum ad passionem colicam ex uẽtositate.& prouocat urinam.& est mirabile. ℞.turbit,aur.l.agarici, aur.xvi.croci,mastiches,ana aur.vi.squinanti,aristolochiæ rotundæ,stœchados,ana aur.viij.Confice cum melle.& detur à ʒ.ij.usque ad tres. Medicamen xiiij.quod dicitur electuarium ellebori.ualet contra uertiginẽ. Recipe ellebori nigri,aur. uiginti.ligni aloes,aur.i.& s.croci,aur.i.anisi,au. ij.mastiches,aur.iiij.maioranæ,aur.i.agarici,aur. vi.radicis lilii cœlestis,stœchados,anã.aur.viii.turbith albi & gummosi,aur.quatuor.Confice cum melle.& da ʒ.iiii. Medicamen xv.quod dicitur electuarium agarici.ualet contra cephaleam ueterem.& stomachum confortat & hepar. Recipe agarici,aur.xvi.pęonię,centa.minoris,anã.aur. sex.laccæ,ligni aloes,ana aur.viii.gasit,anisi,chamædryos,chamæpityos,squinanti,floris chamæmeli,mastiches,ana aur.vii.rhu barbari,spicę nardi,ana aur.ii.turbith,aur.iii.Confice cum melle, & da ʒ.i.& s.usque ad ʒ.ii.cum aqua calida. Medicamen xvi.quod dicitur electuarium scyllæ.ualet ad asthma,& ad oppilationes,& uẽtositates.Sed non debet dari habẽtibus uulnus in membris interioribus. ℞.scyllæ assatæ,†aur.vi.stœchados, (aliàs aloes aureum unum) aur.iii.agarici †ʒ.xvi.mastiches ʒ.ii.gasit,costi,trium piperum,ana aur.x.radicis lilii cœlestis,aur. (aliàs aur.yi.) v.capil.ueneris,aur.iii.floris chamæmeli aur.iiii. Confice cum decoctione agarici & melle.& da ʒ. ii.cum aqua calida. Medicamen xvii.quod dicitur electuarium gummi.& ualet contra passiones frigidas,& uẽtositates crassas.& ad dolorem iuncturarum.& ischiadem. ℞.ammoniaci,sagapeni,opopana.ana aur.x.sarcocollæ,aur.ii.mastiches,aur.iiii.anisi,cymini,assę fœtidæ,anã.aur.iii. euphorbii †ʒ.ii.aristolo.lon.& rot.radicis lilii cœlestis,ana aur.iii.pone gummi in succo fœniculi, (aliàs aur.i.) uel in decoctione eius.& reliqua terantur,& conficiant cum melle.& da à ʒ.ii.usque ad iii.cū aliquo quod cōueniat passioni. Medicamẽ xviii.quod dicitur electuariū luti.& est utile cōtra uenenum.

℞.luti sigil.anisi,salis indi,agarici,ana ʒ.ii.rhu barbari,auellanarū,radic.pæonię.ana aur.iii.pulueriza,& cōfice cū melle.& detur quasi auellana.

Medicamen xix.quod dicit electuariū assę fœ. ualet contra morsum scorpionis.& cōtra febres chronicas.& liquefacit phlegma uiscosum.& dissoluit uẽtositates. ℞.assæ fœ.costi amari & dulcis,ana aur.v.aristolo.ro.zz.asari,ana aur.ii.castorii,cinnamomi,aloes,anã.ʒ.iii.rad.lilii cœlestis, sarcocol.ana ʒ.i.& s.arist.gẽtianę,anã.ʒ.vi.pulueriza,et cōfice cū bono uino et melle ru.et dent ʒ.iii.

Medicamen

Medicamen xx. quod dicitur electuarium roſarum. ualet in fine quotidianæ. & hydropicis. & diſſoluit uentoſitates. ℞. roſarum ʒ. lx. radicis lilij cœleſt. ʒ. i. & s. agarici, aur. ij. marubij ʒ. iiij. laccæ, rhu barb. ligni aloes, cinnamo. aniſi, ſe. fœnicu. cymini, abſinthij, maſtiches ana ʒ. vi. ſpicę nardi, ariſto. ro. ana aur. i. confice cum melle. & da. ʒ. iij. Iſtæ ergo ſunt medicinæ Zenonis. & iam probauimus ipſas. Nunc uolumus ſcribere medicinas quas multoties experti ſumus. & deinde abſcindetur tractatus. Medicamen ſubtilians humores, & præparans ad exitum, in principijs ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxatiui. Recipe abſinthij, aniſi, ſeminis fœniculi, ariſtolo. ro. ſquinanti, carpobalſami, folij, cyperi, agarici, radicis lilij cœleſtis, ana. pulueriza, et confice cum melle, & detur quantum auellana.

Electuarium quod dicitur euadens. ualet ad dolor. chronicos, & confeſtim. Recipe ſpicæ nardi, aur. xvi. myrrhæ, opij, laccæ, opopana. caſtorij, olibani, ana aur. † vij. (aliàs xij) galbani, aur. vi. maſtiches, aur. v. folij, aur. vi. piperis longi ij. croci, aur. x. ſquinãti, aur. ix. ammeos, cinnamomi, ana aur. quatuor, ſcordij, aur. ij. bdelij, aur. i. radicis lilij cœleſtis, agarici, ana aur. xvi. pulueriza, & confice cum melle. Iſtud electuarium expertum eſt multoties, & confeſtim aufert dolorem. Sed non debes dare pluſquam drach. ij. Medicamen Amaronis regis. ualet contra podagram, & dolores iuncturarũ ex phlegmate uiſcoſo, quo deſtruitur motus. & ualet ad repletionem, & ad debilitatẽ neruorum. Et eſt optimum mulieribus in quibus abundant ſuperfluitates phlegmaticæ. Et etiam ualet contra lapidem. & generaliter dico quod compoſitio huius electuarij eſt per adiuuamen diuinum, quod infinitis uicibus probaui, & à me non ſeparaui nec in ciuitatibus, nec in uillis. Recipe radicis lilij cœleſtis, aur. xx. galbani, aur. vi. & danich quatuor, ammoniaci, aur. decem, & drach. ij. ellebori nigri, aur. vi. ariſtolo. lon. aur. v. roſarum, aur. xx. turbith, aur. vi. liquiritiæ, aur. x. ſtœchados, aur. viij. ſatureiæ, centaureæ minoris, ana aur. viij. & s. ſquinanti, aur. viij. croci, aureum unũ meu, aur. vi. phu aur. iiij. gaſit, aureum unum, eupatorij, aur. xvi. zirungem, aur. xx. & drach. viij. xylobalſami, carpobalſami, ana aur. viij. olibani, aur. ij. chamępityos, aur. xvi. chamędryos, aureos duos, maſtiches, aur. vi. aniſi, aſari, granorum iuniperi, ana aur. v. ſpatanæ, hyſſopi, ana aur. v. harmel, cymini agreſtis, maioranæ, ſcyllæ aſſatæ, ana aur. viij. ſagapini, ammoniaci, aloes ſuccotrinæ, ana aur. v. coſti, gentianæ, ana aureos duos, origani, aure. vij. naſturtij, calami aromatici, ana aur.

A quatuor. Confice cum melle. & ſubmittatur in hordeo per ſex menſes. Et detur quaſi auellana cũ aqua calida decoctiõis ſatureiæ & duarum ariſtolo. Medicamen Aſiritæ romani ualet ad lapidem ueſicæ, & prouocat urinam. Recipe amygdal. dulcium, ſe. cucurbitæ & cucu. lap. iudaici, agarici, floris chamæmeli, gentianæ ana drach. iiij. ariſtolo. capil. uene. ſaliuncæ, ſanguinis hirci ſicci, uitri combuſti, lapidis qui inuenitur in felle uaccæ, aniſi, radicis apij, bdelij, myrrhæ, ana aur. v. pulueriza, & confice cum melle. Et dent̃ ʒ. iiij. cum aqua decoctionis radicum apij & fœniculi.

Dixit Galenus, iam dicimus in hoc libro noſtro, quem uocamus librum experimentationis medicinarum, quas probauimus, & accepimus

B à ſapientioribus hominibus, & habentibus ſolicitudinem erga artes. & nos idcirco compoſuimus hunc ſermonem, ut ſemper medicus habeat conſiderationem ad ipſum. Scias autem quod medici altarium curabant per cibos ſacrificiorum. unde nobiliores probentur alijs medicis. Optime enim debemus laudare uirum, qui illa facit per cibum, & pluſquam illum qui curat per medicinam. quia corpora quæ curantur per exhibitionem diætæ, reducuntur melius ad temperantiam quàm quæ curantur per medicinam. Et medicus pro uirili ſua debet conſiderare ut cibus & materiæ quæ debent propinari, ſint propriæ naturæ patientis uel accipientis. Et ſint boni ſaporis, ut æger delectetur in ipſis & diligat.

C Et non debet uti eadem medicina diu, ne fiat ei quaſi naturalis. Et caue ne præbeas medicinas mali ſaporis. quoniam medicina quam infirmus habet in odio, plus nocet quàm proſit. unde & medici dignum duxerunt cum medicinis miſcere res dulces, & res ſaporitas, ſicut nos fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et ſimiliter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua quæ ſtomachum confortant. & debes cauere in curatione malitiæ complexionis ſine materia, ab euacuatione, & econuerſo. Et debes laxare naturam à leuioribus cõſuetis generaliter, ſicut diximus in libro interiorum. Sed ſemper quãdo uolueris euacuare, primo ſubtilia, poſt euacua parum deinde mediocriter, deinde fortius. Et

D caueas à medicinis non expertis. Sed utaris expertis & uſitatis à bonis phyſicis & expertis. Et ſcias quod omnes iſtę medicinę ſunt bonę in locis ſuis, ſcilicet ubi cõueniunt. Et ſunt uenena in ſuis contrarijs. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de iſtis medicinis plures expertas. & ſi poſtea acquiſiuerimus alias, ſcribemus eas in fine huius tractatus.

DE MELANCHOLIA EX GALENO RVFO ET POSSIDONIO,

Iul. Martiano Rota interprete.

Sunt verba Galeni lib. 3. loc. aff. ca. 6.

SICVT in apparētibus corporis membris: interdum eadē omnibus temperatura conspicitur, uelut in deprauato corporis habitu, uocataq; elephātiasi, & aqua inter cutē: interdū unū aliquod mēbrum uel biliosum uel melancholicum uel pituitosum humorem suscipiens, ipsum suam tantum temperaturam immutat: Ita contingit & cerebrum lædi, quandoq; totius ratione, quia sanguis qui in omnibus uenis continetur, melancholicus effectus est: quandoq; partis, quia reliquo sanguine illæso permanente, is qui in cerebro cōtinetur, solus immutatꝰ. hocq; duobus modis, aut quia talis in cerebrum aliūde fluat, aut quia melancholicus in cerebro reddatꝰ. redditur autē ab eius caliditate uel flauam bilem uel crassum & nigrum sanguinem adurente. ferè semper autem partes quæ in præcordijs sunt, ita prius affectæ cerebrum tacito quodam consensu in eundem affectum trahunt, atq; ita desipere hominem faciunt, uel atra bile cerebrum occupante, uel melancholico uapore in eundem ascendente. quemadmodum fieri consueuit in eo morbo quem flatuosum & hypochondriacum nominamus, neq; enim propositæ tractationi quicquā obstat, aliūde, atq; ex alio membro, huiusce affectus initium originemq; esse, cum facile ostiolum uentriculi quiduis patiens in similem affectum cerebrum ducat, nimirum ob conuenientiam quam cum eo habet, propter duos neruos qui desuper à cerebro ad ipsum maximi descendunt. in eosdem affectus cor quoq; idem trahit propinquitatis ratione, item & septum transuersum, cui adnatū est. conuenit quoq; uentriculi ostium cum spinali medulla, qua parte ipsi adhæret & colli uertebris adnexum est. principium autem huiusmodi melancholiæ utplurimum ex cruditate consurgit. nam flatus plurimi cōsequuntur, & quocunq; cibo assumpto, sublimes, & ferè semper in pręcordijs obuersantes: ructus insuper acidi, fœtidi, ac ueluti piscem olentes subsequuntꝰ, quamuis eiusmodi nihil comederit: aluus ut plurimū ipsis est sicca, somnus exiguus atq; diuulsus. & per somnū uisa perturbantia enormiaq;, saltus toto corpore alij atq; alij, capitis uertigines, & in auribus uentorum sonitus: putantq; se alij caput repletum aggrauatūq; habere: contra alij uacuum & leue: quidam ne caput quidē prorsus sibi esse: cui Philotimus ad alia remedia, plumbeā galeam imposuit, qua oppressus caput sibi adesse intelligeret. euadūt plerique melancholici in uenerem proniores, obliuiosi, timidi, misericordes, ad fletum prompti, solitudinū amantes. dæmones ab inimicis ueneficis immis-

sos sibi quidam suspicātur: alij noxium quippiam se deuorasse credunt. quam opinionē id ipsis confirmat, quod mox abominabilia & monstrosa uomunt. uidentur autem alijs alia. prorsusq; morbus hic uarius est & inexplicabilis. uelut ecce, ut de timore loquar, quidam amicissimos formidat. alius omnes etiam alios homines metuit. hic in lucem prodire timet, ille tenebrosum aerem sectatur. alius eundem refugit, ferè omnes tamen in obscuris B locis uersari gaudent sepulchrisq; & solitudinibus. nonnulli etiam uinum, oleum, aquam quoq;, & omnia liquida metuūt, ut qui à cane rabido demorsi sunt. atq;, ut paucis me expediā, melancholiæ & insaniæ multas species habent, siquis uniuersas eorum imaginationes consectari uelit, uerum ex eis omnibus duæ communes sunt, timor & mœstitia. mœsti nanq; sunt omnes præter rationem, nec si perconteris causam ob quā tristes sint, reddere ualent. metuunt enim non pauci mortē, & quędam alia, quę metu digna non sunt, quāuis nonnulli mortem etiam uehementer appetant. cęterum cum rationalis animi sedem atra bilis occupauerit, mirandum non est si metus, si tristities, si mortis expectatio obnascatur, cum ex his quę exC tra corpus nostrum posita sunt, nihil adeo nobis formidolosum sit ut tenebræ. quamobrem, cū ueluti obscuritas quædam rationalis animæ sedem occupauerit, necesse est semper hominem terreri, eo quod terroris causam secum quocunque deferat. nam ut in tenebris pueri timent, & ex adultis non consueti: sic & atræ bilis color, tanquam nox quædam, rationalis animæ sedem obumbrās metus procreat. Omnes itaq; causas accidentiū quæ cuiq; contingunt explicare nemo potest, cum pleraq; dubitationes haud paruas contineant, ut cur aliqui quædam fugiunt tanq; molesta, cum tamē molesta non sint, & quædam quæ bona non sunt tanquam bona sectantur. item, cur alius domesticos timet, alius omnes homines, atq; id genus aD lia. medico tamen plurium accidētium causas exponere difficile non est, uelut is qui se figulinum uas arbitrabatur, ob siccitatē arbitratur. frigidus enim & siccus est melancholicus humor, qua de causa & alius cutem suam pellem siccam opinabatur. nam qui caput se non habere putabat, fortassis ob leuitatem capitis id arbitrabatur. leuitatem autem capitis, flatus qui attollebatur, efficiebat. sed cur melāncholici plurimos cibos appetūt? an quia frigidum os uētriculi habent? cur uinum eorum aliqui plurimum hauriunt? an quia calefieri frigidus humor desiderat? cur seipsos perimūt? an quia putāt se à maioribus malis explicare? nisi talis opinio pridem ipsis indita sit, ut mortem sibi inferre pulchrum existimēt, qua in opinione ple-

rique barbari perstant. cur autem assidue cruditate laborãt? an quia turbulentum plenumq; excrementis corpus habent? atq; ideo eorum uentriculus male temperatus semper ob humorem melancholicum friget. cur ipsis fere semper aluus astricta est? an quia flatus ipsis circa præcordia uagatur, nec deorsum admodum inclinat, atque idcirco eorum aluos astrictas esse oportet? interdũtamen ex longa detentione multa repente & colliquata remittunt. conniuent autem, oculisq; prominentib. & labris crassis sunt utplurimũ, ob spirituum crassitiem. fusci sunt, quoniam humor ad cutim effunditur. pilosi euadunt istorum plurimi, quia multis & crassis excrementis abundant. linguam uelocem fere semper habẽt, sed & balbe & exili uoce loquuntur ob linguæ incontinentiam. B nam uehementes linguæ motiones à spiritu crasso fiunt. omne autem quod uehemẽter mouetur, celeriter quoq; motum suum absoluit. sed finem faciamus, nam hisce excitatus poterit quisquis uoluerit aliorum quoque accidentium causas indagare. niger autem humor iste quãdoq; calefactus plusquam deceat, quandoque frigefactus magis quàm conueniat. quod enim carbones accensi patiũtur (nam lucidissimi cum sint extincta flamma nigri fiunt) id hilaris sanguinis color patitur, frigiditate sublatus. cuius rei exemplum habere possumus in quibusdam membris quæ frigore liuida primum, tum nigra fiunt. nimia quoque calliditas cum exiccet & consumat humorem quo naturalis calor nutritur, humor nigrefacit, non C aliter atque sol fructus & hominum corpora. Hactenus quæ medicum scire oportet priusquam curationem aggrediatur diximus: nunc quæ noscere debeat is qui hoc morbo laborantibus succurrere uelit, subiungemus. nõ minimum autem interest scire unde morbus originem ducat. nam cum uniuersum corpus totum sanguinem melancholicum habet, principium curationis à missione sanguinis auspicandum est. cum autem solũ cerebrum, sanguinis missione æger non eget, modo plurimo sanguine non abundet, & præseruandi causa sanguinem detrahere nolimus. Ex his autem cognosces utrum totum corpus melancholicum sanguinem cõtineat, an in cerebro tantum is sanguis aceruatus sit. nam qui nigri & hirsuti D sunt, uenasq; latiores habent, facile melancholicum humorem gignunt: interdum tamen & homines rubicundi repente in melancholicam temperaturam deueniunt, & ab ijs, qui fuluo colore sunt, præsertim si uigilijs, laboribus plurimis, solicitudinibus, uictui tenui, melãcholicis cibarijs, se diu exposuerint. insuper si se uena aliqua in sede suppresserit, aut aliqua alia consueta sanguinis euacuatio, uelut in mulieribus menstrua. non parum quoque ad hoc facit anni tempus, aeris constitutio, regionis situs, ægrotantis ætas, & eiusdẽ ars. hæc omnia ubi perspexeris, quoties in omnibus uenis corporis sanguinem melancholicũ contineri dubitabis, firmissimam dignotionem con-

A ficies, si cubiti uenam secueris. mediam uero secare melius est, quam statim supprimes, si sanguis qui effluit melancholicus esse non uideatur: sin erit, tantum detrahes quãtum laborantis habitum expostulare censueris. Tertia melancholiæ species, quam principium à uẽtriculo habere dicebamus, quamq; hypochondriacam, hoc est præcordia infestantem, appellabamus, ex antedictis plerunque dignoscitur. primo nanq; superius dicta accidentia circa uentriculum incipiunt, inflationes dico, gurgulationes, ructus acidos, & uirulentos, astrictam aluum, atque id quod egerendo uel euomendo excernitur supernatãs. tum ipsi ægrotantes in præcordijs turbari omnia & commisceri sentiunt. quemadmodum igitur plerunq; uapore quodam fuliginoso fumoso'ue aut crasso sursum ad oculos eleuato cæcutire sibi nonnulli uidentur, ut qui suffusionem patiuntur: ita & nunc in cerebrum ascendente melancholico uapore tanquam fuligine quadam aut fumo melancholici casus menti obuersantur. quoties igitur melancholicæ dementiæ propria signa magna non apparebunt, & circa uentriculum aut nihil turbulentum affuerit, aut parum admodum, existimandum erit cerebrum primo affectum esse, quemadmodum dictum est. Quæ igitur cerebro primum affecto melancholia consistit, assiduis balneis, uictu boni succi & humido, nec flatuoso procuranda est, omisso quouis alio potenti remedio. quando noxius humor diuturnitate temporis nõdum euacuationi rebellis erit: tunc enim uarias & ualentes magis conuenit adhibere medicinas. oportet autem incipienti morbo mederi, nam inueteratum & auctum medentis manus respuit. RVFI. Communia autem remedia siue cerebrum, siue præcordia, primum patiantur, sunt quæ aluum subducunt. sed in primis studium adhibere oportet, ut concoctio probe fiat, postmodum purgare epithymo & aloe. siquidem ex his uel exiguum quiddam singulis diebus sumptum plurimum iuuat, & leniter aluum subducit. POSSIDONII. In quibus sanguis abundare uidebitur à principio statim uenam cubiti incidere conuenit. presertim in quibus consueta aliqua sanguinis euacuatio retenta est. in mulieribus autem quibus menstrua defecerunt, tali uenam aperire confert. quisque uero pro habitus sui ratione inaniendus est. in quibus autem mali succi potius abundant, ubi prius ægrotantem recte cibaueris, utere Rufi hiera uel Archigenis aut Iusti. quod si & sanguis & praui succi abundauerint, primum uenam incide, tum purgationem exhibe, postea diebus aliquot interiectis, clysteribus aluum subducas, primo cremore furfurum spuma nitri & melle, deinde filiculæ radicem contusam uel epithymum furfuribus incoques. ab hoc clysteri diebus tribus interpositis hieram dabis amaram quæ aloen recipit, & præ cæteris omnibus epithymum habet. conficies autem ipsam sicut Themison docet, imponesq; aloes drachmas cẽtum, mastiches, croci

croci, spicæ nardi, cinnamomiq́; et casię duplum, assari uero & carpobalsami singulorum unciam unam, addesq́; epithymi duas uncias. ex aqua mulsa hanc dabis quantum magnum cochlear capit bis aut ter ex modicis interuallis. hinc ubi laborantem rursus uictu conuenienti recreaueris, hieram Rufi denuo exhibebis, aut Archigenis, aut Iusti. quantitas autē quæ exhiberi debet, sunt drachmæ duę ex aqua mulsa & salis cochlearium paruum. melius est autem aluum inanire ijs quæ leniter unius diei spatio subducunt. nigram autem bilem ducūt amaracus & quam cunilam uocant inspersæ mulsæ & ebibitæ duum drachmarum pondere. confert etiam sero lactis aluum inanire, sed non id quod è caseo fluit dandum est. melius est enim quod feruefacto lacte seiungitur ab alio. sit autem potius lac equinum, sin minus, bubulum. imponatúrque nouæ ollæ, agiteturq́; ramo ficus, ac dum efferuescit ter aut quater aqua mulsa irroretur. postea colatum exhibeatur, melle primum admisto. tum ubi uenter fluere cœperit, non amplius addito melle. sumatur autem ad cotylę mensuram, nec minus quinq́; cotylis. post omnes autem alui subductiones maluæ semē ualde leuigatum ex aquæ cyathis tribus dandū est, duarum drachmarum pōdere. summopere nanq́; ad rem facit. quamobrem eo frequēter utendum est. optimum est etiam pulegij decoctum crebro bibere, tam ante quàm post purgantia medicamenta. idem & centaurij minoris decoctum potest. nam absinthij decoctum & frequenter & subinde præbebis, cum & aluo, & uentriculo æque prosit, ac præter hoc multam in uentre uentositatem gigni prohibeat, nec in totum siccari aluum permittat. lotium insuper prouocat, & concoctionem impensius adiuuat, adeo ut hoc solo quosdam uiderim ipse liberatos. exhibēda sunt etiam quæ urinam mouent, anisum, daucus, petroselinum, nardus, & asarum: atque præ omnibus his hippomarathri semen & radix, quanquam chamæpityn & trixaginem sumere promptius sit. quodcunque uero ex istis aut ex aqua elixum dabis, aut comminutum poculis aridum insperges. Bonæ sunt etiam inanitiones quæ per sudorem fiunt, siue laboribus, siue balneis procurētur, siue inūctionibus in sole factis, ex oleo chamæmelino, nitro oleo admisto. quibus peractis, ubi ægrotantis habitus melior esse uidebitur, ad hieram denuo redi. Curam quoque præcordiorū habere conuenit, cum eum qui curare quem incipiat, tum eum qui in curatione multum processerit. fomenta itaque conueniunt quæ ex oleo fiūt, in quo rutæ, anethi, serpilli, absinthij, artemisiæ, pulegij, uiticisq́; semen & lauri bacæ aut folia tenera bullierint. hoc enim & dolores mitigat, & inflationes minuit. In uentositatibus autem quæ uentriculum mordent, cuminum & pulegium aceto incoquendi sunt & spongijs admouendi. aceto quandoque alumen inspergimus. cataplasmata oleo constent in quo decoctum sit uel anisum,

A uel apium, uel cuminum, uel cyperum comminutum, irimq́; & libanotidem adijcies. conferunt autem utplurimum tam ante, quàm post cibum facta. cataplasmate autem ablato præcordia contegenda sunt, uel lana quàm latissima, uel agnina pelle leuissima & pura. ubi prius nardino pigmēto locum inunxeris, unctionibus cucurbitulas adijcies aduersus inflationes quidem leues. aduersus inflammationes autem & tumores duros scarificatas. quibus ablatis cyprino ceroto uteris, & polyarchio & eo qui ex styrace constat, & alio præcipue qui è seminibus conficitur, atque alijs id genus. procedente uero curatione proderit ad modum uti rubificante quod è ficubus & sinapi componitur. concoctionem enim reuocat uentri

B culóque robur addit, & siquis dolor in præcordijs remanserit ipsum aufert. utemur & acriter abstergentibus præcordia, medicamentisq́; picem recipientibus, hoc est pice sicca per seipsam liquefacta, uel cum modico oleo. calida uero cuti imponitur tam ante quàm in dorso, quo ad sponte decidat. quare & cum ea lauetur & siquid parum à cute recedat auferendum est forfice. summe autem iuuantur qui siccum bouis stercus aceto mulso commistum sibi indiderint, bulbiq́; cum nitro uel alumine leuigati magnopere prosunt: hæcq́; bubulo stercori commista utilia sunt, maxime cum mordicationis sensus in ore uentriculi ipsis aderit. nam quibus corpus frequenter conuellitur, expedit bibere castorium, & eodem in

C oleo sicyoneo dissoluto corpus inungere. conuenit etiam ipsos ante cibum ambulare, & exerceri quantum uires tolerant. nam balnea bene concoquenti non admodum sunt necessaria, nisi lassitudinem quampiam sedare uelis. quicunque uero uentriculum habet ad concoquendum non idoneum, huic frequenter balneis uti prodest, uel ieiuno uel peracta iam concoctione. post balnea dabimus cibaria, concoctu facilia, non inflantia, bonam aluum facientia. diligenterq́; obseruabimus quomodo à singulis ægrotus afficiatur. neq́; enim omnes eodem modo, ijsdem cibis afficiuntur. uerum qui fere omnibus cibi conueniūt, sunt, panis recte confectus in furno coctus, aues quæ nec pingues sint, nec edaces & in montibus de-

D gant, oua gallinacea leuiter cocta, pisces saxatiles quiq́; carnes teneras habeant, echini uero marini plurimum excellunt cum gratia tum utilitate. reijcienda sunt quæcunque in cœno & paludibus uiuunt. carnes hædinæ conueniunt & lactentium animalium. horum præcipuę partes sunt quę multam carnem non habent, elixæ. inutiles quoque non sunt uuluæ, sumen, & pedes porcini. ex oleribus quoad communem uictum, prosunt dulcia. nam quæ acria sunt ut medicinæ exhibeantur. uelut palustris asparagus, petroselinum, & similia. quantitas omnium quę assumuntur moderata sit. uinum autem album, tenue, nec ualde antiquum. non oportet autem inter cibum repente multum bibere, neq́; plurimum sit id quod bibit, ne cibus

in uētriculo fluitet. placet etiam, ut præter hæc o- A mnia aceti acidissimi cochlear unum post cœnā sorbeat, cum dormitum uadit, & eo inter comedendū obsonia intingat. præstat autem aceto scyllæ parum & rutæ & aristolochiæ tenuis admiscere. POSSIDONII. Ad inflationes oxyporium tale conuenit, ligustici, seminum apij, zingiberis, thymi, singulorū uncia: mellis despumati quātum sufficit: dato cochlearis dimidium, tam mane quàm uesperi. quod si mellis dulcedinem auersentur, aliud quod concoctionem iuuat ita conficies. scyllæ tostæ uncia una, salis ammoniaci unciæ quinque, seminum apij, fœniculi, thymi, petroselini, anisi, sisonis, zingiberis, singulorum drachmas quatuor, panis sicci & puri unciæ quinque: piperis uncia una & semis. ex hoc dato comeden- B dum quantum cochlear capit, cum cibo, quo pacto uult ægrotus. dandum est insuper per quædam interualla quantum cochlear continet theriacæ, præsertim hieme & ueris initio. RVFI. Vomant ex longioribus interuallis à cibo & ieiuni præsumpto raphani origaníne aut thymi decocto. nequaquam uero sumant quæ uehementius uomitum concitant. noxia sunt enim eiusmodi, uentriculoq; & eius ori debilitatem addunt, in ijs qui iandiu morbo laborarint. nam quidam ob uomitum acrius concitantia, uisi sunt melancholia capi. Illud quoque nouisse conuenit: plerosq; hoc morbo infestatos quo tempore curabantur, nihil profecisse, sibi dimissos conualuisse, propterea quia recte prius à medicis tractati, postea uires ad C uersus morbum maiores acceperint: cum antea remedijs attriti forent. quamobrem naturæ quies condonanda est, quam pluribus auxilijs affligi, quiete refici uidemus, atque iam extenuatos morbos superare. Qui canina lupináue melancholia tenentur, februario mense noctu domos exeunt, in cunctisq; lupos & canes imitantur, usque ad diluculum uagantur, sepulchráque præcipue recludunt, ita affectos his notis dignosces. pallidi sunt, segniter aspiciunt, oculos aridos habent, concauos, non lachrymantes, linguam siccam proferunt. saliuam nunquam reijciunt, siticulosi sunt, in tibijs ulcera gestant, quę sanari non possunt, & quia crebro offendunt, & quia à canibus mordentur. hæc eorum indicia sunt, éstque hoc morbi genus melancholiæ species, quam curabis cum se constitutio aeris immutabit. si uenam incides & usque ad animi deliquium sanguinem effluere sines, ægrotantemq; boni succi cibis ales, in balneas dulces adduces, & ubi tribus diebus sero lactis usus fueris, ægrotantem hiera quæ colocynthim habet purgabis, Rufi, Archigenis aut Iusti, bis aut ter ipsam per interualla prębens. à purgationibus theriacam propinabis quę uiperas habet. alia quoque remedia quorumcunque supra meminimus admouebis. uespere demum aduētante morbi uiolentia soporiferis medicamentis caput irrigabis, odoramēta somnum procurantia porriges narésque papaueris succo inunges, & interdum aliquid quod somnum conciliet, bibendum exhibebis.

CL. GALENO ASCITVS LIBER

DE CVRA ICTERI.

A

AD icteri curam prima quidem duo sunt maxime necessaria auxilia, scilicet phlebotomia & purgatio. Sed purgatio quidem est propinqua, eo quod cholera & non sanguis abundat in ictericis. fiet autem & aliquando phlebotomia propinqua, quando simul cum cholera abundat sanguis. & quando hepar uel splen ab inflammatione tendit & dolet, sicut multoties accidit. nihil enim est aptius phlebotomia in dolore uiscerū. Alius autem & phlebotomans curabat, sicut & Praxagoras. sed non distinguebat quos erat phlebotomandum, & quos non. Purgationes uero magis appropriatæ sunt huic ægritudini. & plus iuuantur patientes quando purgantur iuxta principia. Ego autem euphorbio miscens epithymum, & aloen, & petroselini, & dauci semen, & piper album, purgo ictericos. & ut plurimum quidem solum hoc sufficit. Bene uero purgat & scammonia cum aloe, & sicyoma, & quicquid aliud acutius euacuat, maxime autem quæcunq; choleram ducunt. Debiliora uero subductori fortasis non conferunt, eo quod non curantur faciliter icterici propter uentris siccitatem, nec omnino descendit cholera ad intestinum. Quibus autem in impedimento est aliquid ut purgentur, his confert uomere per raphanidas frequenter, aliquando autem & post cœnam. & enim hepar ad ambas euacuationes, eam scilicet quæ per subductoria, & eam quę per D uomitus, non impropriè ducendum est. Et hypochondrium, ut utiq; mollius existēs, cataplasmandum, miscendo farinæ hordei de rore marino, & scinco, & artemisia & absinthio, & abrotano, & gramine, & ruta, & cardamo, & chamæpitye, & allio, & centaurea. Hæc enim alterutra urinas mouent, quod ægritudini est maximum bonum, & contrahitur uiscus. Ventosarum autem appositionē uidi pręmanibus existere in medicis, quādo carent eis quę propria sunt ęgritudini. Nō tamen ualde laudo neq; uitupero eā, sed secūdum tēpus. In eis enim scilicet icteris qui à uētre, post eos qui ab hepate puto conferre. secundario uero eis qui ab

ab hepate, quando tumorem aut dolorem habet. In eis autem qui à splene, nihil prodest uẽtosa. Hepar enim & uenter applicata phrenibus, possunt euacuari per uentosam uersus hypochondrium, propter cõtinuitatem. Splen autem nullum commune habet cum phrenibus, sed multum ab eis distat. Nequaquam igitur oportet eos qui à splene icteros curare uentosis. Mitigatis uero febribus, cerotum apponere, primum quidem ceram & resinam coquendo cum cyprino, id est alcanna, & melliloto, & bdelium, & ammoniacum miscẽdo. Ignita uero hypochondria nequaquam lædes & farinam hordei cum floribus uitis albæ, & melliloto cataplasmans. Coquere autem oportet melliloтum in dulci. & terere cum farina, effundendo de ipso dulci. Fit autem id & absq; farina per pannem mollem. Bibere oportet pharmaca in hac ægritudine, succum absinthij infundens in aqua cũ nardo. Fortius autem oportet coquere absinthiũ in aqua. & colatum dare ictericis. Optimũ enim est pharmacum si quis animose offerat, non attendens ad amaritudinem. Et nimirum apparebit tibi magis dulce quàm amarum esse absinthiũ. Amariora enim noui hoc aristolochiam, gentianã, centaureã, & alia multa. Nempe & prętermittere quid iuuatiuũ propter gustum, ingenerosum est. sicut & assumere quid nocuum propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiuntur icterici quid incõueniens, Amara enim eis apparent quę sunt dulcia. Vnde amaritudo quę inest absinthio, à passione obtusa erit. Bonum autem est bibere ad icterum & hoc, calaminthen, peristereonem, uocant autem sacram herbam, acetosulam, lapathium acutum, quod est rubrum in stipite & frondibus. & stipes est quadrangularis, plenus semine, radix uero eius est lutea. Hoc autem per se comestum, & decoctio radicis bibita, cito iuuat. Iuuat autem & domesticum lapathiũ similiter. Comedere autem oportet & de ea in prandio. & de decoctione radicum bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpitys, & erythrodani radix, & rosmarinus, & uocatũ hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum, & hypericon, & struthion. horum enim singulum bibere licet coquendo in aqua uel cum uino. uel incisum permiscere cũ melicrato, uel uino antiquo. ut plurimum uero pondus uniuscuiusq; est drach. i. Bonum autẽ est & terere ipsa in aqua ut in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in icteris & sulfur cum ouo sorptũ. & allia, assa & cruda comesta, & cepæ, & raphanides. Et melicratum per se est optimum. & cicerum decoctio. & cichorium cum uino. & caulis succus, & staphylini radices, & cornu cerui abrasum, & in uino bibitũ, & amygdalę amaræ coctę in ptisana. & petroselini, & smyrnij molles radices, & anisum, & meu, acorus, & radices de Ponto odoriferæ. maxime autem asarum, & nardus, & solatri succus, & chamæmelus, & mercurialis: & †tamariscus. Hæc enim omnia sunt pharmaca ictericis *al. amaracus*

A purgatiua. Et offerre ipsa oportet sicut ego cum multa experiẽtia scripsi. Non autem in solis pharmacis faciebam curam, sed diætans quàm maxime. aliquibus enim sola diæta præbuit quod quærebatur. Optimum autem est post exurrectionem mane à somnis, tẽtare fricari moderate cum oleo puro. Coquatur autem in oleo saluia, uel amaracinum, uel artemisia, uel baca lauri, uel chamæmelus, uel iris, uel nardus, uel casia li. uel costus. Expurgant enim prędicta colorationes, & sudores mouent. Deinde absterso suauiter, ut remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotũ uel malagma Amathonis, uel Polyarchi, uel alicuius talium. quæ primo quidem remittere habent. deinde cyprinum cerotum, & tecto hypochondrio, B & superaccincto patiente, ad deambulationem oportet exire. modicũ uero moto bibere de prædictis pharmacis. Supra potũ autem, modico motu quiescere. deinde ire ad balneũ. & ibi prius moto & uocitante, balneari cum aqua multa & calida. simul enim sudores sic conferunt. Simul autẽ & pruritus cessant. & maxime si nitro & fæce uini usta abstergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. Cibaria uero ictericis & pulmenta, sunt panes bene fermentati, & nõ multum puri. Ad secessiones enim ij conferunt. Pulmenta uero, præsuccum gaziricum, uel byzanticum antiquum. & raphanides, & capparis cum oxymelite, & pisces mollium carnium, & petrini assi, & cum cocco cnidio, & coriandro, & aniso C cocti, & eritio, & cum melicrato. Hæc autem & ut pharmacum prosunt, ducentia ad urinas. Quãdo autem & terrestris fuerit eritius, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam. Comedere autem salsuginosa. & bibere uinum album odoriferum. neq; ab oleribus oportet abstinere. sed & horũ proprie quàm maxime oportet sumere, quę suauissime mouent minctionem. Sunt autẽ talia, pastinaca, & cartamũ, & struthij germina, & scandix, id est endiuia, & cyminum, & † sesamum, & *aliàs sisarum* molles cardui, & fœniculus, & eryngij radix, id est uitiale porrũ, & asparagus, & smyrnij stipites, & mercurialis, & omnia talia. Bonum est autẽ & origanum uiride. domesticorũ uero olerũ, aptissi-D mum est caul. & orininũ eius, & siclum, & raphanis, & rapa, & cepa hortensis, & germen sinapis, tritio quæ est de semine eius, et de allio. Carnium autem, syluestres sunt meliores domesticis. & elixæ magis quàm assæ. Appendant autem selini semen, & †anethi, & cymini. *aliàs anisi* Domesticas uero assas oportet comedere, quæ sint iuuenescentium. Excipere autem oportet omnia paludosa, & aquatilia, et gallos, nisi moderate carnosi fuerint. Fructuum uero, uẽtosi quidem omnes non sunt apti. sed qui sunt uisceribus familiares, & urinas prouocant, absq; quod sint cibabiles. Dactylorum uero balani, id est fructus ita sunt diuretici, ut si quis uirides comederit, sanguinosas urinas copiose faciat. De tragematibus autem, frixa cicera sunt opti-

ma. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & non ualde antiqua. & iuuenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cauendo à repletione, sicut & ab indigentia. ambę enim ictericis sunt pessimæ. Repletio quidem, propter indigestiones, & eo quod obstruit hepar. indigentia uero, propterea quod cholericiores ostēdit humores. & propter inanimositates quæ sequuntur ægritudinem secundum multam necessitatem. Vbiq; igitur quod est moderatum est optimum. hoc autem magis ubi & excessus & defectus nocumentum non paucum infert, semel aut bis assumpti. Oportet autem & tardante ægritudine, peregrinationes tentare, & appensiones, & equitationes, & in sole nudari, & per se natis balneis uti. maximum enim est ab unoquoque eorum iuuamentum. Venerea uidi quosdam quidem medicorum laudātes in hac ægritudine. manifestum autem est quod si quidem utendum est eis, in ultimis declinationibus competunt. Melius uero est magis sobrie diætari in alijs, & in uenereis. Non enim possunt tantum iuuare remissione & lętitia mentis, quantum nocent imbecillitate & infrigidatione corporis. Vltra autem quod infrigidant, tristiores faciūt. Omnino autem bonum animum

A & mansuetudinem sistunt, excitando quod contristat. Hæc quidem est diæta ictericorū. Scire autem oportet timendum esse, si hoc te faciente, & pharmacis & adinuentionibus nihil ad melius addunt, sed magis fiūt peiores habitibus, hi quidem aquosati, alij autem exsiccati. Duæ enim sunt hæ uersiones malignæ & difficile tractabiles secundum ægritudinem. idcirco & à longe prohibere oportet, & obuiare eis, & obsistere. humidiores quidem, per purgationes quæ per diuretica, & labores, & solares stationes, & per sudorum eductiones siccando. sicciores uero, per bonam nutricationem humectando. Si autem quid remanet in uultu de ictero, quod fieri solet, effusionibus quæ ad nares oportet uti. Fortissimum autē

B est ad hæc electarium & cyclamini succus permisti cum lacte, ut non molestent repleto ore aqua. debilior autem est anagallis, & siclum, & nigella. non tamen sunt inutilia. Eligat uero medicus quę conueniunt ægritudini. Purgentur autem primo quidem mucilago. deinde cholera crassa, sicut uitellina. Licet autem his & post balneum uti. citius enim euacuant. & simul balneum consolatur, & est minus mordax. & hæc est cura ictericorum.

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE CVRA LAPIDIS.

C CANON quem scripsit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filuzer imperatori Saracenorum Anly filio Ioseph filij Resaphin de curatione lapidis. accidentia à quibus conuenientius est cauere, & à quorum tractatione cautela est adhibenda, sunt dolores, propter timorem qui est in eis. debilior nanq; eorum prosternit uirtutē, & soluit inter hominem & inter suas salutes. Et ipsi quidem non sunt sicut accidentia in quorum curatione interuenit latitudo. Et ego iam multoties eo præsente dixi quod hoc accidens est sicut inimicus. Et oportet licet det inducias, ut abscindatur in ipsis suis inducijs, propter suam debilitatem in resistendo. & nō sit contentus in debilitando ipsum, sed abscindat ipsum cum eo quod acquirit ei uires aut pręparationem Et canon conferens in segregatione causæ huiusmodi accidentis, per cuius assiduationem confido quod securabitur ab eo, est iste. Dum tempus æstatis perseuerat usq; quo pertranseat plurimum temporis autumni, & descendat pluuia multa, tūc acceptio ℥. xv. de syrupo acetoso, facto cum aceto expressionis uuæ puræ, & medietatis eius de syrupo uiolato cum v. ℥. aquę in qua bullierint cortices radicum fœniculi, drach. xv. & cubebæ contritæ drach. i. donec cōsumpta sit aquæ pars quinta, & colata est cōuenienter, sumat hoc omnibus modis in omnibus xv. diebus. Et acceptio aquæ

C ciceris secundum quod dixi, est bona & benedicta. Et si inueniatur aqua, & misceat cum ea decoctione eius acetum, quod destruat ipsius caliditatem, & roboret eius incisionem, & ipsius abstersionem, & ad ultimum quando inuenitur in a cuitate complexionis, exquirat studiū in infrigidando, sumat hunc syrupum, siue medicinas decoctas in aqua quam narraui. & utatur syrupo endiuiæ, & syrupo acetoso, & syrupo nenufaris. & ponatur in omnibus temporibus in aquam cibariorum factorum ei aqua ciceris nigri, nisi apud uehementiam caliditatis aeris. decoquatur ergo cū aceto quod decoquatur cum aqua ciceris. et sit cū aceto cucurbita. uerum in cibarijs de cucurbita multiplicetur origanum. Quando ergo aduene-

D rit autūnus, et non intelligo per autūnum illud de quo ąbsolute dicitur hoc nomē. quoniam tota autumni natura est ex natura tēporis æstatis, sed uolo per ipsum quādo cōplectitur complexio aeris gradatim ad frigus, & associat ad illud ut humectetur aer per descensionē pluuiæ. sumat de cōfectione quā feci ei nūc quatuor ʒ. cum decoctione ciceris nigri, condita cū sale & pauco piperis, die una, & interpolet diem, quatuor uicibus, aut quasi illis. Quādo ergo uehemens fit frigus aeris & fligitur hyems, accipiat de tyriaca magna omnibus x. diebus aut quasi illis ʒ. i. cū tanta aqua calefacta quantum capit os semel, permisto ei de syrupo de corticibus citri. Et quando possibile est ut utatur cibario facto ex olere urticæ, fiat ei cibariū oleum decoctum

decoctum factum cum carne hœdi, quod sumat in principio suæ comestionis. Hoc regimen sufficit ad auferendas causas huiusmodi accidentis. Et de illis quæ oportet ipsum in cibo sumere, est lepus, postquam confirmatur hyems, & defectus pluuiæ. & in uere die aliquo in diebus. At uero adolescens est multo melior quàm aries † binus in istis duobus temporibus proprie. Et de illis quibus oportet conseruari sanitas ab omnibus accidentibus, quæ de proprietate caloris est ut faciat accidere, aut ut accidat causa eius in tempore autumni, est ut sumat in mēse Maij circa finem eius, & in principio Iunij, istud. Hordei excorticati & contriti, & florum nenufaris, & oculorum uaccæ mundatorum ex suis interioribus, omnium ana ʒ. viij. seminis scariolæ, & uolubilis exiccatæ, & medullæ seminis croci hortulani, & medullæ seminis melonis, omniū ana drach. quatuor. florum uiolarum, & capilli ueneris, corticum apij, radicis recētis omnium ana drach. ij. rhu barbari electi recentis, quartam ʒ. unius. terantur quę sunt terenda, & infundantur omnia nocte una in mensura libræ aquæ feruentis, & in mane ponatur super ignem leuem, quandoq; inceperint bullire, confricentur manibus calida, & colentur, & confricentur manibus in colatura de condito rosato ex sacharo ʒ. xij. & de medul. casiæ fistulæ mundatæ à suis interioribus & suis tunicis drach. quatuor. & coletur, & misceatur cum eo tertia ℥. de syrupo iuleb ex sacharo. & sumatur mane alto. & quiescat die assumptionis eius, & secunda. Illud uero quod aufert esse lapidis, & eius prohibet generationē, est esse contentum in cibo pane fermentato spongioso, cuius farina mundata fuit in proximo, cum auibus laudabilibus, sicut pullis, & perdicibus. & interpolatione lepore, & asparago, quando possibile est. & cibarium olerum ex urticis, & sicla est benedictum. & non repleatur comestione multum. imò dimittat de saturitate sua parum. & non laboret post comestionem penitus. & si est necessariū ut frangat illud quod generatum est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac confectione. ℞. corticum radicum asparagi exiccatarum. & corticum radicum fœniculi exiccatarum, & polij, & scolopendriæ, & cubebæ, omnium ana drach. v. ebeni, & gummi prunorum, & lapidis iudaici contriti super cotem, & casiæ, & cyperi de harach, & bdelij uarij, & ammeos, omnium ana ʒ. ij. terantur singulariter, & cribellentur, & conficiātur cum syrupo de sacharo. & sumatur ex ea ex tribus ʒ. usq; ad illud quod est quasi illud, cū aqua calida in qua bullitum fuerit parum fœniculi. Et similiter ad uentositatem, & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & stricturā anhelitus, & dolorem brachiorū confert ei. Ad uentositatē sufficit regimen quod ego præcepi ad prohibendā eorum generationē penitus. Ea uero ex quibus generantur sunt permistio in cibo, & intromissio cibi super residuū cibi. & labor post comestionem. Illud autem quo est utendum apud uehementiam doloris. nam dolor prædictus non accidit nisi à generatione lapidis stantis in aliquo meatuum urinæ. & quod ego determinaui ei, prohibet eius generationem, si ei alligetur ita, ut de eo nunquam conqueratur. & nō accidit aliquid ex eo, si alligato ceciderit iteratio mundificationis renum. uerūtamen non est possibile, nisi imperium mandati auditur administratum in huiusmodi dispositionem, & est istud. ℞. fœnigræci ʒ. iiij. seminis apij, se. dauci, amborum ana duas tertias. ʒ. i. bulliat totum in vij. unc. aquæ, donec redeat ad medietatem. deinde confricetur manibus donec aliquantulum uiscosum fiat. & in colato fricetur manibus de condito uiolato ex sacharo ℥. i. s. fricatione ultima. & coletur. & sorbeatur in hyeme super medietatem ʒ. i. de tyriaca magna. & in æstate & suo simili de temporibus aeris calidi, sine tyriaca penitus. & uaporetur locus totus cū hoc. Olei anethini ℥. iij. fumantur in quo liquefiat adipis gallinæ unc. i. demum submergatur in eo lana succida, & uaporetur cum ea tepefacta locus multis uicibus post potum medicinæ præcedentis. demum administretur sternutatoriū bis uel quater. Dolor uero capitis quando inuenitur, tunc si fuerint in tēpore caloris, sumat istud quod narro. Cōditi rosati ex sacharo drach. xij. medullæ casię fistulæ mundatæ à suis interioribus & à suis tunicis ʒ. vi. fricentur ambo in v. ℥. aquæ calidæ, & colentur. & addatur colato syrupi uiolati de sacharo ℥. i. s. sumatur in mane. & ungantur frōs, & anterior pars capitis cum oleo rosato, concusso cum tertia parte sui ex aceto forti. & infrigidetur. & sit effusio eius super caput cum uase stricti oris ab altitudine mensuræ palmi: quoniam est melius & uelocioris iuuamenti: Si autem accidat in tempore frigoris, sumant hanc medicinam. Agarici uehementis albedinis ʒ. i. & tertia, raud. seni. ʒ. i. terantur ambo, & conficiantur cum syrupo acetoso de sacharo. & sumat super illa duo istud quod ego narro. Casiæ contritæ, & anisi, uniuscuiusque ʒ. i. ferueant cum vi. ℥. aquæ donec consumatur ex ea mēsura tertiæ, & coletur. & misceatur in ea syrupi acetosi ℥. i. s. & sorbeatur. & bulliant chamæmeli & meliloti uniuscuiusq; ma. iiij. in aqua quæ cooperiat ea, donec uehemens fiat eius calefactio. demū inclinentur frons & tempora super illum uaporem ascendentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitū fuit illud quod dixi, submergatur in ea pānus lenis, & uaporetur cū eo ubi inuenit dolor in capite. Stricturæ uero anhelitus nō est causa nisi additio carnis. & dimissio exercitij in ieiuno. & cōseruatione illius eleuatur. Illud uero quod accidit de dolore brachijs & mēbris, inungātur quādo inuenitur illud cum oleo anethino, quoniam destruet illud.

Ad lapidem.

Et est ei iterum descriptio suffuf ad lapidē. ℞. gummi prunorum, & cubebæ, & lapidis iudaici, ana ʒ. iiij. corticis radicis asparagi, & ebeni, ana ʒ. ij. seminis dauci. drach. s. terantur, & cribellentur, & adiungatur ei media ℥ sachari. & bibatur de eo omni die. ex ʒ. ij. usq; ad circuitum eius cum aqua in qua

A in qua misceatur syrupus acetosus. Et sit cibus tasea ex lepore, aut fœniculum, & cibariū olericum ex urticis. Et est ei descriptio infusionis illa ad illud. Recipe corticum radicum apij, corticum radicum fœniculi, ana drachmas ij. corticū radicum asparagi, drach. quatuor, rubiæ tinctorum, drach. unam. terantur omnia, & bulliant in vi. ℥. aquæ, donec minuatur medietas eius. & coletur, & misceatur cum ea de syrupo acetoso scyllitico unc. i. semis, & bibatur.

Ad lapidem in uesica.

Valet lapidi in uesica, id est frangit illum in uesica hoc modo. Accipe cortices radicum petroselini, fœniculi, semina eorum. milium solis, semen maluæ, & malauisci, fœnigræci. omnia uniuersaliter habere poteris, & bulliant in aqua, & colabis. B in parte istius colaturæ pones. ℥. unā prædicti olei, & totum tepidum dabis ad bibendum, siue in balneo. & hoc ieiuno stomacho post aliquam horam post cibum, & hoc frequenter, quousque totum lapidem emittat. Verumtamen si fuerit iuuenis, et siccus, aut macilentus, & in æstate, dabis ei cum decoctione seminis melonis, citruli, cucumeris & cucurbitæ, lactucæ seminis, maluæ uel malauisci, omniū æqualiter. ualet ægritudinibus uesicę quando impeditur urina ex humore frigido oppilante collum uesicæ. quod percipies, quando non sentit calorem circa partes illas, nec ardorem in urina. & quòd calidis iuuatur, & frigidis læditur: & quando sentit frigiditatē circa pectinem certior eris. Item C quando sanies uulnerata, uel sanguis congelatus est in uesica, dabis cum aqua mellis: sed caue ne uulnera recentia sint in renibus, de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urinæ.

Item si urina pręter uoluntatem emittatur, da ad bibendum de uino ubi decocta sint ruta, castorium, cupulæ glandium, semen myrti, & thus. ista eadem facias si mingat lente, partes illas frequenter ungens. Prouocat urinam ex humoribus frigidis, uel sanie, uel sanguine congelato, aut lapide, in collo uesicæ, meatus urinales, aut ipsum collum uesicæ oppilantibus, uniuersa curabit, sicut scriptum est. Item ualet doloribus frigidis, passionibus aurium frigidis, ualet paralysi, tremori mēbrorum, & torturæ oris bibitum. debes ungere mem- D brum læsum in his tribus prædictis passionibus. Sed primo & præcipue principia membrorum patientium, scilicet occipitium, & totam spinā dorsi frequenter. Sed in paralysi, non in principio, sed post quatuor uel quinque dies tunc præsumitur quòd humores non sint superflui. Verum in paralysi sanguinea nequaquam fiat nisi in declinatione: & tunc cum cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur. In alijs duabus in ipso principio usque ad finem. Aut bibitur in hūc modum. Mentam, saluiam, calaminthen, nucem muscatā, galangam facies bullire cum pingui gallina: & in ipsa bullitione pone de oleo. si copiam non habes olei, ad medietatem ponas olei communis: postea de illo iure bibe ieiunus. & differas prandium per duas horas: deinde ipsam gallinam comedas cum suo iure: si tantam copiam non habes olei, in parte illius iuris si quod habueris facias bullire, & haurias. prædicta disciplina poteris cum piscibus uti, addens cum prædictis herbis & speciebus origanum & pulegium. Si etiam piscem eo unctum assaueris, utile erit. Item hoc idem oleū cum aceto calido sumat in ore qui patitur torturam oris uel paralysin. & colluat os frequenter. maximum enim consequitur iuuamentum. Valet etiam ischiadicæ passioni, quando frequenter locus læsus ungitur, & per clystere mittitur. ualet etiam podagricis, & arthriticis ex frigida causa, cum quo fiat frequens inunctio pedum uel articulorum, addito modico aceti calefacti, & postea in fine ægritudinis sine aceto. Valet dolori dorsi emplastrum ex eo, & ammoniacum in eo dissoluitur. & dorsum emplastretur cum eo. hoc etiam emplastrum apostema splenis & eius duritiem dissoluit modico spatio temporis, & omnes duritias & omnia apostemata dura. Iniectum in naribus, ualet epilepsiæ. Et quando epilepticus cadit, destilla in aures eius cum penna aliquas guttas, & apprehende nares cum manu tua, & agita caput, & si agitatur, sinatur post unam horam. in tempore interpolationis iniectum, multum confert. Valet oppilationi narium, quando nares oppilantur ex frigido humore. quod intelligas per absentiam caloris: & ipse infirmus sentit nares frigere. & asserit istud sibi accessisse. & calefacit cerebrum quando ex eo unguis pollicem, fricans palatum, uel coronam & tempora eo inungis: aut cum cibo sumis, aut cum iure parum ex eo usque ad ij. drach. bibas. Valet contra obliuionem, id est delet eam, quando tu radis occipitium, & ungis frequenter illud. & etiam sumptum per os, siue in cibo, siue in uino in quo bulliat castorium & saluia & olibanum. ista frequentare debes quousque iuuamentum sentias, & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei. & sedat dolorem dentium, quando est ex frigido humore, uel ex frigiditate cuiuslibet rei. & inungendo dentes uel gingiuas eo, parum calefacit. & iniectum in matricem, prouocat menstrua, quando in matricē cum pessario immittitur, prius ad ignem calefactum. Aperit orificia uenarū, sumptum, scilicet per os, sicut superius diximus, & dissoluit sanguinem congelatum in stomacho & in uesica, quando sumitur sicut diximus ubi locuti sumus qualiter iuuat renes, & soluit urinam, & frangit lapidem in uesica. Valet anhelosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptum cum decoctione hyssopi & ficuum siccarum & liquiritiæ, aut alicuius istorum ad pondus drach. ij. ieiuno stomacho.

VID significat tenuis & pallida urina? nempe incoctam substantiam, colore concoctam, imbecillitatemque naturæ. Colore namque, quod facilem concoctu concoxit. non utique substantia, quòd sit colatu difficilis. Quòd si ita diu feretur, à periculo immunis perdurare homo nō poterit quoad morbus concoquatur. Admodum namque tenuis urina perniciosam significat cruditatem, quatenus calor quod tenuium partium est depascitur. Quid significat tenue & fuluum? nempe tenue substantia, & fuluum colore, melius est pallido, sed tamen substantia inconcocta. Quid significat rufa urina? nempe incōctionem, non interitum, sed non tam cito concoquitur. est namque ex sanguine putrido, qui necdum perfectam accepit concoctionem, nec etiā suum colorem. ob hoc morbum significat diuturniorē. In continuis autem febribus ui multa sanguinis excitatis excernitur urina rufa & crassa cum hypostasi rufa. manifestumque ex colore & profusionis substantia quod assistit incoctum esse. ægritudinis certe incoctæ urina flaua quidem colore, substantia uero tenuis. Quid significat tenue mictum, & foris turbulentum? utique inconcoctum ex circumfluentia crassi flatus. significat uero naturam incepisse cōcoquere. Quid significat crassa mictura & permanens crassa? talis mictura ita permanens est ut iumentorū. pubescere ac uigere significat crassos humores & spiritus ut feruorem. In his capitis dolor aut iā præstò est, aut mox affuturus, propter perturbationem, ac fumidas exhalationes, quæ sunt in humoribus. Quid significat crassum emictum, & deinde perdurans? quiescere quidem in humoribus ebullitionem & attenuari. moderatam enim significat quantitatem. hinc discernendi esse principium. Quid significat mictum tenue, & idem perdurans? extremam incoctionem id significat: nam si natura ad concoctionem inclinare tentasset, neutiquam tale excreuisset. Hoc autem fit aut uirium imbecillitate, aut obstructione oppilationeque, aut ob ægritudinis longitudinem. Nam quoniam longa quartana est, in principio ob multitudinem & materiæ difficultatem, urina directu difficilis tenuis mingitur. Verum tenuis mingitur ob oppilationem iecoris, aut renum. cæterum ex loci dolore dignoscitur. Mingitur sane tenuis & alba etiam in æstuosis febribus quæ causi nominantur. significatque amentiam imminere. Causus namque febris, copiā significat bilis. at diuturna urina non est. manifestumque facit in uasis bilem nō manere, sed sursum ad cerebrū euolui ac uolitare leuitate. ac si amens non sit, hinc noris fore. quod si iam est, mingitque tenuem & albam cum interclusa febri, mortem proximam fore prædicito: neque enim cerebri uires sustinebunt per febrim æstuosam immissæ bilis acorem & discerptionem iam putrescētis. Vndenam oleosæ gignuntur urinæ? Consueuit febris primo quidem pingue liquefacere, deinde carnem: postremo solida exurit corpora. pingui ergo exusto, oleosæ excernuntur urinæ. sensim autem eliquescit pinguedo. inde principium habet, & ascensum, & uigorem. In principio itaque colliquefactionis oleosi coloris urinas facit, ut ambiguum sit aquosæ'ne sint an oleosæ. At in ascensu oleum esse apparet, ut olei mistionem iam habere uideatur. Verum in uigore iam tam colore quam substantia oleum esse dixeris. idque renum est duntaxat, aut totius corporis. ac si renum sit duntaxat, aceruatim huiusmodi excernitur multitudo, cum multo caloris sensu circa renes: sin totius corporis, pedetentim sumit incrementum. Quid significant eruosæ hypostases? cum iam depasta pinguitudo est, & reliqua eliquescit caro, etiam eruosas in urinis excernit hypostases. Cæterum aut renū est, aut totius corporis. ac si ex renib. fuerit, urina etiam concocta est, & eruosas excernit hypostases. si cruda, totius corporis est malum. Quid significant furfuraceæ hypostases? cum febris depasta fuerit pinguedinem ad uasorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, angustiores foliosis, eis tamen crassiores excernuntur quandoque ex uesica. at si febris affuerit, totius corporis est malum. sin minus, uesicæ solius. ac si urina fuerit incōcocta, morbus totius est corporis. sin concocta, solius uesicæ. uerum locum suum obtinet dolor. Quid pronunciant foliosæ? cum solida oblanguescunt, primo namque multum abraduntur. ac si cum febri, uniuersum affligitur corpus. sin secus, sola uesica. Ex uesica quidem sunt concoctæ. ex toto autem corpore crudæ. Quid portendunt in urinis hypostases crimnodes, id est farinæ crassiori similes? cum febris profundum uasorum comprehenderit, & maiorem latitudinem assumpserit, & longitudinem ampliorem, fiunt furfurum hypostases, uocanturque crimnodes. Cæterum crimna duo significant. aut enim sanguinis torridā uim pronunciant, aut solidorum corporū ualidam colliquefactionē. ac si alba sit hypostasis, solidorū est corporū languor. sin rufa, id à sanguine est. Quid significat grauiter olens? tabem, & naturę futuram extinctionē. Quid atræ significāt urinæ? Cunctę profecto hæ & crassæ omnino sunt & perniciosæ. Rarissime, aut prorsus nūquam atra inuenitur tenuis urina. Nigrum certe corpus aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinæ itaque hæ sunt differētiæ quę crassissimas obtinēt substātias, ac crassæ inueniātur atræ urinæ necesse est. In acutis profecto ægritudinibus perniciosa ut plurimū atra urina est. Cum male olens, & hypostasis atra fuerit

fuerit, in ægritudinem acutam lapſum talem uri- A nam emingentem, non mori impoſsibile eſt. Si ſublatio ſit atra, minus malum. ſimiliter ſi nebulam, uel ſubnebulam habeat ſimilem, mitius eſt malū. Siquidem atrum quandoque frigiditatem oſtendit, quandoque caliditatem, ſeu quoquo modo uim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatē obtinet. Si fuluum anteceſſerit, inde in atrum cōuertatur, toſtum ex nimio calore oſtendit ſanguinem atrum euaſiſſe. Nos utique ne prætereat quartana & melancholica diſſoluta amētia, atras excerni urinas & craſſas. Lienoſi namque tales frequenter emingunt, cum languens ita lien apparet. Nullam namq; digeſtionem, & apparitionem intēdit in redundantiam melancholicam. At nos iſta pernicioſa eſſe pronunciamus in acutis ægritudinibus: cum tam uiris quàm fœminis atræ urinæ exiſtunt, eſſe peſſimas. at infantibus, ſi aquoſas. Minus uero erūt pernicioſæ atræ urinæ lienem habentium inualidum: ac non ex æſtuatione, at ex frigiditate atratus liueſcit quodammodo ſanguis, ſicut aliorum quorundam. at id ex humoris melancholici refuſione.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s.

Omnes ſunt terniones.

Joubert.

BASILEAE APVD HIERONYMVM FROB. ET NICOLAVM EPISC. ANNO M D XLII




FRO BEN

OPERVM GALENI

LIBRI ISAGOGICI

ARTIS MEDICAE PRIMA QVAEQVE ELEMENTA COMPLECTENTES;

nullo Tomorum numero insigniti, ut quocunque loco uolet, reponere lector posſit.

CATALOGVM EORVM PAGINA VERSA EXHIBEBIT.

BASILEAE, M D XLII

ISAGOGICI LIBRI QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

CL. GALENI PARAPHRASTAE MENODOTI FILII SVASORIA AD ARTES ORATIO.

LVDOVICO BELLISARIO MEDICO MVTINENSI INTERPRETE.

5 6

Problema.

A

N animãtiũ generi, quod irrationale appellatur, nulla omnino data ratio sit, sane dubium est. nam etsi caret ea, quæ in uoce uersat, quam sermonẽ nominãt, quæ tamen animo concipitur, quam ratiocinium dicunt, eius fortasse particeps omne genus animalium est, quanquam alijs parcius, alijs liberalius tributa sit. sed profecto quàm ceteris animantibus homo sit hac ipsa ratione pręstantior, nemo est qui dubitet. Cernimus enim quod multæ sint artes, quas hoc animantiũ genus exercet: idque unum reperiri, quod uel capax scientię sit, uel artẽ quamlibet percipere possit. quandoquidem cetęrę animantes omnes, paucis quibusdam exceptis, artiũ expertes cõspiciunt: eęque paucę, quæ artes aliquas tractare uident, has natura potius, quàm instituto cõsecutę sunt. homo aũt ita ad artes aptus est, ut si quę in alio animantiũ genere sunt, ne eas quidẽ immeditatas relinquat. quippe cũ aranei texturam imitetur, opera exemplo apum effingat, uim nantis animalis exerceat, quanquam ipse in pedestri genere est. sed nec diuinas artes omittit, siquidem in arte medendi tum Aesculapiũ, tum etiam Apollinem ęmulatur: quem in cæteris etiã artibus, quibus hic Deus pręditus est, imitatur, sagittandi, canendi, diuinandi: itemque illarũ omniũ studia sequitur, quę singulis musis singulę proprię sunt. neque enim se à geometria, neque ab astronomia abducit, sed, ut inquit Pindarus, quicquid & in se terra occultat, & ultra cœlum positũ est, contemplatur. quin etiam quod in diuinis bonis maximum est, philosophiam industria & labore consecutus est. Ob eam igitur rem quanquã rationis particeps sit reliquum animantium genus, homo tamen cum longe cæteris sit ratione præstantior, ipse unus excellentiæ magnitudine animal rationale nũcupat. Quid ergo? an nõ turpe est, quę res una homini cõmunicata est cum Dijs, eam cũ neglectam habeas, de cæteris solicitũ esse? ita artium studia contemnas? te ipsum manibus fortunæ cõmittas? cuius indicare nequitiã cum ueteres constituissent, eam siue pingendam susciperet, siue fingendam, in fœmineã speciem exprimere non contenti (quanquam hoc satis aptum erat amentię signum) gubernaculum etiam manibus habẽdum dederunt: basim pedibus globosam subiecerunt: eam denique orbatam oculis effinxerunt: ut scilicet per has figurandi rationes fortunæ inconstantiam expressam ostenderet. Vt igitur in naui adeo tempestatibus iactata, ut & fluctibus obruatur, & submergi periclitetur, eius gubernaculũ cæco gubernatori male cõmendari putauerim: sic in uita quoque degenda, ubi naufragia domibus maiora quàm nauibus in mari contingunt, non recti iudicij est,

B

qui per hæc rerũ discrimina cęcæ se Deę eidemque mutabili credat: quippe quæ tam stupida tamque amens est, ut & dignos negligat, & indignis diuitias tribuat, & eas quidem nõ stabiles, sed quas eadem ratione qua dedit, eripiat. Deam hanc inscia hominum maximo numero turba comitatur. quę Dea nunquã stabili sede quiescit, sed basi innixa uolubili late rapit͂ uaga ferturque, ut in præcipitia sæpe, sæpe etiam in pelagus ruat. ubi ut eius miseri sequaces communi morte intereunt, sic illa sola sine noxa euadit, eosque perdita iam opera lugẽtes, ipsamque accusantes irridet. Sed talia fortunæ opera sunt. Mercurium uero tanquam orationis parẽtem & artium omnium authorem aspice rursus ut alia quàm fortunam effigie tum pictores tum plastæ

C

decorarunt. nam iuuenis est formosus, nec eius modi, ut fucatum quicquam in eo aut comptum deprehendas, sed in cuius forma animi uirtutes protinus eluceant. est enim hilari uultu, acribus oculis, basi innititur sic undique figuratę, ut quadrantal referat, qua maxime figura res ipsa stabilis atque immobilis redditur. Quin & ipsum Deum eadẽ hac figura interdum honestant. Cuius etiam comites æque ac dux ipse Deus hilares splendidique conspiciuntur, nec unquã de suo principe queruli, quales fortunę sequaces memorauimus, nec ab eo ulla in parte seiuncti, neque diuisi: sed eius semper asseclæ, semperque prouidentia eiusdem fruentes. Fortunæ uero sequacem cœtum omnem desidem cer-

D

nes, nec ullis artibus eruditũ, sed spe uaria semper deductum, currẽtemque Deam cõmuni quidẽ sed impari cursu sequentem. nam alij longius distare uidentur, alij propius accedere, alij de manu etiam Deæ pendere, in quibus Crœsum illũ Lydum conspicies, Samiumque Polycratem: eosque fortasse miraberis, dum alteri Pactolum cernes auro fluentem, alteri marinos etiam pisces inseruientes. eiusdem ordinis Cyrum, Priamum, Dionysium reperies, quorum tamen omnium status adeo mutabilis est, ut paulo post Polycratẽ cruci affixum inspicias, Crœsum Cyri imperio subditũ, Cyrum in aliorum potestate constitutum, Priamum, Dionysiumque, ambos Corinthi obstrictos. si in cæteros autem te uertas, qui fortunæ cursum sequuntur quidem, sed tamen non cõsequunt͂, odio hos

Artes bruta tractat natura; homo, instituto.

Pindarus.

Cuncta ratione participant.

Platonicum.

Fortunæ ico.

Mercurij imago.

omnino habebis. siquidem pleriq; aut populi concitatores sunt, aut meretrices, aut cinędi, aut amicitiæ proditores, tum homicidæ, tū rapaces, tum etiam sepulchrorū prędatores: nec pleriq; desunt in id scelus inuecti, ut ne Dijs quidē ipsis parcant, sed nefanda etiā sacrilegia cōmittant. Mercurij uero chorus modestos oēs continet, eosdēq; artiū peritos, nō currentes, non exclamātes, non inter se dissidentes, sed inter quos mediū Deus ipse locum teneat, hi uero ordine omnes circūdispositi sunt, sic ut nulli locū ab eo designatum relinquāt, eo tamen discrimine: ut qui primā sedem Deoq; proximā in ambitu occupant, ij geometræ, arithmetici, astronomi, philosophi, medici, grāmatici sint. qui uero alterā tenent, ij secundū chorum cōstituunt, in quo pictores, plastę, sculptores, fabri, architecti, magistri prima rudimenta docētes conspiciantur. post quos tertius locus sequitur, quo cæteri artifices omnes continentur. Sic singulis quidem sedes assignatæ propriæ sunt, omnes tamen pariter intuētur in Deum, eiusq; cōmuni parent imperio. sed & apud ipsum Mercurium plerosq; conspicies, quos ille ordine quodam electo donauit, sibiq; socios nunq; à latere diuellendos adiunxit, & eos quidem eiusmodi, ut maxime ab ijs, quorum fautricem fortunā diximus, abhorrere conspiciātur. neq; enim gestis in ciuitate honoribus, neq; generis nobilitate, neq; diuitijs solet hic Deus hominum iudicare præstantiā: sed quisquis & bene uiuit, & cæteris est sua arte præstantior, eamq; legitime exercet, & iussis obsequitur Dei, hunc ille plurimi facit, hunc cæteris anteponit, hunc à se nunquam discedere patitur. Virorum igitur nomina, qui hunc ordinem illustrant, si ipse intelligas, eos non solum æmulatione dignos, sed etiam ueneratione putabis. Hic cernes Socratem, cernes Platonem, Homerum, Hippocratem, & qui hos uiros sequuntur, quos omnes Deus & sibi ministros elegit, & apud se primos, & quasi alteros Mercurios esse uoluit, quos nos æque ac Deos colimus, & ueneramur. Sed tamen è cęteris etiam omnibus qui Deo curę non sit, nemo est. ille enim non solum curat, quos coram se conspicit, sed etiam nauigantibus adest, quibus se nauigationis quoq; socium prębet: ut, si forte naufragium fecerint, his opem possit afferre. Aristippus enim cum olim sic misere nauigasset, ut naui tempestatibus perdita, in Syracusia littora eiectus esset, primum fiduciam cepit, existimās se ad Gręcos & sapientes uiros, non ad barbaros esse delatum, argumento quòd geometricam figuram in arena descriptam uidisset: deinde Syracusas accedens, ut in gymnasium uenit, quo loco illud Gręce exprompsit,

Quis uagum atq; errantem Oedipum
Hodie raris excipiet muneribus?

habuit qui sibi occurrerent, & salutationibus excipientes agnoscerent, & præstantem quidem uirum, sed tunc egenum necessarijs rebus donarent. cum autem Cyrenem eiusdem Aristippi patriam

A è Syracusis quidam nauigare constituissent: ideò quę ex eo quærerent, nunquid familiæ suæ mandare uellet: præcipite meis, inquit, ut eas res sibi curent parandas, quæ cum possessore in naufragio enatent. quàm multi igitur miseri sunt, quibus contra quàm ille præcepit, euenire uidemus, ut cum omnia sua uiuendi consilia in diuitias referant, si forte in eiusmodi casus incurrerint, ne tum quidem auri & argenti obliti, sed utroq; corpori undique appenso, cum his & corpus & animam etiam perdant. nec id miseri intelligere possunt, à se inprimis in genere animalium rationis experti ea magis diligi, quę sint artibus ornata: equos enim bello aptos, canes quibus uenandi uis tributa sit, cęteris pręferendos arbitrantur. Quin B & seruos artibus curant eruditos, idq; magna argenti impensa, seipsos autē neglectos habent, nec ullius dignitatis esse curant. An igitur turpe non est, cum seruus decem milibus denariorum æstimandus uideatur, dominū ne ullo quidem dignū existimari? sed quid inquam ullo? ne siquidem gratuitam seruitutem polliceatur, qui eum recipiat, reperiet quenq;. quid item? an non è rebus omnibus seipsos tantummodo ignobiles reddunt? nam cum se nullis artibus instituendos curent, in genere animantium rationis experti nōnullas studijs, quibus uis arti similis est, erudiendas statuant, seruum si segnis sit, & artis expers, nihili faciendum arbitrentur, curam nec prædiorum nec rei ullius rejciant, sed operam dent, ut hæc omnia quàm o- C ptima sint, quoad eorū natura patiatr, ipsi uero ne sibi quidem inesse animam intelligentes, seipsos ex omni parte negligant, haud sanè dubium relinquitur, quin seruis, & ijs quidem abiectis se similes efficiant. Quocirca huic hominum generi iure id obijciendum putarim: ò bone uir domus tua bene se habet, & serui omnes, & equi, & canes, & prædia, deniq; quęq; possides, ijs bene est, tui uero ipsius cura nulla habetr. rectè igitur uterq; & Demosthenes & Diogenes: quorū alter oues aureo uellere opertas eos uocat, qui diuites ijdēq; rudes sint: alter eosdem fico in præcipitio natæ assimilādos arbitratr. ut enim eius fructū non homines sed corui gracculiq; depascuntur, sic talium diuitum opes nihil prosunt bonis ciuibus, sed ab adulatoribus absumi cernuntur. qui tamen post, si forte lo- D cupletis res omnis cōsumpta sit, huic forte occurrentes, cum eius cognitionē dissimulent, sine salutatione prætereunt. Qua de re nec ille inelegans, qui huic locupletū generi similitudinē cum fontibus esse ostendit. quandoquidē hos, cum forte humore omni exhausti sunt, q̄ ante ab ijsdem aquari solebāt, mox abducta ueste permingūt. illud igitur non ab re putandū, quisquis nō alia re, sed tantum diuitijs efficit ut sit undiq; cōspiciendus, hūc simul ac diuitijs priuatus sit, à cęteris etiam rebus destitui, quę ei partę opū gratia fuerant. nam quid est, cur his ita nō eueniat? quando nullum è bonis proprijs possidēt, sed alienis semper, & à fortuna tributis gloriātur? nō desunt aūt quibus hoc idem

eueniat

Oues aureo vellere operte, diuites

euenlat: nam qui se splendore generis efferunt, ij quoq; cũ bonis careãt, quę propria sunt, ad ipsum genus ostentandum confugiunt, cum ne id quidem intelligant splendori generis, quo admirabiles uideri uolunt, perinde ac ciuitatũ numismatis usu uenire, quę cum apud ipsas ciuitates probata plurimum ualeant, apud alias tamen gentes & adulterina haberi, & nihili fieri cernunt. qua de re nõ inepte dictũ uidetur, quod ego sic exprimam.

Neq; te in sublime generis extulit decus,
Neq; me dum nil habui, aluit genus.

Præclarus igit̃, ut inquit Plato, thesaurus sunt maiorum uirtutes: præclarius, posse illud Sthenei obijcere,

Maiores superat uirtutis gloria nostrę.

Si quam eñ generis decus utilitatẽ affert, eam esse putandum est; inde nobis studia moueri ęmulandi uirtutũ exempla, quibus maiores illustrati sunt, ne si longe ab his egregia illa uirtutis laude superemur, hoc illis dolorẽ, si modo sensus est uita defunctis, nobis dedecus afferat. quod etiã eo maius habet, quo nobilitas magis elucet. nã quisquis inscius idemq; genere obscurus est, eum saltem fructum è suo genere capit, ut quicquid in eo uitij est, id multorũ cognitionem effugiat: quos autem splendor sic illustrat generis, ut ne uitia quidem latere permittat, quẽ fructum ijs decus generis affert? nisi ut cũ miseri sint, noti etiã esse cogantur? cũq; suo se genere indignos reddant, grauius & accusent̃, & uituperentur? Itaq; q̃squis splendorem prædicat generis, cum ipse rudis atq; iners sit, is quicquid in se uitij habet, id minus uenia dignum esse declarat. homines eñ quos humile genus obscuros reddit, non ęque atq; ij, quos splendidum illustres efficit, inquisitione explorati iudicantur: sed illis q̃uis mediocris sua sit uirtus, ignoscimus tamẽ, eosdemq; etiã comprobamus, quod istorũ deest uirtuti, ignobilitati ascribẽtes. hos uero nisi eã laudẽ adepti sint, quę digna sit maiorum uirtutibus, etiã si longe cęteris pręstare uidentur, nulla tamen admiratione dignos esse putamus. ex quibus rebus intelligit̃, nisi quis admodũ uecors sit, artes nobis esse suscipiẽdas, easdẽq; tractandas. quæ res efficiet, ut siue quis nobilis sit, suo dignus genere uideatur, siue ignobilis, ipse suum genus illustret, antiquũ illum imitatus Themistoclem, qui cũ ei olim genus probro obijceretur, Ego, inquit, posteris meis lucem excito, & meum ex me genus ortum habet, tuum uero in te desinit. notus etiam est Scytha ille Anacharsis quàm & admirabilis apud omnes sit, ut sapiens appellet̃, quanq; barbarus erat, qui et ipse cum olim sibi barbariem exprobrari audiuisset, tum inquit: Patria mihi dedecori est, tu uero patriæ. ut his uerbis belle hominem reprehẽderet, qui cum nulla laude dignus uideretur, se illustrem splendore patriæ prædicabat. Si igitur rerum euentus paulo diligẽtius animaduertas, reperies non ciuitatum splendorem gloriam attulisse ciuibus, sed cõtra et uirtutes ciuium & eorum in artibus pręstantiã nomen decusq; ciuitatibus peperisse. Quis enim Stagyras celebret, nisi hę lumẽ ab Aristotele accepissent? Quis Solos extollat, nisi his pręstãtes uiri Aratus & Chrysippus eluxissent? Vnde Athenarum gloria tam longe lateq; propagata est? non soli fœcunditate, quod tenue satis esse scimus, sed laudibus uirorũ, qui eo loco nati complures ijdemq; pręstantissimi gloriam suam patrię impertiti sunt. Hoc autem dilucide uerum esse cognosces, si tibi in mentem ueniat Cleonis & Hyperboli, qui talem fructum ex nobilitate Athenarum ceperunt, qualem uitia, ut famosa sint, expostulant.

Dicta sues fuit olim gens Bœotia uecors.

inquit Pindarus. idem rursus.

Si Bœotium edamus suem.

Hæc ille, cum uellet rudis gentis infamiam suo carmine breuiter absoluere. is igitur, qui Atheniensibus leges tulit, dignus laude uidetur, quod lege prohibuit, nequis patrem aleret, qui filiũ non artibus erudiendum curasset. nam cum eo maxime tempore artes petendæ sint, quo formosissima nostra corpora cernuntur: plerisque contingit, ut, cum se forma conspicuos intelligant, omnem animæ suæ curam spernant, atque reijciant. post autem, cum iam eos pœnitet, id frustra queruli dicant, utinam forma, quæ me perdidit, male pereat. ijsdemq; tum uenit in mentem Solonis illud, quo præcipit, nihil magis esse spectandum q̃ uitæ finem. itemq; senectutem accusant, cum se ipsos debeant, Euripidis uero præceptum laudãt, non temperantis esse formam supra quàm mediocrem petere. satius ergo putandum est, adulescentes suam formam uernos flores imitatam cognoscere, eamq; breuem uoluptatem polliceri. itaque & Lesbiam esse laudandam, cum inquit: Formosus tantus est, quantus in cernendi sensum cadit: Probus uero idem protinus & formosus est. & parendum Soloni, qui hoc idem sentire uidet̃. contra autem senectutem, quę aptiori & uestitu & domicilio eget, & mille alijs rebus, tanq; aduersus tempestatẽ imminentẽ pręparare se quenq; debere exemplo boni gubernatoris, qui & procellas pręsentit futuras, & sese multo ante parat, ut earũ impetum sustinere possit. siquidem miserũ est Homeri illud, Rem excors intelligit actam. Quis igitur fructus ex formoso eodemq; rudi adolescente capi potest? an ad bellũ utilis est? sed potius eiusmodi adolescentibus Poetę illud modo nominati non ab re obijciendum putarim.

At tibi connubij tractentur mollia facta,
Ito domum, rerumq; tibi sit cura tuarum.

Item de Nireo idem Poeta.

Ad Troiam uenit forma præstantior unus,
Verum mollis erat.

qua de re eius semel tantum in enumerandis Græcorum nauibus Poeta meminit, quò indicaret, ut mea fert sententia, formæ nullam utilitatẽ esse, nisi res ad usum uitæ necessaria illi adiuncta sit. Nec uero audiendi sunt miseri quidam, qui diuitias fructum esse formæ audet dicere. quęstus enim qui & libero dignus, nec

laudis expers, & stabilis sit, ex arte fieri postulat. A quem uero formosus ex suo corpore facit, is turpis est, & semper ignominię habendus. Itaque ò adolescentes audite, moneo, uetus illud præceptũ, uestramq; in speculo effigiem interdum inspicite: ut, siue quis uestrum se forma egregium iudicet, idem operam det, ne minori animæ laude pręcellat, turpe existimans formosum corpus rudis animę domicilium esse, siue se corpore cernat deformi, eo magis elaboret, ut animę pręstet pulchritudine. quò canere illud Homeri possit.

Est alius cui parua quidem sit gratia formę,
Sed tenuem formam uerbis Deus ornat, & illum
Cernere dicentem cunctos iuuat, ora pudore
Suffusum placido: hic reliquos supeminet omẽs:
B Hic urbe incedit gaudens. sibi quisq; uidetur
Inspexisse Deum, dum lumina figit in illum.

Ex quibus omnibus nulli dubium relinquitur, nisi quis planè amens sit, quin neque superbia generis, neque opum gloria, neque fiducia formæ, contemnenda artiũ studia sint. Hęc disseruisse sat erat: sed fortasse non incõmodum est addere Diogenis quendam ueluti non reticendum epodum. hic cum apud quendam epularetur, qui nulli rerum suarum studio, aut diligentia deerat, nullam uero sui ipsius curã habebat, excreans Diogenes undiq; circumspexit quò inspueret, ac tandem bene agi putauit, si cęteris rebus parceret, ipsum uero dominũ conspueret. qui cum indignatus esset, causamq; facti quęreret, tum inquit Diogenes, nihil tam in tota domo neglectum ꝙ tu mihi uisus C es. siquidem parietes omnes egregijs picturis ornatos inspiciam, pauimentum ex tesseris tam pretiosis extructũ, ut simulacra eorum ex sese expressa repręsentent, uasa omnia pura ac nitentia, lectũ & eius fulcra miro artificio elaborata: te uero harum rerum dominũ cernam ex omni parte neglectum: solent autem homines loca, quę uilia maxime neglectaq; sint, quò expuant, eligere. Itaq; ò adolescẽtes ne patiamini uos eiusmodi esse, ut quispiam uos conspuendos putet, ne si quidẽ cætera omia in uobis pulcherrima cõspiciant: quanq; raro euenire uidemus, ut in eodẽ nobilitas, diuitiæ, forma reperiantur. quę etiã si interdũ concurrant, turpe tamen uos in eo contemptu haberi, ut cęteris rebus exceptis, uos tantũmodo conspuamini. D Agite igitur ò adolescentuli, qui & me disserentẽ audiuistis, & ad artes cõcitati estis, cauete ne quispiam fallax & impostor sic animũ uestrũ pręstringat, ut uos ipsos sinatis in studium uel prauæ, uel inanis artis deduci. illudq; intelligite, quęcũq; hominum studia ad usum uitę non pertinent, eorum nullum, artem esse. Sed in cęteris id ipsum uos cognoscere arbitror: ut in iaciendis tesseris, ut in studio uel ambulandi super tenues funiculos, uel uoluendi se raptim in gyrũ, sic ut non offundantur caligines. qualia Myrmeciadis Atheniensis & Callistrati Lacedęmonij studia fuere. Athleticam uero tantũmodo suspicor ne, & uiribus corporis & populari gloria proposita, aliquẽ uestrũ decipiat,

A ut artibus ipsam pręferendã putetis. quandoquidẽ & apud maiores argenteis donis quotidie celebratam, & ęque ac armis optimos honoratã intelligimus. Eam igitur ob rem satius est uos aliquam in hoc genere studij pręmeditationem habere. fallitur enim facile quisq;, qui rem deliberandam non pręmeditatus suscipit. Hominum igitur genus ò pueri partim cum Dijs, quòd rationis particeps est, partim cum belluis, quòd mortale, cõmunicatum est. uos ergo cõmunicationis meliori parte electa, dare bonis artibus operam debetis. quas si consequemini, quod in bonis maximum est, adepti eritis. sin minus, nõ tamẽ uos inertissimis belluis pudebit esse deteriores. Athleticũ uero studiũ quisquis sequitur, id nisi cõsequatur, turpissimũ est: si B uero cõsequitur, non tamen belluis melior efficitur. Quis enim leone aut elephanto fortior? quis lepore celerior? Quis item est ꝗ nesciat, & Deos ipsos nulla de re pręterq; artibus esse laudatos? & homines præstantissimos diuinis honoribus celebratos, non quia bene uel in stadijs cucurrerint, uel discum in sublime iecerint, uel luctã exercuerint, sed artium beneficia in homines cõtulerint? Aesculapium quidem & Bacchum, siue prius homines fuerint, siue Dij à prima origine sint, maximis honoribus prosequimur & celebramus: alterum, quòd medicinę peritus est: alterum, ꝙ homines colendę uitis artem edocuit. ꝙ si mihi nõ credis, dei certe Pythij te mouebit authoritas, qui et Socratem omniũ sapientissimũ pronunciauit, & C Lycurgum salutans his uersibus affatus est.

Te mea cõspicio uenientẽ ad templa Lycurge,
Quẽ chorus omis amat Diuũ, quẽ Iuppiter ipse.
Sis'ne Deus dubito, uel sis mortalis habendus:
Sed potius te spero Deum numenq; Lycurge.

Idem Deus Archilochũ quãquam uita defunctum non mediocri honore dignatus est. cũ enim qui illum occiderat, ingredi in templum uellet, eo carmine deterruit Deus.

Vatem occidisti, à templo procul ito profane.

At uero tu mihi uicissim narra, quæ Dijs unquam cum Athletis alloquia fuerint. quod non facies: siquidem quid dicas, non habes. sed fortasse testem quasi non fide dignum reijcies: id enim indicare uideris, dum in testimonia uulgi orationẽ D uertis, & gloriam petis ex eodem. quãquam scio te, siue ægrotes, non medicorum uulgo, sed paucis quibusdam, & ijs quidem arte medendi præstantissimis curandũ traderes. siue nauiges, non cuilibet nauigationis ministro, sed uni gubernatori commendares. denique & in paruis eandem rationem haberes. nam si fabrile opus petas, fabro crederes: si calceos, sutori. si igitur hæc ita sunt, cur, cum de rebus maximis causa agitur, te iudicem ipsum constituis, uiros autem te sapientiores reijcis? sed ut in præsentia Deos prætereã, audi quid de Athletis Euripides.

Cum mala innumera per Græciam serpant,
Nullum deterius Athletarum studio est.
Qui primum sibi nec parare diuitias

Patiun-

Patiuntur, dum possunt. quo enim modo
Quisquis est gulæ deditus, uentriꝗ indulget,
Diuitias parabit, ut alat familiam?
Deinde nec se egenos, parare'ue rebus
Aduersis. nam in malis diu uersati
Moribus, res duras pro desperatis habent.

Rursus eundem, si placet, audi, quàm inutilem omnem Athleticæ partem dixerit.

Quis lucta præstans, quis pedibus celer,
Quis bene uel discum extollens, uel maxillam
Percutiens, patriam seruauit coronam?

Quòd si minutiora desideras, audi quę rursus ille.

An cum hoste pugnabunt, dum manibus
Discos habent? an clypeis cum è patria
Expellent, pedes dum cursu fatigant?
Nullus. hæc fatua sunt, si ferro conferas.

Quòd si quis Euripidē, cæterosꝗ eius generis authores cōtemnat, philosophos uero iudices statuendos arbitretur, ex his etiam omnibus quasi uno ore loquentibus audiet uitio dandam esse Athleticam. nec eam uero ab ullis unquam medicis laudatam nouimus. quandoquidem illud primum apud Hippocratē leges: Affectio Athletica non est secundum naturam: melior est salubris habitus. deinde & apud cæteros præstantes medicos qui post illum fuere, hoc idem reperies. Sed omnino testium fide rem agi nolebam: hoc enim potius oratoris est, quàm hominis ueritatem colentis. quia tamen aliqui ad popularem laudem confugiunt, inanemꝗ gloriam ex uulgo petunt, studiumꝗ propositū externis rebus remotis contemplandum negligunt: idcirco testes hoc quoꝗ loco adhibere cogor. ut hi ne in hac parte quidem se nobis potiores intelligant. itaque Phrynę illud commemorandum occurrit. Cum olim in conuiuio quodam talis ludus celebraretur, ut per uices inter conuiuas quicquid libebat, imperare liceret, illa cum cæteras mulieres tum anchusa, tum cerusa, tum etiam fuco pictas cerneret, iussit aquā afferri, eam'que manibus haustam sibi fœminam quamꝗ ad faciem admouere, mox linteo protinus eam detergere: quod cum ab illis omnibus, & à Phryna ante alias actum esset, cernere erat faciem cæteris quidem fœminis continuo maculis repletam, ut laruas te uidere diceres, Phrynę uero formosiorem redditā. quippe quæ nō fucata erat, sed suapte natura formosa, nullaꝗ arte ad formam egebat. Quemadmodum igitur uera pulchritudo tunc optime exploratur, cum ipsa per se sola est, cæteris omnibus remotis, quę foris assumuntur: sic Athletæ studium perpendere solum oportet, uidereꝗ an ullam utilitatem uel publice ciuitatibus, uel priuatim Athletis ipsis afferat. Cū igitur bona, quæ in rerum natura continentur, alia animi sint, alia corporis, alia exteriora, nec pręter hęc ullum aliud bonorū genus excogitari possit: nulli dubium est, quin ne in somnis quidem ullius ex bonis animi participes Athletæ sint: quandoquidem ne si quidem animū habent, intelligunt: non modo non rationis participem eum esse sciunt.

A nam cum & sanguinis, & carnis mole se onerent, animam suam quasi largo cœno suffocant, atque obruunt, ut nihil paulo reconditum intelligere queant, sed amentes perinde ac belluę sint. At hi fortasse instabunt, seꝗ alicuius è bonis, quę ad corpus attinent, authores esse contendent. sed quod erit illud? an sanitatem, in eo genere bonorū pulcherrimam, id esse dicent? immo qui in maiori uitæ periculo sit, ex uitioso scilicet corporis affectu reperies neminem, siquidem Hippocrati credas, à quo bonus ad summum habitus periculosus dictus est, quem tamen isti affectantur. quin etiam illud & ab eodem recte scriptum est, & ab omnibus probatum habetur, sanitatis studium citra & cibi satietatem, & rerum omnium tarditatem positum esse. Athletæ uero sic contra præceptum id agunt, ut plus iusto se & in laboribus corporis retineant, & cibis impleant, & omnino quicquid senex ille præcepit, bacchantium more insanientes contemnant. ille enim cum salubrem uictus rationem præcipere constituisset, sic scriptum reliquit: Labores, cibi, potiones, somni, uenus, omnia moderata. isti uero & gymnasia quotidie sine modo fatigant, & cibis sic utuntur, ut eos ui sæpe ingerant, & ad mediā noctem producant, ut Homeri illud iure in eos dicendum arbitrer.

Noctem Dij reliqui totam, milesꝗ trahebat
Defessus, placido resoluti membra sopore.
Sed nullus miseros Athletas somnus habebat.

C In somnis autem eam moderationem adhibēt, quę cæteris uitæ suæ partibus proportione respōdeat. nam cum alij, qui secundum naturam uiuunt, à muneribus suis desistunt, cibumꝗ petūt, tunc Athletæ à somno excitati, exurgunt: ut eorum uitam sues imitatam dicas, nisi sues neꝗ immodicis uterētur laborib. neꝗ ui cibis explerēt: quod utrunꝗ in Athletis nouimus. adde ꝙ iisdē terga rododaphnis dirumpuntur. ad hæc autem, quę ab antiquo Hippocrate dicta retulimus, illud item ab eodem scriptore præceptum habemus: Multum & subito uel implere, uel exinanire, uel calefacere, uel refrigerare, uel modo quouis alio corpus mouere periculosum. omne enim multum, inquit, naturæ inimicum. Athletę uero D neque hęc præcepta audiunt, neque alia, quæ ut ille recte scripta reliquit, sic isti negligunt, atque reijciunt, ut omnia agant, quę à pręceptis salubris uictus abhorreant. ex quibus rebus relinquitur, ut non sanitatis studium, sed morbi potius hoc genus exercitij dicendū putarim, idemꝗ sentire Hippocratem, cum inquit, Affectus Athleticus non est secūdum naturam, melior est salubris habitus. quibus uerbis Hippocrates non Athleticā solum à modo naturę abhorrere declarauit, sed etiā Athletici corporis affectui habitus nomen eripuit, ut illos eo nomine priuaret, quod corpori uere sano ab antiquis tributū est. siquidem habitus stabilis est, uixꝗ mutabilis affectio. bonus uero ad summum Athletarum habitus & facile mutabilis est, &

A nullis medicis laudata Athletica.

Bonorum corporis, [illegible] Sanitas.

aph. 3. lib. 1.

Phryna.

Athletæ immodicis utuntur laborib. & cibis ui se [illegible] plent.

aph. 51. lib. 2.

Affectio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

& periculosus. nam cũ neq; capax incrementi sit, siquidem ad summũ peruenit, neq; possit in eodẽ consistere, neq; quiescere, relinquitur ut uiã in deterius capiat. Habes igitur qualis Athletis dum Athleticã tractant corporis affectio sit. cũ uero ab eo studio cessant, deterius multo eorũ corpora affecta cernũtur. aut enim paulo post mortẽ obeũt, aut si ad prouectam ætatem, nõ tamen ad senectutem perueniunt. quam etiam si attigerint, à Litis tamen Homeri nihil differunt. quandoquidem Claudos, rugosos, strabones conspicis illos.

Sicut enim murus urbis, machina ante concussus, facile quacunque ui disiicitur, dissipatur'que, neq; terræmotum ferre, neq; casum leuiorem potest: sic Athletarum corpora crebris ictibus dum suo utuntur studio debilitata, ruptaq;, & languida reddita, lædentibus causis quibuscunq; uel leuissimis obnoxia relinquuntur. oculi enim tum sæpe circumfossi, spatio temporis cum uires corporis resistere, ac membra tueri desinunt, fluore, (Græci rheuma uocant) repleri cernuntur: dentes item, quos sępe ante concussos, uires interiecto tempore destituunt, deciduos fieri uidemus. quin & intorti articuli infirmi redduntur, ut ullam uim uel leuem occursantem ferre nequeant. & quæq; siue ruptio, siue neruorum diuulsio, quam Gręci spasma uocant, facile incidit. Ex quibus rebus patet, qui in ratione sanitatis magis sit q̃ Athletę miser, reperiri neminem: ut eos nomine non degenerasse iure dixeris, siue à misero, quem Gręci athlium dicunt, athletę nominati sint, siue communi origine ambo à miseria, quam athliotitem uocant, tanquam ab uno fonte nomẽ acceperint. Sed cum de maximo ex bonis corporis, quod sanitatem nuncupamus, à nobis disputatum sit, ad reliqua eiusdem generis bona transeundũ est. quantum igitur pulchritudine prestent, intelliges, si eorũ naturalem formã non modo nihil ab Athletica iuuari, sed etiam eorũ plures, quibus ante satis apta esset membrorũ compago, à Gymnastis exceptos, saginatosq;, & in molẽ carnis ac sanguinis auctos, in diuersam formæ rationẽ traductos uideas. eorũq; nonnullis, & iis maxime, qui pãcratio, aut cæstų decertant, faciem ex omni parte deformem, uisuq; horribilem, cernas: sed cum membrum aliquod plane abruptum est, aut intortum, aut effossi oculi, tunc, opinor, tunc inquam maxime pulchritudo, quæ fructus Athletici studij est, perspicua euidensq; efficitur. Hæc igitur, dum se in suo studio retinent, sibi ad pulchritudinem parant. Cum uero ab eo dimissi sunt, tum & reliqua corporis sensoria pereunt, & membrũ quodq;, ut ante dictum est, distortum uarijs modis corpus informe reddit. Sed in cęteris fortasse, de quibus modo diximus, Athletæ cedent: quod uero reliquum est corporis bonum, quod uires appellamus, id sibi uendicantes instabunt, (hoc enim est quod mihi uidere uideor) idemq; cæteris omnibus præualere profitebuntur. sed ô Dij immortales, quænam sunt eæ uires, quas isti sibi uendicant? aut ad quod

A uitæ munus utiles? an ad agros colendos? sed ô q̃ bene & fodere, & metere, et quicquid aliud, quod ad agriculturam attinet, agere possunt. sed fortasse ad belli munera obeunda? rursus igitur Euripidem accerse, ut eos suis uersibus celebret.

An cum hoste pugnabunt, dum manibus
Discos habent? uere enim
Nullus. hæc fatua sunt, si ferro conferas.

Sed forte cõtra frigus æstumq; ualidi sunt, Herculis illius æmuli, ut una & per hyemem, & per æstatem pelle operti uitam traducant? ut sine calceatu incedant? ut sub dio dormiant? aut humi cubent? quin potius ad hæc omnia imbecilliores nũper natis infantibus cernuntur. Quid igitur reliquum est, in quo hi suas uires ostentent? aut quid B est, ex quo superbi incedant? certe non eo, q uel sutores, uel ędificatores, uel fabros materiarios in palæstra substernere, aut in stadio possunt: sed eo fortasse q, dum se in puluere uersant, dies absumitur. at eadẽ gloria & perdices & coturnices efferri licebit, quandoquidẽ & ipsæ totum diem cœno se proluentes consumunt. sed per Iouem Milo ille Crotoniata immolatum taurum humeris susceptum olim per stadium gestauit. ô incredibilem amentiã, quando ne id quidem intelligũt, q eiusdem uictimæ corpus paulo ante cum adhuc uiueret anima sua gestauit, idq; longe facilius quàm Milo, ut illa currere etiam sub onere posset, quanquam præ Milonis anima nullius erat dignitatis. sed & genus mortis, quam ille obijt, q̃ amens C esset, declarauit. Nam cum olim in iuuenẽ quendam ligna interiectis cuneis scindentẽ incidisset, eumq; irridẽs à munere suo abduxisset, ipse solis iniectis manib. ligni partes utrinq; apprehendẽs, ausus est eas in diuersa diuellere: sed in primo conatu totis exhaustis uiribus, ligni quidem partes utrinq; usque eò distraxit, ut dimissi cunei deciderent, operi uero perficiendo non suffecit, sed diutius renixus, tandem uictus est: nec tamẽ manibus eripiendis consuluit, quæ à ligni partibus in se recurrentibus sic attritę sunt, ut post Miloni miserã mortem inferrent? quàm magnũ igitur fructum cœpit ex mortuo gestato tauro, quominus in mali quicquam incurreret? q̃ bene res Græcorũ publicas dum cum Barbaro bella gererẽt, hic Milo- D nis in tauro labor, non Themistoclis seruauit sapientia? qui ut recte primũ oraculi sententiã assecutus est, sic talem deinde se imperatorem præstitit, qualem tanti imperij ratio postulabat: Sapiẽtis enim consiliũ unum multorũ manus superat. Inscitia uero cũ semper per se mala sit, iuncta armis peior est. Ex iis igitur, quę dicta sunt, iam satis patere arbitror, nullã uitæ partẽ reperiri, quæ ullam ab Athletica utilitatẽ capiat. Athletas uero nec ipsos ullam sibi è suis actis dignitatẽ parere inde opinor cognoscetis, si uobis eam narrẽ fabulã, quam non inelegans quidam Gręcis uersibus expressit. quos dicam sic ut res possit intelligi.

Si Iouis sententia cunctis animantibus
Communis esset uiuendi ratio

Sic

Sic, ut olympijs dicatus præco
Non solum homines ad certamen uocaret,
Sed & cæteris mandaret animalibus
Vt in stadium uenirent idem: nullus
Opinor, homo ferret coronam, sed in
Dolicho (quasi longo curriculo dicas)
Superior alijs gaudebit equus:
In stadio lepus sibi primas assumet:
In diaula (quasi in ambitum curriculo
Deflexo dixeris) uictoriam feret
Caprea, ita relinquetur exclusus
Homo ab omni pedum uictoria.
O celeres uos, qui exercetis Athleticam:
Sed nec post Herculem quisquam leone
Aut elephanto fortior uidebitur.
Taurum arbitror cæstu coronandum.
Asinus inquit, si calcibus contendat,
Ante alios ibit corona superbus.
Quare in historia, qua multa reconduntur,
Scribetur asinus pancratio uicisse
Homines, cum prima & uigesima
Olympiade uisus est rudisse uictor.

Eleganter admodum fabula hac declarantur uires corporis Athletici nihil ad humana munera pertinere: quibus si nil cæteris Athletæ præstant animalibus, quod aliud reliquū erit in genere bonorum, quod isti sibi uendicent? nam nec, si quis bonum corporis uoluptatem statuat, eius Athletis pars ulla tributa est, siue Athleticā exerceant, siue ab eadem cessarint: quandiu enim sese exercent, tandiu in laboribus & miserijs cernūtur, nec idcirco tantum quòd crebris fatigationibus rumpuntur, sed etiam quòd ui se cibis explent. cum uero exercitatione deposita se in quietem receperunt, tunc pluribus amissis membris trunco corpore conspiciūtur. Sed eò fortasse se laudib. extollunt, quòd in congerendis opibus cæteros omnes superāt: quin potius eos omnes uidere est alieno ære obstrictos, non modo dum suo utūtur studio, sed etiam dum ab eo dimissi quiescunt: ut eorum neminem reperiri liceat diuitis familiæ œconomo quamuis ignobili locupletiorem. Sed nec hoc ipsum omnino ab eo genere studij ditescere, quod non artem sed exercitium appellamus, dignum esse putandum est: uerum eam artem tenere, quæ nusquam artificem deserat, sed ei semper assistens, etiamsi in naufragium incidat, cum eo enatet. quia arte carere uidemus, & qui res locupletum procurant, & qui publicani nuncupantur, quiq; mercaturam exercent, quanquam hi maxime diuitias ab exercitijs parāt. at ijdem uero si forte pecuniam amiserint, exercitationes unà perdāt necesse est. quandoquidem hę forte aliqua egent, qua se sustineant, quæ quandiu abest, tandiu renouari amissum exercitium nequit. nec uero qui eos fœneret, reperiunt quenquam, nisi pignorib. aut hypothecis oppositis. Quocirca si quis uestrū stabilem certumq; quæstum sibi faciendum optat, eam artem tractandam suscipiat, quæ nisi artificis morte finiatur. Cum artium igitur duo prima genera sint, alię nobiles, quę in munere animi positę sunt, quas liberales uocāt; aliæ ignobiles, quæ labore corporis tractant, quas mœchanicas appellant: satius existimare debetis, si uos primo genere electo, aliquā ex liberalib. discatis: alię enim deserere artificem in senectute solēt. in primo genere sunt Medicina, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, Cōputādi sciētia, Astronomia, Grāmatica, Legumq; peritia: quib. adde, si placet, Plasticen, & Picturā: nā & si utraq; opificis manu tractatur, neutra tamē uirib. iuuenilis corporis eget. Itaq; ex hoc artiū genere aliqua uobis ò adolescētes eligenda exercēdaq; est (nisi forte cui ingeniū planè hebes sit) in primisq; Medēdi sciētia, quæ iudicio meo in eo genere præstantissima est, quod deinceps indicabimus.

CL. GALENI SI QVIS OPTIMVS MEDICVS EST, EVNDEM ESSE PHILOSOPHVM:

LVDOVICO BELLISARIO MEDICO MVTINENSI INTERPRETE.

Vt Athletæ quamplurimi sunt, qui uictoriam ferre ex olympijs optant, nullam tamen operam ut id consequantur impendūt: sic multis medicis euenire uidemus: qui cum Hippocratem laudent, & in arte medendi cæteris anteponant: ipsi tamen omne aliud potius agunt, quàm ut ei, quem prædicant, similes efficiātur. Ille enim non minimum esse, quod in medicinam astronomia conferat, admonet: & geometria scilicet, quæ astronomiam præcedat necesse est: medici uero, qui multi sunt, ab harum utriusque studio usq; eò ipsi abhorrent, ut alios etiam id conantes coarguant. Ille idem naturam corporis, quam totius medicinæ ordinis principium statuit, optime cognoscendam esse præcipit: at ijdem isti in ea re ita studium ponunt, ut non modo nullius ex partibus corporis substantiam, aut formationem, aut magnitudinem, aut nexum, aut quæ est cum propinquis communicatio, sed ne posituram quidem nouerint. Idemq; quòd per genera, speciesq; ignota sit morborum diuisio, idcirco medicis à curandi scopis errare cōtingat, animaduertit

Hippocrates, cum nos ad rationalem contemplationem (Græci logicam uocant) adhortatur: nostræ uero ætatis medici ita ab eius studio auersi sunt, ut eos etiam, qui in ea re operam consumãt, quasi inutilia tentantes reprehendant. Sic & ille idem Hippocrates ad præcognitionem morborum, & qui præteriere, & qui præsentes, & qui futuri ægro corpori sint, multam nobis parari oportere prouidẽtiam admonuit: at ijdem medici huic etiam artis parti usque adeo operam nauant, ut si quis cursum sanguinis è naribus, aut sudorẽ prædixerit, eum & magum, & admirabilia contraq; opinionem omnium loquẽtem exclament: ut ijdem isti multo etiã minus, si quid aliud prędictum sit, sustineant: multo minus formam rationis uictus ad morbi futurum consistendi uigorem constituant: quanquam eiusmodi rationem ciborum habendam censet Hippocrates. Quid igitur reliquum est, in quo uirum æmulantur? siquidẽ non in dicendi grauitate, cuius laudem ille assecutus est: hi uero ita sunt ab ea uirtute remoti, ut eorum multos uidere liceat bis uerbo in uno peccantes, quod ne intelligi quidem facile potest. Quibus de rebus quærendam causam putaui, ob quam isti, quanquam omnes uirum admirantur, à lectione tamen eiusdem scriptoris sese auertant: uel si quis eius scripta legit, non tamen ea intelligit, quæ ab authore dicuntur: uel etiam si intelligat, non tamen ad eam intelligentiam exercitationem adiungit, ut disciplinam confirmet, atque ad habitũ perducat, compertum habens, nos eam laudem, quæ in quocunque rerum genere summa est, uoluntate simul, & potentia consequi: ut quisquis earum altera careat, eum à fine, quem expectat, frustrari necesse sit. etenim ne ab Athletarum exemplo discedam, aut quia carent innata corporis habilitate, aut quia sine exercitatiõe id languescere sinũt: iccirco quod optant, id consequi non posse uidemus. at illis ijsdem Athletis si corporis habitus dignus uictoria sit, si exercitatio reprehensione careat, quid est, quod eos impedire possit, ne coronã è certamine ferant? num igitur utriusque rei inopes nostri temporis medici sunt, ut neque facultatem, neque uoluntatem satis dignam in artis studium conferant? an cum alteram habeant, altera carent? nũc igitur nasci neminem, qui artis capax tam humanæ sit, alienum à ratione mihi uidetur, cum mũdus idem sit, qui olim fuit, tempora eundem ordinem seruent, sol circuitus suos nulla ex parte mutatos percurrat, denique quæq; stella siue fixa siue errãs eandẽ omnino status rationẽ retineat. Verũ ratiõabile est, tũ propter malã uictus rationẽ, qua tẽporib. his utunt̃ homines, tũ propter diuitias uirtuti prępositas, uel qualis Phidias inter plastas, uel qualis inter pictores Apelles, uel qualis inter medicos Hipp. talem hac ætate effici neminem. quãquam nobis, quibus post antiquos illos nasci contigit, & ab ijsdem artes plurimum prouectas accipere, non paulo plus commodi ad artes ipsas datum est. Facillimũ ergo erat, nos ea,

A quæ ut inueniret diu elaborauit Hippocrates, breui tempore edoctos, quod uitę supererat, id in ijs, quæ arti deerant, inueniẽdis consumere. At quisquis plus diuitijs, quàm uirtuti tribuit, artemq; non de hominibus benemerendi, sed quęstus gratia petit, eum non licet artis finem expetere, quem si expetimus, ante ditescẽt alij, q̃ nos ad id quod habemus animo, perueniamus. non enim simul possumus & pecuniam congerere, & arti tam magnæ operam dare: sed qui alteram uehemẽtius appetat, alteram contemnat necesse est. Quid igitur? an nostris seculis quenquã memorare possumus, qui tantum habere cupiat, quantum satis sit ad usum uitæ necessarium? an reperiri liceat, qui non uerbis tantum effingere, sed etiam proprijs uitæ
B exemplis docere possit, diuitias, quę quidem sunt secundum naturam, non ultra quàm fames, sitis, frigus absit, progredi? sed si quis tamen eiusmodi est, is & Artaxerxis, & Perdicæ potestatem contemnet: nec unquam in conspectum alterius ibit: alteri uero sic ægrotanti, ut Hippocratis artẽ desideret, medebitur quidem, non tamẽ semper cum eo esse uolet: sed Cranonem, & Thasum, aliaq; oppida multa proficiscetur, ut pauperibus his locis ægrotantibus curationes adhibeat: Cois hominibus ciuibusq; suis Polybum aliosq; discipulos relinquet: ipse Græciam peragrans omnem perquiret. nam cum scribere aliquid de natura locorum oporteat, eam ut quemadmodum ratione didicit, sic experimentis comprobet, eum urbes intue-
C ri proprijs oculis necesse est: nunc eam, quę uersa ad meridiem est, nunc quæ ad septentrionem, nũc quæ ad solis ortum, nunc quæ ad occasum: cernere etiam quæ humili loco, quæ'ue excelso posita sit: eam contemplari, quæ aquis obnoxia, siue littoribus maris superfluant, siue de fontibus scaturiant, siue de cœlo decidant, siue ex stagnis, fluuijs'ue redundent, alluatur: uisere eam etiam, quæ ad magnum flumen, quę'ue ad stagnum, quæ ad mare, aut ad montes sita est: quęrere si qua gens aquis uehementer frigidis, si qua calidis utatur, & si qua nitrosis, aluminosis'ue, aut si quæ aliæ eius generis sunt: ad summã, ne agam de singulis, cętera omnia considerare oportet, quę nos & ipse Hippocrates edocuit. Quas ob causas si quis ta-
D lis futurus est, eum non modo aspernari diuitias, sed etiam summo labore, atq; industria uti necesse est. at non licet industrium esse quenquam, qui se aut uino obruat, aut cibis expleat, aut ueneri dedat: deniq; qui pudẽdis, uentriq; indulgeat. Ex quo efficitur, ut si quis uerus medicus est, idem sit, ut ueritatis, sic etiam moderationis amicus. Illudq; intelligitur, eundem esse methodi rationalis studiosum, ut morborũ quot genera sint, speciesq; cognoscat, utq; in singulis illis quo pacto sumẽda sit indicatio remediorũ intelligat. atq; hac eadem methodo ipsam corporis naturã docemur: & quę ex primis constat elementis, quę tota inter se temperata sunt: & quæ ex secundis composita est, quę & sensibilia sunt, & (ut eo nomine utar) similaria appellantur

appellantur: & quæ tandem ex partibus organicis A expletur. quinetiam & quæ utilitas ex omni harũ partium genere, & quæ actio animalibus est ex illa eadẽ methodo cognoscimus: quandoquidẽ & eas oportet non inexploratas negligere, sed demõstratiõe perceptas habere. Quid igitur? an aliquid iam restat, cur medicus non philosophus sit? is inquam medicus, qui arti operam Hippocrate dignam impendat. si enim ut corporis naturam cognoscat, & morborũ differentias, & præsidiorũ indicationes. eũ rationalem contemplationẽ exercere oportet. ut autẽ in harum rerum studio, industriam ponat, retineatq́ue, diuitias contemnere & temperantia uti necesse est: hic iam omnes philosophiæ partes habebit, & quæ ad disserendi rationem, quam logicam: & quæ ad rerum naturam, quam physicã: & B quæ ad mores, quam ethicam Græci dicũt, attinet. Nec uero timendũ est, ne, qui pecuniã cõtemnat, & modestiã seruet, is turpe quicquã, aut uitiosum cõmittat: quicquid enim homines iniuste audent, id aut auaritia impellente, aut uoluptate præstringente cõmittunt. sic & reliquas uirtutes eundẽ habere necesse est: quandoquidem omnes inter se cõnexæ sunt: nec potest qui unam habet, nõ cæteras omnes statim habere, tanquam ex uno fune reuinctas. Si igitur si ut & artẽ primũ intelligãt, & eandem deinde exerceãt, philosophia medicis necessaria est, haud in dubiũ relinquit, quin si quis medicus est, idem omnino sit & philosophus. nõ enim illud demonstrationẽ desiderare arbitror, ut si quis arte probe utatur, ei opus philosophia sit, cur non desint, quos tam cupidos sæpe uideamns, ut uenefici, non medici sint: artemq́ue in contrariũ scopo eiusdem abusum detorqueãt. Num igitur iam de nominibus certabis? nugisq́ue cõtendes? ut temperatum, continentẽ, diuitias infra se ducẽtem, iustũ debere esse medicũ dicas, non tamẽ philosophum? eundemq́ue corporũ naturas cognoscere, instrumẽtorum actiones, partiũ utilitates, morborum differentias, nõ tamen operam disciplinæ rationali dedisse? an rebus concessis, te contendere de solis nominibus pudebit? at serò quidem, satius tamen ut iam resipiscas: nec ut graculus, aut coruus de uocibus contẽdas: sed in inquirenda rerũ ueritate operam cõsumas. nõ enim habes, cur sutorẽ bonũ aut textorẽ sine disciplina, & exercitatione, quenquã effici posse neges: iustum uero aliquem, aut temperantem, aut demonstrationis peritum, aut rerum natura scientem repente apparere dicas: quanquã neq́ue doctoris eruditione, neq́ue sui ipsius exercitatione sit usus. Itaq́ue si hoc impudentiæ est, illud hominis non de rebus, sed de nominibus altercantis, certe nos primum studium debemus in philosophia consumere, si ueri Hippocratis æmuli esse uolumus. quod si fecerimus, nihil impediet quominus eo meliores efficiamur, nedũ similes: si cognitis iis, quæ ab illo bene dicta sunt, cætera, quæ arti desunt, ipsi inueniamus.

Logica. Physica. Ethica.

CL. GALENI DE SOPHISMATIS IN VERBO CONTINGENTIBVS.

HORATIO LIMANO INTERPRETE.

A ristoteles philosophus cum librum De sophisticis elenchis, quasi redargutionibus dixeris, cõscriberet, nobis sophismata quot modis in dictiõe cõtingant aperit: modosq́ue ipsos sex esse ad hunc modũ ponit. primum in æquiuocatione, in ambiguitate alterũ, tertium in accẽtu, quartum in compositiõe, quintum in diuisione, in dictionis figura sextum. Sophisma in æquiuocatione uocat, ubi ancipitem oratio sensum ratione nominis cõtinet, ut uenatus sum canem. plura enim hęc oratio significat uitio uocis eius canẽ: Sophisma uero in ambiguitate appellat, cũ oratio ipsa ex se tota duplicem sensum significat, ut, nunc liceret capere me, in qua oratione nihil anceps est ratione nominum, sed oratio ipsa ut oratio est, sensum in agendo & patiendo confundit. Vitiũ uero ex accentu dicit, cum culpa accentus qui nomẽ in diuersas significationes trahat, dubia oratio efficit. ut orus, hoc est mons, aut terminus stabat. ipsum enim duplex propter duplicẽ accẽtum est, in principio propositũ aut sublatũ. Sophisma uero in cõpositione & diuisione, cũ ipsæ significationis differentiam faciũt, ut, Quinquaginta uirûm centũ ipse reliquit Achilles. differentia enim est, uerbo uirûm aut cõposito cũ quinquaginta, aut à quinqua D ginta diuiso. Secũdum uero dictionis figurã, cum aliud dictio uere significat, aliud uero propter speciem et figuram significare uidetur. ut uerbum audio: nam passionis est, cũ actionis esse uideat, propter prolationem, id est figurã similem iis, quæ uerborũ actionis sunt, ut curro, intelligo. trahet enim ad utrãq́ue partem sophisticus homo: ad passionem, quoniam ita est: ad actionem, quia ita uidetur. His uero sex enumeratis modis, deinceps ostẽdit nullum esse ab eo prætermissum. neque posse quod in uerbo sophisma, extra modos propositos cadere. Verba uero quibus id ostendit, hæc sunt: Huius rei fides est, & ea, quæ per inductionem fit, » & syllogismus, si alius aliquis sumatur, & quòd tot » modis, nominibus iisdem, & orationibus non » »

eandem

ὄρος mons. ὅρος terminus.

eandem rem significamus. si enim singula in uerbo sophismata percurras, sumasq;, nec ullum horũ appareat extra prædictos modos cadere, perspicuũ iam ita est, nullum prætermissum esse modũ. quod uero sequitur omnino obscurum est, quid uelit: cũ dicit, & syllogismus, si alius aliquis sumatur, & quod tot modis, nominibus ijsdem, & orationibus non eandem rem significamus. siquidem nec quonam modo alium aliquẽ sumamus syllogismum, dictum est. id uero, & quòd tot modis, nominibus ijsdem, & orationibus non eandem rem significamus, syllogismi conclusioni magis simile est, quàm syllogismo. consueta uero est hæc huic philosopho dicẽdi breuitas, et ueluti per signa exprimere multa: quia ad hos, qui iam audiuerant, scriberẽtur. Qui igitur eũ exposuerunt, alij hæc in diligentiam ferre, quod decebat, ne tentarũt quidem: alij non cõsecuti sunt. nos uero tentemus nõ Aristotelis causa, neque ut orationi eius opem feramus, sed causa nostra. Philosophi enim est, non solum sumptis propositionib. ratiocinari, ut multorum mos est: sed etiam conclusione posita propositiones ipsas construere. Quoniam uero monstrare propositum est, tot modis in uerbo sophismata fieri, quæ penes ipsum duplex sunt, quot modis Aristoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonstranda esse: alterum omnia in uerbo sophismata penes ipsum duplex esse, alterũ tot esse numero penes ipsum duplex, perspicuumq; illud omnibus est, omnia in uerbo sophismata, ex uitio huius cõtingere necesse esse. hoc enim tanquã principium sequentes sophistæ capiunt imperitiores in ea re homines, neq; uitii conscios. Si uero recte uolumus quot in uerbo sophismata contingũt, accipere, quot uitia sunt sumendum est: quod cognoueris, si uirtutem sumas unicam esse, aut plures. error enim à uirtute esse uitiũ uidetur. quare recte cognita, statim hoc quoq; cognoscitur. quoniã uero, ut alibi demonstratum est, ipsum bonum uirtusq; in eo est, ad quod nata aut facta res est, ut hominis in uiuendo, gladii in scindendo: idcirco ad quod nata aut facta est dictio, sumendum est: manifestum uero est, ad unum hoc, ut significet. patet igitur in hoc & bonum & uitium esse. patet quoq; solam è uirtutibus hanc in dictione esse per se: reliquas uero per accidens, extrinsecusq; esse, nec rei ipsius, ut congruitas & apta literatio. hę enim & si quibusdã se bona ostẽdant, non tamen se secundũ rem habent, sed perinde ac si ensis manubrio eburneo sit, aut fucatus oculus: hęc etenim his extrinseca sunt, quę uero sunt per se, ea in scindẽdo, & in cernendo sunt. Si igitur uniuscuiusq; rei uirtus in eo est, ad quod nata res, aut facta est: hinc uirtutum numeri inuentio patet, quot ipsæ sint. si enim ad multa res genita sit, plures illæ sunt: si ad unum, una uirtus est. apparet sanè dictio ad unũ nata, hoc est ad significãdum. Si igitur bonum ipsum in hoc positum est: hoc ipsum non significare, aut nõ recte significare, uitium erit. nam considerandum uidetur, an quæ nõ significat, ea dictio statuenda sit: non enim tibicen is est, qui tibia non aptus est ullo



Syllogismus ita formari pot.

Oia in verbo sophismata penes ipsum duplex esse.

Sola significatio per se inest dictioni.

A modo canere, nec malus igitur tibicen est. sic nec dictio est, quæ non est ad significandum apta: quare nec uitium dictionis erit nõ significatio. hoc uero protinus signũ est, solam eam, quę nunc à nobis dicta est, uirtutẽ esse dictiõis per se. in quo enim unaquęq; res esse habet, in hoc ipsa uirtus est. Dictio habet in significando esse, eoq; corrupto, neq; dictio est. igitur in hoc ipso uirtus est. quare hæc unà cum significatione deperditur: reliquæ uero, propterea quòd non secundum rem ipsam sunt, non impediuntur circa hanc esse, quæ non significat, ut congruitas, & apta literatio. Has ob res quæ linguæ barbaræ sunt, earum alteram meliorem altera dicimus, ut persicam æthiopica, quanquam nihil nobis significãtem. causa uero est, quia potius uox est quàm dictio. sed & si uitium uideatur non significatio, cum propter similitudinem nominis decipiamur, patet non propter hoc uitium sophisma contingere. Quis enim est, qui cõsentiat, aut quis est, qui proponat dictionem significatione priuatam, & ignotam? Restat igitur ut propterea cõtingat sophisma, quia nõ recta significatio sit: hæc uero talis est, quia duplex. in hoc enim solo dictio habet quidem, quod significet, uerum non recte. Canis enim nomen aliquid significat, non tamen hoc aliquid, neq; diffinitum quidquam, quod erat recte significare. Illud uero recte à Platone dicitur, quęcunq; proprio uitio corrupta sunt, horum omnium dictionem corrumpi: ducit enim in ignorationem quodammodo, sed non simpliciter, ut ea faciunt, quæ nihil significãt: ignoratio uero prius dicta est perfecta esse dictionis corruptio. quapropter solum uitiũ est ipsum duplex. nisi quis ea quoque uitia putet, defectum, longitudinem, superfluitatem dicendi. Latere autem hunc arbitror deceptum, & ignarum, nullum horum esse simpliciter dictionis malum, nisi ignorationem, aut duplicitatem efficiat. si uero solum hoc dictionis uitium est, & recte supra dictum est, omnia quæ in uerbo sophismata sunt, ex eius uitio fieri: propter ipsum duplex erunt omnia, quæ in uerbo sophismata contingunt. Post uero demonstrandum est, propter quid tot modis ipsum duplex accidat, quod Aristoteles scribit: id uero si uere inueniri debet, sumendum prius est, ex orationib. orationẽ esse. etenim

D & ipsæ propositiones oratiões sunt: harum alicui, aut aliquibus quęrimus ipsum duplex. Oratio sanè erit, quod in præsenti dicere sat est, nominum cõpositio (uoco uero nomina, & si uerba sint, significentq; utcunq; aliquid, propterea quòd sic notius uocabulum est) necesse est ipsum duplex aut in aliquo horum nominum esse, aut in oratione ipsa: nõ enim habemus quomodo tertium aliquid constituatur: neque si utraque in re nomine orationeq; duplicitas ipsa coniungatur, idq; aut actu, aut potentia, aut apparentia: præter hæc enim nihil est quod esse aut dici quispiam inueniat, ut alibi demonstratum est. Omnia uero hæc comprehendentes modi prædicti habent. Ipsum enim actu duplex modus habet, & qui secundum æquiuocationem

est, & qui secundum ambiguitatem: sed in nomine duplicitatem is habet, qui secundum æquiuocationem est: in oratione, qui secundum ambiguitatem. actu uero esse dicuntur, quoniã re uera res duas significant, Potentia uero cum accentu duplices fiunt, compositioneq; & diuisione. hi enim non plura significant, sed prorsus unum. propterea uero quòd ad utrunq; uerti licet, duplices dicuntur. quare hos potentia dicimus. tale enim est hoc ipsum potentia esse. id ipsum uero rursus (ut supra quoque diuisum est) uel in nominibus, uel in oratione est: in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad utramq; partem nomen accentus, ut in oratione hac, oros, hoc est mōs uel terminus stabat, accentus aspiratus facit, in principio cum aut ponitur, aut abest. in oratione uero compositio & diuisio duplicitatẽ facit: in cōpositis quoq; nominibus eandẽ facere potest, quia orationi similia sunt. ut in nomine Neapolis & calocagathos, id est probus, mutaret ea quis dissoluẽs: non in nomen (hoc enim solus accentus facit) sed in orationem: sicut rursus & ipsam orationem in nomen componeret: ut in proposito nomine est. uidebitur autem nihilo minus absurdum fortassis id, quòd propter accentum compositionemq; & diuisionem sophismata contingere dicamus: siquidem hæc propter ipsum duplex (ut supra dictum est) contingunt. accentus uero & quę eius generis sunt, ipsum duplex ijs quæ duplicia sunt, eripiũt: etenim ut hęc alterum significent, efficiunt. sed tamen nihilo minus uere dicuntur propter hæc sophismata contingere. quia enim oratio per eadem hæc ipsum duplex accipit: alterum in principio sophistæ sumunt: alterum concludunt, orationem per ea ipsa mutantes: (prorsus enim non aliter sophisma cōtingeret): ratiocinantes uero tanquam idem accipientes. quale est, unum quid rationale nomen est: proprium hominis est ipsum rationale: igitur unum proprium hominis est. præterea si oros, hoc est terminus, hic stabat is, qui agros separat: oros autem, hoc est mons, hic nō stabat. sed neminem lateret id, q; sic adulterinum est. uerum ubiq; etiam ad minimum ut apta oratio sit, sophistæ student. nam & in ijs quæ actu duplicia sunt, hi illud idem faciunt, ut aliud sumentes, aliud concludentes ratiocinentur. sed ibi obscurius, quoniã quicquid significet sermo, ipsi sibi consentiat: hic uero manifeste. quare ijsdem nominibus & orationibus Aristoteles dixit, etenim ij sophistę sunt, qui speciem uiolant. cũ iam habeamus id ipsum quod actu dicitur, itemque quod potentia: quod reliquum est, ad apparentiam attinet, quæ secundum figurã dictionis est, ut est supra dictum. ostenditur enim ipsum nomen, similiterq; oratio, non aliud duplex adeo habere, nec in singulis quę prædicta sunt, adeo quis exempla ex Eudemo, ex alijs ue caperet. cum igitur iam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipsum fieri possit: habemus omnia in dictione contingentia sophismata. hæc enim penes ipsum duplex sunt. sequitur uero id, quòd tot modis nominibus ipsis & orationibus, non eandem rem significamus: nam aut actu, aut potentia, aut apparentia id facimus. manifestum uero est & syllogismi modum, modo habita diuisio sit, fieri posse: utrũuis quis eligat: aut è directo, aut ad impossibile ducẽtem. si enim possibile est alium haberi modum: is erit neq; in nomine, neq; in oratione, neque actu, neque potentia, neq; apparentia. præter hæc autem nihil sermo ostendit. secundum igitur ipsum diffinitum sit in hunc modum. q; uero non ex eius diuisione inuenimus (non enim ad Aristotelis gratiam nunc scribimus, sed omnia hæc methodo scripta sunt) perspicuum est. nam aut in nomine aut in oratione ipsum duplex esse oportere aperte ipse dixit, cũ scribit, quòd ipsis nominibus & orationibus. ipsum uero actu esse, aut potentia, aut apparentia notum ex ipso ordine est. scripta igitur separatim sunt in singulis generibus quæ eiusdem sunt generis, primaq;, quæ ad actum attinẽt: secunda, quę ad potentiam. tertio loco, quæ ad apparentiam, ut decuit. aut cur hæc non fuere confusa? sed fortasse ridiculum est his fidem aliam afferre conari quàm eam, quæ à re deducitur. etenim si sic se habent, ut ars, qualis Medicina est, artisq; sunt: diuisionem ullam fortuitò aut casu factam non reciperent. sed de his satis hæc in præsenti sint. Dictum quoq; à Stoicis aliquid est de partitionis dignitate, nosse si quis modus extra propositos cadat, tentantibus. erit enim inductio fides hæc. Et aliam æquum est nullam probatorum uirorũ opinionem obiter ponere. ambiguitatis igitur definitio quanquam cum multis nostris pugnare uidetur, in præsentia tamen præteriemus: de his enim cōsiderare alterius negocij est. quæ uero ambiguitates dicuntur, harum differentiæ sumendæ sunt. Sunt quidem apud grauiores uiros numero octo. Vna est, quam communem ei, quod dictum est, cum diuisibili nominant. qualis est, quæ aulitris, id est tibicina, nominis est: atque eius, quod dictum est. Altera, quæ in simplicibus est, ut uirilis: aut enim tunica, aut homo. Tertia uero ad ipsam in compositis æquiuocationem attinet, ut homo est. ambiguus enim sermo est, utrum substãtiam, an casum esse significat. Quarta ex defectu est, ut tui est. deest enim quod ad mediũ locum attinet, ut domini, aut patris. Quinta ex superabundantia, quale est ei ut non nauigaret, denegauit. adiecta enim ea negatio non ambiguam orationem facit, utrum nauigare negauit, an non nauigare. Sextam esse dicunt eam, quæ haud notum facit quæ cum qua significatione carens pars ordinata sit. ut illud est, & nunc & non appulit, pars enim ea non disiunctiua esse potest. Septima est, quæ ignotum reliquit quæ cum qua significatiua pars constructa sit, quale est: Quinquaginta uirum centum ipse reliquit Achilles. Octaua est, quæ non declarat quid ad quid referatur: quale est, Dio Theo est. incertum enim est, utrum ad utriusque existẽtiam uerbum est referatur, an ad id

id, ut Dio sit Theo: aut contra. Hi sunt à grauioribus uiris numerati modi. quicunq; uero non obiter quæ supra dicta sunt audiuit, manifestum est ei, eos omnes in hos cadere modos, qui à nobis numerati sunt: carereq; methodo & arte perspicuũ est. neque enim ex ijs quæ dicta sunt, demonstrationem quis caperet: ut nullus alius modus ambiguus constitui possit. in connexisq; æquiuocationem contingere dicere hominis est nomen non audientis. non ineptum uero est generalibus differentijs speciales enumerare, ut ea quæ ad diuisionem attinet, per partem significatione carentẽ, & per significantem diuidatur. sic enim quis speciales differentias plures acciperet. quin etiam ad hunc modum quis differẽtias speciales dictas plures faceret: quia illæ secundum id, quod à fortuna: hæc uero secundum analogiam, aut similitudinem, aut alium aliquem modum constituantur. quin & æquiuocationis eius, quam ipsi in oratione dicunt, plures modi casibus similibus ap- A positis fiunt: quale illud est, futurum est Socratem uincere. cæteri uero modi minores sunt. Id uero dubitatione dignum est, quo modo quę ad apparentiam attinent, duplicia sunt: magis que quo modo quæ ad accentum. qui enim secũdum compositionem duplex ponunt, quo modo non secundum accentum? ut illa per continuationem totius & per silentium ad ipsum duplex trahi potest, sic ipsum nomen per accentum. quemadmodum orationis extrinsecũ inane tempus cum sit, nec eius pars: eam tamen facere duplicem potest, sic accentus quoq;: itemq; Sophistæ ut eo, sic hoc ad contentiones utuntur. & quis secum cogitans quemadmodum secundum compositionem & diuisionem contendunt: sic secundum etiam à accentum idem fieri posse cognoscet. Manifestum uero B in scriptis orationibus est, cum nõ adiecta sunt diuidentia puncta. ut enim his egent ad diuisionem, sic accentu quoq; non semper propter hunc duplex oratio fieret.

CL. GALENO ASCRIPTVS LIBER QVOD QVALITATES INCORPOREÆ SINT.

Qualitates corpora esse putarunt Stoici, cap. 4. lib. 2. fen. nat.

HORATIO LIMANO INTERPRETE.

C VM nihil è rebus meis ignotum tibi uelim, ne si id quidem minimum esse uideatur (hoc ipsum enim abscondere aliquid amico, non minimum est) exponere tibi uolo disputationem mihi cũ quodam ea, qua licuit, diligentia habitam. sermo enim, qui ex improuiso habetur, diligentia caret: præsertim si, cum quibus is habetur, ij ambitiosi contẽtiosiq; sint. Erat uero de qualitatibus sermo, deque accidentibus omnibus, quæ Stoicorũ iuniores esse corpora dicunt. Aduersus quos dicere hæc oportet: an non cum quispiam corpus dicit, statim intelligere nos euenit, D triplici contentam spatio substãtiam renitentem? si solum hoc dicat, triplici contentam spatio: non erit, ut corpus magis intelligamus id quod dicitur, quàm uacuum & locum. oportet uero diffinitiones ipsas & descriptiones logicasq; declarationes quorũdam esse & earum solum rerum declaratiuas, quas declarare uolumus, nõ cum alijs rebus communes: quandoquidem de communibus rationem reddimus. patet uero hoc esse commune, quod triplici spatio contentum dico, corporis, uacuiq; & loci. id Stoicos fateri necesse est: utpote qui uacuum ipsum in tractatu rerum naturę reliquerunt: quamuis id in mundo esse negent. cæteros uero philosophos intelligere id omnino necesse est. quomodo enim uacui naturam negarent, nisi ipsum uniuersum unum intelligerent? si uero intelligunt, non aliud quicquam intelligere C dicent (si uerum fateri uolunt omnes) corpus. quemadmodum non sine tempore patet, neq; id sine loco, & hoc ipso quoq; triplici contento spatio, ut in seipsum rem triplici contentam spatio suscipiat. eius rei testis est sensibilium unũquodque corporum. quod enim uerbi gratia cubitali longitudine corpus est, palmumq; latitudine æquat, altitudine uero digitos quatuor: loco eget qui ipsum capiat, sibi proportione respondente. hoc nobis statutum sit, & de ratione corporis omnis speculandum. cum talis uero de corpore intelligentia sit, & secundum hanc oratio diffinitiua, patet quemq; esse fateri paratum, nisi litigiosus sit, non eandem rationem accipere, neq; intelligentiã, nec horum singula, id est spaciorum trium æqualem naturam habere, neque eandem definitionem accipere, neque totum corpus dicere licet ipsam corporis longitudinem nisi per cõnexionem, sed corporis accidens. similis uero in latitudine, altitudineq;, & grauitate, & figura, ratio est, & in reliquis, ut summatim dicam, qualitatibus accidentibusq;. Sed secundum aliquos non sine corpore hæc esse neque intelligi. quòd si considerauerimus horam unam omnia facere, prolongare, & nihil aliud esse dicere, quàm unũ solum corpus. innumeræ enim sunt substantiarum naturę secundum proprietatem, & qualitatum, accidẽtiumq;, quæ inter se differunt, uariaq; sunt, & contraria. in his igitur nullum alteri idem dicamus, ubi nobis sermo

sermo de differentia habetur, itemq; accidens corporis figuram dicemus, patet nos corpus corpori accidere dicturos, quod absurdum est. quod enim eorũ substantiam magis, quod ue accidens dicemus? si unicum habemus intellectum corporis, ut corporis. qui figuram corpus dicit, aut uacuũ intellectu, nomen de accidente profert. aut æquiuoce cum corpore nominat. utrunq; uero absurdum est. etenim significat aliquid. quamobrem nomen est, & intellectum aliquem indicat à corpore diuersum, & si non est à figura separabile corpus. similis in reliquis accidentibus ratio est, coloribus, saporibusq;, & quæ ad olfactum attinent, & quæ ad auditum, hæ uoces sunt, uerba, sibili, stridores, poppysmi, gemitus, crepitus, rhocasmi, bombi, soni, strepitus. si uero quispiam dicat, ipsa hæc & quæ talia sunt, omnia esse quodãmodo percussum aerem, huic illud Menandri obijcere fas est. Hæc ó nequã perdidit id, ꝙ non sine corpore tale aliquid intelligitur. quod ego quoq; cõfiteor, nego tamen rem habentem unam & eandem habitæ rei existimandum esse. neq; enim Cleanthes tuberculum erat, cum hoc ei contigisset in morbo. neq; Chrysippus itemq; Epicurus urinæ substillum, postq; contigit his ex hoc morbo uitam lędere. neque igitur aeris percussio, aer est: sed & natura differt, & intellectu, & diffinitione quid sit horum utrunq; declarante. Quòd uero diuersæ sint inter se, & à corpore figuræ, petam in præsenti testes ad hunc sermonem. Aliam geometræ circulo cæterisq; figuris definitionem reddunt, aliã corpori, quarum rerum diuersæ rationes sunt, significationesq;, longeq; magis animi conceptus. hæc omnia quomodo unum esse quis sapienter dicet? uel si quæ corpori accidunt, corpora dicemus, quorum alicui accidere dicemus, utrum hæc ex ijs sunt, quæ ab omnibus corpora nominari solent, cum omnibus his cõmunicatione, aut singillatim cum singulis corporibus. utrunq; enim absurdum est, siue hæc corpoream substantiam habeant, siue dicatur corpori accidere. si igitur corpora accidentia sunt, omnia entia corpora nominaremus: nõ autem alia accidentia, alia corpora. si uero non corpora, sed aliqua alia, non igitur ipsum accidens corpus est. uel si cum omnia hæc corpora sint, his ipsis quod uere ab omnibus corpus uocari consueuit, accideret. id uero similiter dixeris, & audiueris, si indiuisibile manere omnibus his accidere dicatur, non in æquales numeros diuisis. hoc enim nec aliquid temporis sine dubitatione mãsit, ne minimũ quidem. contra quidam existentibus rebus accidere dicunt. ꝙ si quis hoc ut absurdum fugiens, æquali numero dicat uocatis accidentibus (quæ & ipsa corpora uocat) substantiam accidere, nescit se rerum naturam conceptumq; immutare, si corpora accidentia dicat, corpusq; accidentibus accidere, accidensq; corporibus corpus faciat. quare & iure dubitare quempiam dico, & dicere oportere, siue æquali numero accidentibus diuisum sit id, quod dici corpus solet, singulis horum proprium

A quoddam accidit, alia corporis pars, alij accidentis parti accidet. aut si accidentia corpora sunt: omne uero corpus in infinitum diuiditur, singula horum infinitorum corporum omnibus alijs accidentibus, cum hæc quoq; corporata sint, accidet. Considera quàm multa absurda eueniunt, corpus corpori accidet, idemq; cum unum putetur, infinitis: simulq; & totum & non totum. totũ quidem, si uniuersa figura, rotunditasq; mali quãta est, omnibus alijs, quæ malo accidunt, accidat. non totum uero, si ex infinitis membris singula non eadem ei sunt, ex quo dissecta sunt. uel si corpus mali corpus est, & figura, colorq;, & odor, & gustatum spectãs sapor, & unumquodq; horum in infinitum scinditur per se, an nõ ex infinitis malis cõ- B positum erit? quorum unumquodq; & rotũdum erit non aliter quàm totum malum. siquidem eiusdem particeps est figuræ, luteumq;, dulceq; uerbi causa aut austerum, taleq; ad olfactum est, & rursus singulæ infinitæ partes malum erunt, si omnia hæc habẽt. ex infinitis igitur corporibus magisq; malis compositum erit quod oculis malum elucet. quæ res multis modis ridicula est. uerum sanè & partium unaquæq; rotunditatem non habens, non erit amplius malum, sed pars mali, cum figura enim rotũda erat malum. si uero unum malum solum est: ex unica corporea substantia, multis uero diuersis accidentibus constabit. an non manifestum est, nullum corpus esse? utrum horum singulum proprium locum obtinet: an omnia eun- C dem? si proprium, patet neq; proprietatem qualitatemq; inter se habere mutuo communicatã, neque malum esse in rotundum formatum, neq; pallore coloratum, neque ad gustum se certo modo, aut ad olfactum habere. si uero simul omnia sunt, & unum locum occupant, proprietatum confusio est, ut in compositis mistisq; è pluribus & diuersis generibus medicamẽtis, in quibus proprietas qualitasq; uniuscuiusq; mistæ materię syncera non seruatur, sed unum quoddam undiq; fit. non igitur syncera est singulorum cognitio generum, huius rotundæ mali figuræ, coloris huius, & singulorum accidentium cæterorum: itemq; magis nisi appositæ inter se tangant hæ partes, sed per totas totæ mistæ sint, propria uniuscuiusque quali- D tas perit. sed neque mistionem licet hanc propriè dicere. quomodo enim per se proprietates aliquę unitæ non sint, atque detentæ? hæc mista dicenda sunt. Ipsum uero infinitum intenditur orationis, si & longitudo corporis corpus est, si latitudo, & profunditas. simul enim infinitæ inquam erunt corporum infinitudines in breui loco ad sensum circumscripto. itemq; multorum horum magisq; infinitorum corporum multitudo. an igitur sempiternam, quomodoq; substantiã primam qualitate carentem amplius dicet? ex qua & mundum ipsum, & unamquanq; speciem particularem factam esse dicunt. aut è tempore quodam facta sunt: & omnia in idem conuenerunt, ut ex cooperatione syncrimata, hoc est res compositæ

fiant. uerum hoc quoque maxime absurdum esse dicimus. idemq; multis modis. primum, quòd nõ unius esse materiæ corpora uidentur. multæ autem infinitæq; differentiæ communis substantiæ sunt, alia quidem figurarum specie infinitarũ: alia uero coloris, huiusq; numeri secundum speciem: alia saporis gustatum spectantis, cuius rursus interminata differentia est. alia uero eius est, qui ad olfactum attinet, cum hic quoq; uarietatem plurimam habeat. infinitæ igitur erunt in ipsis infinitudines & differentiæ qualitatum corporatarũ. una autem erat, quæ facta est, quam super incertas scilicet partiri oportet. quanquam opem hanc quandam habeant, ut corporeæ fiant. anteuertunt sanè corpus substantiæq; quædam esse factæ. singulaq; corporum horum infinitorum in infinitum si secentur: quomodo infinitudines infinitæ concurrent, & quando? ipsum enim infinitum pertransiri nõ potest, & lumen corpus est & albedo, colorq;. omne uero corpus quotum est & quantum, & coaugescentem naturam in se habere uidemus, incalescensq; à sole aqua cumulatior maiorq; fit, ut maiori loco egeat. quomodo uero in angustum locũ nec milij uerbi gratia corpus excedentem figuratio reliquorum que accidentium singula conueniunt? simulq; spirare & ab æterno, neque mutari deberent in uniuersum neque corrumpi. ipsum enim æternum immutabile est, quales sunt Deorum naturæ. si uero hoc uerum est, quomodo aliquam transformabimus uerbigratia ceram? quidq; fiet, si cum in quadrangulo sit, rotundam eam efficiamus? an substãtiæ figura quadrangularis erat? si enim substãtiæ ceræ ante erat, nunc rotunditas est, unde hæc uenit? & qua causa inducta tum est? si per corpus, absurdum id est. corpus enim per corpus ire, cogitationem fugit. si quis renitentiam instituat, id propriũ corporis est, ut de hoc præcedens sermo docet. si per uacuum, absurdum nihilominus est. quoniam nihil esse in mundo Stoici uacuum dicunt, corpusq; rotunditatem esse, reliquaq; accidentia, & figuram. quę & ipsa rursus ex altera corporata figura fore ut sit patet, & illa ex altera, & hoc in infinitum. & si ex rotundis, quæ in infinitum secantur, figuris aggregatum hoc uisui nostro rotundum factum constat, fabulam considera, quantaq; figmentum hoc infinita sequuntur. si non ex rotundis, quomodo ex his aliquid rotundum fit? ridiculum quoque est, si dicas in figuras rotundas figuram rotũdam diuidi: eo contra id teste adhibito, quòd quadrangulum in quadrangula non diuiditur. quid uero in transfiguratione ceræ dicent? utrum inter se cedunt una cum intellectu diuersorum corporum figurationes? & quomodo non ridiculum, tanquam animatas & rationales substantias exire cedereq; inter se ceu è constituto: magisq; infinitum etiam fit quod dicitur, si porrigimus una cum cogitatione digitos & contrahimus. si enim non accidens est pugnus neque porrectio, sed incorporea, infinitas simul figuratas figurationes abscedere accedereq; dicere oportet. quòd si duas solas esse dicas, nec numero æquales secundum porrectiones & contractiones, adhuc uarie infinitum est, quod dicitur, adhucq; magis infinitum, nisi contractionis porrectionisq; figurationes accedant, sed altera in manu, altera defluit. Oportebat enim momento temporis ordinem dissolui, inter se latenter ab hoc cedentibus corporibus. ad hoc uero dicent, si quidem communitatis causa sunt effectitia corpora, quonam pacto acetum fiat? quomodo uero incoctionem parat? quomodo abit? unde ueniunt effectitia qualitatis aceti corpora? si uero una res cum uino erat, quomodo tunc uinum erat, & non acetum? signum quædam ex utroque tertia qualitas est: quæ neque uinum neque acetum est, siue per mistionem temperatura est, siue per appositionem. ad ea, quę absurda dixi, nihilominus etiam dicere oportet substantiam esse è multis uarijsq; & differentibus atque contrarijs infinitisq;, aut solis non infinitis numero collationibus compositam, itemq; in infinitas rursus collationes diuisam, unam hanc quandam quæ cernitur, uerbi gratia, mali naturam: quam Stoici primã materiã primamq; substantiã uocãt, è qua aiunt & mundũ, & eorũ quę ipso continentur unũquodq; factum, semper uti qualitates corpus erant, quomodo non erat hæc quoque qualitas? siquidem qualitatem habebat, si alias qualitates non habebat scilicet, omnino inesset pondus, quæ corporis esse dicunt. quomodo simplicem etiam primam substantiam dicunt, nõ autem compositam? Si uero terminatam esse dicunt, terminisq; utentem, patet huic figuram esse. absurdum enim est proprijs circumscriptum terminis corpus nõ secundum figuram omnino esse. & si non mente conciperetur hoc ipsum secundum suppositionem. quare si nouerunt hic omnia, hæc uero sunt (ut dicũt hi) corpora, neque qualitate expers scilicet, neque simplex erat. multorum uero & diuersorum corporum conuentus erat atque collectio. sic uero nihil non mistum erat secundum ipsos. sin autem nihil horum habebat, primum quidem animo incomprehensibile, & præter nomen nihil est. si enim tale esse non oportet, nihil est. si quale, non autem dimensiones tres habere & figuras, omnino huic accidens proprium cogitationemq; fugiens, neque graue hoc esse, neque leue. non minus absurdum si quispiam dicat hoc habere simul utrunque, & secundum eadem, non ad diuersa comparatum. neque illa substantiã habente eorum. quę ab ipsa (ut inquiunt) facta sunt, cum singula quatuor qualitatem prima habeant, rationabilius enim est, si qualitate expers erat, quę ex ea fiunt fingũturq;, illam habere. si uero nec illa hanc haberent, neq; unum secundum suppositionem sunt, ætherius uero ignis ille esset, à quo & elementa & mundum facta esse dicunt, quomodo hæc sese habent genita effectaq; & ficta, non magis auri qualitatem figulus ijs, quæ è luto fingit, circumponet. medicus igitur author unus de multis

tis medicamentis æquam qualitatem omnib. habentibus diuersum qualitate medicamentū permistionem efficit. Iouem autem negāt miscere primæ substantiæ figurationem, lōgitudinem'ue, aut aliud aliquod accidens. si uero miscet, cum entia quoque ipsa sint, hęc propria esse patet. quomodo etiam dicūt solam primam materiā æternam esse qualitate expertem, nō uero reliquas qualitates, omniaq; accidētia? neq; enim effectorē esse ueluti manualem artificē Iouem dicunt, sed totum per materiam totam illabentem rerum omniū creatorem factum. diuiniq; ignis quātitatem & singula quę quātitati accidūt, longitudinē latitudinemq; & profunditatē, itemq; eius rationabilitatē, & beatitudinem, si substātias esse dicēt, & corporeas eas fatebuntur, è corporibus Iouem cōstare patet, nec simplex esse sed compositū. si uero sine substantia naturas ipsas in accidētibus dicent, superat quod à nobis dicitur, non corporatam substantiam accidentibus esse, neq; qualitatibus. si uero transformans se ipse Iuppiter æquali cum ijs numero quę dixi accidentibus, mutationes infinitarum qualitatum habet, peior fabulis agitato Proteo est. hic enim in paucas naturas transponebat transformabatq;, easq; non indecoras.

Barbati in primis formam capit ille leonis.
Postq; draco pardusq; fuit, sus deinde fit ingens.
Humida factus aqua est, atq; arbor frondib. alta.

Ille autem quin turpe fiat nō est. per uirum quidem imprudentem, imprudens scilicet est. per sententiā autem de turpi, turpia efficiens. per animalia irrationabilia, in ferinam naturā uersus. per lapides & ligna, expers animę factus. per fœda tractantē, abominabilis natura, itemq; inutilis. si ipse uero utpote materiā transformare figurareq; & facere quærit, quomodo potest hęc ipsa facere non magis quàm fictor statuam auream è plumbo facere potest? illaq; amare contentiosis uiris nō absurdum est. etenim si motus accedūt corporibus, rursusq; recedunt, corpora esse dicunt. Iam ut dicamus hora est, moueri nos pręcedentibus corporibus, rursusq; ab ipsis quiescere. deinde affectus accedunt, rursusq; recedunt. dicuntq; hæc corpora esse. quomodo non ridiculum est, pruritum dicere corpus, nec solum quod scabit, sed etiā quod scabitur? sed quoniam sine corpore & agente & patiēte nullus affectus fit, eo capti sunt, ut & affectus ipsos corpora uocent. uerum si per modum nominandi per relationem sic nominarent, neque ego in illos inueherer. noui enim sic quoque uitem dici albam per relationem ad albos ab ipsa factos racemos, & mala tempora propter calamitates quę in his accidunt. & noctem auxilij expertem, in qua auxilium non assequimur. si uero primum principaliterq; uocent, errant. rem enim figuratam corpus dicimus, affectamq;, & motam, non autem figuram affectumq;, & motum. neque pugnum esse corpus, sed manus quodammodo figuratas. itemq; facient aduersus eos, qui dicunt neque fieri corpora, sed sola incorporea. quid ad

A Aristotelem? qui & ipse generalem rerum diuisionem faciens, alias esse substantias dicit, alias accidentia. quid ipsi quoq; sibi uolentes dicūt substantias & accidentia? si & hęc corpora dicunt, quæ neq; ut partes corporis corpora nominantur, ueluti manus digitusq;, neq; ueluti in trutina mina. si quidē figuram hominis corpus dicunt, iam tempus est ut animalitas corpus dicatur, generabileq; & corruptibile, rationabilitasq; atque prudentia, Atheniensemq; esse, atque in philosophia uersari, & Sophronisci filium esse, simumq; & caluum, & prominens habere abdomen, cęterisq; accidentibus paria numero si corpora dicas, ultra Briareum Typhonemq; ipsum, multiplicē magis magisq; corporatum esse animal dices. sicq; animalitas corpus est, quomodo cunctis animalibus
B accidit? quomodo ipsum esse? quomodo in loco esse? ac si quemadmodum proprium locum occupat transparens corpus omnis oculus, sic & accidentia singula, id absurdum est. sic enim horum admistio nulla aliqua ipsorum natura efficietur, difficileq; est, ut dixi, si omnia locum unum occupare dicas. cōfusa enim dum miscentur in uase, alteritatē non seruaret, neque suam unumquodq; naturam, ut in mistis medicamentis fieri dixi. utrū inquam totum animalitatis corpus tam multorum accidentium singulis accidit, an prout numero pari diuiditur? utrūq; enim absurdū esse pręcedentia uerba demōstrarunt. quid autem inquā egent corpore singula eorū, si ipsa esse corpora dicūt? inde uero accidens nullum esse corpus disceres. oculis
C enim occlusis corpus quidem tactu spatio tēporis deprehendimus, colorem uero aut saporē nō unà deprehendimus, neq; figuram, corpus tangētes. oportebat autem singula hæc à materia nō tactus comprehensione deprehendi, neq; enim ratione mali (uerbi gratia) rotunditas speculāda est. similis de sapore ratio est. ac si unūquodq; accidēs corpus est, quid sibi uolentes inquiūt, solum corpus in infinitū diuidi? nō autem figurā, dulcedinemq; (uerbi gratia) & quę reliqua sunt? nō cōnexionis modo dico, neq; relationis ad id, quod corpus uocari solet, sed recti modo. cur uero solius, ut dixi, corporis hāc esse definitionem dicūt? triplici cum renitentia spatio contentum, nō autem colorem,
D succumq;, & saporem, cæteraq; accidentia singula sic definiunt? si corpus omnia hæc esse dicunt. & si enim specie differunt, communiter tamē omnia esse corpora dicunt. quemadmodum igitur cum hominem definio, cum equum, & bouem, generabile animal & mortale dicam, quę communia sunt, proprietatem uero singulorum addam: sic quoque accidētia singula definientes, substantiam corporatam dicant triplici contentam spatio cum renitentia. Hæc à Stoicis chare Pindare solui dignum puta, non alios secum unà trahere, ut ijsdem erroribus implicitos, sed accusationes demolientes. non enim est falsarum opinionum contradictio aut communicatio ad amicos, sed solutio.

CL. GALENI DE LIBRIS PROPRIIS LIBER,

A IOANNE FICHARDO FRANCOFORDIANO LATINITATE DONATVS.

QVOD mihi de cōſcribendo librorum à me editorū cōmentariolo conſiliū optime Baſſe dederas, re ipſa nuper ꝙ commodū eſſet comperi. Nam cū forte in Sādalario (ubi multa ſunt Romana bibliopolia) eſſemus, diſceptātes aliquos de libello quodā tum uēdito, meus'ne eſſet ille, an B alterius cuiuſdam, ipſi uidimus: erat enim inſcriptus, Galenus medicus. Emēte igitur, tanꝙ meū, aliquo, cōmotus noua eius inſcriptione uir quidā literatus, cupiebat libelli argumentū cognoſcere. Priores autē duos uerſus cum percurriſſet, abiecit ſtatim: hoc ſolū addens, hāc dictionem nō eſſe Galeni. Et falsò librū illū inſcriptū fuiſſe. Is uero qui tū hæc dicebat, primas illas diſciplinas, quib. Græcorū pueri ab initio apud grāmaticos & rhetoras inſtituebātur, probe doctus erat. Verū plerique noſtro hoc ſeculo, qui medicinā aut philoſophiam ambiūt, antequā recte legere etiā poſſunt, eos doctores frequentāt, qui maxima illa pulcherrimaq; rerum humanarū theoremata, quæ docet C philoſophia & medicina, profitentur. Et hæc quidem negligentia iam multis retro annis, me dum adoleſcēte, inceperat: uerum eò nondum euaſerat tum temporis, neq; tantum, quantū nunc, inualuerat. Hanc igitur ob rē, & quoniā libros meos multi multifariā læſerunt, tanquā ipſorum proprios alij in alijs gentib. legentes, quædā tum demēdo, tum addēdo, tum immutādo, cōſultū mihi uiſum eſt, eā prius cauſam, quā propter illi hactenus corrupti ſunt: & deinceps qui mei reuera ſint libri, & quę cuiuſq; materia, exponere. Primū igitur quæ cauſa ſit, ꝙ mea pro ſuis nōnulli agnoſcāt, ipſe iā ante optime Baſſe noſti. Illa etenim cū non edēdi gratia, uerū propter amicos aut diſcipulos, eorū D quę à me audierāt aliquod cōmentariolum efflagitātes, ſcripta eſſent, abſq; titulis data ſunt. Qui uero poſt illorū obitū ea habuerūt, cū ipſis placerēt, ut ſua legerūt. Alij, quib. noſtra ab ijs q habebāt, cōmunicata eſſent, in patriā profecti moratiq;, titulos alius aliter fecerūt. poſtea omnibus tēporis ſpatio deprehēſis multi eorū qui ea iterū habuere, meū illis nomē inſcripſerūt: & quoniā inueniebāt cū ijs quæ etiā apud alios extabāt, exemplarib. diſcordare, ad me, quò ipſe emendarem, miſerunt. Cum igitur ea nō ad editionem publicam, uerum eorum, à quibus rogabar, & captū, & uſum à me ſcripta eſſent, par eſt in alijs productam, in alijs uero contractam interpretationem fuiſſe, ipſam præceptorum doctrinam aut perfectam eſſe aut mutilatam. Quapropter manifeſtū eſt, in his quæ prædictis ſcripta ſunt, neque abſolutam, neque exactam doctrinam contineri: quandoquidē illi quibus ea deſtinabantur, neque rogabant, neque poterant exacte omnia percipere, antequā habitum in neceſſarijs eſſent adepti. Eorum igitur qui ante me fuerunt quidam huiuſmodi libros ſubfigurationes inſcripſerunt: quemadmodum alij Subformulas, alij Introductoria, alij Compendia, alij deniq; Enarrationes inſcripſerunt. Ego uero cum eos diſcipulis tantum darem, nihil iſtorum inſcripſeram. Quāobrem cum ad plures deinceps compluresq; perueniſſent, alius alium his titulum indidit. Eos igitur libros qui corrigēdi gratia mihi tranſmiſſi à quibuſdam fuerant, uiſum eſt Introducendis inſcribere. Quare de ijs prius dicere inſtituam.

De ijs commentarijs qui Romæ mihi prima profectione ſcripti ſunt.

Ego igitur omnium eorum commentariorum, quos quidē uel iuuenibus hæc primū ſtudia ingredientibus dicaueram, uel amicis quibuſdam eos exigentibus, dederā, nullū prorſus apud me exemplar retinuerā. Poſtea uero cum ſecūdo Romā ueniſſem, iſtis ad me, ut dixi, emēdandi cauſa miſſis, eos forte recuperaui: titulumq; his, Introducēdis, impoſui. Inſcripſi igitur librū, De ſectis ad eos qui introducūtur: qui quidē ijs, quotquot ad huius artis medicæ cognitionem contendunt, primus eſt omnium perlegendus. Illo etenim, eę, quæ ſecundum genera ſunt ſectarum inter ſe differentiæ traduntur. Secundum genera dixi, ꝙ ſunt priuatæ etiam ſuæ ipſis differētiæ, in quibus deinceps iam introducti plenius inſtituuntur. Trium uero Sectarum nomina nemo nūc ferè ignorat: unā uidelicet Dogmaticā, ſiue Logicam: alteram autē Empiricam: tertiam Methodicā nominari. Quæ igitur propria cuiuſq; ſint, quæq; earum inter ſe differentia, libro à me iſto tractatum eſt. Similiter autem & liber De oſsibus, liberq; De pulſibus, Introducendis à me eſt dicatus. Amico præterea cuidam Platonico, ſub hanc profectionem libellos Iſagogicos duos: alterum De arteriarum & uenarum, alterū De neruorum diſſectione dedimus. Et alij cuidam Inſtitutionis Empiricæ ſubfigurationē. Quorum ego quidem nullum apud me ſeruaueram: ſed poſteaquam Romam redijſſem, ab ijs qui forte habebant, accepi. Ex alijs tamen quibuſdam, quæ amicis tunc ſcripſeram, nonnulla apud me exemplaria remāſerunt, quòd diligēter aliquādo illa abſoluere ſtatuiſſem. Quo ex numero ſunt, De cauſis reſpirationis, libri duo. Et libri De uoce, quatuor; dedicati conſulari cuidam

uiro

uiro Boetho nomine, Aristotelicā philosophiam A sectanti. Eidem quoq; libros De Anatomia Hippocratis: & deinde etiam illos De Anatomia Erasistrati nuncupauimus: quos propter Martialem (cuius in Anatomicis duo libri etiam nunc apud plerosq; extant, qui eo tēpore magnopere probati erant) ambitiosius aliquāto scripseramus. Erat autem uir ille sanè inuidus, contentiosusq; in primis: quanquā annos iam ultra septuaginta natus esset. Quare cum audiuisset ea quæ anatomica proposita materia dixerā docuerámq; publice, ab ijs omnibus qui ea assecuti essent, summis laudibus extolli: cœpit homo meorum amicorum quendam interrogare, cuiusnam ipse sectæ essem. Audiens uero seruos me istos, quicūq; uel Hippocraticos, uel Praxagoreos, uel ex alio quocunq; tandem uiro B se nominarēt, appellare solitum: eligere autem ex singulis quę pręstantissima essent consueuisse, quærebat deinceps, quem igitur ueterum potissimum commendarem.

Hic desunt quædam.

Erasistratum uero & in his, & in alijs artis Medicæ locis, uirum admirādum iudicabat. Propter eum igitur ardentius aliquanto sex illos De Hippocratis, & alios De Erasistrati Anatomia tres libros, conscripsi. Cum porrò etiam perorarem aliquando in ueterum Medicorum libros publice: proposuissemq; mihi librum Erasistrati De eductiōe sanguinis: graphio tum, ut moris est, in eam quæstionem incumbente, citanteq; eam eius libri partem, qua phlebotomiam reijcit, uehementius C adhuc in illum dixi: quo magis ureretur Martialis, Erasistrateus esse uolēs. Ea autem oratio mea cum satis tum placuisset, rogauit amicus me quidam (& is Martiali infensus) ut quæ dicta erant, ei quem ipse missurus ad me esset, notulis ad celeritatem scribere exercitatum, recitarem: ut si quādo ex Vrbe domū proficiscerer, obijcere ea Martiali in morborū inspectionibus posset. Post hæc uero, cum ipse Romam ab Imperatoribus aduocatus, secūdo uenissem, ille nescio quo pacto mortuus erat. Libellus autem, iuxta ambitionem temporis illis, quo publice dicebam scriptus, (etenim iuuenis eram cum hæc facerem, annum agens trigesimumquartum) apud quamplures erat. Ex eo tamen tēpore & docere publice, & monstrare desij: D cum ægrorum curatio felicius quàm optassem succederet. Cum enim tot ęmulos uiderem, qui, si quis medicus alius laudaretur, inuiderent, moxq; illum Logiatron exclamarēt: ut inuidam istorum linguam declinarē, deinceps nec apud eos quos curabam, plus quàm erat necesse profabar: nec in congressu, uelut antea, docebam, aut quicq; ostentabam: ipsis de cætero factis, qualem in hac disciplina facultatem consecutus essem, declaraturus. Tribus uero pręterea annis Romę cum essem uersatus, ingruente magna peste, confestim urbe excedens in patriam properaui.

Desunt hic pauca.

In eo autem tempore libros, De Hippocratis Platonisq; placitis sex, adhortāte Boetho, scripsi: Et de usu præterea partium, unum, qui prior est. Quibus Boethus acceptis, & ipse ex urbe profectus est: uerum prior me, Syriam Palestinā tum prouinciam obiturus, in qua postea & mortuus est. Verum longo post tempore opus utrunq; multis subinde negocijs intercurrentibus, post reditum meum in patriam quæ mox commemorabo, absolui.

Libri quidam à me conscripti, posteaq; mihi ad patriam è Roma proficiscenti, ab amicis traditi.

Profectus itaq; sum è Roma in patriam, cōpleto iā mihi septimo & tricesimo ętatis anno. Tres aūt libelli à me scripti, anteq; Smyrnam ex Pergamo, Pelopis medici, & Albini Platonici gratia proficiscerer, à quibusdam mihi redditi sunt. Erat uero unus, De matricis dissectiōe: perparuus quidem ille. Alter De cognoscendis oculorum morbis: & is paruus. Tertius autem iustæ magnitudinis, De experientia medica. Quorum primus destinatus erat obstetrici cuidam. Secundus adolescenti oculos curanti. Postremus aūt ex ea disputatiōe, quam Pelops cum Philippo Empirico habuerat: illo quidem asserente, medicinam per solam experientiā consistere non posse: hoc autem contendente posse, desumptus erat. Eorum igitur ultro citroq; habitas oratiōes cum in ordinē redegissem, mei tantū exercitandi gratia conscripserā: uerum nescio quomodo & ille, ignorante planè me, ad alios deuenerit. Pręterea tres etiam alios libellos, interim dum Smyrnæ agerē, cōposui: De pulmonis uidelicet & thoracis motu: condiscipulo his, qui secundū illos anatomicam facere quandā demōstrationē, paulo post in patriā abiturus, cupiebat, gratificaturus. Demortuo itaq; interim adolescēte, libelli apud quosdam, sed qui meos tamen suspicarentur eos esse, fuerunt: & deprehensus quidam est qui procemium his quoddā præfixerit, deinde tanquā proprios legeret. In prędictorum aūt libellorum Tertio, mea quoq; nonnulla quæ ipse adinuenerā, ad finem adscripsi: nam quę tribus istis tractauerā, pręceptoris mei Pelopis (apud quem Smyrnæ uersans, eos conscribebam) dogmata erant.

Desunt paucula.

Post eam igitur è Roma profectionem cum tandem in patriam peruenissem, istic considens, cum amicis uersabar. Verum breui post tempore, ex Aquileia mihi literæ ab Imperatoribus missæ perferuntur: quibus illi me reuocabant, statuerant enim ex hybernis expeditionem contra Germanos facere. Hac igitur ego necessitate compulsus, redibam: sperans tamen interea posse excusationem me aliquam nancisci. Alterum nanq; qui senior erat, uirum modestū, æquum, facilem, & humanum esse perceperā. Is aūt primo quidem Verus uocabatur: sed postquam Antoninus (ille qui proxime post Adrianum imperauit) successorem sibi eum in principatu cōstituisset, socium

hic sibi, antea Lucium dictum, asciuit, & eum qui A dem Verum, se autem Antoninũ transnominauit. Cęterum ipse Aquileiã cum peruenissem, pestis, quantum antea nunquam, grassari cœpit. Vnde Imperatores statim Romam, cum paucis militibus fugere coacti: nos uero cum multis longo uix tempore euasimus: absumptis plerisque, non tam ob pestis uehementiam, quàm quòd media hyeme malum id sæuiret. In itinere autem è uiuis cum excessisset Lucius, Romam deportatus ab Antonino, funeratusq; est. Et post hęc susceptam aduersus Germanos militiam urgens, omnibus modis me secum abducere laborabat. Persuasus autem ille ut dimitterer, cum ex me audiuisset, diuersa deum patrium Aesculapium (cuius me esse medicum nouissem, ex quo is mortali me apostemate B laborantem seruauerat) iubere: reueritus deum, expectare me reditum suum iussit: sperans breui post tempore bellum se istud confecturum. Et sic ipse profectus est, relicto filio Commodo, ætate tum admodum puero: omni cura illius salutem nutritoribus tuendam mandans: sicq; forte in aduersam ualetudinem incideret, ut me ad eius curationem accerserent. Interea autem temporis, quæ uel à præceptoribus meis didiceram, uel ipse inueneram, collegi, & in habitum constantiorem redegi. ac siquid nonnullis quærendis circa eorum inuentionem habebam, conscripsi: studiose me ipsum in uarijs tum medicinæ, tum philosophiæ quęstionibus exercens: quæ pleraque in magno illo Templi Pacis incendio, cum alijs multis C perierunt & conflagrarunt. Cum uero præter omnem spem isti expeditioni diutius immoraretur Antoninus, omne illud tempus ad pulcherrimam mihi exercitationem cessit. Vnde & tractatum De usu partium, septemdecim libris compleui. Et reliqua libris De Hippocratis & Platonis dogmatibus adiunxi. Quædam etiam Anatomicorũ theorematum, quæ olim Boetho dederam, De usu uidelicet partium librum primum: amplius inquirens, in secundo insuper musculos, cuiusque digiti articulos mouentes, à me inuentos exposui: qui omnes ignorati diu fuerunt, uelut uniuersis qui ante me extiterunt. Distuli autẽ in opere illo, de motibus superciliorũ dicere, solum hoc in eo rursus demonstrato, falsò eos motus à quibusdã D hactenus esse traditos. Quare cũ mihi ipsi primũ, & deinde alijs, q̃bus hęc cõmonstrabã, & hos motus, & alia quęcunq; in Anatomijs aut perperam à prioribus asserta, aut omnino fuerant omissa, inuenisse me persuasissem, tunc iam & anatomicas administratiões perscripsi. Cum uero libri De usu partium, priusquam hi ederẽtur, ad plurimos iam peruenissent: diligenterq; medicis ferè omnibus, quotquot ueteri medicinæ studebant, tum philosophis Aristotelicis legerentur: posteaquam & illius talis quidã tractatus extabat: cœperunt mox maleuoli quidam, inuidia stimulãte, flagitiosis implere urbem rumoribus: me esse qui, cũ studeam uideri quamplurimum ueteres exuperasse, multa quæ omnino non appareant, inuexerim, in que Anatomicis meis scripserim. neque enim latere ea omnes posse. Ego uero ridebam quidem illos, contemnebámque: cæterum amici rei indignitate commoti, me adhortari, ut in aliquo magno auditorio ueritatem meorum in Anatomicis theorematibus scriptorum, publice assererem. Postquam autem persuaderi me non posse æmuli sensissent, (iam enim eius gloriæ contemptum præ me ferebam) spem illi concipiebant ueluti timidum me reprehendendi: qui quanquam eorum nugas non parui facerem, magnanimitatem tamen quandam simularem. nec scommatum finis erat. Iam uero & quotidie in templũ Pacis, quemadmodum et ante incendium congregari solebãt, quicunque artibus logicis erant dediti, conueniebant. Tandem igitur ab amicis compulsus, publice multis diebus demonstrare cœpi, me quidem nusquam falsa tradidisse: prioribus uero multa nõ satis comperta fuisse. Eorundem porrò hortatu commentarios tum scripsi demonstratorum & dictorum: titulum habentes, De ignoratis Lyco in Anatomijs. Hanc igitur ob causam, cum demonstraturus nihil tradidisse me in commentarijs meis Anatomicis falsi, processissem: in medium omnium Anatomicorum libros proposui, liberum unicuiq; pręsentium faciens, quam uellet partem dissecandam proponere, meq; mox ostensurum, quãtum reuera cum priorum scriptis mea pugnarent. Proposito igitur thorace, cum ipse à uetustissimis facerẽ exordiũ, eorũq; libros in manus sumerem, rogauerunt me insignium medicorum quidam, in isto consessu sedentes, ne inaniter tempus cõsumerem. Cęterum quoniam quidem Lycus Macedo, Quinti in Anatomicis omnium expertissimi, quondam discipulus, ea quę ad suam usq; ętatem inuenta fuissent, omnia conscripsisset: uolebant ut alijs dimissis, illius tantũ scripta meis conferrem. Eorum igitur petitioni morem gerẽs, ita in singulis, quoquo die propositis, feci. Hæc autem omnia propterea necesse habui cõmemorare, ut cognoscant illi, q̃ sunt aliquãdo libros meos lecturi, qua ętate quosq; scripserim, et quã ob causam. Inde enim intelligere poterunt, quę sint tanq; imperfecta ab ijs quæ elaborate absoluta sunt, discernenda: & quę in arrogantium confutationem, quæq; rursus ad institutionem sunt scripta, dignoscere. Quod porrò in sequẽtibus etiam, sicubi res postulabit, indicabo. Nunc uero ad libros à me editos qui extant recẽsendos pergam, initio ab Anatomicis sumpto.

De Anatomicis libris.

Ex hoc primum numero iste libellus est, quem de ossibus Introducendis scripsimus. Post eum uero alij libelli, itidem Introducendis inscripti: ut est ille De uenarum & arteriarum sectione: & alter De neruorum anatomia. Est præterea liber alius De musculorum sectione, qui quidem exacte compendio tradit omnia quę in Anatomicis administrationibus De musculis scripta sunt.

Quod

Quòd ſiquis perlecto De oſſibus libro, protinus Anatomicas aggredi adminiſtratiões cupiat, poterit quidem illos De uaſorum neruorumq; diſſectione libros præterire: quemadmodum & eum, qui De muſculis eſt ſcriptus. Sunt enim uniuerſa in adminiſtrationibus ſcripta. In horum autem librorum Primo, De manuum muſculis & ligamentis: Altero, De pedum muſculis & ligamentis: Tertio, De artuum neruis & uaſis: Quarto De muſculis genas & labra mouentibus, & ijs qui ſunt circa inferiorem maxillam: Præterea etiam de his qui caput, collum & ſcapulas mouēt: Quinto, De muſculis thoracis, epigaſtrij, lumborum, & ſpinalibus: Sexto, De organis nutritiuis, qualia ſunt inteſtina, uenter, hepar, lien, renes, ueſica, & quæ ſunt huiuſmodi alia: Septimo & octauo, De partium ſpiritualium anatomia: illo quidem de ijs partibus quæ cordi, pulmoni, & arterijs, tam mortuorum quàm uiuorum adiacēt: hoc autem quæ circa uniuerſum pectus ſunt, tractatur. Nono porrò libro, cerebri & ſpinalis medullæ cōtinetur anatome. Decimo oculorum, linguę, ſtomachi, et confinium partium: Vndecimo, eorum quæ ad laryngem ſpectant, & os hyoides uocatum & quæ ijs continuantur. præterea neruis ad ea peruenientibus: Duodecimo, arteriarū & uenarum: Tredecimo, neruorum ex cerebro deſcendentium: Quartodecimo, neruorum à medulla ſpinæ deuenientium: Quintodecimo, tandem genitalium partium, anatomia continetur. Et hæc quidem ſunt, quæ ad Anatomicam theoriam ſunt neceſſaria. Præter autem hæc, alia quoque ſunt utilia quidem & hæc quæ Marinus uiginti Anatomicorū libris, nos aūt poſtea Epitomate quatuor librorum (quemadmodum & Lyci duobus) complexi ſumus. Subijciam uero hic utriuſque tractationis, ex primo noſtrorum Epitomatum libro ſummam: & prius librorum Marini, quos uir ille in Anatomia reliquit. Eorum igitur ſex priorū Primo, totius theoriæ præfatio: inde De cute, De pilis: poſtea De unguibus & carnibus, De adipe & pinguedine, continetur. In Secundo, De glandulis pelliculis, ex membrana tunicis, nempe peritonæo, & ſuccingente, & diaphragmate commentatur. In Tertio porrò, De monſtrabilibus ſermone uaſis, uenis, arterijs, earúmque anatomia: & Num naturaliter in arterijs ſanguis contineatur. In Quarto, quæ ſit arteriarum operatio, quis uſus, unde proueniant: & quę alia circa eas quæri ſolent, exequitur. Deinceps autem tractat De ureteribus, & urinarijs meatibus, & uracho [hoc eſt eo, ex quo hæret pendétque fœtus ad umbilicum] & uaſis ſeminarijs. De humorum bilioſorū uaſis, & meatibus. De glandulis. De eo quod à glandulis eſt uaſe. De gutture. De uaſis mammarum, quibus lac continetur. De ijs quæ fuſa ſunt per corpus uaſisq; contenta, & qui humorū atq; chymorum quibus uaſis contineanť. De alimentis. In Quinto, De capitis aliarumq; partiū ſuturis. De faciei ſuturis &

A iuncturis, ac omībus capitis oſſibus. De capitis & faciei cauernulis. De inferiori mandibula, & eius foraminibus, & num habeat iuncturam. De dentibus. De capiti adiacēte gutturis oſſe, quęq; iuxta ſunt, & locum circa tonſillas occupant. In Sexto ſcribit, De teſticulis, De oſſe ſacro, De uertebro coxarum. De latere. De pectore. De humeris. De ſcapulis, iugulis, brachijs, cubitis, radijs. De oſſibus palmæ, & digitorum. De femore. De chartilaginoſis oſſibus ab utraque genu parte. In ſecundo autem noſtrorum commentariorum quod Anatomicæ Marinæ contemplationis compendium eſt, Septimum, Octauum, Nonum, & Decimum Marini librorum ſumus complexi. Capita uero libri Septimi ſunt. De

B caluæ cum pelliculis alijs'que membranis cerebri coniunctione. De totius faciei neruis. De temporum & mandibularum muſculis. Item de ijs quæ ſupra maxillas & labia exiſtunt. Item De cauernarum in quibus dentes infixi ſunt, malarūq; muſculis. Item de interioribus inferioris malæ muſculis. Item De malæ inferioris muſculis ſeorſim. De muſculis naſi * De muſculis iuxta linguam. De lingua eius'que muſculis. De oculorum muſculis. In Octauo autem Marini libro, hæc capita cōtinentur. De ore. De labris & dentibus. De gingiuis. De columella. De gula. De lingula. De tonſillis. De glandulis. De naſo, naribus, auribus, collo, eiuſq; muſculis. De muſculo ſub latere, qui * De colli natura. In nono

C libro, De muſculis, qui circa ſeptum pectorale, ſpinam, meſopleuria, & partem quæ eſt ſupra umbilicum, ſunt. Pręterea De muſculis brachiorū, ſcapularum, cubitorum, extremarumq; manuum tractat. In Decimo uero, De cubitis, pedibuſq;, & eorum muſculis. De articulis genicularibus. In tertio porrò Epitomatum meorum libro, Vndecimus, Duodecimus, Tredecimus Marini liber includitur. Quæ igitur in Vndecimo ſcribit hæc ſunt: Num feratur ex dorſo humiditas aliqua ad pulmonem. An uentus per aſpirationem & eſum in uentrē attrahatur. Deinde De ſtomacho. De gutture. De pulmone & corde. De thymo circa cor. In Duodecimo aūt operis ſui libro, Marinus tractat, De hepate et eius bile. De ſplene, & uen

D tre, & meſenterio. In Decimo tertio, De primis inteſtinis. De renibus, uretere, ueſica, uracho, itinere urinali. Inde De uirga uirili, pudēdoq; maris & fœminæ. De matrice, & ijs quæ in ea geſtantur. De teſticulis, quos didymos appellat: Deniq; de glādulosis tractat. In Decimoquarto anatomiam omnium quæ ſupra hepar ſunt uenarum aperit. In Quintodecimo uenam quæ à corde ad reliqua defertur: & eas omnes quæ ſubter diaphragma: & quæ in uniuerſum per totum corpus ſunt, arterias indicat. Quarta denique & poſtrema Epitomatum pars reliquos Marini quinque libros, à quindecim uidelicet ad uiginti continet. In Decimoſexto igitur De cerebro quæſtiones, & apparentia, ut an pulſatilis in ipſo motus: & Num

& Num spiritus quē trahimus ad id perueniat, ex A equitur. Et deinceps De spinali medulla, & pelliculis cerebri. In decimoseptimo, De dominatrice cerebri ui differit. In Decimo octauo, De motu animali: Tum singulorū neruorū differētijs: & unde quidā eorū emanent, docet. In Decimonono libro, De neruis, distillationibusq; ex cerebro prouenientibus: & unde incipiat sensibilitas eius: & De oculorum neruis, quos Herophilus & Eudemus poros uocant, scribit.

Hic in Greco exemplari multa desiderantur.

Preterea libri De morborū & symptomatum differentia sunt. Sequitur aūt librum De morborum differentia, liber alter, De causis morborum: quemadmodum & alterum De Symptomatum differentia, Tres de Symptomatum causis libri se B quuntur. Post hos libri sunt De locis affectis. Et liber De temporibus morborum: qui ex illis est, qui Therapeuticam materiam precedūt. Et liber De febrium differentia. Liber item De plenitudine. Et ille De præter naturā tumoribus. Preterea liber De causis morbum antegressis: & liber De causis morbum continentibus. Et liber De tremore, rigore, palpitatione, & conuulsione: Et tandem ille qui inscribitur Ars medica.

Libri Therapeutici.

Quatuordecim porrò libri De methodo curādi mihi scripti sūt. Duos preterea eiusdē generis ad Glauconē, & tres De phlebotomia cōposui. Primum quidem contra Erasistratum. Alterum contra eos qui Romæ sunt Erasistrateos. Tertium ue C ro quo meam de curandi ratione sententiam super intuli. Extat enim libellus quidam meus Therapeuticus & ipse, De tabe inscriptus. Conscripsi quoq; amico cuidam meo libellum, cuius nuper postquam ad multorum manus peruenisset, antigraphum recepi. titulum autem habet, Cōsilium puero comitiali morbo laboranti datum: quare Therapeuticis adscribo. In quorum quidem numerum & tres illos De alimentorum facultatibus libros: & librum De extenuante diæta: & alium De boni maliq; succi cibis, non inepte quis referet. In hoc autem Therapeutico negocio nihil recēsitis inferiores etiam isti sunt: quos De curandi ratione secundum Erasistratum scripsimus. Et duo illi quos Glauconi philosopho dicaui- D mus. In hunc ordinem ponere quis & eum libellum potest, quem de Hippocratis in morbis acutis diæta, edidi. poterit sanè idem & cum ijs commentarijs quos in Hippocratem scripsimus: his enim quamplurima curationum theoremata continentur. Qualia sunt etiā diaprognostica & prognostica.

Libri Prognostici.

Primum quidem in hoc genere tres libri De iudicialibus diebus extant. Et rursus tres De crisibus. Deinde tractatus De pulsibus: in quo primū quidem De eorum differentijs libri quatuor sunt: quos secundo sequuntur, De pulsuum dignotione libri totidem: & Tertio libri De causis eorum, numero suo pares: & quarto De præsagijs ex his sumendis. Qui sunt in uniuersum sedecim. Preter uero hos seorsim introducendis scriptus, De usu pulsuum libellus habetur. In quo cum nonnulli quæsiuissent, quę nam esset causa, quòd febricitantium pulsus, non proprio notaretur nomine: respondeamus ijs, maiorem esse hanc, altiorisq; inuestigationis quæstionem, quàm quæ istuc ad introducendos faceret. Et hæc quidem in libelli huius initio nobis dicta sunt. Duas uero medicis esse opiniones ibidem ostendimus. Alteram nempe quorundam talem, ut arbitrentur, etiam arteriarū systolen sentiri posse: Alteram uero eorum qui insensibilem illam asserant. Nobis autem cōsultius uisum est, eos qui introducuntur, facilioribus primum exerceri. quare ad priorem tum partem nos accessimus, & insensibilem esse huiusmodi systolen asseruimus, febrisq; nullū esse in pulsibus proprium indicium. Iuxta alteram uero sectam, in magno illo sedecim librorum opere, ostensum nobis est indicium febris proprium. Sed has quęstiones illi mouent, qui absq; præceptoribus discunt, similes, iuxta parœmiā, ex libro gubernatoribus. Mihi uero alibi satis est expositum, aliam esse eorum qui introducuntur primum: & aliam rursus omnino diuersam, eorum qui omnia perfecte edocentur, institutionem. Porrò quoq; libellū quendam unum sedecim supradictorum librorum compendium, scripsi. Et præter hos omnes, octo libros, De pulsuum tractatione Archigenis: unumq; eorum usus complectentem, edidi. In hūc ordinem, & tres illos De difficili respiratione, non absurde quis retulerit.

De libris cōmentariorum in Hippocratem.

Queādmodum nec aliorum meorum, quos amicis dederam librorum, quenquam facile ad plures peruenturum opinabar: ita enarrationes quoque has meas in Hippocratem, mihi tantum scriptas speraueram. Nam à principio quidem nihil, ipsum me exercens, in ista quondam commentaria cōscripseram. Quod idem & in uniuersa adeo medicinæ cotemplatione, circa unamquanque eius partem feci: mihi tantum libellos quosdam parans, qui omnia Hippocratis in arte Medica, dogmata complecterentur: dilucidámque & undequaq; absolutam institutionem continerent. Sic enim priuata mihi commentariola, De Crisimis diebus secundum Hippocratis sententiam, & similiter De Crisibus, De difficili respiratiōe, & sic in alijs singulis, composui. Item & curationū Methodum uniuersam eodem consilio, libris quatuordecim (quantum ad omnia therapeutica pertinebat) complexus sum: atq; id quidem iuxta uiri illius sententiam. Extabant autem aliorum ante me complurium in singula Hippocratis dicta, nō spernenda commentaria. In quibus quæ perperam scripta mihi uidebantur, ociosum arbitrabar arguere. Ostendi uero hoc in ijs quæ nuper adhortantibus dedi, raro quicquā dicens contra eorum intrerpretes. Ego etenim à principio nullos eorum

eorum cōmentarios Romæ habebā, cū libri mei A in Asia essent omnes. Sicubi igitur meminissem quod ab eorum aliquo dictum praue admodum esset, ut magnopere circa hanc artem exercēdam lædatur qui ei cōfiderit, id indicaui. Cętera autem omnia nullam aliter exponentium mentionem faciens mei ipsius iudicio dixi. Et hoc modo cōmentaria à me in Aphorismos: in librum De fracturis: & librum De articulis: & in Prognostica: & librū De ratione uictus in morbis acutis: & librum De ulceribus: & libros De capitis uulneribus: prioremq; librum Epidemiarum, hoc est, morborum passim grassantium scripta sunt. Postea uero cum forte commendantem quędam reprobam Aphorismi interpretationem audiuissem, cepi cōsilium reliqua etiam mea omnia quibusdam communi- B care: quæ tamen ita conscripseram, ut publicam magis editionem, quàm eorum tantum qui ea accipiebant, captum respicerent. Sunt autem hæc. Commentaria in Secundum, Tertiū, & Sextum Epidemiarum librum scripta. Præterea in librum De chymis, De nutritione, De prędictiōe, De natura hominis, De medico uulnerario: & in librū de locis, aere, aquis: quem ego De habitationibus & aquis, & temporibus, & regionibus assero inscribendum esse. Feci igitur in Aphorismos commentariorum libros septem. In libros De fracturis, tres. In libros De articulis, quatuor. In Prognostica, tres. In librum De in morbis acutis dięta, tres quidem in eam partem quæ citra controuersiam huius est: duos uero, in eam quæ illi attri- C buitur. In librum De ulceribus, & illum De uulneribus cerebri: in utrunq; libros singulos. Interpretationum porrò in Primum Epidemiarum libros tres scripsi: & totidem in Tertium. In secundum autem sex. In sextum octo. In librum uero De chymis, commentarios tres, quemadmodum in Prognostica: & medicum uulnerarium: & librum De locis, aere, aquis: quem ego de habitationibus & aquis, & temporibus et regionibus inscribendum dixi. In librum autem De nutritiōe, libros quatuor composui. Tum in libros De natura hominis, duos. Quibus iam absolutis, cum audiuissem calumniari quosdam hūc librum, tanquam adulterinum, commotus sum alios adhuc tres libros conscribere: qui huiusmodi habent in- D scriptionē. Quòd Hippocratem in alijs suis scriptis concordem habere sententiam, cum eo De hominis natura libro, appareat. Denique ad Hippotratem & illi pertinent, De uiuendi ratione in morbis acutis, secundum Hippocratem. Similiter & Expositio antiquarum apud eum dictionū. Et liber contra Lycum, super Aphorismo, cuius initium est: Crescentia plurimum habent natiui caloris. Item liber cōtra Iulianum Methodicum, de ijs in quibus Hippocraticos Aphorismos reprehenderat. Ad Hippocratem & ille libellus faciet, in quo dissero, Optimum Medicum eundem esse & philosophum: qui libellus ob breuiorem titulum ijsdem uerbis inscriptus est.

De libris contra Erasistratum scriptis.

In primum quidem Erasistrati De febribus, cōmentarios tres scripsi. Quorum tertio De febribus præcipue cōmentationum therapeuticarum Erasistrati cōtinet. Ipse uero therapeuticus tractatus, De Erasistrati medēdi ratiocinatiōibus inscribitur. Quinq; aūt cōmentarijs ille constat. Sunt præterea & De anatomia Erasistrati, libri tres. Et De phlebotomia duo. Ad hos unus contra ipsum Erasistratum, & eos qui Romæ sunt Erasistrateos scriptus. Ad Erasistratum & ille libellus pertinet, in quo quærimus, Num secundum naturam in arterijs sanguis cōtineatur. Similiter & ille De usu respirationis. Et tres De naturalibus potentijs: qui iudicium omnium eorum, quę ab Erasistrato in uniuersum de naturalibus operationibus scripta sunt, continent.

De libris qui ad Asclepiadem spectant.

De Asclepiadis quoq; dogmatibus libros octo scripsimus. Et alium adhuc libellum De essentia animæ secundum Asclepiadem, inscriptum.

De libris contra Empiricos scriptis.

De Isagoga Theodæ cōmentarij quinq;. De libris Menodoti Seuero, undecim. De libris Serapionis contra sectas, duo. Informationes Empiricæ. De Medicinali experientia. De Empiricorum controuersijs, tres. Contra obiecta ad controuersias Empiricorū: & Theodę * Contra Menodoti Seuero adhortationem ad Medicinale cōpendium Heraclidarū, tres. De Empirica secta, libri septem. De differentijs illorum à Methodicis. Methodicæ sectæ, sex. Contra obiectiones Iuliani in Hippocratis Aphorismos.

De libris qui ad Apodixes conducunt.

Posteaquā omnes mortales in quacunq; disceptatione, & sua se demonstraturos, & alios confutaturos, promittere solere, animaduertissem: nihil prius, neq; studiosius discendum mihi Demonstratiua theoria duxi. Quare mox philosophos (nam illos docere eam audiebam: & si ulla alia Logicæ philosophiæ pars, hanc Demonstrationum, quarum desiderium alijs se implere posse profitebantur, esse iterum atq; iterum obseruandam, tradere) rogabam, quænam esset Methodus, quam doctus aliquis, tum alterius disputationes Apodicticas exacte dignoscere, utrum ueræ sunt illę uel in speciem quidem, instar adulterinorum numorum apparentes, sed ad ueritatem collatæ prauæ: tum ipse uia quadam insistens, circa quodq; eorum quæ inuestigari solent, ad inuentionem eius peruenire possit. Ob hæc autē cum deinceps me & Stoicorum & Peripateticorum, illis temporibus celeberrimis mancipassem, discebam quidem Logicorum theorematum alia multa, sed quæ postea considerans inutilia prorsus ad Apodixes inueni. Videbam enim inter illas, paucissimas eas esse quæstiones, quæ utilitatem aliquam continerent, & ad potiundum proposito scopo conferre possent. Quinimmo & controuersa ab illis pleraque, nonnulla etiam naturali rationi pugnantia

pugnantia reperiebam. Quare profecto ad Pyrrhoniorum ferè per præceptores hæsitantiam & ipse recidissem, nisi Arithmeticæ, Geometriæ, Dialecticęque cognitione, quibus ab auo etiam proauoque desumptis, à patre iam ab initio institutus fueram, retentus essem. Cum uero mecum reputarem manifeste ueras esse Eclipsium prędictiones, Horologiorum, Clepsydrarumque instrumenta, quęque alia iuxta Architectonicen inueniuntur, satius arbitrabar typorum Geometricorum demonstratione uti: maxime cum eos etiam philosophos qui Dialectices callentissimi habebantur, non inter se solum, uerumetiam sibiipsis discordare uiderem: quanquam ex æquo omnes Geometricas has apodixes commendarent. Vnde plenius etiam cognoui abstinendum esse ab illorum dictis, sequendos uero characteres illos & lineares demonstrationes. Discrepare quidem inter se dico in logica theoria philosophos, Peripateticos, & Stoicos, & Platonicos manifestum est: à seipsis uero rursus quosque priuatim in sua. Et parua quidem inter Peripateticos discordia est, magna uero apud Stoicos & Platonicos. Qui igitur uolent in linearibus istis demonstrationibus exerceri, consulo ut in ijs ipsi primum se instituant, postea uero nostrum legant De demonstrationibus opus, quindecim libris expeditum. Scripsi autem & alia multa meipsum exercitandi gratia: quorum alia quidem in incendio illo, quo & templum Pacis conflagrauit, perierunt: alia autem amicis data, apud multos adhuc integra, quemadmodũ & reliqua nostra, extant. Eorũ autẽ quę scripsi commentariorum quædam ipse amicis dederam: quædam uero à domesticis furtim surrepta, & euulgata sunt, quæ deinceps ab alijs qui habebant, accepi. Quo quidem in numero sunt, Tres illi, in Aristotelis De Enunciatione librum, commentariorum libri: & quatuor item in Priorem De syllogismis: similiter & in Posteriorem, pari numero. Inscribunt autem hos omnes ferè hodie Resolutoriorum priorum: quẽadmodum illos de demonstrationibus, Resolutoriorum posteriorum. Ipse sanè Aristoteles illorum tanquam de Syllogismo, horum autem tanquam de Demonstratione sibi scriptorũ meminit. In quos quidem utrosque & nostra extant commentaria: sex in priores, quinque in posteriores. Horum igitur commentariorum nullum ad editionem scripseram: quemadmodum neque sex illos in Theophrasti librum quem De affirmatione & negatione inscripsit. Commentaria quoque in primum Eudemi De dictionibus, antea alijs me rogitantibus, scripseram. In decem uero cathegorias ipse quidem commẽtationes nullas feci: neque mihi, neque alijs unquam tale aliquod commentariolum paraui. Vnde cum post aliquando rogaret à me amicus quispiam in eum librum ad earum disputationum solutionem, Commentationes, uti tantum ijs iussi quæ à præceptore fuerant istum in librum prælecta: aut omnino similibus, ex aliorum

A commentarijs, sicuti Adrasti & Aspasij erant. Cæterum & puer adhuc cum sub patre instituerer, isque mihi post Logicam theoriam Chrysippi & celebrium Stoicorum libros proposuisset, in illius tum syllogisticos libros commentaria conscripsi. Quæ ipsa quoque postmodum apud multos fuere, in Pergamo cum alijs quibusdam lucubrationibus, quæ iuuenis scripseram, relicta: atque per familiarem postea rogantibus quibusdam communicata. Quæ uero ipse post tractationem De demonstratione elaborata latius scripsi cum in illis breuiter essent dicta, nominatim hæc sunt. De requisitis ad demonstrationes, liber unus. De ijs ꝓpositionibus quæ in dictione demõstrationũ omittunt. De ęquipollẽtib. ꝓpositiõibus, liber B unus. De demonstratiõibus propter quid, unus.

De numero syllogismorum, unus. De exemplis libri duo. De inductione, liber unus. De Imagine, unus. De similitudine, libri tres. De ex hypothesi principijs. De generis, speciei, eorúmque cõiugatorum significatione propria, liber unus. De possibili. De eo quod multipliciter dicitur, libri tres. De communibus & proprijs artium, unus. De implicãtibus se ipsas orationibus, unus. De contingentibus propositionibus, unus. De mistis propositionibus & syllogismis, unus. Quomodo discernenda sit negocialis quæstio à nominis & significati quæstione, liber unus. De Clitomacho, eiusque demonstrationum solutionibus. De communi oratione, C libri duo. De optimo docendi genere, cõtra Phauorinum. Super Epictetum contra Phauorinum unus. De usu syllogismorũ. De usu in syllogismos, theoremata, duodecim. De optima secta, liber unus. De nominum rectitudine, libri tres.

De eo quod est, unumquodque & unum esse & multa. Quòd ad opposita unum & idem ex necessitate consequi impossibile sit, unus. De demonstratiua secta, unus. De ui & contemplatione Logicæ, unus. Dialogi ad philosophum, liberalius ab eo qui est de cõmunibus notitijs. Contra eos qui omnem calumniandi occasionem ex uerbis aucupantur, liber unus. De communibus, & proprijs artium principijs. De artiũ constitutione, libri tres. De significatis generis, D speciei, & his adiacentium. Compendium Demonstratiuæ theoriæ, unus De discernendis dogmatum controuersijs. Quòd separari à prima substantia quantitas non possit, liber unus. De priore demonstratione per impossibile, unus. De ijs quę sui causa fiunt, unus. De multipliciter dictis duo. De nominis & signficatorum quæstione. Quæstiones autem Moralis philosophiæ, quantum mihi uidebatur, infra scriptis libris exposui.

De suis cuique passionibus & uitijs dignoscendis, libri duo. De moribus, quatuor. Cõtra Phauorinum pro Socrate. De indolentia, unus. De fine philosophiæ, unus De congressu auditores ostentantium, unus. De submisse legentibus, unus De pœnis & peccatis exæquandis, unus.

De con

De consolatione, unus. De Diatriba in aula Menarci, contra Bachidem & Cyrum, unus. Quale genus congressionis obseruari debeat in Dialogis, unus. Contra forenses rhetoras, unus. De uoluptate & labore unus. De ijs quæ unũquodque uitę propositum consequuntur, unus. Concionum contra sectas, unus. De cõcordia, unus. De pudore, duo libri. Concionum contra adulatores, duo. De calumnia: in quo & de priuata uita tractatur. Cronisci septem, in uno uolumine. Concionum contra sectas habitarum sub Pertinace, unus. Quatenus sit honor & gloria persequẽda. De testamentis cõdendis. De pertinentibus ad Platonicam philosophiam. De secta Platonica, liber unus. De medice dictis in Platonis Timæo, libri quatuor. Ad amicos, siue Plato. De ijs qui suis tribuunt, libri tres. De Logica theoria secundũ Platonem. Compendij dialogorum Platonis, libri octo. De egressionibus quibus in Philebo Plato usus est, unus. De animæ partibus & potentijs, libri tres. Quòd animi mores tẽperaturas corporis sequantur. libri duo. Et alius quidam, qui aliter editus est. De Hippocratis & Platonis dogmatibus. De spectantibus ad Aristotelicam philosophiam. Commentariorum in librum De enunciatione, libri quatuor. In priora Analytica, libri sex: in posteriora quinque. In decem prædicamenta, commentaria quatuor. In librũ Theophrasti, De affirmatiõe & negatione commentaria sex. In librum quot quidque modis dicatur, commentaria tria. In primum mouens immobile. In librum De dictione Eudemi, libri tres. De demonstrationibus propter quid, unus. De cõtingentibus propositionibus, & syllogismis, unus. De syllogismis ex mistis propositionibus, unus. De fallacijs quæ in dictione consistunt. De differentijs Stoicorum philosophorũ. De Logica theoria secundum Chrysippum, libri tres. Chrysippi Syllogisticæ primæ, libri tres. Secundę, unus. De Logica facultate & theoria, septem. Quòd Geometricæ resolutiones præstantiores quàm Stoicorum, liber unus. De usu theorematum in syllogismos, unus. De spectantibus ad Epicuream philosophiam. De felici & beata uita secundum Epicurum, libri duo. De uoluptatis * secundũ Epicurũ, duo. Quòd effectiua uoluptatis imperfecte ab Epicuro sint expressa unus. De uoluptuaria secta. Num Philologia morum studio conferat, unus. De illis qui sophistis conuersantur, unus. Metrodori epistola ad Celsum Epicureum. Epistola Pudentiani Epicurei. Quæ communia Grammaticis & Rhetoribus. De uocabulis Atticorum scriptorum, libri xlviii. Forensium apud Eupolidem uocabulorum, libri tres. De forensibus uocabulis apud Aristophanem, libri quinque. Forensium uocabulorum apud Cratinum, libri duo. De exemplis uocabulorum Comicis propriorũ, unus. Num utilis ijs qui erudiuntur lectio ueteris Comœdiæ. Cõtra illos qui incessunt solœcissantes uoce libri sex. In alijs septem. Electus Atticorum, in uno. De perspicuitate & obscuritate. Num idem possit esse Criticus & Grammaticus, liber unus.

CL. GALENI DE ORDINE
LIBRORVM SVORVM LIBER AD EVGENIANVM, A IOANNE FICHARDO FRANCOFORDIANO OLIM LATINITATE DONATVS.

R ECTE tu q̃dem mi Eugeniane facis, q̃ libellũ à me, ordinẽ cęterorum qui scripti sunt mihi librorũ exponentẽ efflagitas, illorũ namque omnium neq; scopus idẽ, neq; uis, neq; tractatio eadẽ est. Etenim quosdã ut nosti, amicis me id rogitantibus scripserã, eorum modo captũ conijciẽs: quosdam uero tantum introducendis adolescentibus destinaueram. Mihi autem neutrobi fuit interim propositum, uelle istos nostri seculi hominibus edere: quòd uidebam nec eos admodũ, quos iam ante emiseram, curæ multis esse. Admirantur enim nunc alij alios & medicorum, & philosophorum; licet illi nec suam ipsorum professionem ullam'ue demonstrandi scientiam satis teneant, aut falsos à ueris discernere sermõibus nouerint: admirantur tamen, uel quòd patres ipsis fuerint empirici, aut dogmatici, aut methodici: uel quòd præceptores, uel quòd amicos habeant: uel denique, quòd maioris eos in urbe gloriæ & existimatiõis sectę suę nomine esse uideãt. Sicuti in philosophia quoq;, alius aliã ob causam sibi aliquã sectã eligit: Platõicis, aut Peripateticis, aut Stoicis, aut Epicureis sese adiungens. Et hoc tẽpore, ex quo hęreditariæ etiã esse cœperũt sectæ, eam plerique profitentur, in qua fuerunt à pueris enutriti: maxime cum iam uitę formam, quam sequantur, habeant nullam. Quare cum ipse sic mihi persuasissem, ne si ipsas quidem nunc musas librum scribere contingeret, acceptiorem multo futurum illum, uel indoctissimi alicuius hominis scriptis: cu-

piebam sane mearum lucubrationum nihil in uulgus editum. Quando uero apud multos iam illæ extabant, me inuito adeo, (quod quidem scis) si quid erat reliquum commentationum mearum, grauatim profecto amicis impertiebam. Compulsus itaque sum ab his, ut librum De optima Secta conscriberem. Non quidem qualem iam antea superiorum medicorum philosophorúmque multi scripserant, suam nominatim Sectam extollentes, laudibusque uehentes: sed quo eam solam demonstrarem uiam, qua quis insistens, optimam se ctam uel ad medicinam, uel ad philosophiam, aut aliam quamcunque artem constitueret. In eo uero libro dictum demonstratumque est mihi id cuius paulo ante mentionem feci, Demonstrationum primum esse peritum illum debere, quicunque se B ctarum rectus esse iudex cupiat. Neque tamē hoc unum sufficit, sed & affectiones præterea quatenus amant aut oderunt sectas eum exuere conuenit: ne ueluti multi, circa illas excæcetur. Qui enim sepositis his, uel iuxta demonstratiuam Methodum inuestigabit ueritatem, uel de aliorum dictis iudicabit: is demum solus eam, quæ est optima, Sectam inueniet. Nosti uero & tu, quàm ex medicis philosophisque multi, cum demonstratiuā Methodum nihil exercuisse coarguantur, in contrarias uias deflexerint: quibusdam ex his Apodixim omnino negantibus, quibusdam uero adeo concedentibus, quòd etiam natura eam omnibus usque eò notam dicerent, ut neque disciplina ad hanc, neque exercitatione opus habeamus. Qui C bus quis tandem respondere dignetur, eò stuporis deuenientibus? Sed hic aliquis forte illorum (ut sunt plerique audacissimi, præsertim in ijs quę maxime ignorant) mecum pugnabit, méque maioris arguet audaciæ: quòd ne audiam, apudque alios defendere me necesse habeam, cogito iandudum nihil uelle librorum edere. Verum cum illi, quos amicis destinaueram, ad plures iam peruenissent, cogebat sanè necessitas, propter eosdem de optima quoque Secta commentari. Eius autem tractationis causa in eo tum mihi libro satis dicta est. Hos igitur si quis omnium primos legere uoluerit, rectè prudentèrque fecerit. Quòd si persuasus his ille, antequam disciplinam iudiciúmque Sectarum omnium consecutus sit, De D monstrationum etiam peritus esse cupiat, habet De demonstratione tractationē, à nobis descriptam. Ex qua ille si non methodos solas percipiat, sed secundum eas etiam se in omni rerum sylua exerceat, ueritatem inueniet. Quod fiet, si & eius rei studiosus accedat, neque temeraria affectione sibi aliquam deligat: eorum instar qui in Equestribus ludis diuersorum colorum studio, citra rationem ducuntur. Idem uero hic, ubi quos supra commemoraui, aggressus fuerit, absque negocio, quæ uel uere illis cognita, uel falso fuerint recepta, discernet. Quare nostrorū quidem librorum, unum hoc initium esse lectionis debet illis hominibus, qui & natura dociles, & alioqui ue-

A ritatis sunt studiosi. Porrò autē citra hanc si quis & nostrarum ipsorum uitam & clara artis huius facta, quæ forte apud ægrotos designarim, fuerit expertus, ut sit persuasus uel ex animi mei moribus, neque inuidia, neque contentione, neque temerario quodam amore quo erga Sectam aliquam sim affectus, agi omnia: aut ex operibus denique meis circa hanc artem mihi elaboratis, ut dogmatum ueritati respondent, & præter Apodicticam illam contemplationem poterit sanè is libris nostris iuuari. Et quanquam id non per exactam rerum cognitionem, (ista eñ solis illis demonstrationibus paratur) per opinionem tamen rectam consequetur: qua de ueteribus merito dictum est, nihil illam ad operationem esse ipsa scientia inferiorem, licet ei legitimum illud, solidūque B absit. Leget igitur is illa primum omnium, quæ sunt Introducendis scripta. Librum uidelicet De Sectis, qui eo etiam titulo est inscriptus, De sectis pro Introducendis. Et illum, De pulsibus pro Introducendis. Tertio, De ossibus librum, & ipsum Introducendis inscriptum: qui inter Anatomicos primus est. Eum igitur ante alios aggrediatur, qui ad Anatomiæ cognitionem studet peruenire. Tradit enim is omnes in Anatomia apparentes particulas: cuiusque magnitudinis, situs, formę, cohærentiæ, coloris, & societatis ad inuicem sint, ostendit. Qui autem in Anatomiarum inspectionibus exercitatus fuerit, earum deinceps Operationes discet, alias quidem Naturales, tribus à me C libris expositas, & De potentijs naturalibus inscriptas: alias uero Animales dictas, in alijs pluribus à me tractatas. Quas pręcedit liber De Anatomia mortuorum. Hunc autem duo sequuntur, De sectione uiuorum. Et eos rursus alij duo, De sectionis controuersia. Post hos sunt tres illi, De thorace & pulmone. Duo item De causis respirationis. Vnus etiam De uoce. Ex hoc genere sunt libri quoque De motu musculorum. Et quę De uocabulis tradidi. Et uero quę De demonstratione elementorum traduntur, non omnia sum in libro executus, sed quatenus ipse Hippocrates usus fuerat. Quòd si quis absolutissimam elementorū corporis nostri cognitionē requirat, legenda sunt illa quę in decimotertio Demonstrationum libro, & D in quinto & sexto De Asclepiadis dogmatibus, à nobis exposita sunt. Præterea quæ De purgantium medicaminū potentijs scripsimus. Disseruimus etiam quædam in eo quem De elementis secundum Hippocratem inscripsimus, commentario. Seorsim denique in alio quodam libello ea de re tractauimus. Post librum uero De elementis secundum Hippocratem, sequūtur De temperatuis, libri tres. Et eos rursus tractatus De simplicium medicaminum facultatibus. Hunc autem alter ille De compositione medicamētorum tractatus. In prioribus igitur, de proprio cuiuslibet indicio, in posterioribus autem de pharmacorum compositiōe differitur. Si porrò quis post duos illos, aut tres, uoluerit uel eum De optima constitutione corporis

corporis, uel De bona habitudine, uel De inæqualí temperatura libellum legere, conuenienter, nec sine ordine id fecerit. Parui quidem sunt illi, & amicis tantum sic exigentibus conscripti, ab illis uero in plures deinceps euulgati. Nam & eorum facultatem in tractatu sanitatis expediéram, quæ differentiam constitutionis corporis nostri complectitur.

Hic desiderantur multa.

Habebis preterea & nostros in quędã Hippocratis Cõmentarios. qui quando iam partim scripti sunt, etiã reliquos adijcere tentabo. quod omnino quidẽ si uixerimus, fiet. Sin autẽ morte præuentus, antequam utilissima uiri illius scripta exposuerim, uita excedam, habebunt tamen studiosi eius sententiam, meaq; ut dictum est, opera: B unà cum ijs quę nunc extant, commentarijs. Atque utinam Pelopis mei pręceptoris, & Numisiani (pauca enim illorum ab interitu adseruata sunt) & præterea Sabini, Rufiq; Ephesij, in Hippocratem interpretationes omnes haberẽtur. Quintus autem, eiusq; discipuli, uiri illius sententiam non planè sunt assecuti: unde factum, ut in suis expositionibus multoties aberrarint. Lycus autẽ reprehendit quoq; nonnunquam Hippocratem, mendacijq; illum (cuius tamen non intelligit dogmata) arguit: nota enim passim eius Commentaria sunt. Noster uero præceptor Satyrus, (nam huic primo conuersati sumus, postea uero Pelopem audiuimus) non easdem Lyco Hippocraticorum librorum expositiões faciebat. C Confitetur uero Satyrus diligentissime se Quinti dogmata obseruare, adeo ut nec addere q̃d illis, nec demere uellet. nã Ephicianus aliquanto etiã magis ad Stoicorũ ritũ concessit. Nos aũt cum postea audiuissemus, primo Satyrum Quinti interpretationes recitantem: deinde quędã etiam Lyci legissemus, utrunque reprobauimus, ut qui Hippocratis sententiã non exacte perceperit: melius enim ab ijs intellectus est qui Sabinum, Ruffumq; sequebantur. Quod facile quidem iudicare poterit qui in nostris fuerit cõmentarijs præexercitatus: ex quibus & quæ bene recteq; dixerint, & ubi lapsi fuerint cognoscet. Sed de exegesibus in Hippocratẽ iam D satis dictum: quare ad reliqua nostra uolumina, quæ ad rem logicam pertinent, pergamus. Ex illis autem, tibi quidem, mi Eugeniane, & quotquot uni medicinæ student, ea quæ De demonstrationibus scripsimus, sufficere possunt: alijs autem quicunque philosophiæ se addixerunt, cætera quoq; legenda sunt. Nisi si quis fortasse utrasque, & medicinæ & Philosophiæ theorias, commode beneq; possit perdiscere, eum uero & ingeniosum, & memorẽ, & laboriosum esse oportet: præterea eam sortitum felicitatem, quę nobis contigit, q̃ sub patre docti, arithmetica, logica, grammaticaq; sumus instituti: in hisq; humanioribus disciplinis, usque ad ætatis annum decimumquintum enutriti, ad dialecticamq; ab illo contemplationem, ut soli deinceps philosophię uacaremus, A perducti sumus. Annum postea decimumseptimum agens, claris insomnijs monitus medicinã sum aggressus, cum philosophia illam cõiungens. Talem uero ego meam felicitatem, quanquã maiorem etiam redderem, quòd citius meliusque reliquis omnibus, quæcunque docebar, discerem: nisi tamẽ per uniuersam adeo uitã, in illis medicinæ philosophiæq; theorematibus me diligenter exercuissem, nihil præclarum, excellensq; erãm consecuturus. Quapropter mirum non est, in tanta hominum multitudine, qui in medica & philosophica exercitatione, studióque uersantur, inueniri tam paucos, qui recte in illis profecerunt. Aut enim natura parum ad eas sunt appositi: aut non, ut conueniebat, sunt instituti, aut studijs non fideliter seduloq; institerunt: sed ob rempublicam capessendam, ab his discesserunt. Et hæc quidem obiter nobis dicta sint: quanquam non omnino parerga. Post eos igitur De demonstratione libros, nostras philosophicas theorias legere oportet. Quæ uero illarum subiecta, & quot sint, circa quasque earum scripsimus. Sed hæc latius in eo libello, quem De omnium librorum meorum conscriptione conficiam, exequar. Quod autem me de tractatu in quo usurpata apud scriptores Atticos nomina secundum ordinẽ primarum in ipsis literarum ex eorum scriptoribus collecta sunt, rogasti: quæ iam antea tibi respondi, operæprecium arbitror hic etiam tibi commemorare. Nam compertum habeo, alios quoque multos, quodnam eius libri sit argumentum quærere. Et quidem in eo tractatu nõ hoc agimus, quod hoc nostro seculo multi: qui omnibus Attice loquendi synceritatem imponunt: siue illi medici, siue philosophi, siue geometrici, siue musici, siue Iurisconsulti, aut nihil etiam horum, sed alioqui uel opulenti, uel diuites sint: uerum contrarium intendo, neminem prorsus, ob orationis solœcismos, esse reprehendendum incessendúmue. Præstat etenim lingua, quàm uita, solœcismos, barbarismósque committere. Quin & libellus aliquando mihi scriptus est contra eos, qui in solœcissantes uoce, inuehũtur: tantum abest ut eruditionis esse partem aliquam Atticismos asseram. Præterea quoque propter multos & medicorum, & philosophorum, quorum alij noua nobis Gręcorum uocabulorum significata præscribunt, alij aliud, Commentaria uocabulorum, octo ac quadraginta libris conscripsi: ex Atticis illa scriptoribus partim et Comicis congerens. Quod opus mihi, sicut recensui, scriptum est propter significationes. Illud autem qui legent, simul & Atticorum nominum notitiam adipiscentur: quæ ipsa per se quidem nihil magno studio dignum habet. Sed & alius à me tractatus De uocabulorum rectitudine editus est: propter illis perperam utentes: quem sanè uel primum omnium diligentius euoluere fuerit consultum.

CL. GALENI DE SECTIS
AD EOS QVI INTRODVCVNTVR.

LVDOVICO BELLISARIO MVTINENSI INTERPRETE.

D sane quò medicina intendit, sanitas est: hanc ipsam uero parare artis eiusdem finis est. quibus autem rebus aut absens comparetur sanitas, aut eadē conseruetur præsens, cognoscant medici necesse est: uocāturq; ea, q̄bus absens illa creatur, remedia auxiliaq;. quæ uero præsentem eandem custodiunt, salubris ratio uictus. quapropter ars ipsa medendi salubrium, insalubriumq; sciētia ab antiquis scriptoribus dicta est, qui salubria dixerunt, & quæ præsentem sanitatem conseruant, & quæ eandem corruptam resartiunt. insalubria uero quæ illis contraria sunt. utraque enim cognoscant medici necesse est, ut illa eligant, hæc autem effugiant. unde uero harum rerum parata scientia sit: nō itidem inter omnes conuenit. sed alij solam experimentorum notitiam arti satis esse dicunt. alijs autem non parum ratio in artem eandem conferre uidetur. nominanturq; qui à sola experimentorum notitia procedunt, nomine ab empiria, hoc est, experientia deducto, empirici. eodemq; modo qui à ratione ducuntur, rationales. duæq; sunt hæ primæ in arte medendi hæreses, altera quæ per experimenta ad inuenienda medicamina procedit, altera, quæ per indicationem. illis que imposuere nomina, empiricam rationalemq;. empiricam autem nominare, Græci solent tiriticin, & mnimoneuticin, hoc est obseruatricem memoremque: rationalem uero dogmaticin & analogisticin, hoc est dogmaticam & ratiocinatricem: ac uiris quoque perinde atque hæresibus dedere nomina, empiricus tiriticusque & mnimoneuticus, hoc est empiricos obseruatoresque ac memores eorum quę euidētia sunt uocantes eos, qui sibi experientiam elegerunt. logicus autem dogmaticusque et analogisticus, hoc est rationales dogmaticosq; & ratiocinatores eos, quibus admissa ratio est. artem uero empirici sic constitutam dicunt. cum multi uisi sint affectus incidere, alij quidem sponte ægris hominibus sanisq;, ut sanguinis fluxus è naribus aut sudores, aluique profluuia, aut quæ similia sunt iuuantia lædentiaue, non quæ tamen efficientem causam sensu deprehensam haberent: alij autem quorum causa euidēs esset, euenire uisi sint, non ea tamen è nostro instituto, sed quæ fortuitò incideret. ut cuipiam lapso percussóue aut aliquo aliter modo uulnerato sanguinē contigit effluere, frigidamq; ut cupiditati obsequeretur in morbo sumere, uinúmue aut aliquid generis eiusdem, quę singula in utilitatem noxámue desiuerunt. quę aūt è primo genere iuuantia lędentiaue sunt, naturalia uocarūt. quę uero è secundo, fortuita: primamq; amborum faciem casum appellarunt, ut ex eo nomen imponerent: quod homines in ea incōsulto caderēt. quod igitur experientiæ genus casu uenit, huiusmodi

B est. quod autem consulto fit, cūm aūt insomnijs hortantibus, aut aliunde ducto arbitrio ad experimentum uolentes uenerint. at uero tertium experientiæ genus, imitatorium est, cum rursus in ijsdem affectibus ad ea experienda ducuntur, quę aut natura, aut fortuna, consultóue profuerint, obfuerint'ue. atque hoc ipsum quidem est, quod maxime artem eorum constituit. non enim bis tantum aūt ter, sed sępius id quod ante profuit imitati, idemq; in ijsdem affectibus ut plurimum prodesse inuenientes, ac eiusmodi memoriam præceptum uocantes, iam fidele id artisq; partem statuunt. ut autem multa fuere ab ipsis congesta præcepta, id omne congestum medicina fuit: qui uero congessit, medicus: uocatūmque ab ijsdem est

C huiusmodi congestum autopsia, hoc est intuitus proprius, qui memoria quædam est eorum, quæ sæpe eiusdemq; modi uisa sunt. hoc idem etiam experientiam nominarunt. eiusdem uero nominationem historiam. hæc enim eadem res ei, à quo obseruata est, proprius est intuitus. ei aūt qui quod obseruatum est didicit, historia. quoniam autem morbis quibusdam interdum occurrebant, quos ante non uiderant, aut quos nouerant quidem, sed in eos his locis ortos incidebant, ubi non erat quæ experimento obseruata essent medicamentorum facultas, certum inueniendi auxilia instrumentum finxerunt, ad simile transitum, quo utentes idem sæpe auxilium ab affectu ad affectum si-

D milem transferunt, & à loco ad locum. itemq; ab auxilio ante cognito ad aliud simile transeunt. uerbi gratia ab affectu ad affectum, si ab erysipelate ad herpetem se transferāt, à loco uerò ad locum, si à brachio ad femur. ab auxilio autem ad auxilium, si in alui profluuijs à cotoneo malo ad mespilum transeant. omnis autem huiusmodi transitus uia ad inuentionem est, nondum autem ante experimentum inuentio, sed quando iam quod in spem uenit experimento traditum est, id fidele iam tum teste eodem experimento est, idq; nihilominus quàm si sæpe eodem modo obseruatum esset. id autem experimentum quod transitum à simili sequitur, exercitatorium uocant, quod exercitatum in arte esse oportet eum, à quo quidpiam hoc pacto inueniendū sit. Superiora autem

omnia

omnia experimenta ante notitiam experimento- A
rum habita, quibus opus erat ad artẽ constituen-
dam, hominis uel cuiuscunque esse possunt. hæc
est quæ per experimenta ad artis finem uia est, ea
uero qua per rationem procedimus, naturam cor-
poris quod curandum tentatur, disci iubet, cumq;
omnium causarum, in quas quotidie corpus in-
currẽs, ipsum se aut salubrius aut insalubrius red-
ditur. iamq; post hæc aeris naturã aquarumq; atq;
locorum eamq; quæ uitę studijs inest, quę cibis ac
potionibus, necnon assuetudinibus, scire medi-
cum aiunt oportere: quo & morborum omnium
causas, & facultates remediorum inueniat, isq;
sit, qui conferre ratiocinariq; possit huic generi
causæ hanc uim habens adhibitum medicamen-
tum ut certum aliquid efficiat natura esse aptum. B
negat enim illum inuenire posse remedia priusq;
in omnibus his multifariam sit exercitatus. ut au-
tem ex breui exemplo rem totam cognoscas, po-
ne partem corporis aliquam dolentem, duram re-
nitentemque, quæq; in tumorem sublata sit, hic
causam medicus inueniat oportet, primumq; no-
scat humido aliquo naturæ modum superante in
partem prolapso, eam intumuisse, eodemq; inten-
dente in dolorem inuectam. deinde uero id si in-
fluat adhuc, fluxus ab eodem sit cohibendus: si ni-
hil superest, educat id quod sit in parte cõtentum.
quo igitur modo quod influit adhuc inhibebis, e-
duces quod in parte contentum est? si refrigeres
adstringasq; partem, inhibebis quod influit. sin e-
andem humectes laxesq; educes quod cõgestum C
est. sic illis ab ipso morbo eius quod utile est, ori-
tur indicatio, quam solam tamen satis esse negant,
sed aliam esse quæ à potentia laborantis sit, ab æ-
tate aliam. quibus etiã accedit ea, quæ à propria
ægroti natura ducitur, eodemq; modo à tempore
anni, lociq; natura, uitæq; studijs, & assuetudini-
bus è singulis propriam eius quod conducat indi-
cationem oriri. uerbi gratia ut hoc etiam exem-
plo res magis innotescat: esto quem febris acuta
occupet, cui tardi motus, grauisq; sensus corpo-
ris sit, qui corpore tumidiori quàm ante, ac plenio
ri rubore suffusus, idemq; uenas habeat magis in-
tumentes, cuiq; perspicuum est copiam sanguinis
homini sic affecto calidioris exuperare, quænam
igitur curatio est? nónne liquet euacuationẽ esse? D
contraria enim hęc multitudini est, cõtrariaq; con
trariorum remedia sunt. quo autẽ pacto, aut quo-
ad illa dematur, non potest etiam ex sola causa co-
gnosci, cum insuper uirtutem oporteat ætatemq;,
& anni tempus, ac regionem, cæteraq; paulo ante
proposita considerare. nam si ualidior potentia sit,
ætasq; in consistendi uigore, uer tempus anni, lo-
ciq; natura temperata, non tibi errare continget, si
uena incisa tantum sanguinis mittas, quantũ cau-
sa iubet emitti. sin imbecilla uirtus est, ætasq; aut
pueri natu admodum parui, aut senis in seniũ lon-
ge prouecti, regioq; aut frigore algeat, qualis Scy
thia est, aut calore exusta sit, qualis est quam Ae-
thiopes incolunt, anniq; tempus uehementer uel
frigidum sit, uel incalescat, nemo est qui uenam di
scindere audeat. ita iubet quoq; & assuetudines et
uitæ studia naturasq; corporum cõsiderari. ex his
enim omnibus propriam eius quod conferat ipsis
indicationem oriri. Ex quibus autem rebus indi-
catio nascitur ijs, qui rationalem medicinam profi
tentur, ab ijsdẽ obseruatio eius quod utile sit, em-
piricis est. eorũ enim accidentium quę superius in
febricitãte retuli, congeries, quę cõcursus ab illis
nominatur, exinanitionis admonet rationalẽ me-
dicum, obseruationem memorię suggerit empiri
co: nam cum sępius ijs, qui sic affecti essent, exina-
nitionem uiderit utilem esse, eandẽ si utatur spe-
rat hoc tẽpore quoq; prodesse. idemq; ab ijs, quo-
rum est ętas in consistendi uigore, per ea quæ sæ-
pius ab ipso uisa sunt, sat exinanitionis nouit sine
molestia ferri. ita uere magis q̃ ęstate: & si tempe-
rata regio est. si uero eger euacuãdo corpori assue
tus sit, qualis est quæ per hæmorrhoidas aut quæ
per nares euacuatio euenit, iccirco etiã plus san-
guinis detrahat ab ipsa rei natura prouectus ratio
nalis medicus: hoc idẽ uero empiricus faciat, quo-
niam sic ab ipso obseruatum sit. &, ut summatim
dicam, eędem in ijsdẽ affectibus medelę & ab ijs,
qui rationem profitentur, & ab empiricis medicis
trahuntur. de ratione inueniẽdi eas inter eosdem
dissensio est. ab ijsdem em̃ accidentibus quę circa
corpus apparẽt, oritur ijs, qui rationales sunt, cau
sę indicatio, ex qua curationem inueniunt: empiri
cis autem memoria repetuntur ea, quę sępe simili
modo obseruata sunt. cum aũt nullum ex ijs, quæ
apparẽt accidentia, rationales habent, ex quo cau
sa pateat, tũc sciscitari causam euidentẽ uocatam
non dubitant, quale est, si canis rabiosus momor-
derit, uiperáue, aut eius generis aliud: nam ulcus
ipsum nulla re ab alijs ulceribus diuersum per o-
mne tempus aut certe per initia apparet. si em̃ à ra
bioso cane est, alijs morsu alterius illatis simile per
omne tempus ostendit: si aũt id ab ictu uiperę est,
primis quidẽ diebus se cęteris simile repręsentat,
post aũt ubi iam laborãs ipse grauiter habet, ei cir
ca corpus affectus quidã superueniũt perniciosi.
quippe casus eius generis omẽs, q à pestiferis uo-
catis animalibus eueniunt, nisi per initia protinus
recte curent̃, eò deueniũt ut summe pniciosi sint.
quę igitur recta curatio est? an scilicet uenenũ ex-
trahere, quod unà cum ictu corpori percusso inhę
sit? ideoq; ad cicatricẽ perducere claudereue quæ
huiusmodi sunt non accelerant. sed contra agunt:
eaq; insuper minutim admodum sæpe concidũt:
iam ijsdẽ quoq; quę calida acriaq; sunt, quibusq;
attrahi uenenum siccariq; possit medicamentis
ob eandem causam utuntur. adhibentur quoque
hæc eadem ab empiricis medicamenta, qui nõ du
ce natura rei ad ea inuenienda procedunt, sed ea-
dem, quæ usu ostenderit, memoria repetunt. ut e-
nim ipsis ex ętate & anni tẽpore lociq; natura cęte
risq; quę memorata sunt, per experimentorũ noti
tiam curationis habebatur cognitio: sic ex causis
quoq; quas euidẽtes uocant, ijsdẽ cognita curatio

est. Quòd si utraque inueniendi uia mutuum inter eos consensum habuisset, nil opus illis longiori oratione fuisset. A quoniam autem experientiã accusant ij qui rationalem artem profitentur, eamq; alij cõstitui posse negant, alij mancã esse dicunt, alij artis expertẽ: contrà aũt empirici rationem quidem probabilem, ut quę tamen non uera sit, accusant: iccirco duplex utrisq; longaq; admodum decurrit oratio, cum alternas accusationes defensionesq; adhibent. Quæ enim aduersus experiẽtiam ab Asclepiade disputata sunt, qui fieri non posse monstrauit, ut ad eundem modum posset quicquam sæpe uideri: neq; posse ulla ex parte constitui eam, neq; aptam quidem ad minimũ quidpiam inueniendũ esse: Quę aũt ab Erasistrato dicta sũt, B qui simplicia quidẽ atq; in simplicibus per experientiam confessus est inueniri remedia (quale est stupori dentium portulacã mederi) hoc idem uero compositis esse atq; in compositis negauit: eandem inueniendi quidem facultate nõ ex omni parte carere, ad omnia tamẽ inuenienda nõ idoneam esse: tum uero quę explicata sunt ab ijs, qui per experientiam quidem ea inueniri concedunt: hanc ipsam aũt ꝙ infinita longaq; sit, &, ut eorũ uerbo utar, amethodos, hoc est methodo careat, accusant: itaq; rationẽ inducũt: ipsam nõ qualis constitui aut subsistere nequeat, sed quale aliqd est quod sine arte sit experientiã esse, uolũt. His igiẽ qui adeo uerbis insultãt, respõdent empirici, conãturq; experientiã eiusmodi esse monstrare, ut cõstitutionem recipiat, ut quod satis sit habeat, ut in se artẽ C cõtineat. ijdemq; rursus multis modis ipsam rationem reprehẽdunt: ut rursus quoq; necesse sit ijs, q rationalẽ disciplinam profitenẽ, ad singula reprehensionis genera respõdere. his enim cũ se naturã corporis, morborumq; omniũ ortus, uiresq; remediorũ nosse proponunt: tunc instant empirici, qui hęc omia iccirco crimini dant, ꝙ eatenus quidem procedunt, ut probabilia uerisimiliaq; sint, nulla tamen eorum certa cognitio sit: interdum ijdem cum earum rerum cognitionem concedant, eandem tamen conãtur sine usu esse monstrare: interdum cum illis hoc ipsum dent, eam superuacuam esse coarguunt. Hæc sunt quibus inter se generatim D empirici rationalesq; certãt. In quibus etiam omnibus multa particulatim contendunt: quale est quod in quæstionibus, quas de rebus inueniendis abditis tractant: alij corporum dissectionem indicationemq; ac dialecticam speculationem laudant: hęc siquidem ipsis instrumenta esse, quibus ea uenentur, quæ in obscuro posita sunt. empirici autem neq; inueniri quicquam membrorum dissectione concedunt, neque si fieret, id arti necessarium esse: ac ne omnino quidem indicationẽ esse, neq; aliud ex alio posse cognosci, quia omnia postulẽt ex semetipsis agnitionem: neq; id quod sua pte natura abditum sit, ullo signo indicari, ac nec ulli quidem arti opus dialectica esse. dein aliquid contra dialecticas suppositiones dicunt, contraq; diffinitiones, ac ne esse quidem demõstrationem pronunciãt rei ullius quę incerta natura sit, itẽmque de uitiosis demonstrandi modis, quibus uti solent ij, qui rationalem medicinam sequuntur, deq; omni ratiocinatione loquuntur. eamq; quod profitetur inuenire non posse, eademq; nec artem iam ullam constitui, neque hominum uitam proficere. quem autem epilogismum Grece uocant, quem ijdem euidentem rationem esse dicunt, utilem ad ea inuenienda esse, quæ opportuna latentia sunt (sic enim isti nominant quæ sensibilia quidem non tamen adhuc euidentia sunt) eundemq; ad eos arguendos utilem, qui contra euidentiam audent dicere: utilem quoq; ad ostendendum id, quod inter euidẽtia præteritur: utilemq; ad occurrendum sophismatis, quiq; nunquam ab euidẽtia absit, sed cum ea semper uersetur: quod tamen ratiocinationi esse negant, sed eam ab euidentibus rebus initium trahere, desinere in ea, quæ perpetuo abdita sint. ideoq; uarios eius esse modos, cũ ab euidentibus ijsdem rebus alius ad aliud quod abditum sit accedat, indeq; discordiam, quę diiudicari nequeat, esse paratam. quam indicium esse incomprehensibilitatis dicunt. nam ijdem isti quæ uera firmaq; cognitio est, comprehensionem uocant: incomprehensibilitatem uero, quod ei contrarium est. itemq; incõprehensibilitas ab ijsdem causa dicitur dissensionis, quæ iudicari nõ possit. rursus autem dissensio incomprehensibilitatis indicium. quæ autẽ de rebus obscuris cõtentio est, eam posse iudicari negant, posse autem eam, quæ de perspicuis est. in his eñ cum singula qualia sint appareant, si uera loquimur, sic esse testificãtur: si mẽtimur, coarguũt. Hęc similiaq; innumera sunt, quibus empirici rationalesq; medici certant, à quibus eadem tamen in ijsdem affectibus adhibetur curatio, ijs quidem qui in hæresi sint sua legitime exercitati. Qui autem methodici uocantur, sic enim ipsi se nominarunt, quasi rationales ij, de quibus ante retuli, nõ se methodo dicãt artem tractare, ij mihi non uerbis tenus uidentur ab antiquis sectis dissidere, sed ipsa etiam artis opera multa inuertere, cum neq; locum affectũ utile quidpiam ad curationem indicandam dicant habere, neque causam ipsam, neq; ętatem, nec tempus anni, neq; regionem, deniq; nec uirtutem ęgroti considerandam, aut eiusdem naturam habitũmue: ijdemq; uitæ studia assuetudinesq; reijciunt, cum se dicant eius quod cõferat indicatiõe contentos, quæ ab affectibus solis trahatur: ac ne ab his quidem per species, sed cõmuniter et generatim: ponãtq; ac nominent morborum cõmunia ipsa hæc, quæ ubiq; in singulis affectibus sunt. Iidemq; conãtur, alij morborum omnium qui uictu curantur, alij omnium absolute, communia in morbis ostendere duo, itemq; tertium aliud mistum. illisq; imposuere nomina adstrictionem profluuiumq;. sic morbum omnem aut districtum dicunt aut fluentem, aut ex utroque mistum. si enim naturales suppressæ sint corporum excretiones, adstrictum uocant: sin magis ferantur, fluentem: sin autem, & suppressæ

illæ

illę sint, & ferantur, ea de re mistionem oriri. quale est, si oculum inflammatio simul fluorq́ occupet: nã ab inflãmatione, quæ adstricta affectio est, cum nõ sola nũc, sed cum fluore in uno eodemq́ loco orta sit, totum ipsum affectum mistum effici. At uero indicationem eius quod conferat, laxitatem in adstrictis esse: in fluentibus uero, compresſionẽ. nam si genu uerbi gratia inflãmatione laboret, relaxare aiunt oportere, si fluat aluus, cohibere atq́ comprimere. in mistis autem contra id instare quod maxime urgeat: etenim quod magis turbet periculumq́ inferat, hoc idem est quod illi magis occurrere uehementiori malo oportere q́ alteri dicunt. Cur igitur non ipsi se rationales uocarunt, cum præsidia per indicationem comparent? quoniam inquiunt, rationales obscura scrutantur, nos autem in rebus uersamur euidẽtibus. totamq́ deniq́ sectam suam ita definiũt, ut eorum cognitio sit, quæ communia euidẽtia sunt. quę ne cæteris omnibus artibus uideatur cõmunis definitio (nam illas quoq́ eorum, quæ cõmunia euidẽtia sunt, notitias esse putãt) addũt ut ea sint, quę finem medicinę sequãtur: eorumq́ aliqui nõ quæ sequantur, sed quę eiusdem fini consentanea sint, adiunxerũt: pars autem maxima, hæc ambo componens, methodum, inquit, notitiam eorum esse quæ communia euidentia sunt, eaq́ medicinæ fini consentanea consequentiaq́: quidam autem, ut Thessalus est, sic ut eadem proxima ac necessaria sint ad sanitatem. Ita neque rationales se nominari, non enim se rebus obscuris egere, ut illi, neque empiricos uolunt, & si maxime in euidentia uersantur: ab illis enim per indicationem esse remotos. ac ne modũ quidem ipsum quo in euidentibus rebus uersantur, communem esse sibi cum empiricis dicunt. illos enim recedere à rebus obscuris, quia cognosci nõ possint. ipsos autem quãquam hoc idem, sed tamẽ faciãt quia inutiles sint. itemq́ è rebus euidẽtibus empiricos obseruationem, ipsos indicationem habere. his rebus igitur ab utrisque dicũt se differre. maximeq́; q́ anni tempora ætatesq́ ac regiones quæque omnia similia sunt abscindunt, quæ manifeste quidem inutilia sunt, ut illi putãt, sed gloriæ gratia apud priores medicos celebrata: eamq́ maximã esse dicũt methodicæ sectæ uirtutem, gloriunturq́ ea de re, seq́ admirabiles putãt, atque eum qui uitã breuem dixit artem longam reprehendũt. rem enim ipsam contrà ex omni parte se habere, ut breuis illa sit, uita lõga. demptis enim omnibus ijs, quibus ars iuuari falsò putatur, nobisq́ ea, quæ morborum communia sunt sola intuẽtibus, neq́ longã medicinam esse, neq́ difficilem, sed facillimã atq́ apertam, quæq́ sex mensibus disci omnis celerrimeq́ possit. ita enim in morbis ijs, qui uictu curantur, rem omnẽ in angustũ ualde esse deductã, eademq́ ratione in ijs, qui manu, quiq́ medicamẽtis curãtur, in quibus etiã generatim communia quędam inuenire conãtur, scoposq́ remediorum paucos subijciũt. quare, ut mihi uidetur, non uulgato illo

A semestri spatio discere, sed longe celerius totã eorum artem liceret. his itaq́, ni mentiuntur, gratiæ doctrinæ breuioris agẽdæ sunt. sin autem mẽtiuntur, negligentię sunt accusandi. quo autem potissimum modo hi mihi uideãtur iure iudicandi, cęcutiant ne in re utili, an quod superuacuum est recte ipsi soli effugiant, nũc dicam. nõ enim exigua mihi uidetur huius rei consideratio, neq́ huiusmodi, ut uerbotenus tantummodo inter se procedat, ut quæ de empiricis rationalibusq́ est, qui quicquid de inueniẽdis auxilijs primũ cõtendũt, deinde de usu eorundem consentiunt: sed aut magnopere lędantur à methodica secta artis opera, aut eadem magnopere iuuentur necesse est. cum autem in rebus duo sint genera iudicij: alterum quod à sola B ratione procedit, alterum à rebus ijs, quæ euidenter apparent: quod à sola ratione procedit, maius est quàm pro modo eorum, qui introducũtur. idcoq́ nũc importunum. quod autem ab euidentia sola deducitur, id cõmune omnibus est. quid igitur prohibet hoc esse, quo primo utamur, cũ sit & ijs, qui introducũtur apertum, & apud ipsos methodicos honoratum? à quibus nil aliud quàm euidentia celebratur assidue, eaq́ rebus omnib. anteponitur: quæ autẽ abdita sunt, omnia inutilia esse dicũtur. age igitur primum de causis, quę dicũtur euidẽtes, cõsideremus, sic euidentia posita, ut iudicij regula sit: primusq́ accedat ipse methodicus, fereq́ in hũc modũ dicat: Cur de frigorib. æstuq́; cur de ebrietatibus, de cruditatibus, de satietate, C fameq́, cur de lassitudine, deque actionibus, cibi generibus mutatisq́ assuetudinibus ó rationales empiriciq́ curiosi estis? an amissis ijs affectibus, qui in corpore sunt, hæc illa sint, quibus uos mederi debetis? quorum ne ullum quidem est, quod adhuc adsit, sed ipsa quidem recedũt. quod autem ab ijsdem genitum est, in corpore manet, eiq́ mederi oportet. id enim affectio est. hoc ipsum igitur considerãdum est, quale nã sit. si enim adstrictum est, relaxandum: si fluens, continendum, quæcunque ea causa sit, à qua genitum alterutrum est. quid igitur est, ad quod causa conferat, cum neq́ fluens unquam laxari postulet, neque adstrictum contineri? an sit omnino nihil, ut profecto res ipsa ostendit? similiq́ ratione ijdem methodici de ob- D scuris causis & morbos continentibus loquuntur. nam eas quoque superuacuas esse dicũt, cùm ab affectu propria indicetur curatio, eius etiam causæ, à qua is ortus sit, cognitione remota. eundem sermonis modum habẽtes ad tempora anni, ad ætates locaq́ transeunt: in quibus etiã admirantur cur ab antiquis medicis res tam euidẽs intellecta non sit. nõ enim inflammatio quæ adstricta affectio est, ut aiunt, æstate quidem laxãtia præsidia, hyeme autẽ ab his diuersa postulat, sed eadem in utroque tempore, neque in puerili ætate quę laxant, in senili uero quæ continent. neq́ in Aegypto laxantibus, Athenis autem cohibẽtibus eget. itemq́ si inflãmationi contraria fluensq́ affectio sit, nunq́ laxãtibus, sed semper cõtinẽtibus opus

est, siue sit hyems, siue æstas, siue uer, siue autumnus, necnõ si puer ægrotat, si cui cõsistẽs est ętas, si senex, aut si quempiã in Thracia accidat, aut in Scythia, aut in Aethiopia ægrotare. nullã igit aliquius ex his utilitatem esse dicunt, sed omnia uana curiositate tractari. quid partiũ corporis consideratio? an non inanes hæ sunt ad indicandã curationem? an quispiam sit, qui dicere audeat, inflammationẽ in parte neruosa, relaxandã esse? eandem uero in arteriosa uenosa'ue aut carnosa cõprimendam? aut omnino si quid adstrictum in aliqua parte corporis eueniat, si qui audeat dicere non id esse laxandum, aut quod fluens sit non continendum? igitur si partis natura nihil rationem curationis euariat, sed pro genere affectus remedij inuẽtio est, manifeste inutilis est adhibita partis con- B sideratio. talis sub figurata oratione methodicus est. post quem secundo loco prodeat empiricus, eaq; ferè proponat: nihil est quod ego ultra euidẽtiam intuear, neque sapientius quicquam profiteor, quàm ea quę mihi sæpe conspecta sunt. tu si euidentiam uituperas, ut ex sophista quodam superioribus diebus audiuisse mihi uideor, oportunum mihi est ad eos me diuertere, à quibus honos euidentię habetur. tu autem uiceris iam uictoriam cadmiam. si autem, ut inter initia ex te audiui, id omne quod abditum sit, inutile dicis, te sequi uero quod euidens sit, confiteris, fortasse erit ut tibi quod prætermittitur ostendam, si quod uisum est id ego cõmemorem. duo fuere qui à cane rabioso morsi ad eos medicos, quibus cum consuetudo C intercederet, confugere medicinã petentes, eratq; ulcus utrique exiguum, ut ne tota quidem esset discissa cutis. è medicis autem unus ulceri tantũmodo curationem adhibuit nulla alia solicitus de re, paucisq; diebus sanam partem ostendit. alter uero qui canem rabiosum esse nouisset, tantum non festinauit ut ulcus ad cicatricẽ perduceret, ut contra etiam id magis amplum magisq; semper efficeret, ualidis utẽs acribusq; ad multum tempus medicamentis. itemq; ægrotum interea cogeret medicamenta bibere, quæ ut ille dicebat, rabiei remedia essent. ac ita quidem res cessit utriq;, ut qui medicamenta bibisset is seruaretur in sanitatem restitutus: alter qui nil sibi mali inesse putaret, repente & aquam formidauit, & conuulsus interijt. an hic D tibi frustra euidens causa quęri uidetur? an alia de causa mortuus homo est quàm medici negligentia, qui neq; in causa quidpiam sciscitaretur, neq; curationem post hãc obseruatam assumeret? mihi quidem nullam præter hanc ob rem interijsse uidetur: qui quoniam euidentiam sequor, nullã huiusmodi causam possum prætermittere. ita nec ætatem possum præterire spernere'ue. etenim huic quoque credere ab euidẽtia cogor. cum ijdem ex omni parte affectus non omnino tamen eandem curationem habeant. sed adeo quãdoq; diuersam in diuersis ætatibus, ut non sola medicinæ mensura modoue, sed etiã genere toto euarient. nam plerisque pleuriticis in consistenti ætate constitu-

A tis ualentibusq; uidi ego sæpe à uobis etiam ipsis sanguinem mitti. sed neque uos aut in ultima senectute cuiq;, aut puero natu admodum paruo, neq; quispiã alter unquam mittere est ausus. quid Hippocrates cum scribit sub cane & ante canem purgatiões esse difficiles? quid rursus cum inquit, æstate uentrem superiorem purgare, hyeme inferiorem? utrum uera dicere, an mentiri nobis uidetur? difficilem uobis in utroq; responsionem esse arbitror. si enim mentiri dicatis, ipsam euidẽtiam spernitis, quàm à uobis plurimi fieri simulabatis. ita enim uerum esse euidens est quod ab Hippoc. scribitur: sin eundẽ uera dicere respondetis, fit ut anni tẽpora admittatis, quæ à uobis inutilia pronunciata sunt. Quin etiam existimo uos neq; peregre usquam procul à patria uestra fuisse, neque locorum differentias experimẽtis percepisse. omnino enim nescij non essetis septentrionis incolas sanguinis effusiones non pati eas quibus omne simul educitur. sic nec eos, qui Aegyptum aut omnino meridiem incolunt. qui autẽ inter hos medij sunt, ab ijs sæpe euidens ex sanguine misso commodum accipi. Illud uero quod partes non spectentur corporis, est, in quo uos ego ualde demiror, & quod mihi turpe grauiter uideatur, quod non ueritati solum, sed ijs etiam quæ uestræ operæ sunt contrariũ est, ó per Deos immortales quacũq; in in parte orta sit inflammatio eandem curationem postulat, siue id in crure accidat, siue in aure, siue in ore, siue in oculo? cur igitur ego sæpe à uobis crurum inflammationes & scalpello concisas, & oleo irrigatas inspexi? oculos autem nec unquam quidem? cur his ipsis oculis, cũ inflammati sunt, medelam per adstringentia medicamenta adhibetis, crura autem non etiam ijsdem inungitis? cur non aures quoq;, cum inflammatæ sunt, ijsdem quibus oculos remedijs medemini? cur non oculos ijsdem, quibus aures? sed inflãmatis aliud auribus aliud oculis medicamẽtum est? etenim cum rosaceo acetum bonum est inflammatis auribus medicamentum. sed neminem existimo tam audacem esse, ut idẽ inflammatis oculis infundat. quod si quis tantum audeat, hunc futurum satis intelligo, ut audaciam non exiguo cum detrimento experiatur. iam cum inflammatio uuam occupat, ei spinæ Aegyptię fructus utile medicamentum est. utile quoq; scissile alumen. utrum autem eadem hæc inflammatis oculis auribusq; conueniant, an contra omnino se res habet ut ad summum lædant? quæ omnia dico, eo uobis concesso quod primum positum est, inflammationem si in cruribus sit, ei in manibus laxari oportere, nõ autem quæ in oculis aut in uua, aut in auribus est. quod si eam quoq; quæ in crure aut manibus infestat non cuiuscunq; modi sit laxandã esse commemorem, fortasse erit uos nosse si resipiscitis, in quanto errore uersamini. eritq; quod ego nunc etiam dicã commemoratio eius quod euidentia patet. ĝbus enim in aliqua parte corporis inflammatio non ex ictu, sed spõte suborta sit ex affectu plethorico

à Græcia

à Græcis uocato, nulli laxitate partis ante egent, quàm de toto corpore detracta materia sit. id enim si feceris non modo nihil imminues, sed etiam augebis quę orta inflammatio est. quapropter per id temporis adstringentia refrigerãtiaq; parti admouemus: mox aũt ex toto corpore detractione iam facta, tum pars, quæ inflammatione laborat, laxãtia patitur. quod si dum hæc ipsa propono non uobis persuadeo, tamẽ tempus est, id quod etiam inter initia sermonis retuli, ad eos me diuertere, à quibus habetur euidentiæ honor. His ab empirico propositis, prodeat rationalis: eaq; fere exprimat. fortasse tibi, si sapis, satis hæc erant, quo minus ætatem, tempus anni, regionem, itemq; causam euidentem, aut aliquam corporis inutilem partem putares. at uero si tibi non adhuc persuasum ab empirico est, à quo cõmemoratæ res euidentes sunt, sed insuper ratione aliqua est opus, eã adijcere uideor mihi debere. tuamq; sectam in caduco positam esse ostendam. audio enim uos cũ dicitis cognitionem eorum, quæ communia in morbis euidentia sunt, passimq; interrogans qua maxime re communia hæc contineantur, & quo dignoscantur modo, id ne adhuc quidem cognoscere mihi uideor posse. eaq; causa est, quoniã inter uos nominibus tenus conuenit, de rebus dissidetis, cum è uobis alij per ea, quæ natura excernuntur, quod astrictum, quod fluens est metiantur. qui si ea suppressa sint, adstrictionem uitium nominant: si sine modo excernãtur: profluuium. alij in ijs affectibus, qui in corporib. reliqui sunt, uitia posita dicunt, grauiterq; eos accusant, qui quod educitur respiciunt. Ego autem quo in errore uersari utrique mihi uidentur fortasse iam exponam. primumq; in eos à me uerba fiant, qui per ea quæ secundum naturam excernantur morbos iudicant. miror enim cur isti nec sudoris unquã, neque urinę, neque uomitus, neq; deiectionum plus quàm pro modo naturę uiderunt bene in morbis educi, itemq; id quod omnium maxime absurdũ est, cur ne sanguinis quidem è naribus cursum in quo crisis esset, unquam inspexere. at huius uero non mensura solum, sed totum etiam genus præter naturam est. sudoris autẽ, urinæ, quicquid per aluum, aut per uomitum ruit, genus quidem non pręter naturam, multitudo tamen nonnunquam tam immodica est, ut ego quosdam uiderim quibus tantum sudoris effluxerit, ut plumas etiã madefacerent, alios quibus deiecta aluus triginta heminas superaret: sed tamen inter hæc nihil mihi uisum est esse sedandũ, quoniã educebantur ea quæ molesta erant: quanquam si quis ijs, quæ excernuntur secundum naturam, regula usus in omni genere esset, huic inhibenda huiusmodi accidentia erant. quapropter probabilia magis quodammodo sentire uidentur ij, qui eos affectus, qui in corpore sunt, morborũ cõmunia statuũt. at in his uero est in quo admirer, cur illa ipsa ausi sunt euidentia dicere. si enim non quod fluit è uentre, sed quę in corpore affectio est, ex qua ducit idipsum

A quod fluit, profluuium est, eamq; nulli è sensibus patere licet, quomodo profluuij erit, ut illa morborum communia etiam possint euidẽtia dici? cum in laxiori intestino affectio esse in tenuibus possit, in ieiuno uentriculoq; atque mesaræo, & pluribus alijs partium interiorum, quarum ulla neque ipsa potest percipi sensu, neque eius affectus. quomodo igitur illa morborum communia possunt etiam euidentia dici, nisi quod per signa dignoscitur, id euidens quispiam uelit uocare? quod si ita est, non uideo quid iam ab antiquis medicis differant. sed quomodo breui semestriq; temporis spatio artem edocere profitentur? cum non exigua opinor opus sit methodo ad aliquid quod sensum effugiat, percipiendũ. sed qui recte hoc ipsum præ-
B stet, huic opus sit & corporum dissectione, ex qua partes interiores quomodo singulę natura se habeant, ediscat, & physica speculatione nõ exigua, ut operationẽ cuiusq; utilitatemq; consideret. priusquam enim hæc inuenta sint, non potest ullius in imo corpore partis affectus dignosci. quid illud monuisse oportet, huc etiam magnam à dialectica opem afferri? ut ex quibus quid concludatur aperte percipias, neque sophisma uel ex te uel ex altero offendas. nam ipsi à nobis interdum sophismate imprudentes capimur. at uero libenter ex istis requirerem quid profluuium sit, si modo loqui didicerũt. non enim id tantummodo satis esse arbitror, quòd eorum aliqui dicunt, quendã præter naturam affectum profluuiũ esse. nisi enim qui
C sit hic affectus didicerimus, nihil erit quod plus à nobis noscatur, laxitas ne quędã an mollities an raritas sit? nihil enim ab illis audire est quod dilucide dictum sit, sed quicquid occurrit, modo hoc modo illud, sæpe uero ut omnia simul, tanquã inter se nihil differentia. si quis autẽ eos tentet, quid inter illa intersit, docere, singulaq; propriã speculationem postulare, eum audire ne sustinent quidẽ, sed etiam antiquos reprehendunt quod hęc similiaq; frustra distinxerint. adeo illis ueri quęstio intolerabilis est. ac ne illud quidem laxo quod intentum est, esse cõtrarium, molli quod durum, raro quod densum audire patiũtur. itemq; præter hęc omnia aliud esse naturalia excrementa supprimi fluereq;. atq; omnia hæc ab Hipp. esse distincta. ijdemq; &
D de his temere rebus pronũciãt, inflãmationemq;, sic durum renitentem, afficientem dolore, calidũ tumorem nominant, facile admodum inconsideratoq; adstrictum malum esse proponunt. alias uero rursus inflammationes mistas appellant, quales quæ in oculis accidunt, ubi fluxioni admistæ sunt, quæq; in tonsillis, in uua, in palato, in gingiuis. deinde foramina ponunt alia rara esse facta, alia clausa, eamq; ob rem utroq; uitio affici. sunt autẽ qui dicere nõ dubitent in uno eodemq; foramine profluuiũ simul & adstrictionẽ consistere. quod ne animo quidẽ comprehẽdi facile est. adeo in omnẽ temeritatem feruntur. quidam autem eorum, ijdemq; pauci, qui pati possunt ut aliquanto plus de his rebus omnibus audiãt considerentq;, ut ipsos

ut ipsos pœniteat, uix tandem adducti ad ueritatem se uertunt. His igitur cæterisq; qui paulo diligenter discere de primis aliquid communibusq; morbis uolunt, liber est separatim cōscriptus. nūc autem ut ijs, qui introducūtur, res utilis sit, aduersus eosdem methodicos æquum est pauca dicere, quæ tamen optarim aliquid illis quoq; prodesse. quod fieret, si contentione remota idipsum quod dicitur secum ipsi exquirerent. id autem quod dicitur est, ut quæ ab illis etiam ipsis uocata inflāmatio est, præter naturā sit tumor dolore afficiēs, prementib. digitis renitens, durus, calidusq;, eademq; nihilo magis aut raram, aut duram, aut densam quàm antea esset propria ratione partem efficiat: sed fluente materia, & ea quidem superuacua impleat: ideoq; intenta pars eadem sit. non tamen si quid intentum est, id omnino densius quàm ante aut durius est. illudq; in corijs discas lorisq; & nexu aptatis rebus licet, si undiq; ea distendere tentes. ita partium quæ per inflammationem repletæ sunt, medela est materiæ detractio. hęc enim repletioni contraria est. cum autem partes ipsæ exhauriuntur, protinus consequitur, ut eædem remissiores efficiantur. quæ repleta sunt, eadem ut intenta sint necessario sequitur. ueluti quæ exhausta sunt, ut remissa sint, quorum neutrum uel densitas uel raritas necessario sequitur. ac ne profluuium quidem suppressio'ue. neq; enim si quid rarum est, ex hoc aliquid fluat omnino necesse est. quid enim si crassum exiguumq; sit id quod intus est? neque si spissum, in eo supprimi necesse est: nam quod multum & tenue est, id etiam per densa foramina effluit. satius igitur fuit illos antiquorum uolumina legere, discereq; quot modis quicquid prius in parte contentum est, idem rursus excernatur. si rarefiat quod continet, si quod contentum est attenuetur, idemq; si incrementum assumat, si uehementius moueatur, si à re aut exteriore trahatur, aut interiore pellatur, ac ueluti ab exterioribus quibusdam absorbeatur. quibus omnibus prætermissis, si quispiam raritatem foraminum unicam educendæ materiæ causam existimat: is uidebitur ne euidentia quidem cognoscere. siquidem lanā spongiam'ue aut in quibus similis raritas est, si quod intus habeant, exiguum sit, id non deponere, sed continere manifeste uidemus: si multū, effundere. cur igitur illi non in oculis naribusq; et ore, & quę simili raritate sunt, hoc idem animaduerterunt? licere aliquādo non ꝙ rara foramina sint, sed ꝙ humor multus in his partibus sit, idcirco aliquid effluere. ac fictilia quoq; sæpe uidemus, quæ tam raro corpore sint, ut etiam aquam transfundāt, quę tamen eadem, si mel infuderis, nihil transmittant. nam crassior mellis substantia est quàm pro ratione foramina quæ in fictili sunt. ita nec illud alienum erat intelligi, sæpe aliquid ob tenuitatē mitti, quanquam corpus ipsum quod continet, non sit à natura perforatum. itemq; nec illud, plerunq; naturam, à qua gubernatur animal, quicquid superuacuum erat, id per corpus ipsum continens euacuasse, tanq; exprimentē expellentemq; difficile erat intelligere eū, qui diligentius in artis operibus uersatus esset. plerunq; enim sic morborum crises eueniunt. reliquas educendæ materiæ causas prætereo. itemq; eas, quæ eiusdem continēdæ totidem sunt, illisq; contrariæ: siquidem audire talia non ad aures eorum spectat. quod autem mihi fortasse assequi posse uidentur, ad id rursus reuertor. oculum humore fluere interdum posse, nō ꝙ nulla sit in parte ipsa à modo naturæ facta mutatio, sed ꝙ fluens materia uel multa sit uel tenuis, uel à natura per hanc partem expulsa. scilicetq; oportere fluentem materiam, si tenuis est, crassam reddere: si multa, educere: conatum uero naturę si opportunus sit, admittere, nihilq; in ipsum oculi corpus agere, quippe quod nullam fluxionis causam continet. id autem opinari, inflammationum aliam adstrictum esse uitium, aliam mistum, non uideo quo modo non desipientiæ sit. primū enim quod ab ipsis dictum est, eius obliti sunt, non uel fluentem morbum effluxu iudicari debere, uel adstrictum suppresione, sed ipsos oportere corporum affectus spectare. cum igitur ex parte omni hi similes sunt, nullaq; in re quę nunc inflāmatio est ab ea quę antea fuit, differre uidetur, nisi quòd aliquid ab altera defluit, nihil ab altera, quomō non uehemēter absurdum est, hanc mistam, illā adstrictam putare? deinde uero quomō nec illud, quod facillimum erat, ipsis in cōsiderationem uenit, neque in manu, neque in cubito, neque in brachio, neq; in crure, neq; in femore, neq; in ulla corporis parte alia uisum unquam fuisse huiusmodi genus inflammationis, ut aliquid foras efflueret? sed ijs tantummodo id euenire, quæ os oculos'ue aut nares occupant. an illis morborum cōmunibus omnibus quę mista sunt Iuppiter interdixit, ne ullum unquam eorum ullam aliam corporis partē attingeret, sed in oculos tantummodo naresq; & os sæuiret? nam inflammatio potest partes corporis occupare omnes, quæ natura sunt aptæ ut causas illius gignendæ suscipiant. quòd uero alię sunt raræ natura, aliæ densæ, eo fit, ut ab illis quicquam effluat lapsæ materię, in his autem contineatur. si enim utrem impleas humida re, alia'ue quibus ita corpus continēs sit, nihil effunditur. idē si in spongiam agas, quæq; ita raro corpore sunt, protinus id omne, quod superuacuum est, effunditur. quid igitur difficultatis erat eos animaduertētes quàm maior omni reliquæ cuti densitas sit, ꝗ quæ oculis naribusq; atq; ori inest, partium naturę causam ascribere, mistione longisq; nugis dimissis? hoc enim ita esse declarāt inflammationes eæ, quibus in partibus alijs admista exulceratio est. siquidem ab his id effluit, quod tenue est, perinde ac si in oculis naribusq; atq; ore essent. dum autem illæsa cutis densaq; ex omni parte est, cur nihil effunditur, hoc ipsum causa est nō inflammationis genus. rursus ut siue melle, pice'ue liquida nec id quidē sine modo, spongiam lanamq; madefacias, nihil effunditur, propter humoris crassitudinem; siue idem

ex

ex aqua agas aut quibus similis tenuitas est, sed exiguo adhibito modo: sic arbitror, nō semper ab oculis aliquid effluit, idq; aut ob crassitudinē humoris, aut quia nō is superuacuus est: ut in ijs, qui se habent in statu naturę. itaq; licet idem inflāmationis genus nulla alia differēs re, q̄ crassitudine influentis materiæ lippitudinem sine fluore facere, quā sapientissimi methodici adstrictam nomināt. eamq; differre putant à mista, uerborū suorū obliti, in quę maxima necessitate adstricti pręcipitant, qui morborū effectus in corporibus cōsistere nō in humidis uolunt. quomodo igitur cū eadē A in corporib. affectio est, nulla re dissimilis, solam autem humidorum naturam quæ tenuia rara'ue sint, sequatur, modo effluere aliquid, modo contineri, dissimilia morborum cōmunia esse putatis? ita fit ut ista uestra mistio ne animo quidem concipi possit. cætera autem quæ non solum in ijs qui uictu, sed etiam qui manu, quiq; medicamentis morbi curantur, particulatim peccatis, aliàs fortasse discetis, nisi per hæc uobis adhuc persuasum est. nunc uero cum satis hæc sint ijs, qui introducuntur, præsentibus finem imponam.

CL. GALENI DE OPTIMA SECTA LIBER AD THRASYBVLVM.

IVNIO PAVLO CRASSO PATAVINO INTERPRETE.

Praeceptum debet esse { verum, utile, iactis principijs consentiens.

SINGVLA medica pręcepta, atq; uniuersim omnia præcepta in primis uera esse debent, secūdo utilia, tertio iactis principijs cōsententia: ex his tribus enim legitimū præceptum diiudices. nam si unum ex dictis præcepto desit, statim neque præceptum id dici merebitur. cum artes namque ex præceptis, & his non quibuslibet constent: sed primum multitudinem quandā comprehensionum esse oporteat: deinde & ad aliquod conducibile pertinere; propterea omne præceptum uerum esse & utile & consecutionem quandam non solum ad præmissa principia, sed etiam ad reliqua præcepta habere necesse est. Quatenus enim sub comprehensionem quodlibet pręceptū cadit, ea ratione uerum esse opus est: falsi namque comprehensio nulla est. quatenus autem ad finem aliquem uitæ commodum pertinet, eò singulum præceptum utile esse affirmandum est. cōprehensionum autem collectionem ad præceptorum inter se, & cum subiecto principio consensum quærere opus est. at quoniam queadmodum sub uno principe subditorum multitudo mente cōcipitur, sic & præceptum ad ante iactum principiū refertur, ob id omne præceptum uerum, utile, consentiensq; esse necessario dicendum. Quare si tribus ijs omne artificiosum præceptum censetur, liquidum est & medica præcepta ijsdem esse diiudicanda. Igitur quandoquidem uerum quale nam sit, & quomodo æstimetur, nō semper in conspicuo est, neque utile, neque consequens facile deprehendi possunt, notas horum aliquas iudicandiq; instrumenta in primis tradere necesse fuerit. (verum.) Verum sanè ex orationis cū rebus cōcordia æstimabitur, at rerum aliquæ sensui euidentes sunt, aliquę sensum latentes: euidentium aliquæ per se innotescunt, ut albus, aterq; color, aliæ non per se, sed ab alijs claritatem adipiscuntur, ut quæ signis deprehendūtur: rursum rerum sensui abditarum aliquæ intellectui perspicuæ & sunt, & dicuntur, ut bis duo quatuor constituunt, aliæ per ostensionē cognoscūtur, ut id, quo bene uti licet, eodem & abuti, & quæ sequuntur. Oportet autem semper sermonem ac præceptum ad speciem propositę rei, de qua sermo est atq; præceptum, referre, ac si de re aliqua sensui euidenti sit, ad illam accommodare: sin uero de re sensui occulta, considerandum, C num alicui occultarum rerum sit consentiens. Iudicia autem de rebus sensui euidentibus atque occultis differunt. Quæcunq; enim sensui euidentium rerum per se de seipsis notitiam pariunt, sensu diiudicantur, ut album & atrum. quare medici illi iure sunt deridendi, qui de rebus sensui euidentibus sententiam non sensorijs, sed demonstratione aliqua ferre conantur: quemadmodū & Asclepiades de mēbranulis in corde insitis disputās, Erasistratū deceptū esse cōtendit, Herophilū enim q̄ multa corpora inciderit, eas nō uidisse: cū ipsi liceret ad sensui euidentis rei scrutationē, ut decebat, accedēti, de re postea ferre sententiā, & non fatuis opinionib. credere. Itaq; rerum sensui euidentiū, quæcunq; per se deprehendi ualent, iudices sunt, D ut supra retuli, ipsa sensoria. Sed euidentium quidem sensui, non per se autem cognitorum, iudex est obseruatio; eorum dico, quæ per signa percipiuntur. Iterum sensui abstrusarum rerum sicut plures sunt differentiæ, ita & diuersa iudicandi instrumēta: ex abstrusis autem sensui, aliqua intellectui perspicua sunt, ut hoc, fieri nō posse, ut idē homo Athenis simul atq; in Aegypto sit: aliqua per ostēsionem cognoscuntur. de perspicuis intellectui iudicium ex communi omnium hominum conceptione habetur: at quæ ostensione percipiuntur, per consensum cum his, quæ ab omnibus conceduntur, diiudicantur. rursus concessi diiudicatio in plura diuiditur. aut enim ex consensu cum sensui apparentibus, aut cum perspicuis intellectui,

aut

Res { sensui euidentes { per se / ex alijs } ut { albus color, ater. / quae signis deprehenduntur. } iudicem habent { sensum. / obseruationem. }
sensum latentes { intellectui perspicuae & sunt, & dicuntur. / per ostensionem cognoscuntur } ut { bis duo, quatuor constituunt. / id quo bene uti licet, eodem & abuti.

A aut cum demonstratis concessum discernitur. Igitur quomodo uerum & ad iudicium ueri ducentia iudicari oporteat, explicauimus. Deinceps de utili pręcepto differemus. Vtile præceptũ cum ad artis finem refertur, dignoscitur. Oportet autem ipsum primum quidem comprehendi posse: si hæc enim desit conditio, ut hippocẽtauri fel attonitis medetur, quoniam comprehendi nequit, propterea inutile præceptum redditur. Deinde ipsius apprehensionem non conuenit cum uulgaribus esse communem, sed artificum propriam: idcirco namq; eos fallos esse nos dicimus, qui sensui euidentia artis initium esse opinantur. neque enim ex sensui euidentibus ars constituitur, neq; per sensui euidentia fit eius traditio: quandoquidem B nemo sensui nota tradit, sed ea quæ ex sensui notis præcepta oriuntur, quæ planè sensui subiecta non sunt. Hęc igitur artis principium esse non ab re quispiam dixerit, præcepta dico ex euidentibus sensui nata principium tradendæ ab sensui euidentibus artis euadunt. Quòd si quis nota sensui principiũ esse artis affirmet, se inter artem inertiamq; nullum ponere discrimen ignorat. etenim si sensui patentium deprehensio eadem in artifice atque imperito fuerit, clarum est huiusce rei causa nihil artificem imperito præstare: quin neque iam artifex erit, siquidem artifici atque inscio eorundem eadem inest cognitio. Quamobrem sensui nota preceptorum inuentionis principiũ esse iure dicentur, artis uero principium minime. nam C quemadmodũ leporis uestigia inueniendi leporis principiũ non iniuria quispiam dixerit, leporis autem esse principiũ nullus mente constans affirmauerit: neq; enim lepus ex uestigijs cõponitur: ita nota sensui pręceptorum inuentionis principium rectè dixeris, quòd ab his profecti artis inuentores ipsam constituũt, artis uero principium nõ item. principia namque in eius qualitatem, cuius sunt principia referre conuenit. Itaque & artis principia uulgo ignota esse debent. neque enim ars ulla ipsi nota est. præterea artium principia traduntur, euidentia uero sensui non traduntur. quo fit, ut nemo ratioabiliter sensui subiecta artis esse principia contendat. Præcepta namq; aut in sensui notis, aut in his quæ ex alijs percipiuntur, aut in D his quæ præostensa fuere, aut in manifestis intellectui consistunt. in hunc sanè modum in euidentibus quidem sensui sic: Quidã plures intuitus sauciato corde morientes, mortis causam scrutatus est: considerans igitur inuenit neque ob facultatis deliquium, neque propter materiæ medicinalis penuriam, sed propter necessarium membri illius usum istos interire. quare cognoscens absque membri huius actione, utilitateq; ab ipso corpori subministrata animal superesse non posse, rationeq; ea quæ in sensui manifestis inuenit, colligẽs, hoc præceptum constituit, quicunq; in corde sauciatur, morietur. Quod igitur ex manifestorũ sensui consensu ratione inuentum est, & uniuersum prolatum, præceptum dicitur. quin potius in manifestis sensui præceptum consistit, ut à sensui euidentibus in phlegmone: si quis phlegmone afficitur, ille tumorem habet durum, renitentem, pulsatiuum dolorem inferentem. sunt itaq; nota sensui præceptorum inuentionis primordia: at pręcepta ex sensui euidentium consensu reperta cõstituendæ artis sunt principia. & à sensui euidentibus ad hunc sanè modum præceptum conflatur. Ab his autem quæ ex alijs percipiuntur, hoc modo præceptum colligitur: siquidem hi casus infestant, hic sanguinis copia laborat: cui hęc eueniunt, illi iecur, aut renes, aut id genus aliquod afficitur. Ab his autem quæ præostensa sunt, hoc modo conficitur: si ante probatum fuerit, quid sit cõcoctio, & quæ concoquuntur, fundi & eliquare, atq; ita mox distribui, & ægrotantes non multo in conficiendis cibis labore indigere, ab his huiusmodi pręceptum nascitur: liquidi cibi omnes febricitantibus bene faciunt. Sed ex manifestis ita præceptum oritur: quicquid est multũ, naturę aduersatur. & illud, non saturitas, nõ fames, neque aliud quicquam bonum est, quod naturæ fines ęgreditur: & illud, saturitas morbos creat, euacuatio medetur. nam cum per se constet, in illis quidẽ, si facultatem uincentia, in hoc uero, si efficiens causa repellatur, quod fiebat, nõ futurum esse, dicta pręcepta fuere composita. omne autem præceptum cõmune est, & firmum. Quamobrem errant illi, qui eò artem coniectricem aiunt, quòd coniectorijs præceptis cõtinetur. nõ enim à præceptis coniectrix denominatur, hęc nãq; perpetua sunt: sed ab actione & medentium opera, hæc enim incertum euentum habẽs coniectricem artem reddit. nam omniũ artium pręcepta æque perpetua sunt & æterna: uerum quoniam non omnium artium finis semper attingi potest: eo fit, ut ipsarũ nõnullæ coniectrices appellentur, quę incertum ancipitemq;, ut dixi, euẽtum habent. cęterum quoniam utile diiudicandum esse dicebamus, si ad finem referretur, artis finẽ proponere nẽcesse fuerit, ut eo patefacto perspicuum fiat, ad quid referentem utile æstimare oporteat. Artium igitur aliquæ ea quę non sunt, efficiunt, ut nauium structoria: nõnullæ quę facta sunt, conseruant, ut nauiũ gubernatoria: nonnullę utrunque præstant, ut ędificatoria. in faciẽtibus artibus, aut seruantibus unus est consequendi finis modus: propterea in his simplex est utilis æstimatio. sed in his, quę iuxta faciunt & conseruant, nõ facile est diiudicare: non enim tanquã inutile refutandum est, quod ad cõseruationem conducit: sed diligenter perquirendum, num quippiam ad eius, quod nõ est, productionem conferat. Ars itaque medica inter eas est, quę faciunt & conseruant: non idcirco tamẽ geminum esse artis finem credere oportet, & quod nõ est, facere, utpote, sanitatem: & eam, quę est, cõseruare: per eadem enim pręcepta, ut aiunt, sanitatẽ creans, eandemq; conseruãs geminum habere finem uideatur. profecto nisi euidenter eadẽ essent pręcepta ad utrunque finem ducẽtia, differẽtibus etiam

Vna est ars quia diversus non finis

etiam finibus diuersę utiq; essent artes, & duę medicatiuæ: at quoniam eadem cum sint præcepta, proposita euariāt, una ars differentia habebit proposita. sed me hercule ignorant artis unum esse propositum sanitatem scilicet, finemq; unum, qui est eius consecutio, modos autem consecutionis multiplices. non uariat igitur propositum, neq; finis secundū uarium habendę sanitatis modum: siquidem nobis apta efficere cognoscentes, modo ipsa nocentia summouentes sanitatē acquirimus, modo ea deuitātes ipsam præsentē conseruamus. quare utile in medicina recte æstimabimus nonnunquam, si ad sanitatem accersendam, nonnunquam, si ad eam retinendam confert, nobiscū reputantes. Consensum autem præceptorū nonnulli ex eo, quòd unà sint, quærendum censent, multa simul esse ignorantes, inter quæ nullus consensus esse dignoscitur, quēadmodū & diem esse, & simul eam spirationem fieri dicimus, inter quę tamen nulla intercedit societas. non igitur consensum ex eo, quòd simul sint, diiudicare oportet: sed quo sublato necessario quippiam aufertur, & posito ponitur, id ei consentiens consociatumq; iure putādum est, atq; in uniuersum quæ mutuò inter se dependentia colligātur per appellatā epicrisim à Græcis, à nostris adiudicatio dici potest, iudicāda sunt: in quibus sanè consequentem epicrisim facere opus fuerit, ad quarundam uero orationum epicrisim, necessario quærendus est consensus & consecutio. an uero & ad medicinalium preceptorum iudicationē ea conducat, forsan disquiret aliquis: neq; enim quòd medicinale præceptū utile uerumq; sit, cognoscere satis fuerit: sed nihilo secius ipsum cum aliis cohærere consentireq; opus est. Quādoquidē igitur omnis oratio omneq; præceptum tribus hisce perpenditur, tres uero in medicina sectæ celebres sunt, rationalis, empirica, & methodica, ut Grēcis utar nominibus: age & hisce iudicādi rationibus usi istas singulas diligentius contemplemur: ut synceræ ac salutari cęteris posthabitis adhæreamus. In primis autem quid inter eas conueniat, quid cuiusq; propriū sit, exponere necesse est: deinde his peractis singulas ad examen redigemus. Trium itaq; sectarum professores in hisce consentiunt: quòd euidentia pręcepta utilia sunt, analogismus, obseruatio, historia, ad simile transitus, quòd historia sine iudicio non admittenda, instrumenta, applicandorum remediorum modus: quòd ex aliis alia deprehenduntur: quòd iisdem præsentibus malis eadem sunt facienda: quòd adiectionibus, & subtractionibus sanitas seruatur, & morbi fugātur, quòd ad sanitatē retinendā & morbos tollendos nocentium usus fugiendus est, quòd ad materiæ adhibendæ notitiam experientia potens atq; utilis est: quę nutriūt enim & quæ nō nutriunt, purgātia, & mortifera, experientia omnia comperta sunt. Sub hoc cōmuni empirici subsistunt, nō solum facultates, sed etiā conferentia obseruatione fuisse inuenta testātes. At uocati methodici ultra id cōmune dictum quiddam ab empiricis diuersum adiiciunt: aiunt enim antequā adhibendorum remediorum uires quis didicerit, nihil aliud utile ab experientia prouenire: nullum enim conferens ex obseruatione accipi posse, cum simpliciter conferentia ex quibusdam sensui apparentibus colligātur. Rationales uero medici inter hos medii ingrediuntur. sic enim omnia utilia ex obseruatione aiūt deprehendi, quemadmodum declarāt empirici: neq; enim ob id etiā ex indicatione inueniri negant, ut uolebant methodici: sed nonnulla ex obseruatione deprehēdi, ut mortifera, & uenenum morsu fundentia: nonnulla ex indicatione, ea uidelicet, quorum causæ reperiuntur. Inter methodicos igitur atque rationales eatenus conuenit, quatenus utrique ex indicatione utile percipi arbitrātur: quatenus uero à diuersis accipiunt, eatenus dissentiunt: siquidem methodici ex sensui euidentibus quibusdam utilia putāt indicari: at rationales ab huiusmodi quidem minime, sed ab occultis. nam cum à causis indicationes creari censeant, causę uero ut causæ sensui euidentes non sint: iam constat, apud eos ab sensui notis indicationes non fieri, sed ista esse præuia & ueluti manuducere ad eorum, quę indicare possunt, notitiā afferunt. hoc itaq; rursum empirici rationalibus assentiunt, à nullo sensui apparente utilis indicationē proficisci. Hoc uero aliud commune est & ab omnibus medicis concessum, sensui nota uidelicet usui esse: ut aiunt empirici, ad obseruāda ea, quæ ex ipsis colliguntur, cum obseruatio in eorū aliquibus sit: ut rationales uero, quòd ex ipsis indicare potentia deprehendantur: ut methodici, ad ipsa utilia percipienda huiusmodi euidentia ex usu sunt. rursum hoc loco inter empiricos methodicosq; conuenit, occultum ex euidentibus non agnosci, ex quo conferētium indicatio oriatur: empiricis autem atq; rationalibus commune est, in claris sensui utilia obseruare. inter methodicos autē & rationales, consensus est, ex sensu cognitis utilia deprehēdi. methodici nāq; ipsum utile aiunt ex talibus elici: rationales uero ipsa utile indicare potentia ex euidentibus, utile autem nullum erui decernunt. Sed ad eos, qui ex patentibus causis utile quodpiam inueniri putāt, ut in palo exempli causa, dicendum est, non ut ex perspicuis, sed ut ex causis in huiusmodi utile reperiri: causa uero, ut causa est, non est sensui euidēs, sed ex casibus deprehenditur. igitur si extremę cuti arenula paxillus ue inhærens dolorem non moueat, neq; sui sensum excitet, nō percipimus. causa enim alicuius non est, quodlibet faciens. quicquid enim causa est, sensui non apparet, ut causa. nam quæ ad aliquid se habēt, ut huiusmodi sunt, non sunt nota sensui: ipsa uero, quę ad aliquid se habent, conspicua sensibus sunt, ut pater, seruus, frater, & id genus alia: ipsa quidem singula cernūtur, sed ipsorum ad alia relationes non sentiūtur.

Postquam igitur diiudicandarum rationum instrumenta docuimus, communiaq; & propria sectarum perstrinximus, deinceps necessarium fuerit

Marginal notes: Vnus est finis multiplices sunt modi consecutionis — Consensus utilis principiis — Epicrisis — Iudicandis contemplandis & aliquorum invenire — Quid utrisq; commune — Medicina est adiectio & subtractio … Gal. lib. 11. methodi — Quid singulis proprium — rationales medici medii — quorum causa reperiuntur ex indicatione — empirici / methodici / rationales ab occultis — Causæ ut causæ sensum latent — occultum ex evidentibus non agnosci empirici methodici — Quomodo utile in perspicuis reperiatur — Quodlibet faciens non est alicuius causa

rit unamquamq; sectam diligenter excutere ac diiudicare, atq; ita meliorem, quæ uisa fuerit, amplecti. empirici sane ac methodici rationalibus contradicētes inutilem esse aiūt rerum abditarum notitiam: nihil enim abditum utile reperiri. Ad hoc rationales respondēt separatim utriq; sectę. Ac primum empiricis dicūt, sensu cognita nō satis esse, ut in ipsis utilia obseruatione deprehēdātur: nam & occultis opus est, siquidem ab his cōferentium indicationes enascuntur: cuius rei testimoniū est, quòd uos ipsi nō in omnibus sensu perceptis obseruatione utimini, sed in quibusdam, quæ quiddam plus, quàm cetera euidētia sensui, contineāt, in quibus obseruandum est, quod non patet sensui: quod si est, abdita nō inutilia fuerint. nota igitur sensui si ut talia ad utilium inuentionem capiantur, omnia ad id conducent, aut nō: at omnia ad id conducere si dicamus, incredibile fuerit: quòd si nō omnia conducibilia, necesse fuerit plus aliquid, quàm euidentiam cōtinere, quod percipere non ad sensum, sed ad rationabilem potētiam pertinet, ea uero abdita dignoscit. quare & rationabilis facultas & res abditæ non incommodæ sunt: nam si nota sensui ut nota sensui sunt, inter se non differunt: patet omnia, quantum in ipsis est, æque ad obseruationem esse idonea. quare & minima quæq; tam præterita quàm præsentia commoda fuerint: id autem fieri non potest. quomodo enim in stragulis uestibus & cubili, ubi æger cubauerit, atque id genus alijs quippiam aliquis obseruauerit? manifestum igitur est non in notis sensui, quatenus talia sunt, obseruationem uersari, ęque enim in omnibus uersaretur, sed in quodam altero, quod non apparet. si hoc uerum est, iam id efficitur, occulta usui esse. Verumtamen unde, inquiunt, dignoscimus in hisce euidentibus obseruationem posse fieri, in illis uero non item? haud enim facile est ab istis euidentibus, quatenus ita euidentia sunt, istud accipere. ita enim omnes uel triuiales dignoscerent, in quibusnam euidentibus obseruandum esset, atque ita nihil nostra experiētia à uulgi imperitia distaret: quòd si nō omnibus cōstat, quibus euidentibus obseruatio sit adhibēda, solis autem id artificib. notum est: sequitur in sensui euidentibus, non, ut euidentia sunt, conferentia obseruatione deprehēdi. quoniā enim hoc est euidens, in quo obseruādum est, id utique non est euidens, sed occultum, admodum autem istud nouisse expedit, propterea & occulta ex usu sunt. ultra dicta etiam, quandoquidem dicant empirici & in prçteritis & in presentibus obseruandū esse, idcirco & transacta curiose disquirunt, infinita uero sunt etiam præsentia, & in infinitis obseruatio fieri non potest: clare sequitur eorum obseruationem ex his esse, quæ fieri non possunt. In Methodicos autem sensui perspicua conferētium demonstratiua esse putantes, hæc adducūt rationales. sensui nota ex seipsis percipi possunt, & uulgo igitur nota erunt. quoniam uero & communitates indicant, simulq; cum indicantibus indicata sese offe-

A runt, uulgaribus utiq; communitates indicabunt, atque ita nihil à uulgaribus ò methodici differentis. quòd ab affectibus uero conferentium indicatio non proueniat, per hæc demonstrare licet. eodem affectu, exempli gratia, phlegmone, differentes corporis sedes occupante, ut oculos, aut iecur, aut gulam, non eadem curatione, sed diuersa utendum: oculo namq; inflammato succus fœniculi, & lac muliebre conueniunt: gulæ autem, uel ori uentriculi & iecori aliud quippiam: at oleum oculo nocet, in alijs uero inflammatis partibus dolorem mitigat: ex his manifeste cōcluditur, ab affectibus conferētia non indicari. idem enim in omnibus eidem affectui remedium admoueretur: siquidem affectus conferentium esset indicatiuus: B hoc pacto etiam methodicorum placitum demoliri possumus, eodem affectu eundem locū uexante pro causarum differētia differēte curatione homines indigent, ut in urinæ suppressione, si sit calculus excisorem adhibebimus, si urinæ copia, fistulam demittimus, si phlegmone, cataplasma superdamus. quòd si ab affectibus conferētium indicationes orirentur, uno affectu proposito, una & eadem etiam curatio assumeretur. sed una nō sumitur eiusdem affectus curatio, nō igitur ab affectibus conferētium indicationes accipiuntur.

His itaque summatim expositis nō inutile fuerit, indicationem, quid sit, circumscribere, & quomodo ab indicatione utile capiatur: quid sit obseruatio, quomodoq; ex obseruatione utilia deprehen- C dātur: quid sit analogismus, & qua ratione ab eo utile sumatur. Quemadmodū igitur sensui euidentium aliqua per seipsa percipiūtur, ut albū & atrū: nōnulla adhibita obseruatione, ut ea, quæ per notas dignoscuntur: ita & iuuātia quidem per indicationem patefiunt. simul enim cum indicātibus obuia sunt, nulliusq; cogitationis ope indigent. Hanc enim ob causam & animantia ratione carentia æstum, algorem, semelq; omnia nocere ualentia, quoad eius fieri potest, uitare conantur. Simul uidelicet eo, quod iuuat, sese offerente. Paxillo enim aut aliquo alio in membrum defixo nullus cogitatione præmissa reuellit. Quare quod in apertissimis & sine cōtrouersia concessis reperitur, (omnibus enim demōstrationem transcēden- D tibus mens nostra propter euidētiam assentitur) id nimirum & in perceptis ex indicatione cōtigerit. quædam igitur proportio indicationi cum sensui intellectuiq; manifestis intercedit. quādo enim cum nocentibus iuuātia pariter occurrunt, tunc neque obseruatione, neq; analogismo utendum, quādoquidem ipsa nocentia, quid expediat, manifestēt. At obseruatio proportione ad ea respōdet, quę per notas comprehēduntur. sicut enim ea per uocatam coobseruationem comprehēdi affirmamus, ita & hic iuuātis obseruatio fieri dicitur. In quibusdam enim plerūque eodem modo occurrētibus absque agentium causarum cognitione iuuantis obseruatio efficitur: ut est in dentium stupore portulaca. neque enim contentiua causa hic

quicquam

quicquam demõſtrat, neq; aliqua cogitatione auxilium reperitur. In his, qui hyoſcyamum epoti ſunt, aut quippiam id genus mortiferũ aſſumpſerunt, inter initia ſanè curatio à cauſa & loco accipitur, ſed cauſa ignorata iam deinde obſeruatiõe perceptis utimur. uomitum enim ab initio admittimus, cauſa huius electionẽ indicãte, & loco modum electiõis ſuſcipiẽte: poſtea uero cauſam ignorantes, obſeruatis uino, ſcilicet & lacte utimur. Verum ex analogiſmo iuuãs percipitur, quando cauſa quidem delitеſcit, nullaq; obſeruatio habetur, ſed affectus quàm ſimillimus ex caſibus eſt. in huiuſmodi enim ab indicatione profuturum colligi nequit: cauſa namq; ignoratur. nullaq; preterea facta obſeruatione, caſuum ſimilitudinem intuentes cogimur ad ſimile trãſgredi. aliquis namque à ſerpente hæmorrho uocato demorſus fuerit, inde ſanguis largius effluat: nos cauſam, quare id patiatur, neſciẽtes, neque obſeruatione inſtructi, auxilijs ad ſanguinis ob inciſionem profluuia facientibus opitulabimur. Atq; hac ratione Cnidij medici pulmones purulentos habẽtibus ſuccurrere tẽtabant tranſitu ad ſimile utentes. quoniam enim quicquid in pulmonib. eſt, per tuſſim extruditur, linguam amouẽtes aliquid humoris in arteriã inſtillabãt, quod tuſſim uehementem cõcitare poſſet, ut ex caſus ſimilitudine pus reijceretur: analogiſmis itaq; per trãſitum ad ſimile fit, analogiſmo namq; utẽtes à ſimilibus ad ſimilia trãſimus. Empirici uero ſecus atque nos huiuſmodi tranſitum uſurpãt. nam à ſimili trãſitum ab auxilijs ad auxilia, aut ab affectibus, ad affectus fieri affirmãt: ab auxilijs ad auxilia hoc modo, cum ijdem adſint caſus, qui & in alias uiſis ægritudinibus aderãt, tum à ſimili tranſitum facimus, ut à cotoneo ad meſpilum. Verũ aduerſus ipſos dicẽdum eſt, fieri à uobis non poteſt huiuſmodi à ſimili trãſitus. utrum enim ratiocinatione utentes à ſimili ad ſimile trãſitis, an obſeruatione? ſi obſeruatiõe, obſeruatio eſt eius, quod fit, & quod cognoſcitur, & nõ ad ſimile trãſitus. ſin ratiocinatiõe, ab ipſis ſciſcitabimur. num omnium caſuum ſimilitudinem ſpectantes, tranſitum à ſimili ad ſimile faciũt, an aliquorum. Si omnium reſponderint, nihil unquam alicuius ſecundum omnia ſimile reperietur. quæ enim inter ſe aliqua ex parte nõ differunt, hæc nõ ſimilia, ſed eadem planè ſunt. Sin aliquorũ caſuum ſimilitudine ſe contentos affirmẽt: iterum ſciſcitabor, num ſimilitudinẽ in figura, aut in colore petitis? an in duritia & mollitudine? an potius ſecundum guſtatum olfactumq; ſimilitudinem æſtimatis? q; ſi ſecũdum guſtatum dixerint, aut aliud quippiã, clariſſime fatebuntur iuuantia, quatenus iuuant, ſe deprehendere: ex quo efficitur, ut ipſos etiã confiteri neceſſe ſit, ſe nocentia, ut nocent dignoſcere. quo enim iuuãtia nocentibus aduerſantur, eo iuuare dicuntur. Si meſpilum igitur, quoniam guſtatilem qualitatem cotonei ſaporis ſimilem habeat, torminoſis adhibetur: ſcire oportet ipſum guſtatili qualitate prodeſſe, cumq; ipſam adſtringere in confeſſo ſit, ſimul etiam contrariæ qualitatis facultatiſ'ue eſſe nocẽtia cum huius perceptione ſuccurrit. quòd ſi comprehenſibili cauſę remedia contraria ſunt, manifeſte concluditur, occulta poſſe deprehendi, & ad uſum idonea cognoſci.

Quomodo itaque ex indicatione utile percipitur, ſupra poſitum eſt. In præſentia uero dictorum cuiuſque deſcriptionẽ explicabimus. Eſt igitur Indicatio iuuantis comprehenſio ſimul cum comprehenſione nocentis adueniens, ſine obſeruatione aut ratiocinio: Experiẽtia uero eſt eius, quòd frequẽter & eodem modo uiſum eſt, comprehenſio atque memoria. aut ſic etiam deſcribere potes, Indicatio eſt, quãdo rebus percipiendis ſimul & quod confert, percipitur, abſque oſtenſione & obſeruatione: at Experientia eſt eius, quod ſæpius & eodem modo uiſum eſt, obſeruatio atque memoria. idem eſt uero obſeruatio & experiẽtia. Analogiſmus autem eſt comparatio & perceptio cauſarum iuuãtium per ſimilitudines. At deinceps propria cuiuſque ſectæ cum expoſuerimus, aduerſus ſingulas empiricã dico, & methodicã rationes inducemus. ſunt uero hæc empiricorum propria: iuuantium in concurſibus obſeruatio, hiſtoria, à ſimili tranſitus, quemadmodum ipſi faciẽdum præcipiunt. alio enim modo rationales medici à ſimili tranſitum uſui accommodant, ut poſterius differentiam oſtendemus. Verum empiricis cõtradicentem duobus modis in concurſibus obſeruationem accipere opus eſt: nam facultatum obſeruatio communis eſt, accidentium uero illorũ propria. aut enim ipſam prorſus tollere, tanquam eſſe non poſſit, opus eſt: aut eſſe quidem poſſe cõcedere, ſed abſque ratione explicari non poſſe. Primũ igitur quòd & abſque ratione obſeruatio explicari nequeat per hæc quiſpiam oſtenderit. confitentur empirici ſe non omnes euidentes caſus obſeruare, neque enim ſe flauitiem exempli cauſa aut albedinem, aut ſimitatem aduncitatem'ue obſeruare affirmãt, quamuis & in coloribus diſcrimen aliquod animaduertant, ut in auriginoſis, & in figura, ut in fracturis luxationibuſq;, ſed in antedictis minime: quemadmodum enim inquiunt, ab indicatione conferentia ſumi profitentes non omnia tamen indicare teſtantur, methodici namque euidentium aliqua indicare affirmãt, non omnia: rationales uero abditorum aliqua, & non omnia: ita & empirici in quibuſdam caſibus, non in omnibus obſeruationem ponunt: neque enim præterita omnia, neque præſentia utilia ad obſeruationem eſſe arbitrantur. ut, exempli cauſa, quiſpiam à rabiente cane demorſus eſt: accedens empiricus id tantum ſatagit, à rabiente'ne demorſus fuerit, aliorum antegreſſorum nihil explorat, pariter & circa præſentia nihil laborat: neque enim ut antediximus, capillos rectos criſpoſue conſiderat. Quocirca ab ipſis cauſa iure petenda eſt, quamobrem nõ in omnibus caſibus, ſed certis quibuſdam conferentia obſeruent: quãdoquidem caſus, quatenus ſenſui euidentes ſunt, tam illi, in quibus fit

fit obseruatio, quàm cæteri inutiles nulla ex parte dissideant. Dicunto igitur quidnam utiles casus monstrat, apparens'ne, aut occultum? si apparens esse dixerint, quo utiles casus produntur, & in quibus obseruandum est, Inferemus iterum, hoc apparens, quatenus apparet, nihil ab inutilibus casibus distare, quòd si occultum esse utile casus indicans affirment, occulta ad casuum obseruationem conducere fateantur necesse est. At occulta nulla ui alia quàm ratione comprehendi queunt: quare si occulta utilia sunt, in concursibus occultorum est obseruatio: & si nihil aliud ea, quàm ratio comprehendit, apertum iam est, absque ratione obseruationem fieri non posse. hæc sanè argumentatio eos fateri cogit rationem in obseruando esse percommodam. Verum empirici nobis refragantes inquiunt, & utiles casus experientia posse deprehendi, & in aliquibus casibus obseruandum esse, in aliquibus uero non, idque se obseruatione cognouisse. Ad hoc præstò responsio est, cum infinita sit casuum multitudo, in quibus non sit obseruandum, in omnibus id ipsum obseruari non potest. in ipsis scilicet obseruationem non esse faciendam. infinitũ enim obseruari custodiriq; non potest. Vltimum itaque ipsis undique oppressis confugium relinquitur, ut forte euenisse dicant in hisce casibus obseruationẽ factam esse, in illis uero minime. quo quid magis ridiculum fuerit? hic quidem sermo iste finiatur. Quod autẽ in concursibus obseruatio colligi nequeat per hęc argumenta declarabo. Sic enim aiunt empirici, obseruatio non in uno duobus'ue, sed in plurimis frequenter conspectis & eodem se modo habẽtibus fit. interrogati igitur num in iisdem casuum generibus utilia obseruent: necessario in iisdem se generibus obseruare affirmabunt: nam si in hoc, exempli causa, febris sit, aut phlegmone, in hoc biliosa per uomitum aut sedem fiat excretio, nequit eadẽ esse obseruatio. Eosdem autem genere casus satis fore neutiquam dixerint, sed etiam numero æquales esse oportet: nam si iisdem genere casus fuerint, non omnes autẽ, aut plures adsint, concursus euariat, atque aliam obseruationem exigit: opus est enim mihi iisdem generibus & æquis numeris obseruationem fieri. Quomodo autem omnis curatio ob excessum defectumq; casuum commutabitur, hinc iam considerandum est. Est igitur quædam in phlegmone obseruata curatio, q si aliquis phlegmone casus abfuerit, utpote sensus, & curatio mutãda est: nam phlegmone iam in scirrhum euasit, neque eadem curandi ratio conuenit: atq; ita penes casus absentiam curatio diuersa est. penes uero abundantiam ad hũc modum. Si phlegmone febris aut syncopa adiungitur, ob casuum abundantiã concursus differẽs factus est: quare et differens adhibetur curatio. Neq; solum genere iidem & numero æquales casus esse debent, uerum etiam & magnitudine neque excellere neq; deficere conuenit: quandoquidem & penes casuum magnitudinem permutatur curatio, neque enim superficietenus factas diuisuras suimus: neque etiam ieiunio quispiã utetur: at si profundior sit incisio, ieiuniũ imperamus, uenam soluimus, fibulas adhibemus, & huiusmodi. Neque satis est casus genere conuenire, numero æquales esse, & magnitudine similes, uerum etiam tempus oportet obseruatione complecti: alia namque incipientibus morbis auxilia adhibentur, alia uigentibus: incipientibus enim si quid uidetur mouendum, moue, uigentibus quietem agas, præcepit Hippocrates: & phlegmone incipienti quidem reprimẽtia adhibemus, post id autem cataplasmata, & irruentem materiam dissipare ualentia. Præterea & ordinem dictis omnibus in obseruatione adiungere opus est: uariante enim ordine & concursus euariat, iccirco & medendi rationem uariare necesse. aliter enim prius furentes, deinde febricitantes curamus: & aliter febricitantes prius, deinde furentes: siquidẽ mortiferi, & nõ mortiferi, prout habet casuum ordo, affectus euadunt: quemadmodum euentus ostendunt à neruorum quidem conuulsione febris non solum periculo uacat, uerum & morbum propulsat: sed à febre conuulsio mortalis est: permutato uero penes casuum ordinem concursu, necessario conceditur (ut ex euentibus patet) & medicationem permutari. Quamobrem cum prorsus oporteat casus nõ modo genere eosdem, numero æquales, magnitudine similes adesse, sed etiã idem tempus, eundemq; ordinem seruari necesse est, si debeat integra absolutaq; obseruatio fieri: cumq; in omni uita ne duobus quidem ægrotis, nedum pluribus omnes supra enumerati casus accidere similiter queant: clarum est huiusmodi obseruationem in istis concursibus fieri nõ posse. Non posse autem prædicta omnia in omnibus aut pluribus reperiri, ita quispiam demonstrauerit. Quoniã causis, passis locis, ætate, consuetudine, symptomatum acerbitate, laborãtis natura, anni temporibus, regionibusq; dissidẽtia uitia gignuntur: duobus hominibus prorsum cõtingere nõ potest, ut similiter in omnibus sese habeãt: hãc ob causam in concursibus obseruatio fieri nequaquam potest. quòd si duo etiã nulla in re differentes inuẽti fuerint, neq; tamen propterea obseruatio concedenda est, quãdoquidem ipsam in pluribus fieri opus sit. Cæterum quomodo uos (illi inquiunt) nostrum ipsorũ placitũ confirmatis, nos uero symptomata & facultates obseruare posse non uultis? ueratrũ enim purgare, aliqua animalia uenenum ictu infundere, obseruatione cõpertum est: & in dentium stupore causa quidem comprehensa non est, sed portulaca ipsum dissolui obseruatum fuit. Sic uero ipsis respõdendum est, nos quidem utilia symptomata circumscribentes, eo q ad pposita referamus, ex usu utile iudicamus, cum igitur & à causis illata omnia symptomata comprehẽderimus ut grauitatẽ: & à locis, ut ægre spirare: & à facultate, ut animam deficere: inuenimus hęc esse utilia, reliqua uero superuacua. quoniã igitur utilia symptomata per relationẽ ad proposita

posita circumscripsimus, quæcunque causæ, loci, facultatisúe sunt symptomata, ea utilia reputamus, quæ nō huiusmodi sunt, inutilia. igitur tametsi neq; morbiferas causas, neq; perpessos locos cognouimus, cum facultatem, ut dixi, habeamus utilia symptomata ab inutilibus distinguentem, neque agentes causas, affectas'ue sedes obseruare possimus, ut sanguine infestante, non dignoscentes sanguinem esse morbi causam, à grauitate, quę symptoma est subsequēs, causam esse rimati, à grauitate ueluti manuducti in ipsa obseruationē facere possumus. sic & in spiritus difficultate: id uētriculi, aut pulmonis, aut iecoris, aut trāsuersi septi, aut alius cuiuspiā affecti loci symptoma esse ignorantes, solum id locum affectū esse scientes, perinde in ea, atq; in ipso affecto loco obseruare poterimus. quę autem neq; loci, neque causæ, neq; facultatis symptomata sunt, ea tanquā abūdantia reijcimus. Vtile igitur atque inutile in quibus propositis obseruemus empiricis dicēdum, nos scilicet in solis symptomatum generibus obseruare, in quibus neq; potentia, neq; tempore, neq; magnitudine, neq; ordine, neq; alio quopiam opus est, ut in dentium stupore portulacā. quid igitur prohibet, fortasse dicent, & nos ad hūc modum obseruare? si in istis respondebimus symptomatū generibus obseruatis, quemadmodū & nos modo diximus, nulla est cōtrouersia, at si in reliquis etiā, ubi tempus, magnitudo, & potentia requiritur iam inter nos non cōuenit. cæterum si dicant morsum hæmorrhoi plura symptomata comitatur, & uos nihil in his obseruatis: nos cōtra respōdebimus, nō in illis symptomatis, sed in antegressa causa nos obseruationem facere: symptomata uero ad antegressarum causarum cognitionem, in quibus obseruationem statuimus, exploramus: causa namq; ignorata, & facultate curādi ex indicatione carentes, obseruationem in antecedentibus causis præstamus, obseruamus autē non solum in causis, sed etiā in loco uno: in iecoris itaq; atque in lienis affectu quædā obseruauimus. si uero dixerint ista singula unum symptoma comitari, dicemus nos, interdum non unum, sed plura: multa uero curiose persequimur, non ut in ipsis obseruationem conficiamus, sed ut id, in quo fit obseruatio, consequamur. in iocinorosis affectum esse iecur, in quo obseruatio statuitur, & in alijs ad hūc modum. cæterum plerumque in prægressa causa fit obseruatio: non enim cum dentes stupent, portulaca obseruatur, sed affectus ab acidis acerbis'ue creatus. igitur cum ex fluctione aut uomitu, aut secātis ferręstridore dentes obtorpuerunt, nihil in portulaca præsidij est. prius itaq; causam rimati, ob quā dentes stupor obsedit, deinde sic ea utamur. quę in his uero accipiuntur, antegressis causis minime aduersantur. neque enim alia continētibus causis adhibentur. Hæc sanè aduersus obseruationem in cōcursibus facientes afferri possunt. Interrogādi præterea sunt empirici, quomodo administrādorum auxiliorum modus aut tempora sint obseruanda,

A aut quomodo ciborum tempora & mensura. Verum enimuero ipsorum historiā inanem esse, neq; confici posse in præsentia patefaciā. Vtuntur sanè empirici historia eam ob causam: frequenter morbi quidā exoriuntur, ad quos nullum auxiliū ab ipsis obseruatū est. ut igitur & hac in difficultate aliquibus remedijs abundare possint, neq; fortuitum euentum expectent, historia usi sunt: neq; hac tantum de causa, uerum etiam ut breuior esset
2 traditio: non potest enim nouus medicinę discipulus omnibus symptomatis obuiā fieri, atq; in omnibus obseruationem facere. ne quis igitur omne uitæ curriculum discendo consumat, sed aliquando & arte utatur, idcirco ad medicandum utilem historiam esse asseruerunt. conficitur autem aut
B præsentium historia, ut illud carmen,

Ferro homines cædūt, ignis late omnia uastat,

aut præteritorum, ut illud,

Curetes pugnam simul, Aetoliq; ciebant:

sed futurorum neutiquam: illud enim,

Ille dies aderit, quo procidet Ilios alta.

non historia, sed potius diuinatio dicenda est. Empirici præteritorum historia frequentius usi sunt, sic enim eam diffiniunt. Historia est rerum sæpius circa eadem probatarum narratio. Sed contra ipsos ita dicendum: si omnia in historia narrata uera esse affirmant, aliquem profecto iudicem habere debuerunt, qui rectè historiā institutam esse iudicaret: uerum cum non ita res habeat, aliquod diiudicandæ historiæ instrumentum reperiendū est.
C quo uera à falsis discreturi simus. etenim circa idē non solū medici dissident, immo & contraria opinantur. febricitātes enim adeo nonnulli inedia macerabant, ut ne aquam quidem concederent: nonnulli ab initio cremorem hordei propinabāt, nōnulli summopere cauebant, ne unquam hordeaceo uictu laborās uteretur. Petronās autē & suillas carnes assatas exhibens & uinum nigrum meracius, ad uomitum compellebat, & frigidā ad laborantis arbitrium potui dabat. Apollonius uero atque Dexippus Hippocratis auditores neque aquā propinabāt, nedum uinum: præparauerat enim scyphos quosdā cereos numero duodecim, ut essent singuli heminæ sexta pars, ex his duos tres'ue alternatim ægrotantibus dabant. tāta igi-
D tur cum sit inter medicos controuersia, cur diiudicandæ historiæ instrumentum aliquod comparari nō debuit, quare cum ipsos fateri coegerimus neque inutile esse historiā admittere (sic enim superuacuam esse historiam declarabimus) percunctabimur experientia'ne an ratione historiam iudicent. ratione quidem, nequeunt, cum ipsam exterminent, & alioqui eo iudicare debent, quo istorum singulum percipitur: at experientia, quæ iuuant, deprehensa fuisse prædicant. experientia igitur etiam iudicari necesse est: quemadmodū enim in alijs, ita & hoc loco res sese habet. Quidam in historia, niuem refrigerare, tradidit, si de historia sententia ferenda est, eodem instrumento utendum est, quo scriptor ille rem hanc deprehendit.

Rationalis sanè medicus per causam diiudicare A historiam poterit. quoddā enim in historia scribente, hominem distenta uascula & oppressa grauitate habentem, sanguinis profluuium superueniēs ab instante noxa liberat, & grauitatē hanc examinat, num uera sit, in causam symptomata inferentem respiciens, cōsideransq;, num sanguinis profusio potens sit causæ resistere: inueniēs ergo grauitatem distentionemq; à plenitudine prouenire, & sanguinis effusione plenitudinem inaniri, historiam ueram esse cognouit, nullaq; re alia ad hanc diiudicationem indiguit: ubi uero causam nancisci non possumus, historiæ iudicium experientiæ committimus. si quis enim historiæ tradidisse uisus fuerit, portulacam dentium stuporem discutere, huic rei iudicandæ experientiam adhibebit. ad B hunc itaq; modum empiricum necesse fuerit de historia per experientiam iudicium facere. quòd si experientia historiam iudicat, efficitur, superuacuam atque inutilem esse historiam. Cæterū nonnulli empiricorum dicunt, nos autoritati scribentium fidem habentes, historiam iudicamus, nobis uero interrogantibus quomodo ipsorum autoritatem æstimatis, cum ipsorum alij in alijs fallantur, & recte sentiant: respondent, cum scriptor aliquis non ob inanem gloriam, neque decretorum amore compulsus, neque altercandi studio irritatus quicquam scribit, tunc uera ipsum scriptis mandare censemus. hoc eorum dictum in primis facile refelli potest. contingit enim ob nullam ex antedictis causis, sed proprio errore ductum scriptorem C quempiam historiam condere: num igitur, quia neque gloriæ cupiditate, neque sectæ suæ placitis fauens, neque contradicendi gratia scripsit, propterea quicquid eius scriptis continetur, uerū esse dicendum est: secundo cum historiæ autorem sapientem medicum esse autumant, à iudicanda historia discedentes uirum sapientem iudicant: sed huiusmodi iudicium ad philosophos non ad medicos pertinet. præterea unde iudicium illud accipi potest, eum neque gloriæ comparandæ, neque sectæ suæ tuendæ, neque rixandi causa scribendi prouinciam suscepisse: ulterius dum conantur, quò agnoscenda sit scriptoris autoritas, declarare, instrumēto ab ipsismet repudiato utuntur, dicentes enim eum non gloria, non concer D tandi causa scribere, causas exponunt, ob quas scriptori fides adhibenda sit. quare si non ob aliud quicquam, ob id saltem causarum uestigatio perutilis fuerit, nosq; etiam nihil plus quærimus, sed quæque res propter quid facta sit, curiose explorandum esse contendimus. quod sanè & ipsi in historia diiudicanda facere uidentur. nos uero propter quid quodque sit, uestigare consueuimus, atque in totum causa ad rei naturam diiudicandam utimur, empirici autem ad mores scribētis dignoscendos: mores autem æstimare non medicorum, sed philosophorum officium est. amplius & hoc aiunt empirici, non opus esse historiam experientia iudicare, idq; ita probant, quemadmodum uos Cretam insulam esse quibusdam scribētibus, Cretam esse insulam cognouistis, quāuis proprijs oculis ipsam nunquam aspexistis: ita & nos multis de ijsdem eadem sentientibus, experientia ad historiā iudicādam non egemus, sed multorum opinioni accedimus. Nos istorū rationi occurrimus iam dicentes, Cretā esse his uerisimilibus argumētis moti credidimus: quoniā inde huc aliquis, iterumq; hinc istuc nauigat, quoniamq; nonnulli Cretēses istic nostri amici sunt, ad quos etiā literas damus, & à quibus accipimus. præterea quoniam omnes homines de ipsa licet inimicissimi idem referunt. de medicinalibus autē rebus nihil ferè inter medicos conuenit: cum præsertim inter omnes homines exiguus sit medicorum numerus, neq; solum dissentiunt, sed & pugnantissima, ut paulo ante monstrauimus, opinantur. quocirca aliquo instrumento opus est ad diiudicādam medicinalem historiam. Cæterum cum dicant empirici, quę comprehenduntur, aliqua sensu comprehendi, ut ruborem, alia per reminiscentiā, ut ea quę notis quibusdam ac signis in memoriā reuocantur, per indicationem autem nihil dignosci, ac neutro ab ipsis probato modo Cretam esse insulā comprehendunt: nihil dubium est, aut ipsos, Cretam esse insulam, non comprehendisse, aut si comprehenderunt, tertium quendam alium comprehensionis modum reperiri. hæc dixisse ad ostendēdum adeo ab ipsis concelebratam historiam superuacuam esse, abunde sit. Cæterum nullius iuuantis notitiam ex historia haberi posse nō magno quis negocio probauerit, quandoquidem obseruatio, ut superius tradidi, non solū in symptomatum genere & numero faciēda est, sed etiā in magnitudine & tempore & ordine: hæc autem describi sine propositis nequeunt: manifeste sequitur historiā dari non posse: penes magnitudines autē & tempora, & ordines medendi conditionē differre probatum est. Verū per quę conclusimus in cōcursibus obseruationem fieri nō posse, per eadē efficitur, neq; historiam posse cōdi. neq; enim obseruationē fieri nō posse, posse uero nō obseruata describi, quispiā dixerit. Deinceps de transitu ad simile disputandū est. indiguerunt autē trāsitu ad simile empirici hac de causa: cū plurima & penè infinita essent, in quibus obseruationes erāt faciēdæ, & opē ferentia essent quoq; infinita, ac nemo posset, in omnibus aut plurimis aliqua notare: id fuit in causa ut historia trāsituq; ad simile egerent empirici: adhuc quoniā ratioāles medici ipsis obijciētes aiunt, nihil æque artifices, ac facilitatē in artibus copiamq; præstare discupiunt. at uos unū in uno obseruātes infiniti in curatioīb. eritis, aut plura in eodē obseruare coacti, nunquam arte utemini, sed aliqua semper notabitis. Hanc ipsi obiectionem ita diluunt, nos trāsitu ad simile utemur, ex quo nobis facultas copiaq; suppetit. uertiginosū ēm in humū procidēte, sanguineq; ob casum effuso, atq; ita morbo eo liberato: nos id notantes in altero uenā secabimus. Sed primū eos quispiam

sciscitabi

A scíscitabitur, unde ipsi certiores facti sunt, ex sanguinis profusione & non ex ipso casu uertiginosum fuisse sanatũ. Sed nondũ aduersus eos quippiam afferre tempus est, priusq́; quot modis transitu ad simile utãtur, ostendero. Dicũt itaq; se transitu ad simile uti, nõnunquam ab auxilijs ad auxilia, nonnunq; à locis ad locos, nõnunq; à uitijs ad uitia: ab auxilijs quidem ad auxilia, ut quãdo mespilum uice cotonei torminosis adhibent: à locis aũt ad locos, ut quando ea, quę in musculosis aut neruosis mẽbris obseruarũt, talibus etiã applicuerunt, quemadmodũ exempli causâ à femore ad humerum trãsferimus: à uitijs uero ad uitia ita trãseunt, ueluti cũ remedia ad sanguinis effluuiũ probata ad hæmorrhoi morsum accipimus. tot sanè modis transitu ad simile utũtur empirici. Verum ipsos libenter interrogẽ primum de auxilijs, quomodo ipsis utãtur, num facultatis aut qualitatum inhęrentiũ similitudinem attendẽtes? ueluti cum mespilum pro cotoneo assumunt, num astrictiõe similia esse putantes accipiunt, an quia rotũda ambo, colore, tactuq; similia cõspiciunt? si facultatem (adstrictionem dico) attẽdentes se transitum facere afferent, se causas adstrictionis, per quas iuuãtia prosunt, explorare fatebũtur, simul autem cum iuuantium facultate & nocentium facultas addiscitur. quinetiã & plus quiddã eos perscrutari oportet, non solum q mespilum adstringat: complura enim eadem ui prædita sunt, quæ propterea non idem præstant, ut æris squamma adstringens & membra repurgat: nam si piper calefaciendo iuuare cognitũ sit, iam pro certo habetur, quod in præsentia nocet, frigiditate officere. sin autem qualitatum similitudinẽ spectãtes similia se diligere profiteantur: utrum dicemus, si omnes qualitates similes sint: ita similitudo attenditur? at id prorsus esse nõ potest, ut aliquorum omnes qualitates similes sint: sic eñi eadem essent, nõ similia. certum igitur est eos aliquarum qualitatũ similitudine inspecta transitum se facere dicturos. aut igitur plures (dicemus nos) aut totidem, aut pauciores qualitates spectantes transibitis: si pauciores, fermè omnia similia fuerint, in aliquo enim omnia concordãt: q si totidem aut plures, cur in sanguinis effluuio (dicemus) quemadmodum porri coma usi estis, non item & allij & cœpę comã adhibuistis? hæc enim in plurimis similia sunt. & in pernionibus pariter, quare quemadmodum rapa, non item & raphano ei malo succurritis? pręterea & stomacho imbecillis quare absinthio carentes, non & marrubij succo medemini? ferè enim hæ duæ herbæ non differunt. item aqua suffusis quam ob causam plerũq; uice raphani rapam nõ exhibent? atque in uniuersum considerandum est aliquod obseruatis simile contrarias tamen uires habere: ipsosq; percõtari opus est, propter similitudinẽm ne ijsdem morbis hęc remedia cõducãt? similitudo uero sit sensibus (ut ipsi reputant) iudicanda? hoc idem argumentum aliquis in reliqua ipsorũ decreta cõtorquere poterit: nam protinus ipsis ostendendum est, neq; à symptomatis ad symptomata, neq; ab affectibus ad affectus eos transire posse. nunquid enim symptomatum similitudinem in facultate attenditis? hoc uero negabunt. non enim facultatem symptomatum, sed sensui manifestam similitudinem explorant. utrum igitur plurium symptomatum an totidem similitudinem? at phlegmone & scirrhus in plurimis sunt persimiles, sed nihilominus fermè contrariã nihilq; consentiẽtem curationem postulant. sic etiã œdema & ramex, strumma, & meliceris magna similitudine inter se cõueniunt, sed medendi ratio maximè distat. preterea ex uene fractura sanguinẽ rejiciẽtes omnia fermè symptomata illis quamsimillima habent, quę sanguinem ob erosionem aut apertionem spuẽtibus insunt: non B tamen iccirco eadem meditatio omnibus idonea est. Atq; ea ferè, quibus empiricorũ ad simile transitus confutatur, persecuti sumus. Nunc uero declarandum superest, quomodo rationales transitũ ad simile usurpare ualeant. quod alij nõ ad simile transitũ, sed analogismũ nominare cõsueuerũt: nã ad simile transitũ pertinere ad empiricos asserunt: modũ aũt illi proximũ analogismum uocãt, quem rationalibus familiarem esse testãtur. Verum nos aduersus nomina mutantes minime pugnamus, sed rẽ ipsam proponemus; cui quisq; suo iure nomen imponat. Itaq; symptomatum aliqua causas, aliqua passos locos, aliqua facultates, aliqua ægrotantes ipsos subsequi statuimus. Hæc rationalis omnia distinguit, noscitq;, ubi obseruãdum sit, C necne, quòd alia uero adsint, aut absint, non laborat: cum nihil ad medelam cõferant. cumq; cõcursus in aliquo inutili symptomate uariare uideatur: haud secius ijsdem utetur, ac si penitus assimilis cõcursus esset. At empiricus quia cõfusum ex omnibusq; aceruatum concursum obseruat, facultate discernendi symptomata carens, quocunque ex illis deficiẽte, abundante'ue, perinde atque concursu euariãte diuersa quoque curandi ratione uti debet, ignorans in nonnullis symptomatum defectu affluxu'ue concursum reuera permutari, ut in phlegmone, scirrho, œdemate, atque ramice: in nõnullis autem minime. nã in ijs, qui à priore parte cõuellũtur, & in ijs, qui à posteriore, quos Græci emprosthotonicos, & opisthotonicos uocant, D differre quidem cõcursus uidetur: sed quoniã patientis symptoma est, non causæ, non loci, non facultatis, ideo nõ fit diuersa curatio. id quoq; ignorat empiricus, nõnunquam similem esse concursum, nõ tamen iccirco eadem curatione esse utendum. Ecce enim totidem similiaq; symptomata in sanguinem rejectante ex fractura, ex apertiõe, & ex erosione reperiãtur, esto etiam tussis in singulo istorũ eadem, & projecti sanguinis copia sit ęqualis, aliaq; etiam sint cõsimilia, nihilominus tamen differẽs curatio adhibebitur. Quamobrẽ rationalis medicus utilia symptomata ab inutilib. distinguẽs, sępius dissimili apud multos apparẽte concursu eadem medicamenta sectaẽ, ueluti quidam emprosthotonici, id est in priorẽ partem distẽti,

& opiſthotonici, id in eſt dorſum diſteti, & tetanici, id eſt æqualiter in utrancp partem conuulſi, iſti diuerſum cōcurſum habere uidentur. At rationalis intelligens ſanguinis (ſi ita forte euenerit) copiam in cauſa eſſe, muſculorūq́ eſſe uitiū, & eundem eſſe morbum (phlegmonem enim) eadē medendi uia incedet. ſola eīm prædicta ſymptomata notat: ſed patientis ſymptoma tanquā inutile repudiat. nam in priorem, aut in poſteriorem, aut equabiliter in utrancp partē cōuelli patientis ſymptoma eſt, quod obſeruatum nihil in curando utilitatis affert, quemadmodū neq; lachrymari: contra nonnunquam ſimili apparente cōcurſu, iſte uero penes diuerſam cauſam differenti curatione utitur, ut in illis, ꝗ ob eroſionē, aut fracturā cruenta ore mittebāt: partiens enim ſymptomata rationalis, ad utile indicantia reſpiciens, atq; utilia tantum ſymptomata deligens, auxilijsq; aduerſus ea pugnare ualentibus utens, plerunq; diuerſo apparente cōcurſu, eodem ipſe modo curabit: aut contra, ſimili apparente, diuerſam curationē adhibebit. curatio nanq; remedia cauſis ſymptomata generantibus aduerſari ualentia admouet. Rationalis itaq; unumquodq; auxiliū morbiferis cauſis aduerſarium comprehendit, & cui ſymptomati reſiſtere ualeat, non ignorat: eo ꝙ concurſum, ut iam diximus, partitus eſt. At empiricus in cōfuſo aceruatoq; concurſu iuuantia obſeruans, quid cui reſiſtere aptū ſit, diſcernere nequit: id ignorans uero tranſitu ad ſimile uti nō poteſt: ſecundum quid enim iuuans proſit & ipſe ſe ignorare fatetur. Cæterum quomodo (dicet aliquis) utilia ſymptomata à uanis diſtinguit rationalis? ad indicātia propoſita referendo, reſpondeas. cū enim quędam ſymptomata propoſitum utile indicās manifeſtantia, quędam uero id nō præſtantia cognouerit, utilia ſanè adnotat, inania & ſuperuacua dimittit: ex huiuſmodi uero utiliū ſymptomatū perceptiōe tranſitus ad ſimile facultas exoritur: quandoq; autem non integram curationem, ſed aliquā eius particulam tranſponit. quēadmodū enim cōcurſus, ita & curandi rationē diſtinguit: atq; in primis perſpicuum habet, quęnam curationis auxilia ſymptomatis à cauſis illatis aduerſant, quæ ſymptomatis à loco, facultateue productis. ſciens nanque hoc à cauſis ſymptoma enaſci, iſtud à locis, id uero à facultate, à cauſa preterea auxilij genus indicari, à loco utendi modū, à facultate (ut ita nunc ſtatuam) menſuram, ſiquidē eadem cauſa ſit, & cauſam prodētia ſigna appareant, ſed neq; locus idem ſit, neq; facultas, idem utiq; remedij genus accipietur, ſed utendi ratio & menſura mutabitur: contra, ſi cauſa planè diuerſa fuerit, ſed locus & facultas ſint ijdem, non idem auxilij genus, ſed utendi ratio & menſura eadem ſeruabitur. poſtquam igitur rationalis medicus & concurſus & curationes metiri eſt idoneus, poteſt ſecūdum concurſuum ſimilitudines, aliquas curationis partes, prout ipſi uidebitur, commutare. At empiricus neque cauſam, neque cauſarum, aut loci, aut facultatis proditoria ſymptomata rimatus id neutiquam facere poterit. quocirca neque tranſitum ad ſimile in curando rite uſurpauerit, quādoquidē quomodo inter ſe concurſus ſint ſimiles, turpiſſime ignorat. ideo neque medicationem partiri ualet, neque remedium præſenti ſymptomati occurrere potens adhibere. quòd ſi id ſe poſſe facere affirmat, ut ſcilicet & concurſuum ſymptomata, & curationem partiatur, quid unumquodque prodeſt atque efficit dignoſcens, ſe abditarum cauſarum cōtemplatorem eſſe fatebitur. quòd ſi hoc, & ab indicatione ſe remedia poſſe capere confirmabit.

Quamobrem cum ea, quibus Empiricorum ſecta inſignitur, atque informatur, fruſtratoria ſint, atque eſſe non poſſint, obſeruatio ſcilicet, hiſtoria, & ad ſimile tranſitus, obſeruationem quidem ratione carentem inutilem prorſus ac per ſe ſubſiſtere nequeuntē oſtendimus. inutilem, quia rationis uſus exigitur, quibus ſymptomatis curatio ſit adhibenda declarantis. neque enim in omnibus aut iam præteritis, aut ægrum in præſentia uexantibus obſeruationem faciendam autumant. id uero effici non poteſt, ut plura cū ſint, omnia prorſus adeſſe, quo idem concurſus emergat, reperiantur, genus inquam ſymptomatum, et numerū eundem, & magnitudinem, & ordinem, & temporis opportunitatem, & id genus alia. hiſtoriam uero per hęc abundare probauimus, quòd experientia quæ ſcribit, dijudicat, idq; recte facere non ualet. magnitudines enim ſymptomatum atq; tempora aſcribi nequeunt, ſine quibus proſperi medicamenti nulla eſt comprehenſio, ad ſimile autē tranſitum eo argumento ſuſtulimus, quòd ipſum neceſſario in ſalutarium, pernicioſarumq; facultatum inquiſitionem dirigere oporteat. Cæterum poſtquam hactenus Empiricorum decreta ueluti per ſummam refutauimus, modo ſupereſt ultima acies cum methodicis depugnāda. uerum aduerſus eos pugnaturus omnium ſectarum communes ſententias concedat neceſſe eſt, quod autem illis cum cęteris controuerſum eſt, oppugnet atque conuellat. Empirici igitur ab indicatione remedia ſumi nō poſſe aduerſus methodicos aſtruere conabuntur: Nos uero ab indicatione remedia ſumi poſſe concedimus, ſed ab euidentibus indicationem enaſci non itidem ipſis condonabimus: adhuc illud methodicis aſſentimus, neq; ab uno ſymptomate, neque à pluribus indicationem produci: rurſus uero illud negabimus, inutilia in totum eſſe ſymptomata. nobis eīm ſymptomata plerunq; ea ſignificare uidentur, quę ſa[illegible]are auxiliū patefacere ualeant, ſed ad docendam indicationē penitus ignaua & ſuperuacua ſymptomata arbitramur. Huiuſmodi uero ſunt methodicorum inſtituta, cum eadē ſymptomata ſunt, affectus autē quibus hæc inhęreant, differunt, non eadē medendi ratione utendū eſt, exemplū de phrenitide afferunt, & ea quę ſub aſtricto, & ea, quæ ſub fluxo genere collocatur. item ſi ijdem ſint affectus, ſymptomata differant, eadē, inquiunt, curatione utemur, ut in

ut in coſtarum cerebriq́ phlegmone, ſi utraq́ ſub aſtrictionis genere uitia ſunt. quandoquidē igitur eadē ſymptomata cũ ſint, diſſidente tamē ratione in medēdo utimur, cumq́ illa differunt, eodē non nunq́ modo curamus, ideo prorſus inutilia ad curandũ ſymptomata eſſe aiebãt, ſublatis eñ affectibus ſimul & ſymptomata pereunt, poſitis & ipſa perdurãt. hac de cauſa utiles eſſe affectus aiũt, qui hæc exorientes producũt, euanaſcētes interimũt, at ſymptomata inepta & uana, quæ erga affectus nulla ui prędita ſunt. q̄ ſi quicq́ ſymptomata indicare dicãt, utile nihil, ſed potius noxium pernicioſumq́, quemadmodũ febris refrigerationem indicat, aut medius fidius potionem dandam, uel uini cupiditas aut balnei, uinum exhibēdum, & in balneum ducendum eſſe declarãt. quapropter cum ſymptomata nihil, aut ſaltē nihil utile, ſed potius lędens detrimētoſumq́ oſtendãt, iccirco ſymptomata reijcimus, inquiunt, morbos aũt utpote utile indicare ualētes admittimus. Interrogãt præterea huiuſmodi quaſdã ratiũculas, ut à iuuantiũ numero ſymptomata excludēda eſſe cõfirment, ſi idem contraria non indicat. qui uero aſtrictione fluxuq́ afflictantur, contraria ope indigent, profecto afflictatio cõferentium indicationem non generat, ſed in ipſos hæc ratio facile reflectitur, per quam neque morbus quicquam indicare probabitur in hunc ſanè modũ; ſi corpus frigore corruptioneq́ aſtrictum diuerſa medicamenta requirit, idem uero diuerſorum eſſe indicatiuum nequit, igitur aſtrictio conferens non oſtendit. alia etiam uia methodici interrogant, ſi differentia idem non indicant, febricitantes uero ac tuſſientes idem indicant: à febri igitur ac tuſſi conferentis non fit iudicatio, at nos hãc etiam ipſorum rationem in ipſos ita retorquemus, ſi bile aſtricti & laxati eadem remedia poſtulant, ac diuerſa idem non indicant, efficitur, aſtrictionem ac fluxum cõducibile non indicare. hæc ferè ſunt, quæ à methodicis afferantur, ut inutilia ſymptomata demonſtrent. Verum enimuero à nobis primũ declarãdum eſt methodicos per ea, quę faciũt, utilia eſſe ſymptomata fateri. uſum uero, quem ſymptomata pręſtant, cum rationalem ſectam exponemus, exquiſite declarabimus. Methodicos itaque ſymptomata in curatione conducibilia putare hinc maxime patebit, homines enim utcunque inſanientes tenebricoſo loco continendos eſſe autumant, ſiue ob effluxum, ſiue ob aſtrictionem inſaniant. lucem nanq́ in inſaniam addere arbitrantur, at ueternoſos loco ſplendido continendos, ſiue aſtrictione, ſiue fluxu laborent, tenebris enim ueternũ augeſcere putant. quomodo igitur, ſi nihil ſymptomata indicant, aſtrictione delirantes in tenebris uerſabunť, tenebris aſtrictionem augentibus, aut contra fluxu ueternoſi in luce fluxum concitante remanebunt? in his enim mihi affectus negligere uidentur, ſolaq́ ſymptomata intueri. igitur quî inutilia fuerint ea, quę tantã uim habent, ut propoſita iſta poſthabere, neq́ tantũ poſthabere, ſed etiam con-

A trarium, ac ipſa indicent, facere cogant? aſtrictio nanq́, ut laxetur, nunciat, iſti uero in tenebris deliros cõcludentes nõ laxant, quin è contrario aſtringunt. fluxu etiã cohibitionē indicãte iſti ex fluxu ueternoſos in lucem producunt. atq́ ita fluxui incrementum adijciunt. ad hæc ſanè reſpondēt methodici, non quia ſymptomata indicēt, ideo ſe illa accipere, ſed quia contra indicent, illudq́ efficere, quod propoſitum imperet, prohibeant; id enim cõtra indicãs appellant. quod, cũ utile ab affectu indicať, id fieri, quod affectus poſtulat, nõ permittit. at hęc nos ita refellimus, ſi cõtra indicãtia inutilia cenſenť, facultas etiã à propoſito indicatũ plerunq́ accipi nõ permittens inutilis putanda erit. ſed facultatē nobis aliquid ad medelam cõducibile ſuggerentē, B tametſi & ipſa cõtra indicet, cõtemplari oportet. quemadmodum itaq́ facultatē contra indicantē ex uſu eſſe ſtatuitis, uobis pariter & ſymptomata utilia cõfiteri neceſſe eſt. præterea ridicule admodũ phreniticis tenebras cõferre aiũt. nam ſi tenebrę aſtrictionē augent, aucta uero aſtrictio deliriũ maius facit. creſcunt enim ſymptomata minuunturq́ cum affectibus, cõtra, q̄ oporteat, ſe habentibus. quę affectũ enim, eadem & ſymptomata exacerbant: & de ſymptomatis ſermonē ſatis abunde fecimus. Modo neq́ affectus conferens indicare (ut opinãtur methodici) iiſdem illis rationibus, quibus ipſi inutilia eſſe ſymptomata probare nitebanť, commonſtrare decreuimus. ita nanq́ aſſerimus, ſi iidem affectus ſint, cauſæ uero C differant, nõ eandē curationē admittimus, Vrinæ nanq́ ſuppreſſio unus quidã affectus eſt, uerũ ſi calculus ſit in cauſa, excindimus; ſi phlegmõe, cataplaſma illinimus; ſi ueſicę ſupra modũ diſtētio, oricularij ſpecillũ, aut fiſtulã, quē cathetera nominant, imponimus, ſiue, ut inqt Eraſiſtratus, ægrũ in genua ſtatuētes, atq́ aphronitro extremũ urinarię fiſtulæ illinentes, & alia, quę deinceps ſequuntur. Sin aũt ab affectibus cõducibilium indicationes fierent, unus cum eſt affectus, eiuſdem quoq́ cõducibilis eędem forẽt indicationes. nõ ſunt autem, neq́ etiã diuerſi affectus idem indicauerint. At una cum eſt cauſa, licet affectus diſſideãt, idem curãdi genus admittimus, cholera nanq́ & arquatus morbi diſſimiles eadē fermè & ipſi ratione cu- D rantur. etenim aſtrictus hic, ille uero fluxilis morbus eſt, in utroq́ tamen fit inanitio. Quapropter quoniam ſublatæ cauſæ affectus auferunt, poſitæ conſtituunt, idem diuerſæ cauſæ, quamuis iidem ſint effectus, diuerſam eædē, licet affectus euariēt, eandem tamē curationem poſtulant, non iniuria nos & cauſas & affectus & paſſos locos exploramus. Poſſumus uero & hiſce rationibus idē comprobare, à diſcordibus ſcilicet cauſis eundem affectum procreari, exempli cauſa, aſtrictũ. ignis nanq́ in corpus incidens ſuperficiem denſat, id pariter frigus efficit, nihilominus hunc, qui idem affectus eſt, differēter curamus, ꝑpter cauſarũ differentiam. illum eñ qui ab igne eſt, calidę fomentis & cataplaſmatis cruſtas ſeparare ualentibus ſanitati

reſtituimus

Artifices non eget indicatione quae est a morbo.

restituimus. eum uero, qui à frigore, calefactorijs, attrectatiōibus, frictionibus, & id genus alijs sanare studemus. quòd si laxatorio utrūq; curandi genere sanari cōtendant, ita occurremus. si idem est curādi genus, id si permutemus, nihil errabimus, ut si ab igne ægrotantem ijsdem calefaciemus, & frigore affecto eadē cataplasmata superdabimus, & medicamina ad crustas faciētia adhibebimus. sed nequaquam ista facimus. grauiter enim læderentur. haud igitur eandem esse curationē dicendum est. Amplius eadem causa diuersos morbos generat. plenitudo enim aliàs phlegmonem excitat, hæc uero astrictio est. interdum sanguinē profundit, at sanguinis profusio fluxus uocatur, neq; tamē ob id, licet morbi differant, est diuersa curatio, siquidē in utroq; euacuatio sanat morbo cōtraria. quandoquidem nō ab effectis, sed ab efficientibus, queadmodum & ipsi profitētur, indicatiōes accipiendæ sunt. affectus uero causarum loco methodici habent, q symptomatū effectiui sunt. sed nō qua causæ sunt, inquiūt, sed qua cōmunitates, quas cœnotetas uocant, uim habent indicandi, nihilq; uetare, idem & pro causa & pro cōmunitate & pro alio quopiā accipi, ut mālum gustatile, olfactile, tactileq; est. cunq; ipsum dulce esse dicimus, nō quatenus sub tactū uenit, dulce dicimus. haud secius affectus ab alijs enatos, alia quædam producere quid impedit? quando uero ipsos indicare, inquiunt, asserimus, non quatenus effectus, aut aliorū effectiui, sed quatenus cōmunitates sunt, ipsos indicare censemus. quemadmodū igitur symptomata methodici, quoniā à diuersis eadē, et ab ijsdē diuersa proueniunt, nihil indicare cōmodi testantur, itidem & nos à diuersis causis eosdem, & ab ijsdem diuersos gigni affectus intuētes, eos ad utilium indicationem incommodos esse dicimus. neque enim unum idem semper indicat, alioqui urinæ suppressionem eadem semper uia tolleremus. ut igitur illi ruborem nō indicare aiunt, q effecti speciem ipsum reputent, sic & nos affectus ad indicationem nonnunq; causarum, nōnunqam effectorum inutiles esse statuimus. Quispiā uero ita illis obijciat, quid ruborē ipsius alterationē indicare negatis, quādoquidē & cōmunitatē in ipso spectatis, in pluribus enim differētibus cernitis: quid aliud uero est cōmunitas, q̄ res in pluribus eadē? igitur si indicat, & pluribus cōmunis est, cur non ab ipso alijsq; id genus symptomatis euidēter apparētibus indicatiōes accipitis, sed potius ab affectibus, astrictiōe scilicet & fluxu nequaq; euidentibus? q si affectus, qua affectus est, indicat, maxime ridiculum fuerit, affectum sensu comprehensilem inficiari. si fluxus itaque & astrictio solæ communitates forent, uero proximū quis diceret eas solas indicare dicens. uerum cum & symptomata pluribus cōmunia reperiantur, quare & ab ipsis iuuantium indicatio nō oritur? Sin autem respondeant, iccirco symptomata repudiamus: quia proxime & necessarie medentibus cōmunitates non sunt. nam eosdē affectus diuersis symptomatis eo-

A dem modo curamus, & diuersos affectus, etiamsi eadem symptomata fuerint, diuersa tamen, ut supra declarauimus, ratione discutimus. His de causis & nos (dicemus) idem in affectibus euenire cernentes, quod uos in symptomatis obseruastis, ueluti incōmodos et superuacaneos ipsos reijcimus. istud enim probare, affectuū uidelicet cōprehensionem esse inutilem, abundās est & frustratoriū. ad curationem enim satis est causæ perceptio, loci uexati dignotio, & facultatis mēsura. sit'ne fluxus an astrictio superuacuū puto cognoscere, sed huiusmodi ratio posterius agitabitur, cū de usu affectuum perceptionis differetur. Illud aūt aduersus methodicos dicendum est, affectus nō quid agendum sit, sed suam ipsorū sublationem destru-
B ctionemq; indicare. quod sanè & quis uotis expetere possit. id uero nec uulgus, neq; brutę animantes ignorant, morbos sublationē, sanitatem cōseruationem indicare. Artifices sanè huiusmodi indicatione nō egent, sed illa scire exoptant, per quæ languores pelluntur, et sanitas cōseruatur. propterea illis opus habent, quę particulatim remedia indicāt, quibus accersitur sanitas ac retinetur. atqui per id artifices uulgo præcellūt, q ea percipiunt, quibus particulatim remedia patefiūt: quandoquidem si morbi sui ipsorū remedia edocerent, laborantes ipsi per quę ad sanitatē redirent, intelligrēt. at istud ignorant, quid uero morbus indicet, certum habet, sublationē scilicet. quare pellēdi morbi causa medicos acciri iubet. Quin & ex adhibi-
C tis auxilijs nō morbos, sed causas medelā indicare, agnoscendi facultas dabitur. auxilia nanq; nō effectis, sed facientibus aduersant. ut euacuatio multitudini contraria est, morbo uero nulli, ut phlegmonę aut febri. multitudini igit̄ euacuatiōe subtracta, simul & genitus per eā morbus tollit̄. Sed nō propterea q simul cū efficiente causa morbus recedit, auxiliū morbo aduersari dicendū est: possumus uero & ex symptomatū à multitudine atq; euacuatiōe orientiū collatione, cui opponat̄ auxilium dignoscere. siquidem multitudo redūdantia grauat, euacuatio redūdantiā subducēs grauitatē tollit. deinde multitudo cōceptacula distendit, euacuatio ut subsidāt, efficit, & collabant̄. alia quoque remedia causis semper resistere inuenies, mor-
D bo uero minime. Amplius ex hoc quispiā didicerit, si neq; astrictio neq; fluxus auxiliū aliquod, sed potius affectum quendam indicent, & astrictioni cōtrarius fluxus est, nō inanitionē, sed fluxum indicabit astrictio, & fluxus astrictionē. quod igitur admittimus nō idem morbo indicatur. at lędētes causę sibi contraria demonstrant, quodq; ab ipsis indicat̄, admittimus. quocirca nō morbi, sed causæ, quod conducit, aperiunt. itaq; non prorsus incōmoda esse symptomata, neq; à morbis conducibile, sed à causis indicari satis ample dilucideq; ostensum est. Deinceps cōsiderandū superest, communitates, quas supponunt methodici, euidētes sint nécne, atq; utrū à cōmunitatibus indicatiōes accipi possint. Medicā igit̄ facultatē iuxta ipsorū sententiam

Eadem causa morbos diversos generat.

Conducibile no a morbis sed a causis indicari probat.

ſententiã definiemus, euidẽtiũ cõmunitatũ cognitionẽ eſſe. euidens aũt nõ, quod ſenſu percipit, appellant, ſiquidem nulla diſpoſitio ſenſu cõprehenditur, ſed euidẽs illi nominãt, quod per ſe ipſum, licet ſenſui non ſubiaceat, comprehendi poſſit. nam ferè manifeſtum illi euidẽs uocant. Quapropter cõtradicens illud quoque oſtẽdat oportet, eos neque Græcis nominibus ſcire uti. cęterum ne dictiones uitio dare uideamur, ipſis concedentes euidens, ut lubet accipere, communitates non ex ſe comprehenſibiles eſſe declaremus, in primiſq; eorum ſectæ principem Theſſalum communitatum, ut nõ ex ſe perceptiliũ, ſigna tradẽtem adducamus. in laborãte enim aſtrictio inquit ex corpore ęgre difflabili agnoſcitur, pariter & fluxus non nullas notas exponit. ſed forte reſpõderint, aduerſus hominem, nõ aduerſus ſectã noſtram obijcitis. Theſſalum itaq; dimittẽtes ad propoſitum reuertemur. primum igitur cõmune quoddã argumentum in utraq; affectione ſumemus, ipſas neq; euidentes, neq; ex ſe perceptiles eſſe declarãs. deinde ſeparatim ipſarum ſingulã neutiquã ex ſe comprehendi poſſe cõfirmabo. Fatentur itaq; & ipſi non omnem corporis denſitatem, aut excretiõis ſuppreſſionem aſtrictionem eſſe. nam ruſtici cõcretione laborãt, non tamẽ aſtrictione. neq; omnis ſoliti excrementi cohibitio aſtrictio eſt. nã & muliebre purgamẽtum cum ab pręgnatiõe ſupprimitur, ſoliti ſanè excremẽti retentio eſt, neq; tamẽ ob id aſtrictio uocanda. item nõ omnis corporis laxitas & excretio fluxus eſt. pueri nãq; & mulierculę uiriq; nõnulli ſub umbra uictu molliore uſi natura ſunt rariores, & quędã inutilis materiæ expulſio eſt, pręterea quorũ per alui deiectiõnẽ, aut lotium, aut ſudorem, aut ſanguinis profluuium iudicatio fit, neq; ipſos fluxu laborare dixerint, alioqui ſupprimenda eſſet excretio. quoniã ergo non omnis denſitas & retẽtio aſtrictio eſt, neq; omnis raritas aut excretio fluxus, clariſſime cõſtat, ſola ipſa ſymptomata reſpiciẽtem fluxum aut aſtrictionem deprehendere nõ poſſe, ſed ex alijs quoq; dijudicãdi ſunt. quemadmodum eñ & alia ſymptomata naturalia ne ſint an præter naturam, nõ ex ſeipſis, ſed ex alijs percipiũtur, ad eum ſanè modum & aſtrictio & fluxus dignoſcẽdi ſunt. per hæc autem huiuſmodi ſententia firmabitur. naturalia ſymptomata & præter naturam magna ſimilitudine inter ſe cõueniunt: eadem nanq; his naturalia, illis præter naturam ſunt: ut ater color præter naturam ſimilis eſt atro colori, qui naturlis ſit, nobis quidem præter naturam, ſed Indorum genti naturalis. figuræ quoque non naturales naturalibus ſunt per ſimiles. nonnulli nanque magis quàm alij extortos habent artus: acuminatæ nares & oculi caui, quibuſdã mortifera ſigna ſunt, alijs uero hæc eadem congenita: motus ac eius carentia ſi uoluntatis imperium ſequentur, naturales dicito, quòd ſi inuolũtarie in corpore fiant, præter naturã omnino ſunt. per hęc manifeſte affirmamus, eadem tantum ſymptomata attẽdentes nõ poſſe ingenitum

A ab extraneo dignoſcere, ſed in nõnullis agentem cauſam explorare opus eſt. quẽadmodum de motu utrum uolũtarie an inuolũtarie prodeat: ſic etiam de colore. cum enim color ab humoribus oriatur, & ex colore ſanguis appareat, conſiderandum eſt num ſanguis naturaliter affectus ſit, id uero ex uſu cognoueris. cum reliquum enim uſum ſanguis minime impeditũ præbet, neq; grauat, neque diſtendit, natiuum eſſe colorẽ dixeris. uerum figuram num ſalubriter & ſecundum naturam ſe ſe habeat ex mẽbri ipſius utilitate percipies, ut in extortos artus habentibus. nonnulla ſanè & ex loco, in quo fiũt, an naturaliter habeãt, dignoſcitur. denſitas & raritas iſtius generis ſunt, ut nõnullis ingenitę, alijs aduentitiæ & pręter eorum naturã

B ſint. nam ſenum denſitas ipſis quidẽ ingenita eſt, ſed pueris extranea. contrà pueris raritas naturalis eſt, ſenibus autem uiolẽta. nõnullis præterea ex uitæ ratiõe ſpiſſeſcit cutis, ut ruſticis, ob cœli ſtatum, aut curas urgentes, alijs qui nihilominus naturaliter habent, quocirca fieri neq;, ut ſolã corporum denſitatem, fluxumq; ſpectãtes eorum affectiones cõprehẽdere poſſimus. oportet igitur in aliud quippiam hæc referẽtes ita ſecundum naturámne ſint an uitioſa dijudicare. Adhęc ipſi ita dicere ſolẽt, moderatione exceſſuq; naturalia euenta ab extraneis diſtinguimus. quãdo enim corpus moderate dẽſum raruq; fuerit, recte ualet animal: cum uero iſtorũ alterutrum increſcẽs modum ſu-

C perat, morbo uexari neceſſe eſt. Aduerſus quę ita reſpõdendum eſt, moderatum modoq; carẽs pro uarijs affectionibus uariare. quòd ſi ab exceſſu uitia iudicẽtur, non ex ſe comprehẽſibilia eſſe cõſtabit. deinde ſic etiã eorum ratio cõfutatur: Moderatum atque immodicum nõ eſt euidens, ſed ab effectis agnoſcitur: ſi iuuat, moderatũ eſt: ſi nocet, immodicum. qui fiat aũt, ut moderatũ atq; immodicum, non euidẽs ſit, ab ipſo uero cõprehenſa ſint euidentia: Verum ſi & ex facultate moderatũ immodicumq; cenſetur, neq; ſic tamen immodicum perſpicuum fuerit. facultas enim cõſpicua nõ eſt. immodico aũt non euidẽte, iam proculdubio neque communitates apparebũt, quãdoquidem & ipſę immodica quædam ſint. Amplius in iſtos di-

D cendum eſt, nihil ſecũdum naturam aut pręter naturam, ut ſecũdum naturã, aut pręter naturam eſt, euidens. dolor nanq; & id genus alia pręter naturam euidẽtia quidem ſunt, at medici nõ quòd ſint, ſed quòd præter naturã ſint, cognoſcere uolũt. ſiquidẽ acutus naſus & caui oculi cunctis hominibus perſpicue apparẽt: ſecundum naturã uero an pręter naturã ſint, ſolis id medicis patet. hoc enim uulgo medici pręſtãt, quod ex euidẽtibus occultũ quiddã eliciunt, quod uulgo negatũ eſt. Amplius quod pręter naturã eſt, euidens nõ eſt. quare communitates, cum pręter naturam ſint, euidẽtes nõ erunt. Illud etiam conſiderandum eſt, nùm quiſpiam unquã medicũ acceſſierit, quia ſpiſſitate raritateue immodica uexatus ſit. quòd ſi nemo unquã cõmunitates ſenſu percepit, quomodo ratiõe

fueris

Communitates sign. nemo percipit

deffinitio medicine a metho. data mala

densitas suppressio est excrementorum.

comprehenditur ex causarum anticipata notitia.

Astrictio non euidens neque illa per quas dignoscitur

aph. ultimo, sect. 1.

fuerit consentaneum eas esse euidentes asserere? A communitatibus itaque non apparentibus, quare ipsi artem euidentium cõmunitatum notitiam esse definiunt? At uero in præsentia separatim contra ambas affectiones disputabimus, atque in primis de astrictione loquemur. Hanc igitur densitatem, & necessariorum excrementorum suppressionem esse decernunt. cæterum quæ supprimuntur aut noxia sunt, aut utilia, aut neutra. si sint utilia, ea excernere absurdum est. si neutra, cõstat iam neque morbum esse. dicendum igitur superest, cum retenta nocent, adstrictionem esse. quæ lędũt uero, causę sunt. inde fit, ut ex causarum anticipata notitia astrictio comprehendatur. nam ut astrictionem adesse cognoscamus, suppressa nocere prę sciendum est: sed cum nocẽtium notitia simul B & causarum concurrit agnitio. quin immo nocentium cognitio causarum est comprehensio, itemque ipsa nocentia, quę utique causæ sunt, non ex seipsis in notitiam ueniunt. quare non solum astrictio ipsa non est euidens, sed neque illa etiam, ex quibus astrictio dignoscitur. Fluxum autem definientes, corporis immodicã rarefactionem, & eorum, quæ manere debuerant, excretionem esse testantur. at immodicam rarefactionem non ex se posse comprehendi, declaratum est. quæ excernuntur autem, retineri debeant nec ne, unde percipiunt? non enim proprio ingenio perceptilia sunt, atque sic efficitur, neque fluxum, quantum in se est, comprehendi posse, siquidem ut fluxũ dignoscamus, ante familiare conueniensque sciamus oportet: familiare aũt ex usu percipitur, usus ex multis C successibus, hi tandem ex se ipsis. quamobrẽ non ex se cõprehensus fluxus quomodo recte euidens dici possit? quodque rationales cognitu obscurissimum esse affirmant, id fere methodici (si dijs placet) clarum patensque esse contendunt, quãdoquidem ab his uocatus fluxus ab appellata apud priscos colliquatione nisi nomine non differat. colliquationẽ uero atque excretionẽ difficulter adeo prisci illi distingui posse censebãt, ut Erasistratus palàm difficillimũ id esse iudicium fateatur, atque hęc uerba pronunciat; sanè perdifficile est excretionem colliquationemque discernere. sed Hippocrates laboranti ęgre, aut leuiter ferenti iudiciũ committit, hęc inquiens: si qualia purganda sunt, purgentur iuuat, & leuiter ferũt. Quapropter cũ duo D ueteres medici inter se de principatu certãtes hac in opinione cõsentiant, excretionem uidelicet ab eliquatiõe uix posse distingui, ex ipsisque unus neque signum ullum excretiõis posuerit, sed solam rei difficultatem ostẽderit, alter ad regulam fermè imperceptilem iudiciũ transtulerit: quomodo id methodici, quod utique inter ea, de quibus propter obscuritatem ambigitur, repositum est, perspicuum euidensque putabunt? uerum qua se ratiõe fluxum percipere dicent? non enim ex corporis macie id assequi ualent, siquidem nõ solum profluuio inanita corpora, uerũ etiam suppressis mensibus astricta tabescant. tumefactio uero non astrictione solum illis retentis, quę excerni debuerãt, sed etiam fluxu fusis humoribus, & corpora distendentibus efficitur: non idem aũt esse corporis maciem sensilem, & fluxum, hoc sanè modo patere poterit. si macies sensilis est, maciei uero contraria est tumefactio, atque unũ uni tantũ aduersatur, fluxui nõ tumefactio, sed astrictio contraria fuerit. at si adstrictionẽ tumefactionẽque idẽ esse affirmẽt, ipsos definitionum contrarietatem indicare opus est. aiunt enim adstrictionem, inculcationẽ, arctationemque corporum esse. est igitur arctatio cõculcatioque corporum, astrictio: at tumefactio, eorundem fusio atque distentio. distenduntur autem multitudine, aut fusione corpora. constat igitur quàm diuersæ sunt tumefactio atque astrictio. si fatentur autem maciem à fluxu distare, & tumefactionem ab adstrictione, morborum cõmunia nõ ex his deprehendi fatetur, affectionumque notitiam ab alijs non ex se ipsis emergere: cum ex macie tumoreque, quæ ab affectionibus differunt, oriatur. Nonnulli dicũt, ubi ex obscuritate ambigitur, fluxum ea coniectura dignosci, quòd mollia sint corpora fragilia atque effœminata: quorum opinio ita refutãda est. si corpora durata fuerint, & circuntenta, fluxum adesse negabunt, quem tamẽ ipsos fateri necesse est. nam si tales forte ægroti fuerint, quales narrauit Hippocrates, per summam indigentiam ad hoc deducti, ut dura sit cutis & circuntenta: aliaque adsint, qualia his, qui discutiuntur, dissipanturque, euenire solent, utemurne uictus ratiõe dissipatis corporibus cõueniente? id utique cõcedãt necesse est. quomodo igitur ex raritate fluxus percipitur? nã tentione duritiaque præsente nihilo secius effluuiũ aderit. Deinceps uero demonstrare quispiam poterit, communitates, etiamsi euidentes sint, nihil tamen utile demõstrare. idque ita sanè probauerit, diuersa esse dicens, ipsa communia indicare, aut indicare ualẽtia ex communibus deprehendi. Methodici sanè ipsa cõmunia indicare affirmãt: nos uero cõmunium notitiã ad ea percipiẽda, quę particulatim indicare ualent, cõducere asserimus. atque præcepta quodammodo cõmunia cum sint, particulariũ cognitionem ostendũt. in eo nanque præcepto, spontinæ lassitudines morbos nunciant, habitum inter particularem spontinam lassitudinem, ac multitudinẽ dependentem comprehẽdimus. illã enim dictionem Morbos, prout pręsens sensus exigit, in hãc, Multitudinẽ scilicet, cõuertere opus est: Vniuersi igitur cognitio particularis utile indicare ualentis notitiã subministrat. Ne putet autem quispiã nos eius esse sententiæ, ut ex pręceptis palàm utilium demonstratiua percipiãtur. neque enim ex præceptis occulta produntur, quorum usu ad curationem tanquam indicãtium indigemus, sed inter occulta atque euidẽtia cohærentiam manifestant: ita uero diligentius præceptorum usum ex hoc ipso discemus. lassitudines temere orientes nunciãt morbos, lassitudinẽ enim temere euenientẽ manifestam esse uel rudes etiam homines sciunt: per huiusmodi autẽ lassitudinem humoris

Commun[illegible] indicant metho.

a rationalis continental particularium cognitionem

aph. 5. sect. 2.

Vniuersi cognitio particularis utile indicare notitia

humoris copiam significari imperitos quidem latet: abditum enim est, sed nouerunt artem callentes, spontinæ, lassitudinis cum plenitudine cohærentiam intelligẽtes: ab ipsius nanque spontinę lassitudinis cum plenitudine cognatiõe permotus pręcepti illius conditor, plenitudinisque effectum esse spontinam lassitudinem cognoscẽs, ipsum literis cõmendauit. causarum enim duplicem cõmunissimam differẽtiam cum sciret, ipsarum aliquas uidelicet in nostro corpore contineri, aliquas exterius accedere, necessarium putauit cum ab aliqua externa causa pulsamur, nos lædi minime posse, nisi & intestina aliqua causa delitescat: quoniã uero quę in corpore sunt grauãtia, materię copia grauant, mediocris eñi materia neque grauat, neque ullo pacto diuexat, in unam ratiocinationẽ hęc omnia redigens huiusmodi pręceptum constituit, lassitudines spontinę nunciant morbos. quibus enim rationibus impulsus præcepti huius author ipsum tradidit, ijsdem etiam motum præcepti utilitatem indicare opus est. hoc igitur cõmune præceptum illud significat, quod ubi spõtina lassitudo est, ibi prorsus est multitudo: non tamen iccirco ex præcepto quispiam multitudinẽ, sed lassitudinis multitudinisque cohęrentiã, & ex cohęrentia multitudinẽ cognouit: quodãmodo igitur etiam ex lassitudine multudinem percepit, quòd autem ita perceperit, pręceptum fuit in causa, & aliorum sanè pręceptorum eundem usum considerantes inuenienimus. ad hunc itaque modum in uniuersum & uelu ti communem comprehensionem ex usu esse arbitramur. Cęterum methodici ab ipsis cõmunibus utilia indicari autumant: strictam nanque affectionem laxamenti necessitatem indicare aiunt, fluentem uero suppressoriam curationem requirere, atque alia cõmunia euidenter diuersa indicare contendunt, de quibus dicetur posterius: Verũ communia non indicare per hęc nos confirmabimus: quibus sublatis ægri sanescunt, ab auxilijs ista delentur, ab his uero utilium indicatio sumitur, quæ ab auxilijs præcipue destruuntur, at particulares causas, aut morbos saltem remedia principaliter destruũt. particulares igitur causæ, aut morbi saltem & non communia, utile indicabunt. quòd si communia utile indicent, adhibitaque auxilia indicantia destruunt, à particularibus auxilijs communia destruentur. communi autẽ deleto omnes eo tempore sub eo cõmuni ęgrotantes sanescẽt, nulla penitus re in ipsis sublata, quamobrẽ si quod indicat, id destruitur, cõmunia uero indicant, iam satis constat, destructum iri cõmunia. Hanc rationẽ ita methodici diluunt. nos, inquiunt communitatem eandem & unã asserimus, non quod unum quoddam sit corpus ipsum sibijpsi continuum, siquis in pluribus contemplatur, sed quatenus eadem species est. nam quemadmodum & humanitas communitas quædam esse dicitur, non autem corpus quoddam unum, siquis in omnes homines respiciat, sed quędam in pluribus similitudo. itidem & de cõmunitate sentiendum esse dicunt. quẽadmo

A dum igitur sublato aliquo homine non simul aufertur, quã in omnibus cernimus, humanitas, sed unius cuiusdam planè humanitas, ita & singulari communitate sublata, non ea, quæ in omnibus reperitur, sed singularis tantum cõmunitas deletur. istis autem ita respondendum fuerit. si cõmunitates, quatenus cõmunitates sunt utile indicant: & humanitas, communitas cum sit, utile indicabit. at nihil humanitas indicat: quare neque alia quępiã communitas utilitatis indicatiua fuerit. præterea siquidem cõmunitas in pluribus identitas (ut ita dicam) est, & communitates, quatenus communitates sunt, indicãt: anxietas & robur in pluribus affectibus cõsiderati aliquid utique cõmodi indicarent: sed nihil indicant. neque reliquę igitur communitates indicatiuo ingenio prẹditæ sunt. ab illis etiã id sciscitari cõuenit, cõmunitates affectus sint nec'ne: si sint affectus, quomodo nullus adhuc earum sensum habuit: sed febrem, phlegmonẽ, grauitatem, distentionemque homines percipiunt, medicosque harum causa accersunt, astrictionẽ autem fluorẽque nullus unque percepit. neque me hercle quispiam unquam medicum accersiuit, quòd immodica astrictione aut raritate uexaretur. quod si affectus nõ sunt, quomodo ab affectibus indicationes fieri testantur, quãdoquidem astrictio fluorque affectus non sunt. illud amplius adijciendum est, si communitates profectò indicatiuę forent, omnium maximè cõmunitatum communitas indicaret: astrictionis enim fluxusque similitudo quędam est, quatenus utraque communitas est: hæc autem nihil prorsus indicat, igitur neque etiã reliquę. non solum aũt duas cõmunitates, sed plures etiam statuunt, aliasque in uictus ratione, alias in manuum effectione collocant: in uictus quidẽ ratione astrictum & fluens, adiunctamque magnitudinem, morbi tempora quatuor initium, crementũ, summum impetum, & decrementum, celeritatem & longinquitatem, accretionẽ & intermissionẽ: in manuũ uero affectione, quod à natura alienum est, ponebant loco, tempore, & pluribus alijs. neque enim in præsentia omnia proposita ad manuum actiones pertinentia diligẽtius exequi mens est. satis enim modo fuerit proposita in ratiõe uictus ab ipsis posita explicare. Prędictas nãque cõmunitates, quid in singulis rebus sequerẽtur, non habentes, introduxerunt. quoniã enim ex eorum dictis efficiebatur ut in omni fluore, quolibet suppressorio remedio utendũ esset, contra quolibet in omni astrictione, laxante: cum nihil quod auxiliorũ differentias indicaret, reperirẽt, antedictas cõmunitates innouarunt, ut iuxta ipsarum diuersitatem diuersa curatio reperiretur. itaque remediorũ differentiam ab cõmunitatibus demõstrari cõtendunt, siquidẽ penes aliquarũ ex his collectionẽ uarians curatio reperitur. Verum enimuero nihil eorũ, quæ dicta sunt, remedia posse indicare monstrauimus, & primum quod cõmunitatum magnitudo remediorum magnitudinẽ nõ indicet, ex his aliquis discere poterit, in curãdis morbis nõ simpliciter auxiliorum

magnitudine egemus, (omnia enim auxilia cum magnitudine quadam sunt) sed huiusmodi certa magnitudine. at communitatum magnitudo non hanc huiusce auxilij magnitudinem, sed simpliciter magnitudinem indicabit. opus est autem, ut diximus, non simpliciter auxiliorũ magnitudinem, sed quantam quandam magnitudinem accipere. nam si absolute magnitudinem accipiamus, cum remedia omnia cum magnitudine intelligantur, omnia utiq; remedia absq; ullo discrimine accipientur, quod à ratione alienissimum est. at si cõmunitatum magnitudine auxilij magnitudinem simpliciter indicãte ipsi hanc quampiã magnitudinẽ accipiant, nõ id, quod propositũ indicat, assumẽt. propositũ nanq; magnitudinẽ in uniuersum indicat: ipsi uero hãc certam magnitudinem accipiũt. respondebunt forte, quòd non quatenus particularis est magnitudo, sed quatenus cõmunitas est, adhibetur: idem autem & cõmune esse & particulare contingit. id uero nos ita refellimus, si cõmunitas indicat, & quod indicat, non particulare est, discrimine carere debet, quoniam magnitudo omni auxilio inest: hãc eandem autem rationem & ad alias communitates transferre oportet. Deinceps neq; morbi tempora utile indicare declarabimus, sed antequam hunc sermonẽ aggrediamur, aliqua de temporũ differentia tractanda sunt. duæ igitur temporum differentiæ apud medicos celebrantur. aliqua enim morborum, aliqua auxiliorum tempora dicũtur, atq; hinc iam manifesta curatio fiet. causarum aũt motiones morbi tempora esse dicunt, motionis autem differentiæ quatuor sunt, initium, cremẽtum, summum, & declinatio. hæc eadem sunt & temporũ nomina. auxiliorum planè tempora, ea, quæ ad ipsorũ adhibitionẽ idonea sunt, prędicant. ea sunt autem idonea, quando remedium postulantia adsunt, prohibẽs uero nullum. Pleriq; autem auxiliorũ morborumq; tempora non re ipsa sed cogitatione tantũ differre crediderunt. aiũt enim auxilij morbiq; tempus simul incidere, nam in quodam tempore cum sit morbus, auxilio tempus idoneum reperitur. sed idem inquiunt ad diuersa relatum differenter nuncupari contingit. quemadmodum enim ascensus atq; descensus, una eademq; uia cum sit, secundũ ascendentium descendentiumq; rationẽ nonnunquam ascẽsus, aliàs descensus appellatũ: ad hunc sanè modum & in temporibus habet. unũ enim atq; idem est morbi auxilijq; tempus. alias eñ ad causæ motionem referens, morbi, aliàs ad applicãdi auxilij occasionem respiciẽs, auxilij tempus nominabit, euenireq; affirmãt, ut utraq; tẽpora simul sint, neque auxilij tempus absq; morbi tempore posse deprehendi. Contra quas rationes ita pugnandũ est: si eadem auxiliorũ morborumq; tempora forent, neq; re ipsa distarẽt, quocunq; morbi tempore, & auxilij adesse tempus oporteret, at nõ quocunq; morbi tempore auxilia adhibemus. Incipientibus eñ inquit Hippocrates morbis, siquid uidet mouendum, moue, in morborũ impetu quietẽ agere melius est, nõ igitur eadẽ morborũ auxiliorumq; tempora sunt. plerunq; etiã remedia ut purgationem & sanguinis missionẽ adhibemus, cum morbus quidem non adest, sed futurus timeatur. ut exempli causa chirurgi in his, quibus ramex exectus est, facere cõsueuerunt, cum eos ualde humorum plenos uident, uenam soluũt. hortatur etiam Hippocrates ut exquisite bonus habitus nõ tarde soluatur, solutio autẽ per remedia fit. q si in morborum impetu auxiliorũ tempora non adsunt, & adhuc nõ præsentibus morbis auxiliorum tempora sunt, iam patet non sola cogitatione, sed re ipsa etiã huiusmodi tẽpora differre. Vno prætera morbi tẽpore plura quis auxiliorũ tempora accipit. age enim in morbi decremẽto clysteriũ, inũctio, cataplasma, cibusq; adhibetur, & istorũ cuiusq; proprium tẽpus est, in pluribus aũt morbi tẽporibus idem nõnunq; auxilium fertur. initio nanq; morbi atq; incremento sanguis mittitur: ex his iam efficitur, re ipsa quandam esse istorũ temporum differentiam. ultra dicta etiã illud sciendum est, morborum quatuor tempora esse, initium, crementum, summum impetum, & declinationem, sed auxiliorum ista tempora non sunt. neque enim initium, aut crementum, aut summus impetus, aut remissio, sunt auxilij tempora: pręterea morborum tempora aliqua generalia, aliqua particularia describuntur. at remediorũ tempora generalia quidem scribi possunt, particularia uero nequaq; : huiusce rei id in causa est, q morborũ tam generalia q̃ particularia tẽpora uno eodemq; instrumẽto iudicantur, instrumentum aũt illud scribi potest. sed auxiliorum tempora neq; eodem instrumẽto iudicantur, neq; particularium temporum iudicatoria instrumenta scribi queunt: quo aũt id modo sit, iam ostendemus: morbi tempora ex quali quadã causæ motione censentur, estq; initium, ascensus, summa uehementia, atq; remissio, quę morborum tempora uocamus, cum sint certę cuiusdam motiõis nomina: q si motio, quę prius non erat, nobis inesse incipit, atq; ita diuexat, huiusmodi motũ initium morbi appellamus, si ulterius motus procedat, crementum, si crementum consistat, summus morbi impetus dicitur, cũ motus imbecillior redditur atq; decrescit, remissio nominatũ. ergo cũ generalium morbi, particulariumq; exacerbationis temporũ eadem nomina sint, eadẽ quoq; iudicandi instrumenta erunt. ex certa enim quadã causæ motione proueniũt. Quocirca iam in confesso est, posse utraq; tẽpora describi, sic enim describi singula dicimus, ut causas, locos passos, id genusq; alia, quãdo proposita, ex quibus singula percipiũtur, scriptis mandari queunt. At morborũ spatia tempora nõ sunt, neq; ex spatijs tẽpora sumũtur, neq; in morbis uniuersis, neq; in particularibus exacerbationibus, eo quod non in omnibus temporibus eadẽ spatia sunt. eandẽ aũt rem tempora uocari, nemo est, qui nesciat. prætera q uniuersi morbi tẽpora à particularis accessionis tẽporibus differãt ex eo facile patebit, q unũ morbi uniuersi tempus

A tempus plura singularum accessionū tempora cō cludat, initio nanq; inuadentis morbi particularis accessio & incipit & crescit, in summo impetu cō sistit, atq; declinat, cūq; uniuersus in sua uehementia morbus est, particularis aliqua accessio incipiet, atq; ita quomodo utraq; morborū tēpora conscribi possunt, exposuimus. Sed remediorū utraque tempora calamo scribi nō posse modo subijciemus. Remediorū applicandorum tempora non ex causæ motione atq; essentia capiunt. idē enim semper remediū acciperet, ut quocūq; morbi initio sanguinis detractio, cumq; dixerit Hippocrates, Inchoātibus morbis siquid uidet, mouendū, moue, in summa eñ uehementia quietē agere pręstat, non à morbi tempore impulsus auxilia interdicit. nouerat enim morborū initijs facultatem ualentem esse, proptereaq; remediorū applicationi non obstare, sed in morborum uehemētia iam flaccescens remediorū agitationem non sustinet: itaq; nō ratione temporis Hippocrates, sed uirium, auxiliorum adhibitionem denegat: neq; etiā ex morbi temporū spatio, ut nōnullis placuit, auxilij occasio reperitur. longe enim inter se distātibus spatijs qualesnam res spatio nunciari quis asserat, explicari non potest, quamobrem auxilijs in uniuersum opportuna tempora & ex remedia postulantium pręsentia deprehendunt, hęc aūt causę sunt, & ex potentijs impedire absentia, id uero est uiriū imbecillitas, aut particulariū auxiliorum occasiones non ex his modo, uerumetiā ex alijs, quę minime scribi possunt, reperiuntur. quandoquidem in remissionibus potissimū remedia adhibētur. tunc enim & postulans adest, & uires ferunt, non idem autem remissionis spatiū in omnibus est: sed esto exempli causa, sex horarum remissionis spatium, quam igitur istarum idoneum particulari auxilio tempus statuemus, cum nō ad eundē omnes modum habeant? requirat enim tunc cōditio uenę sectionem, neq; facultas refragef: quantū ad id pertinet, uenam secare opus est, atq; illico post cibus dandus, q inediam nō ferat ęgrotās, alteri autem inedia conducet: alij somno ante missionē sanguinis egent: alij alio sese habēt modo, quę omnia literis mandari nō possunt. in tanta igitur uarietate, quam quis horę partē idoneum cuiq; auxilio tempus constituat: aut quot quis propositū describat, ex quo particulare tempus accipiat, tradi non potest. alia eñ alijs eueniūt: quocirca cū & remissionum spatia, quibus adhibentur remedia, nō ęqualia omnium sunt, & cōditiones absimiles, & symptomata dissidentia, atq; hęc singula particularis auxilij tempus cōuariant, non posse propositum quodpiam, ex quo percipiat, describi, euidenter cōstat. pręsens aūt medicus ex pręsentibus & auxilia requirentibus permotus, & ex potētium impedire præsentia, & ex remediorū postea sumi debentiū consideratione singulariū opitulandi temporum cōiecturam capiet. Verū proposita utrum re ipsa inter se differāt, considerandū est. quandoquidem igitur proposita, ex quibus uniuersalia remediorū tempora colligunt, scribi possunt, ex quibus aūt particularia, neutiquam, propterea haud iniuria uniuersalium remediorū tempora describi, particularium uero minime, testantur, atq; hoc iam constante, morborum auxiliorumq; tempora quo differant patefactum est, nisi enim re uera differrent, perinde auxiliorū utraq; tēpora atq; morborum monumentis literarū tradi ualerent: differentibus autem propositis unde tempora dignoscuntur, longe etiā tempora differre consentaneū est. ut enim in morbis temporum proposita à temporum, quæ ad auxilia spectant, propositis essentia aliena sunt: ita & ipsamet tēpora ingenio differre uerisimile est, atq; hæc satis de temporibus præscienda narrauimus. Tempora sanè indicare

B Methodici hac ratione impulsi crediderunt, quòd tempora non omnia ad cibi medicinæ'ue assumptionem apta cernebant, cumq; temporibus nonnullis hęc utiliter exhiberi, nonnullis uero noxie, spectarent, id ob temporum discrimina incidere arbitrabantur, quare ex eodem fonte & cibi proposita, & remediorum tempora manare putauerunt, Thessalúmque fefellit Hippocrates inquiens, cum morbus in summo est, tūc & tenuissimo uictu necessario utendum est. suspicatus est enim ipsum natura temporis ductum alimenti qualitatem præscripsisse, modum scribendi huiusce uiri non intelligens. non enim tempus propositum faciens Hippocrates hāc uictus rationem instituit, uerum à tempore facultatem mensus est, à facultatis mensura cibi qualitatem accepit: id uero ex ijs,

C quæ subiunxit, declarauit. cōiectandum enim inquit, an ęger duraturus sit. plerunq; enim tempora, quod à facultate requiritur, interuertunt, & ne accipiatur, impediunt, nunquam autem, quid faciendum sit, edocent. Quamobrē id, quod aliquid postulat, quoniam eius, quod postulatur, propositum est, quod nos postulatum sumere impedit, propositum non erit, iccirco & morbi tēpora nos interdum postulatum accipere impedientia proposita non fuerint. nam siquis omnia prohibentia proposita faciat, uires quoq; ægrotantis euacuationis propositum dicere cogetur, eiusdem etiam timiditatem, & patrem, & dominum. hæc enim plerunq; multitudine in corpore exuberante euacuationem facere prohibent, & uires subtractionem non ferentes, & præ timore ęgrotans nō permittens, & pater, & frater, aut dominus prohibēs.

D quemadmodum igitur istorum nullum quispiam recte sentiens propositum uocauerit, ita neq; tempora, eo quòd nos auxilijs aut cibis uti plerunque impediant, proposita esse affirmabimus. male igitur, (quispiā subijciet) inquit Hippocrates, Inter morborum initia siquid uidetur mouendum, moueto, uigentibus autem quiescere melius est: nos uero ipsum non male dixisse contendimus. non enim morbi initium propositum sibi faciens tunc ad mouēda remedia pręcepit, sed ab initio nōdū uires infirmas esse significatur, posseq; eas inanitionem ferre, cōijcitur, at morbi summus impetus

Proposita.

facultatis imbecillitatē manifestat, tunc enim causæ ualentes sunt, facultas uero languida, atq; ideo quiescere iubet: maxime nanq; rationabile esse uidetur in morbi uehementia, cum multo ualentissimæ causæ sunt, illas conuellere atq; prosternere: uerū si innoxie omnino adhiberi posset remediū, id planè fieret, sed non ita habet. siquidē remedia cum in primis omnia pręter naturā sint, necessario & facultatē adhibita uexant, secundo, cum naturalia morbosis causis permista sint, in recidēdis causis nihilominus bonorum quàm uitiosorum detractio fit. At primum auxiliorum naturam, quàm que ex usu sint, non ignorare opus est, ipsa nanque per se auxilia causas extirpare nequeunt, sed naturæ adminiculum requirunt, & fermè solum impetum, motusq; initiū naturæ adijciunt, reliqua per se natura administrat ac perficit. igitur ualida cum est, remediorū uiolentiam perfert, & bonę in genitæq; substantiæ detractionē facile sustinet, atque ipsam diuexantia excutere potest, sed in morbi uehementia, quod usu euenire solet, ualde laborans adhuc remedijs adhibitis magis opprimitur, & proprijs opibus direptis infirmior redditur, & lędentibus causis magis succumbit, morbiq; autores nullatenus potest expellere. cum uero natura conata sibi infesta discutere non ualuit, magnopere ex ipso conatu imbecilla efficitur. hę itaq; causę sunt, cur morbi initio, siquid uidetur mouēdum, moueri iussit Hippocrates, cum ad summum increuit, quiescendum. Cęterū ob id fortassis quispiam facultatē conferens nunciare crediderit, sed ex his nullum remediū à facultate indicari, cognoscat. nam si constans uis remediū indicat, in sanis quoq;, quoniā constat, remedium indicabit: sed in sanis remedium non indicat, ergo neq; etiam in ægris modum seruās facultas indicabit remedium. Quamobrem si ubi facultas indicare deberet, auxilium non admittimus, ideo iam in confesso est, nihil opem ferens à facultate demōstrari. opus est enim propositū demonstrare pręsentia. sed quod requiritur, prohibere ne accipiat, ut supra posui, facultas ualet, remedij uero propositū nequaq; est. Quam uicem autem in exhibendis remedijs facultas gerit, eandem in dandis cibis morbi tempora: Item ut ad remedia se habent eorū appetentes causę, ita & ad alimenta facultas: facultatem uero exiguam escam postulare, non initiū aut incrementum inde declaratur, q; ex ęgritudine cōualescentibus modicum cibum præbemus, quem facultas requirit. nam si modicū cibū incrementū ostēdit, istos ad saturitatem impleri permittere oporteret, absente enim paucum cibum indicāte proposito, deridendus sit ille, qui id, quod non postulatur, accipiat: at principium, aiunt, subtractionē esse faciendam indicat: in omnibus igitur morbis inter initia subtrahendum erit, et in uitiligine aut aluo laborantibus usq; ad incrementum; diutius aūt durante principio satis cōstat, q; huiusmodi uictus ratione utens cōtabescet: fortassis aūt ita nobis obijcient, quare uos in pulmonū phlegmone atq; id genus alijs acutis morbis ab initio cibum interdicitis, cū tamen ab initio sint robustę uires? respondebimus, quoniā tempus nos exhibere prohibet facultate id requirente, nō igitur subtrahere indicat, sed quod appetit facultas, si ab aliquo sumi impediatur, illud cōtrarij indicatiuū haud iure quis appellet, perinde & alia tempora requisitis uti aut impediunt, aut permittūt, prout magis aut minus in ipsis facultas mutata est, ipsa uero nihil unquā conferens demonstrat. Cum dicunt autem, morbi summum paucas escas requirere, declinationē uero uarias, illos percunctari oportet, quonā modo propositis utentur, si duo laborātes fuerint, unus pulmonū phlegmōe, & iam se morbus remittat, alter lippitudine, quę adhuc in summo sit. nunquid primo plura magisq; uaria nutrimenta dare audebunt, q; lippitudine laboranti? at non ausint credo largiores escas concedere: quare si hoc uerū est, iam euidēter cōstat, non à morbi temporibus, sed ex facultatis mensura multitudinem paucitatemq; alimentorū deprehendi. Alicui uero fortassis orietur dubitatio, quonā pacto morbi tempus nonnunquam cibi quantitatem, aliàs qualitatem indicare arbitrantur, quatenus uidelicet methodici censent, interdum morbi tempora auxiliorum diuersitatem indicare, interdum ciborum diuersitatem appetere. quando enim asserunt morbi incrementum exiguū cibum requirere, principium ampliorē, remissionem uero magis uariū, qualitatem alimenti & quantitatem à morbi temporibus indicari affirmant, at cū dicunt, morbi principium prohibitionem incremēti ostendit, eiusdem adauctio haud ita curiose subtrahere & remittere, summus impetus ad mitius inclinare, decrementum morbi solutioni suffragari admonet, remediorum differentiam à morbi temporibus postulari fatentur. Qui igitur non absurdum dictu sit, idem nullum discrimen accipiens diuersa indicare? ad hāc sanè interrogationem ipsi fortasse respondeant, & apud rationales etiam medicos idem indicare differentia. bilis nanq; redundans in corpore sui nocens ablationem, ac temperationem indicat: sed illos ita refellimus, sui quidem sublationem tantum bilē indicare, plures aūt sublationis esse modos, aut enim detrahimus, aut cōtemperamus. prætera bilis quidē, dicemus nos, secundū aliud diuersorū uidet esse indicatiua: quatenus enim grauat, expulsionē, quatenus uero mordet, ut tēperetur, ostendit. at tempora ipsa nullā huiusmodi differentiam habentia quomodo res diuersas postulent, dici nequit. Non indicari aūt alimenti qualitatē quantitatem'ue à tempore hinc maxime patescit. qđ genus indicat, id & qualitatē indicare necesse est, nam sine differentia unumquodq; indicans rei postulatæ genus indicat, sed differentiā accipiens ipso genere differēs indicat: quandoquidē igitur alimenti genus facultas indicat, illius etiā qualitatem & quantitatē indicabit. nā sine differentia alimenti genus indicat, differentiā uero accipiēs, & discrimen in genere demonstrabit. Hippocrates sanè

sanè & ipse ciborū quātitatis propositū facultatē statuisse uidetur, augescentia, inquiēs, plurimū habent insitū calidū, plurimo igitur alimento egent, sin minus, corpus extabescit. item qualitatem pro facultatis differentia, manifeste accipit: ubi inquit, cibus iuuenibus quidē in summo ętatis flore non mutatus, senibus autem exquisite permutatus. ex his nanq; uerbis clarissimū est, facultatem sine differentia, escarum genus appetere, differentia uero addita, qualitatem. at tempus neq; ciborum qualitatem, neq; quantitatem demonstrat. Præterea siquidem morborum tempora ciborū qualitatem & quantitatem edocēt, aut in sui conseruationem aut in sui abolitionem edocebūt: quodlibet enim indicans aut sui custodiam aut sublationem indicat: igitur si quanti & qualis cibi indicationem, ut ipsa permaneāt, tempora faciunt, nihil me hercle magis ridiculum, quàm propterea tantū talemq; cibum assumere, ut morborum tempora conseruentur. quòd si in sui interitum tempora indicant, talem tantumq; cibum aliqua aduersus tempora contrarietate præditum esse uideri oportet. à solis nanque contrarijs contraria tolluntur. at temporibus neque tale, neque tantum alimentum aduersatur, neq; initio, neque incremento, neq; consistentiæ, neq; remissioni. pluribus enim eadem causa non aduersatur. nam unum uni tantum aduersari natura institutum est. Hac eadem ratione efficitur, ut ne remediorum differentiam morborū tempora indicent. nam si neque in sui durationem, neque ut aboleantur, tempora indicāt, quoniam pluribus unum esse contrarium nequit, aliusq; indicandi modus non relinquitur, iam absque controuersia sequitur, nihil quod expediat, à tēporibus indicari. quin etiam si contrariorum naturam quis rite consideret, neq; contrarium à morbi temporibus indicari cognouerit. nam quę in eodem genere plurimum inter se distant, cōtraria sunt. cibi autem qualitatis aut quantitatis tempus non sub eodem genere collocatur. igitur neq; remediorum qualitatem, neq; quantitatem, neq; differentias à temporibus demonstrari abunde à nobis disputatum est. At in præsentia principium non indicare augeri prohibens declarabimus, quod ab ipso indicari Methodici censuerūt. multis enim morbis simul atq; incipiunt, in summo consistentibus, ut apoplexia & acutis ægritudinibus, quid in hisce, quispiā principiū indicare dixerit? neq; eñ ipsum incrementum prohibiturū indicare. statim nanq; ab initio summam magnitudinem accepisse morbum dicit. aut nihil igitur in hise morbis indicare principium dicet, aut quippiam aliud quàm incrementum prohibere. at agnitū propositum nihil indicare, dictu perridiculum est. quòd si quippiā aliud, quàm ipsi putent, indicabit, inepte ab initio dixerant, principium incrementi prohibitionē requirere. Huiusce autem erroris origo ipsis ex altera falsa opinione manauit. credētes enim quemlibet morbum per quatuor tempora transire, idq; tanq; uerum sibijpsis persuadentes, ei consonum

A esse oportere arbitrati sunt, ut morborum initia incrementi suppressionem postularent. id igitur eos latuit, non omnem morbum incipere, augeri, in summo consistere, atq; remitti. acuti nanque morbi, qualis apoplexia est, simulatq; inuaserunt, ad extremam ascendant magnitudinem, & qui iudicantur morbi, uno tempore, remissiōe scilicet mutilantur: siquidem iudicationes in sua uehementia morbos adhuc etiam augescentes discutiunt. potest præterea inter initia remedijs adhibitis morbus deleri, atq; ita cętera morbi tempora præuerti atq; succidi continget. Itaq; si ab initio euacuatio per auxilia fieri potest, morbusq; dissolui, quid nā isti potius initium, crementi prohibitionem indicare, quàm minutionem aut sublationem statuerunt? B si dixerint autem remissionē sublationemq; morborum non à principio, sed ab affectu demonstrari, propter quid igitur (ipsis respondebimus) non quod ab affectu, sed quod à principio demonstratur, accipitis? nam propter id, quod ab affectu requirit, illud quoq;, quod à principio indicatur, exoritur: morbum enim retundens aut destruens, crementum quoq; ne fiat, præoccupat. sed fortassis ipsi se tuentes dixerint, propinquiorem principij cōmunitatem nos ad accipiendū, quod ipsa indicat, cogere, cum proxime, quid faciendū sit, nobis suggerat. affectus uero oportere quidem morbos tolli postulans, quibus id fieri debeat, non manifestat. cōtra nos dicimus, per quæ particulatim remedia crementum impediēdum sit principium C nō declarat, sed tantū esse prohibendū. quibus uero id auxilijs prēstari debeat, ab alijs petēdum. hac eadē quoq; ratiōe & affectus solam morborū expulsionē nūciat, quibus expellēdi sint, ab alio, ut par est, petere cōuenit. atq; iccirco satius fuerit nō principiū, sed affectū in propositū asciscere. Deinde illud etiam in ipsos dicendū est, quòd ex nostra sententia omne principiū nexus quidam esse uidetur: duæ nanq; cōmunitates principium uidelicet atq; affectus in idem coiuerūt: quarū utraq; diuersum quiddā indicat: propinquior aūt, magisq; necessaria cōmunitas, quoniam hanc consideratis, principiū uobis esse uidetur. ex dictis itaq; palàm est affectus omnes cōmunitatū plexus quosdam esse, quandoquidē affectus quilibet in aliquo tempore gignitur, quare non tempus modo, uerum- D etiam affectus communitas est. male igitur facitis unum esse affectuum connexum arbitrantes, & non omnes affectus connexus esse asserentes. Id præterea methodicorū decretum fatuū est, quòd inter morborū initia astringentibus semper utendum sit. causam uero inde placitum illud accepit, quod multæ phlegmonæ per astringentia reprimentiaq; inter initia desinunt: & quælibet secundum ipsos phlegmonæ astrictio est. absurdum igitur uidebatur astrictos affectus per condensantia tolli, nobisq; dicentibus propter uexantium repulsam apparentiū sublationem fieri, id respicere nequeuntes principio in totum astringētia adhibenda esse cōtendunt, non ut causæ reprimantur, sed

ut corpora firmiora, minusq; patibilia reddantur. compressio nanque corporum atque constrictio, aiunt, corpora solidiora efficiens, ipsa à morbis tentari prohibet. neque enim per morborum imminutionem tantum incremento, dicunt resistitur, sed etiam per corporum id firmitatem soliditatemque præstatur: quibus ita responsum uelim, minime fieri posse, ut nocentibus causis simul auctis corpora ægre patibilia reddantur, cum alioqui corporibus, antequam langueant, firmitas ac uires comparandæ sint. nam ut morbus ne inuadat, ui ac resistẽtia indigemus, affectis autem corporibus propellenda sunt efficientia. Verum quoniam astrictus affectus dẽsitas est, & difficilis corporum exhalatio, stringentia uero superficiẽ densant, ægreq; difflabilem reddũt, plane liquet stringentia densatis corporibus offutura magis quàm profutura, & quam magnitudinem affectus proprijs temporibus accepturus erat, ad eam statim ab initio remedijs accelerantibus perueniet. Videtur præterea contrarium, ac principium postulet, adhibere. principium enim incrementi prohibitionem significat, sed applicatorum qualitas incremento fauere uidetur. Quare duorum alterum, aut principium, ut perperam indicans accusandum est: aut remediorum qualitas non rite adhibetur. Cæterum quòd inchoantibus phlegmonis utiliter stringentia admoueantur, nemo non fateatur, sed ab ipsis huius facti causam querere dignum est: nam firmitatem corpori ab astringentibus comparari, ridiculum, ut modo exposuimus, dictu est. at à nobis discunto, noxiorum repercussu, & in alios salubres locos traductione astringentia remedia minuere morbos atque discutere. illud etiam addidero, ut principium uetantia incrementum remedia non indicare euidentius pateat, hæc autem secundum ipsos erant astringentia. morborum principia aut qualitate aliqua, aut nulla prorsus prædita sunt: ipsa quidem omni qualitate carere, risum, qui dixerit, mereat: neq; enim sub sensum uenirent omni qualitate carentia. aut igitur principiorũ qualitas à singulis affectibus diuersa est, aut singulorum principiorũ qualitas ab eo cuius sunt, affectu, non est differens. si diuersa itaque est principiorum qualitas, emerget hæc quædam ab affectu diuersa cõmunitas, quam illi prætermiserant. sin autem eadem sit utraque principij uidelicet & secundum id, affectus qualitas, cur non in morborum principijs ad constrictionem laxantem uictum, ad fluxum uero astringentem adhibebimus? haud enim rationabile est principio nos aliter obsistere tanquam non eadem qualitate prædito, qua & ipse affectus, cuius est principium. Quod præterea illa sit deridenda sententia, quæ ex astrictoria ratione firmitatem corporibus conciliari autumat, per quam densantur astringũturque corpora, hinc uel maxime intelligi poterit: si densitas, contractio, duritiaque corporum firmitatis roborisq; causæ forent, phlegmone scirrhoq; affecti & cutem rigidam ac distentam præ egestate habentes ualentiores bene sanis existerẽt. nam qui secunda ualetudine utuntur, molliora corpora rarioráque possident, tantóque id magis, quanto melius ualent. item si duritia firmitas æstimetur, senum corpora, puerilibus cum sint duriora, firmiora etiam salubrioraq; dicentur. etenim cum eam, quam methodici arte creari prædicant, firmitatem beneficio naturæ possideant, cur non iure etiam adolescẽtibus robustiores censeantur? At ignorant methodici, quonam pacto hominis firmitatem ac robur dijudicare oporteat, quocirca neque etiam eam prestare potuerunt. neque enim ut in lapide, ferro, ac ligno, id genusq; alijs duritie ac mollitudine hominum firmitas æstimanda est, sed eo quòd corpora sua ipsorum munia expedite obire ualeãt. Itaque qui ipsis firmitatem comparare uoluerit, minime, qui durum corpus reddatur, cogitet, opus est, sed qua ratione membrorum uires augescant, quibus libere atque explicate proprios usus exhibeant.

CL. GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER

ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

FAVORINVS censet optimum doctrinæ genus, per quod utranq; in partem preparamur. sic enim appellabant Academici, propter aduersam partem quam asseuerabant. Itaq; uetustiores existimabant hanc doctrinam desinere in Epochen. Epochen autem appellabãt, quasi dicas suspensam sententiam, nihilq; definientem, qd' est, nulla de re pronũciare, nec asseuerare certo. Recentiores autem (non enim solus fecit hoc Fauorinus) nõnunquam eò proferunt Epochen, ut negent uel illud intellectu posse comprehendi, solem esse. Rursus alias eò proferunt cognitionem, ut discipulis suis permittant, antequam didicerint, de scientijs iudicare. Nec enim aliud est quod dixit Fauorinus libro De affectione Academica, cui titulus inditus est Plutarchus. Dicit autem idem in libro ad Epictetum, in quo inducitur Onesimus Plutarchi seruus, cũ Epicteto disputans

disputās. Quin & in libro quem postea scripsit ad Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos, qui in partes ambas sibi pugnantes & cōtrarias disserebant, cæterum discipulis permittebāt, ut quod uerius uideretur eligerēt. In hoc sanè ait libro sibi uideri probabile, nihil certo sciri posse. Contra in Plutarcho concedere uidetur, esse certam alicuius rei cognitionem. Præstat autem sic appellari γνωστόν, id est cognoscibile, quod alijs dicitur καταληπτόν, id est comprehensibile, relicto uocabulo Stoico. Ego sanè mirabar, ita me dij bene amēt, quod Fauorinus, qui consueuit omnia nomina ad Atticam linguam usurpare, non desinat uti his uocibus, Comprehensibile, comprehensio, comprehēsiua imaginatio: uel his cōtrarijs, ueluti quæ per priuationem dicuntur, ut incomprehensiua B imaginatio, aut ipsa incomprehēsibilitas: adeo ut cum libros tres scripserit, primum ad Adrianum, alterum ad Dysonem, tertium ad Aristarchũ, omnibus titulum indiderit, De comprehensiua imaginatione: ac per omnes hos libros strenue cōtendit, dum conatur demonstrare nullam esse posse comprehēsiuam imaginationem. Ego uero nihil aliud arbitror sonare comprehensibile, quàm cognoscibile: nec aliud comprehēdere, quàm certo cognoscere: cæterum inter se respondere comprehensionem, & comprehensiuam imaginationem. Quoniam enim nonnulla uidemur nobis uidere, audire, aut alioqui sensu percipere, quod accidit in somnis, aut per insaniã: nonnulla uero non tantum putamus nos uidere, sed re uera uidemus, aut C alioqui sensu percipimus. Hęc quidem posteriora omnes homines, exceptis Academicis, & Pyrrhonijs, ad certam cognitionem pertingere credunt. cæterum quę per somnium aut mentis errorē apparent animo, ea falsa esse. Quòd si porrò concedunt hoc ita se habere, deleant è libris suis quod inibi scriptum est, in rerum iudicio nec sano magis esse fidē habēdam quàm insano, neq; recte ualenti magis q̃ ægroto, neq; uigilanti magis q̃ dormiēti. Sin istis nihil est cognoscibilius q̃ ijs q̃ sunt diuerso modo affecti, nimirũ cōfusa sunt ueritatis iudicia: nec ipse pręceptor Academicus, nec discipulus poterit iudicare rationes, quæ in ambas partes inter se pugnantes disseruntur. Immo ne opus quidem omnino fuerit talibus doctoribus, cum D possimus ipsi, quę à sectarum autoribus hinc atq; hinc disserta sunt legere, nihiloq; minus quàm Academici scire: & si quid apud hos fuerit obscurum, quod erit apud Chrysippum, Stoici magistri possunt appellare certius: quod apud Theophrastum & Aristotelem, Peripatetici: itemq; de cæteris, ut iam nihil omnino reliquũ sit, quod doceant Academici, iuxta Fauorini quidem disputationem. Siquidem hoc sanè docuerunt illi ueteres, nullum esse datum homini iudicium à natura, quo collatis inter se rebus omnibus, exacte possit dignoscere. Eoq; nulla de re pronunciandum esse censebant, sed semper de omnibus suspendēdam esse sententiã. Verum si nobis physicis concedãt,

A ut oportet, sensum, iam nihil opus habebimus in utranq; partem exerceri: sed alia quadam re fuerit opus, uidelicet repetitione. ut artifices, nō statim artē prebent discipulis, sed aliud exigũt, nimirum cōsiderationē eorum quę tradita sunt, quod à plerisq; dicitur ad calculũ uocare: hoc autem est instare ei qui exercetur, & in hoc animaduertere, ubi labatur, eaq; sola corrigere. Consimili modo, qui pueros exercent ad palæstrã, corrigunt luctantiũ errata, Sic & grammaticus, & rhetor, & geometres, & musicus docent, non labefactantes neque conuellentes in discipulis fidem, quam habēt naturæ iudicio, sed instantes ijs, quos exercēt, donec in singulis actionibus eò prouexerint, ut iam non errent, tantũ abest ut inducant sententiæ suspēsionem. Perinde enim faciunt, qui suspendũt sententiam ne credant euidentiæ rerũ unà cum sensibus, atq; qui contēnunt ea quæ certò ab aliquo cognoscũtur. Itaq; Carneades ne illud quidē quod est omniũ euidentissimũ cōcedit esse credendũ, quod magnitudines, uni cuipiã ęquales, sint etiam inter sese æquales. Rationes igitur quibus conatur destruere & hæc & alia permulta, quę tibi euidenter apparent creduntur q; esse uera, adhuc in hũc usq; diem seruatas habemus, proditas scriptis, ab illius discipulis collectas. Solutiones autem nec ab illis, nec ab alio quopiã Academicorũ, qui post Carneadem fuerunt, datæ sunt. Ea res sola declarat, istius rationes omnes esse sophismata: Nobisq; querendę sunt ò discipuli istarum solutiones. Improbum est enim hoc, attamen nihilominus improbum fecerunt illi, qui scripserũt quidē has, cæterum nobis nō indicarunt, quales essent. Lubens aũt percōter, si uel Fauorinus adesset, utrum me iubeat credere omnibus istis rationibus, an considerare, ueræ ne sint an falsę, Vnũ hoc sanè concessit, considerare. Rogarem aũt post hęc in uniuersum, num homini natura uis insit iudicandi, quæ sermones ueros discernat à falsis, an potius ars quędam & ratio sit utrũq; cognoscēdi. Si natura, qui fit ut nō omnes inter nos cōsentiamus, neque similiter ijsdē de rebus pronunciemus? Sin ars est ac ratio, hęc omniũ primum erat discenda: deinde cōueniebat doctores ludo præfectos uarijs modis exercere discipulos, multis propositis exemplis: quemadmodũ instituũtur, qui discũt artē luctandi, aut coriariã, aut fabricãdi domos, naues'ue, aut rhetoricè dicendi, aut legendi, aut scribēdi, aut ut summatim dicam, quidlibet aliud operari iuxta artem. Proinde si quis Academicorũ scripsit, quę tandem res sit demonstratio, quod sophisma, & quomodo oporteat alterum horũ ab altero discernere, & quemadmodum Fauorinus admittit iudicium discipulorũ, in utranq; partē exercitatorũ, nisi quod superuacaneũ est, nimirum docuit Academicus, omnia quę dicta sunt, haberemusq; nos pręceptores, qui propria decreta doceãt. Quòd si nullus istorum scripsit, quomodo ista differũt, nec exercuit quenquã, perinde facere uidentur, ac si faber pręcipiat discipulo, ut & metiatur, ut ęquet,

ut dirigat, & circulum describat, nec interim det illi cubitum quo metiatur, nec xyston quo poliat, neq; regulã ad quã dirigat, neq; circinum quę circũducat. Atqui forsitan dicet tale nihil esse in philosophia ac dogmatibus. Ne igitur posthac assimules te aliqd scire, neq; pronũcia, neq; desciscè à ueterum Academicorũ decreto, qui prodiderũt suspendendã esse sententiã: neq; te iacta, dum facis, quod solet grãmaticus, qui semet in his exercuit, quæ dicta sunt à prioribus. Proinde nihil apud illos esse præclari, perspicuũ est consideranti. Neq; enim hoc est eius qui docẽdi munus profitet̃, sed nugacitas potius quędã est & ineptia. Vnde igitur cognoscẽdi ueri spes reliqua est? Etenim cui non adest iudiciũ ueri ac falsi, huic nulla spes est cognitionis. Tantũ hoc stude, ut Sophistas doceas, nullam nobis à natura insitã uim iudicandi. Deinde fortassis impudẽter nobis, inquit, & sensum & intellectũ, quibus euidẽter iudicamus de uero cõcedet aliquis, cupiẽs nos in logicis frustranea spe uolutari. Quicunq; uero sustulerũt totã spem, quod fecit ille, frustra nugantur. Perspicuum igitur est, quod Fauorinus pudore subuertit omĩa. & quod inde fateatur nihil sciri, unde ueteres Academici Pyrrhoniiq; dicebant: cæterũ ficte discipulis permittere iudiciũ, quod priores ne sibi quidẽ ipsis permittebãt. Ergo quod eiusmodi doctrina & institutio discipulorũ artẽ quãcunq; discentiũ, qualem sentit Fauorinus, non solũ cæteris pręstãtior nõ sit, uerũ ne doctrina quidẽ omnino dicẽda sit, opinor à nobis dilucide demõstratum. Iam de reliquis, quę doctrinæ quidẽ sunt omnes, an optimæ sint consideremus, rursus ab iisdem ordiẽtes. Apparet enim hoc nobis euidẽter, quod Sophistę maxime student sibi reddere incredibile, nullum esse iudicium naturæ. Etenim circinus pingit circulũ, cubitus autem discernit longitudinẽ, quemadmodum lances grauitatem. Hæc autem ipse fabricatus est homo, ex naturæ instrumẽtis ac iudicio impulsus, quibus nullum ultra iudiciũ nec antiquius habemus, neq; pręclarius. Hinc igitur incipiendũ est. Dicit eñ rursus ipsa mens, quod posibile nobis est naturali iudicio credere siue nõ credere, ipsum autem iudiciũ per aliud aliquid iudicare, possibile non est. Qui fiet enim ut id quo iudicatur reliqua omnia, ab alio quopiam iudicetur? Credere uis oculis clare cernentibus, & linguæ gustanti, hoc quidẽ esse malum, hoc uero ficum, an nõ credere? Concedã quod uoles facere in nobis, si quidem studes mecum disputare. Quod si nõ credis, discedam abs te, uelut ab eo, qui pręter naturã affectus est. Ponamus primũ te non credere, neq; sperare futurũ ut quicquã ex me discas. Hoc eñ modo cœperã dicere. Ponamus rursus te credere ac spem esse futurũ, ut ex me discas iudicare. Cæterũ ego sentio, iudicare, sensibilia quidẽ ex iis quę euidenter apparẽt sensibus: intelligibilia uero, ex iis quæ dilucide intelligũtur. Quoniã autẽ ex naturę iudicio artes omnes parãt & instrumẽta & iudicandi secundũ artem organa, per quę alia quidem ipsi

A sibi cõponunt, alia rursus ab aliis composita iudicant: & ego docebo in uniuersum, & instrumenta & iudicia, tum ea per quæ tibi parabis ueros sermones, tum ea per quæ iudicabis ab aliis dictos. Sic enim habes totum. Etenim si quid ex sese euidenter apparet sensibus aut intellectui, ad id nihil opus est inquisitiõe. Quod si nihil est tale, necesse est ut accedat cognitio, quę aliunde parat̃. At ego polliceor me traditurũ tibi quędã, quę respõdeat instrumẽtis, quæ fiunt ab arte, ex quib. inuenies, quod quęris: alia uero respõdẽtia iudiciis, ex quibus iudicabis, an uere tibi uidearis inuenisse. Hęc aũt ubi didiceris, multis exẽplis exercebo te, ut & celeriter & exacte inuenias iudicesq; quod quæris, ut posthac nec ullo libro futurũ sit opus ad B inuentionẽ ueri, nec alia doctrina. Mox & aliis dicẽtibus aliquid eorũ, quę cupis inuenire, facile poteris cognoscere. Etenim qui cognouit rectam uiã rectam esse, non egẽt alia doctrina ad redarguendum eos qui aberrãt. Ita qui rectam demõstrationis uiam perdidicerit, protinus cũ hac nouit uias erroneas. Fauorinus autẽ mihi uidet̃ simile quiddam facere, quasi si quis dicat te cæcũ esse, nihilominus tamẽ iudicare posse, uter nostrum sit sordidior aut cãdidior: haud reputãs secũ, ꝙ ei qui talia sit iudicaturus, opus est adesse uisum. Atqui nihil refert, quod ad iudicandũ attinet, utrũ omnino uisu careas, an cum habeas, illi nõ credas. Ad eundẽ autẽ modũ, quod id quo iudicamus est tale quiddam, quodq; quę huic paria sunt, sunt & inter se C paria: quemadmodũ asinis nemo permitteret iudicare, quoniã omnino mente carẽt: ita nec hominibus, si ne hi quidẽ mentẽ habeãt, cui credi possit. Nihil enim interest, quod attinet ad incertitudinẽ eorũ quę iudicãda sunt, an omnino nullũ habeas iudiciũ, an non credas illi. Ridiculus est igitur Fauorinus, permittens iudiciũ discipulis, cum organis iudicãdi detrahat fidem. Etenim si nihil est euidens intellectui, aut certum ex sese, periit omne rerum iudiciũ. Contra si est quidem, uelut oculus in corpore, sic intellectus in animo, non tamen omnibus pariter acutus, consentaneum est, ut quẽad modum qui cernit acutius, adducat ad id quod uidetur, eum, cui uisus est hebetior: ita quibus contigit in rebus intelligibilib. perspicere clare quod D offertur intellectui, adducant ad contemplationem eandem, maxime cæcutientem. Atq; hoc est præceptoris officiũ, ut inquit Plato, & ego assentior. Et his de rebus scripsimus copiosius in tractatione demõstrationis, quod doctrina talis quędam sit euidens ad intelligẽtiam. Scripsimus aũt & illud, quomodo quis exorsus in unoquoq; ab elementis ac principiis maxime demonstrare possit, quicquid est demonstrabile: non quemadmodum admirandus ille Fauorinus facit per totum librum, in quo demonstrat, ne id quidem comprehendi posse, solẽ esse: ac nobis obliuiosis in utrãq; disputat partem, concedit'que esse aliquid quod certo cognosci posit, cuius iudicium & electionem permittit discipulis. Finis.

CL. GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA

INCERTO INTERPRETE.

OMNES empiricæ sectæ cultores, cognomen ab Hippocrate ductũ renuentes, se ab animi affectu denominari maluerunt, quemadmodũ & philosophi, quos ꝙ in singulis hæreant, scepticos græco nomine appellant. Ergo nõ sicut cæteri medici Hippocratici, aut etiam Ascle B piadei, Praxagorei, Erasistratei, ita & ipsi Acronei ab Acrone primo empiricæ disciplinæ scriptore, uel à Critone Philistione, Serapione cognomenta traxere, qui Acrone quidem iuniores, reliquis autem Empiricis uetustiores habentur. Atq; hæc quidem quãtũ cognomini attinet, dicta sint. In Empiricorũ uero doctrina summa cautio est, ne quis ullo pacto ab indicatione quidpiã inueniri opinetur. neq; enim ueluti Rationales medicã artem indicatione simul & experimento constare putant, sed experientiæ totam inniti, quam ex eorum obseruatione quæ sæpe simili modo obtigere, conflari affirmant. Hanc ego tibi empiricæ sectæ disciplinam quæ qualis'ue sit, si modo mẽtem adhibueris, sub compendio clarissime colligam. C Tu uero quę deinceps dicturus sum, tanquam ab Empirico dicta suscipies. Medicam artem non ab indicatione, sed ab experiẽtia tantum constitutam asserimus. Experientiam uero appellamus, quam à se quispiam intuitu ipso deprehenderit, sicut indicationẽ, quam rationis discursu assecutus fuerit. ut enim nos sensus ad experientiã, ita ratio ad indicationem dogmaticos ducit. At cognitio, quæ ex intuitu habetur, uel fortuita est uel cõsulta. Fortuita appello, quæ sine humano cõsilio uel casu, uel natura eueniũt. casu, ut si quis, cui occipitiũ dolore afficiatur deciderit, atq; inde uena recta frontis incisa, sanguineq; effuso iuuetur. Natura, ut si febricitanti sanguis per nares effluxerit, statimq; desinat febris. Consulta ab intuitu cognitio D est, ut si quis in febre perdite sitiens, ad bibendam aquam, uel mala granata edenda coactus, febrem euaserit, uel in monte aliquis à serpente ictus, herbam quæcunque sibi fuerit oblata, uulneri adhibere placuerit, sanitatemq; inde recuperauerit. Sed imitatione experientia comparatur, ubi quispiam imitatur quod semel, aut bis, aut etiam frequenter effectum conspexerit, non ita tamen frequenter ut iam semper ex alio consequatur. sufficit enim uel plerumq; uel utrouis modo, uel raro contingere. Est alia quoq; τριβική, quasi iam trita experientia, quam ab experimentali disciplina dictam soli artifices usu exercent. Experimentalem uero disciplinam uocamus eorum habitum, quæ ita frequenter apparuerunt, ut iam inde theoremata sint cõparata, perceperimusq; nunquid illa semper, aut plerũq;, aut utrouis modo, aut raro euenire soleãt, tot enim id est quatuor sunt theorematũ differẽtiæ, propterea & theorema uocamus habitum rei, quam sæpe uiderimus, cum euentus oppositi distinctione, ut si sit aliquid, quod semper cõtingit, sciamus eius oppositũ nunquam euenire, quod uero plerũq; accidit, illius oppositum, aliquando quidẽ, sed raro contingere. At eius quod utrouis modo est, ęqualẽ esse oppositi euentũ, sicut illius, quod raro accidit, contrariũ plerũq; apparere. Quę uero huiusmodi distinctionib. perspecta nõ habuerimus, eorũ notitiam cõfusam imperfectamq; haberi, quę nullo pacto experimẽtalis disciplinæ pars appellãda sit. Atq; hãc Menodotus experientiã particularẽ uocauit, tanq; ex alijs experiẽtijs singularibus nõ conflatam, propterea primam & simplicissimã esse. Nam sicut ex plurimis experimentis tota conflatur ars, ita singula experimenta ex multis experientijs cõficiuntur, quas, quot esse oporteat uelle determinare, incidere est in ambiguam rationẽ, quam quidã Soriticam uocant, de qua in libro De medicinali experiẽtia copiose tractauimus, cum superius experientiam ex αὐτοψία, id est proprio intuitu fieri dixerimus. Quantũ nomini attinet, apud antiquos αὐτόπτην quidẽ sępe legimus, αὐτοψίαν uero nequaq;. Sed & hic sicut in alijs multis nomẽ usurpantes dicimus intuitorem proprio intuitu magis operari, ꝙ cognitionẽ acquirere: quia tamẽ ex hac intuitionis operatione cognitio quoq; cõsequitur, placuit Empiricis proprium intuitũ cognitionẽ appellare, immo nõ cognitionem tãtum, sed experientiã quoq; nuncupauere, quos ego nunc imitatus simili modo proprium rei euidentis intuitũ, & cognitionem, & experientiam ex multis intuitionibus comparatam uocabo. Cur uero Empirici obseruationis nomen cum cognitione, & memoria cõfuderint, nõ satis compertum habeo. Nam Theutas cũ prius dixisset partes medicæ artis, ob quas plerumq; finẽ adipiscimur, per experientiam comparari, quę ex ꝓprio intuitu ex historia & cõgruo de re simili ad similem transitu generatur, postea experientiam diffiniens, quæ à propria intuitione nihil differt, ita subiungit: Experientia igitur tota rei euidentis obseruatio appellatur, pro memoria scilicet, & cognitione obseruationis nomine abusus, quam & conseruationem uocamus, quæ est actus cõseruatoris. neutra uero appellatio secũdũ rectam loquendi cõsuetudinem ad memoriam & cognitionem accommodari potest. At τριβὴν, id est exercitationem non male actionem ab ipsa experientia ductam nominarunt, & τρίβωνα, id est exercitatum

exercitatum, qui huiusmodi actionem frequẽtat, sicut & ἔμπειρον, id est expertũ, qui ἐμπειρίας, id est experientię particeps est. Empirici uero nomẽ ad artis sectæq; suæ inuentores transferre maluerunt. nam & Empirian non solũ unius theorematis cognitionem, sed totam quoq; medicã artem nuncupauerunt, quam ex αὐτοψία, id est propria intuitione ex historia & cõgruo de re simili ad similem transitu cõstare asseruimus. historiam quidem proprie intuitionis enarrationem uocantes, transitũ uero de re simili ad similem iter ad exercitationem sumpta, scilicet similitudine ab iis, quæ iam per experientiã comperta sunt. Quæritur autẽ nunquid, quemadmodum existimauit Serapion tertia pars medicæ artis sit de re simili ad similem trãsitus, quod aperte negauit Menodotus, sed usui tantum accõmodari uoluit. constat autem non idem esse uti, & ut parte uti. Cassius Pyrrhonius illum ab usu quoq; abdicauit, integrumq; de hac ipsa re uolumen conscripsit. optime uero omnium Theutas de re simili ad similem transitũ iter ad exercitationẽ esse iudicauit. Sicut alij instrumẽti potius rationẽ habere uoluerunt. Nec peius fortasse historiam & obseruationẽ instrumẽta magis q̃ medicinæ partes uocabimus, ideo recte, ut mihi uidetur Theutas ita de illis prodidit. Partes medicinæ ob quas finem adipiscimur, per experientiam nobis accedunt. fit autẽ experientia ex propria intuitione, historia, & cõgruo de re simili ad similem transitu. ab experiẽtia enim medicinę partes deriuari affirmat: quæ cũ omnes inter se differunt, in hoc uno tamen cõueniunt, q̃ omnes communi nomine memoriæ appellantur, propterea rectius aliquis experientiã dicet esse memoriam eorum, quæ sæpe & eodem modo perspecta sunt. Quod si quis pro memoria obseruationem posuerit, erit experientia obseruatio eorum, quę sępe eodem modo perspecta sunt. At si obseruatio operationem significet, ut loquendi usus obtinuisse uidetur, memoria uero sit impressio in anima quiescens, possumus ambas cõprehendẽdo dicere, experientiã esse obseruationem & memoriã eorum, quæ sæpe eodẽ modo perspecta sunt: forteq; præstiterit solam ponere memoriam, cum sub illa obseruatio contineatur. neq; enim memorari possumus ea, quæ sæpe eodem modo perspecta sunt, nisi prius obseruauerimus. Hactenus quãtum compendio licet de experientiæ diffinitione tractauimus. Theutas autem totam medicinam in tres partes diuisit, indicatoriam, curatoriã, & salubrem, has uero uniuersas acquiri per propriã intuitionem, historiam, & congruum de re simili ad similem transitũ. propterea qui hæc tria proxima medicinæ partes esse uoluerunt, non absolute partes, sed cum additione partes constitutiuas appellauere, ut priora illa partes finales, partium scilicet genus in duas primas differentias dissecando finales, & constitutiuas: si quis tamen nominibus abuti noluerit, non has constitutiuas appellabit partes, sed quasdam medicorum operationes: ille

A uero animi habitus, quo medicus uel indicare, uel curare, uel sanitatem custodire potest, merito pars medicinæ uocabitur. abutantur igitur nominibus qui uoluerint, nos in partes tres medicinam secabimus, indicatiuã, curatiuam, salubrem. Porrò indicatiuã in dignotionẽ præsentiũ, & futurorum prænotionẽ, sicut curatiuam in chirurgiã, uictus rationẽ, & pharmaciam. Salubrẽ uero quidã indiuisam seruarunt, quidam in speciẽ generi cognominem. salubrẽ inquam, & in Euecticam, id est boni habitus effectricem. alij addiderunt præseruatiuam, resumptiuam, & gerocomicam, id est senum custoditricem. Sunt qui ex rationis diuisione partes medicinæ uenati sint. cũ enim sicut He-

B rophilus uoluit, medicina sit scientia sanorum, ægrorum, & neutrorum, tria excogitauerũt, quibus singula istorum cõueniũt, corpora scilicet, signa, & causas. nam sicuti corpora, ita signa, & causas congrue sana, ægra, & neutra nuncupamus. licebit igitur secundum hanc rationis sectionem empiricam quoq; disciplinam in suas partes diuidere: non prohibebo tamen si quis & aliter diuidendam putarit, dummodo nullum artis membrum omittatur. propterea & Theutas in principio libri De partibus, nihil obstat, inquit, si medicinæ partes in indicatiuam, curatiuam, & salubrem sectæ, in alia quoq; membra secentur. quo fit, ut minime mirum sit, si empiricę artis alij duas partes, alij tres, quidam quatuor, nonnulli quinq; posuerint, fortasse enim eandem omnes rei rationem intuen-

C tur, sed ut diuersa concipiunt, ita & diuersa explicare necesse est. quæ uero sit rationis diuisio paulo inferius declarabitur. Constitutiuæ igitur medicinæ partes, quæ omnium utilissimæ sunt, clarius ita pernoscentur. Medicus qui ab obseruatione artem effecit, seipsum Empiricum, suam facultatem Empiricam nuncupauit: primisq; temporibus, ut credi par est, noxia pariter & innoxia, similiq; modo utilia & superuacua obseruari cœperunt, post longo rerum usu multis multa obseruantibus compertum est, plurima inutiliter fuisse obseruata. propterea sicut in principio propria rerum intuitio, ita nunc historica cõmodissima est. Nos enim historia docet iam deprehẽsum esse colores in multis quidem morbis superuacaneos, in

D quibusdam uero nõ parum interesse, nam lippientibus cœruleus, uiridis, nigerq; color cõfert, albus & splendidus summe aduersatur, reliqui inter utrumq; ambigũt. Eodem modo rubeus color sanguinẽ expuentibus nocet, & ad cæteros morbos superfluus omnino compertus est. Sicut & mensa eburnea'ne sit, an lignea, seu phiala aurea'ne, uel argentea, uel uitrea. nihil enim horum salubre magis, quàm insalubre appellatur, sed penitus superuacuum, non ita tamẽ odorem neutro modo se habere ad sanitatẽ uel ægritudinẽ dixeris. neq; enim parũ refert appetitiuę digestiuæq; facultati, fœtida'ne, an bene olẽtia offerant, omninoq; capiti nocẽt, quęcũq; odoratiora sũt: ueluti cupressus, populus, buxus, nux, præcipue quæ adhuc uirẽt: ideo

ideo nec lectos, aut fores, aut uasa ex his fieri probamus. fugiendi enim omnes odores sunt, qui uel caput repleāt, uel appetitum euertāt, cum natura nos doceat utilia eligenda esse, noxia uero euitanda. Ergo his ita se habentibus, necesse est, ut medicus salubria, insalubria, neutraq; pernoscat, nec causas tantum tales esse, sed & corpora & signa. nihil autē refert seu pernoscere, seu scire dicamus. sicut neq; artificem, aut doctorem artem, uel doctrinam addiscere. parum etiā interest, si inflāmationem, exempli gratia, ęgritudinem uel affectum appellaueris. Symptoma tamē ab ægritudine distinguendum est. nā symptoma simplex affectus est, & non ex alijs conflata cōgeries. sic enim lateris dolor symptoma uocatur, tussisq; eodem modo, & sputū seu flauum, seu liuidū, siue cruentum fuerit, item difficultas anhelitus, & calor pręter naturam. quod uero ex omnibus his cōficitur ægritudo appellatur, quæ affectus quoq; & ualetudo & morbus, si libet, uocari potest, nominibus tamē utemur, quoad eius fieri poterit apud Latinos quàm maxime consuetis, sin minus, his saltem de quibus inter nos inuicem conueniat. Quātum igitur præsenti institutioni attinet, symptoma satis idonee nuncupabimus simplex aliquod incōmodum, quod humano corpori præter naturam accesserit, sicut calorem, tumorē, inflammationē, difficultatem anhelitus, pulsus asperitatem, dolorem, tussim: affectum uero, uel ęgritudinē concursum qui ex his simul conficitur. Periti enim Empirici non quęcunq; symptomatum aceruū morbum nominauere, sed concursum tantum eorum, quæ ex longa obseruatione ita simul conuenire comperta sunt, ut pariter incipiant, augeantur, uigeant, declinent, & recedant, quem cōcursum compendij, & luciditatis gratia uno tantum nomine explicuere, quandoq; ab affecto loco nuncupationem ducentes, ut pleuritim, peripneumoniam, quandoq; ab aliquo symptomate, ut inflammationem, furorem, nōnunquam à similitudine, ut elephantem, cancrū, quandoq; ab ipsomet concursu, ut œdema, scyrrhum. Symptomatū igitur quæ simul incipiunt, augentur, uigent, & desinūt, cognata uocari possunt, quæ uero plerumq; consequuntur, affinia. Quòd si eadem in cōcursu, tanquam signa considerentur, quædam eorū diagnostica, quasi pręsentium declaratoria uocātur, quędam quòd futura prænuncient, Prognostica nuncupātur. quædam quòd curationem indicent non male indicatoria dicentur. Omnes autem concursus ab obseruatione prodidere. obseruatio enim memoriam, memoria experientiam peperit, à qua proxime ars emanat, dum meminimus quid cum quo, quid ante quod, quid post quod obseruauimus, atq; id quidem uel semper, uel plerumq; uel utrouis modo, uel raro. semper, ut uulnerato corde mortem sequi. plerumq;, ut scāmonia uentrem purgari. utrouis modo, ut percussa superiori cerebri membrana, interire hominē. raro, ut uulnerata cerebri substantia salutem cōparari. Atq; ita ex

A obseruatione & memoria constituta arte necessarium est propriū à communi distinguere, quam nimis ambitiose quidā Empiricorū distinctionem, quidā determinationem appellandā esse contendunt. ego enim siue hoc siue illo modo dixeris, parum interesse arbitror, dūmodo per euidentes notiones proprium à communi separetur. quidā tamen ita rem præscribunt, ut distinctionis uocabulum ad nominum differentias, determinationē autem ad res ipsas magis cōuenire opinentur, sed nomina, ut recte Plato cōsulebat, spernenda sunt, rationum uero soliditas inquirenda. Proprium igitur à communi ita distinguetur, in affectuum quidem dignotione, ut si cum febri acuta difficultas anhelitus, tussis, & coloratum sputum apparet, &

B percunctetur à nobis aliquis cuius nam morbi sit iste concursus, respōdebimus, pleuritidis quidem & peripneumoniæ cōmunem esse, neutrius tamē propriū. Quòd si addat dolor lateris pungitiuus, pulsusq; asperitas cum tensione, hūc morbū planē pleuritidē esse affirmabimus, at si nō dolēte latere, nec pulsu duro existēte, impotētia spirādi adsit, nisi ceruix erigatur, sitq; omnino tanta anhelandi angustia, ut propè suffocationē accedat, talis concursus peripneumonia uocabitur. ita ergo in affectuum dignotione cōmune à proprio distinguet. In prænotione uero hoc modo, sint nares acutæ, caui oculi, collapsa tēpora, atq; interroget aliquis. quidnam cōcursus portendat, dicemus in processu quidem ægritudinis mediocre malum porten-

C dere, in principio uero letum minari. Atq; ista quidem à tempore ægritudinum prima distinctio est, ab ijs autem quæ præcessere cōsideratur, an æger uentris fluxu laborauerit, uel medicamēto purgatus fuerit, siue uigilijs, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In signis uero ad curationē attinētibus cōmune à proprio separatur. si quæratur, an plethorico uena secāda sit, respōdetur enim non cuicūq; secandā esse, sed illi cui pleuriticus cōcursus acciderit, uel qui sine hoc cōcursu robustus sit adolescēs, atq; ne hos quidē omnes. neq; enim si pleuriticus cōcursus in sene aut infante fuerit, uena secāda est, aut in Scythia degat æger instante hyeme frigidissima, uel sub ardētissimo cœlo in summo æstatis feruore, aut certe syncopā pati as-

D sueuerit, nam nemini istorū uenā secandam ducimus: nō hæc tamē sufficiūt. Sunt enim aliæ quoq; determinatiōes, ut si ad clauim dolor incubuerit, potius uenā secamus, si ad hypochōdrium declinauerit, uentrē purgādū eligimus. Talis igiť rei determinatio est, quā describētes dicūt esse orationē propria à cōmunib. distinguentē. Quidā tamē, ut prędiximus, nō determinationē, sed distinctionē appellare maluerūt. nos aūt siue determinatio, siue distinctio uoceť, nihil interesse dicemus, dūmodo cōcursuum dogmaticorū & empiricorum differētia serueť. Empirici enim euidētibus, dogmatici uero ratiōe magis nituntť. Pari modo dogmatica ratio hoc ab empirica differt, ꝙ hęc euidentium rerū, illa occultarū est: quæ ut nomine quoq; distin

distinguerentur, rationē quidem empiricā epilogismum, dogmaticā uero analogismū uocitauere. Quin & breuissimas rerum declarationes, nō diffinitiones, sed descriptiōes empirici appellauerūt: cum tamen nihil prohiberet rei rationem, quę ex euidentibus consistit ita diffinitionē uocari, sicut & dogmatici uocāt eam, quę ex occultis colligit. Atq; hæc quidem est inter utrosq; de nominibus discrepātia, quam & modeste, & arroganter tractari licet, arrogātia tamen plerunq; utuntur empirici. In rebus autē dogmatici & empirici differunt, quemadmodū in principio quoq; declarauimus, ꝙ empirici ijs tantum credant, quę uel sensui pateāt, uel memoriæ per sensum mandata sint. Dogmatici uero pręter hæc, illis quoq;, quę ex naturali rerū consecutione per rationē acquiri solēt. Sed & empiricus præter descriptiones, & determinationes, quę a sensibus sumuntur, causas etiā reddit, & demonstrationibus nititur, quas à sensibus mutuauit. Si enim exempli gratia interrogetur, quare crus cum uulnere luxatum non reparatur: quoniā, inquit, conuulsionem inde sequi obseruatum est. hoc enim maxime cauent, ne aliquid unquam ex rationali consecutione, sed ex memoria, & euidenti obseruatione semper affirment. Atq; hoc pacto Empiricus artem suā tum cōficit, tum docet. in quo maxime à dogmatico differt, tum quia plurima indeterminate agit, tum quia plus ęquo confidit historiæ, quā ego nō uitupero. cum enim unius hominis uita ad omniū inuentionem sufficere nequeat, lōgi temporis obseruationes historia colligit, ut eius beneficio tanquā ex multis tot seculorum hominibus unus efficiatur eruditissimus. Si igitur ita singula quæq; memoriæ mādata forent, ut cum suis distinctionibus clare ab Empirico percipi possent, nihil ultra quærendū esset, quod ad ueritatem artis referret. Sed quoniā qui scripserūt, partim confuso experimēto nimis propense crediderūt, partim etiā non perspexere quæ docuerunt, partim dum in rationales demonstrationes incidere uererentur, rudes & procul à ueritate aberrantes deprehensi sunt: ideo cogimur nō ita facile cuilibet historiæ fidē adhibere, nisi prius experimento probetur, postea ad usum accōmodetur. quod quidem dogmaticis non contingit, quos Menodotus per contemptum Tribonicos uocat. Antiqui enim Tribonē appellauere, qui in aliqua facultate longo se usu exercuerit, ut in ea iam perfectus uideri possit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos appellat Dogmaticos, quasi qui tribones appellari non mereātur, cū experientiæ non credāt, sed rebus occultis ignotisq; studeant, & historiā cōtemnant, quam ne legerint quidem. Quoniā uero & hic de historia longæ ambages perferuntur, nos de illa quoq; summatim tractabimus. Historiam igitur quidam esse uoluerunt enūciationē eorum quæ uisu percepta sunt, alij enunciationē eorum quę euidenter appareāt, alij enunciationem propriæ intuitionis. cæterum omnes istæ orationes uerbotenus inter se discre-

A pant, re prorsus nihil differentes, quas dialectici æquipollentes appellāt, ubi sub diuersis dictionibus idem uidelicet profertur. Illas uero orationes ab his differre dicemus in quibus aliquid adijcitur, quod sensum immutet, qualis exempli gratia huiusmodi est. Historia est oratio eorū, quę uisu perspecta sunt, aut sicut perspecta. Ex additione efficitur, ut quædā historia possit esse falsa, cum ex nulla priorum descriptionum quicquā tale sequatur, atq; ex eadē additione illud quoq; cōtinget, ut historiæ duplex iudicium futurum sit. alterum, quo perpenditur an quædā uere appellanda sit historia, alterum (si uere ita esse concesserimus) an etiā uera debeat appellari. Hoc tamē nomen accipiat unusquisq; quemadmodū sibi libuerit, nos potius
B doceamus quomō historia sit iudicāda, ut postea recte ad usum deduci possit. quod idē est, ac si dixerimus, quomodo ueritatē & falsitatem eorum quæ scripta sunt distinguere oporteat, & quomodo discernendum fieri ne an nō fieri potuerint. est enim hæc quoq; nō inutilis differētia, sicut Menodotus asserit. Huic igitur rei toto animo aduertas obsecro, sinens quicquid libris mādatum est historiam appellari. id enim ab omnibus ferè medicis usurpatur. Primū ueræ historiæ iudicatoriū secundum plerosq; Empiricos est propria intuitio iudicantis, nā cum in aliquo libro scriptū quidpiā inuenerimus, quod nos aliàs ita esse proprio intuitu perspexerimus, uerā esse fatemur historiam. Hoc tamen iudicatoriū disciplinæ inutile est. neq; enim
C ea nos ex libro discere oportet, quę antea proprio intuitu cognouerimus. Sed concordantia optimū est historiæ iudicatoriū. finge enim à me macerem nunquam expertum esse, qui quidem arboris cortex est ab Arabia delatus. hunc omnes quicunq; de medica materia scripserunt aluum constipare affirmāt, nunquid illis credendū erit, uel non credendum? ego quidem credendum assero, cū omnes ita esse conueniāt. talis enim conuenientia in sensibilibus omnino admittenda est. nam conuenientiæ, quæ de occultis sunt raro tantam habent certitudinem, ut de illis idem omnes prorsus consentiant. Quod si etiam concesserimus id nonnunquam fieri posse, talem tamen conuenientiam nō admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus
D sensibilibus certe & fideles in uita sunt. Nos enim licet nunquā in Cretam, Siciliā, aut Sardiniā nauigauerimus, eas tamē esse insulas credimus: quoniam omnes, qui eas proprio intuitu conspexere ita esse inter se conueniunt. Ergo cum pro comperto habeamus de ijs, quę sensu deprehendi possunt, ubi uera sint conuenire omnes quicunq; res historiæ commēdarunt, propterea credimus à macere uētrem sisti. Eodem pacto licet nos rha pontici uires proprio intuitu nunq; experti simus, historiæ tamen de eo traditæ ꝙ electionibus sanguinis cōferat fidē adhibemus. Est alia quoq; propositio huic ualde cognata, nō quidem epilogistica, sed analogistica potius & dogmatica, an credendū scribentiū concordiæ sit, ubi omnes conueniunt,

non

non quod ipsi proprio intuitu rem conspexerint, sed quod singulis eorum probabilis admodum uisa fuerit. Sunt enim aliqui non dogmatici tantũ, sed empirici quoq; qui credendũ esse affirmauerint. nam sine ambiguitate concordia manifestũ signum est ueritatis. cæterum id à sequacibus epilogismi, qui est ratio eorũ quæ sensui patent, non ita facile admittitur. Conuenientiã enim historiæ de his tantum esse uolunt, quę euidẽter apparẽt. Ergo Empiricum ueræ historię iudicatorium est conuenientia inter eos qui singula quæque proprio intuitu obseruauere. At cõcordia, quę à rei natura producitur, dogmatica est. Sed præter hæc habetur aliud quoq; uerę historię iudicatorium: mores inquam & eruditio autoris, quæ ab alijs eius monumentis colligi potest. Nam si exẽpli gratia Hippocratem, Andreamq; recenseas, illum peritissimum studiosissimumq; ueritatis inuenies, hunc rudem, temerariũ, prorsusq; ab Hippocratis grauitate alienum. Deniq; alio quoq; instrumento historia iudicatur, ubi quæ traduntur his fuerint similia, quæ prius proprio intuitu cognouerimus. namq; ubi exempli gratia, sciuerimus macerem, & rha ponticum adstringendi uires habere, si alia simili modo tradantur adstringentia, facile credemus uentrem compescere, & sanguinis fluxum sistere. Menodotus tamen negauit transitum de re simili ad similem esse historiæ iudicatorium, sed eius quod fieri potest: si uero secum τριβὴν, id est usum, & exercitationem assumpserit, tum demũ historiam quoq; iudicare. Sed de his paulo inferius agetur. Transitus igitur de re simili ad similem si in seipso consideretur, est iter ad experimentum. Iudicatorium uero possibilitatis ad historiam attinentis, sicut & historia duplex est. Porrò rationalis transitus ab Empirico differt, quòd rationalis ab indicãtis rei natura innotescat, Empiricus uero ea potius imitatur, quæ sensu præcognita fuerint, non quidẽ quòd probabile uideatur simile à simili generari, aut agere, aut pati. neque enim cuiuspiam istorum gratia transitum faciunt. Sed quòd experimento cognouerint ita se inuicem habere, quæ sunt similia. De simili autem ad simile transitur, uel in membris, ut de lacerto ad femur, de ulna ad tibiam, de manu ad pedem: uel in morbis, ut de fluore alui ad intestinorum difficultatem: uel in remedijs, ut de citonio ad mespilum, quæ omnia prius experimento firmanda sunt, quàm doctrinę certitudinem faciant. Est quoque empiricæ artis quandoque non incongrue de opposito transire ad oppositum, ubi scilicet similia uniuersa in uanum tentata fuerint. quod quidem à dogmatico omnino alienum est. Transitus ergo de simili ad simile, siue trahatur siue non trahatur ab historia, τριβικὴν, id est exercitatam experientiã perficit, neque propterea pollicetur, quod exquisitissime uerum est, sed quatenus fieri potest inuenire profitetur, quod probatorum hominum historiæ maxime congruat. cui quidem etiam ante experientiam credimus, non tamẽ transitioni de simili ad simile, nisi prius experimento, & usu comperta fuerit. nõ parum autem interest, quomodo magis, aut minus aliquid futurum speremus. singula enim ex ipsa similitudine perpendimus, quę in rebus longe diuersa obseruatur. nam quod figura, colore, mollitie, duritie simile est, nõ propterea similes exercet actiones: at quæ odore gustuúe assimilantur, in his iam non nihil habemus à quo similes functiones non desperemus, præsertim ubi simul odor, & gustus cõuenerint. Quòd si postea substãtia quoq; figura & color accesserit, spes prosperi euentus adhuc magis augebitur. Porrò quæ gustu similia iudicamus, non statim ab uno tantũ sapore similitudo ęstimãda est. Sicut ab acore, adstrictiõe, amaritudine, dulcedine, austeritate, acerbitate, salsedine, sed omnem singulorum uim exacte spectare oportet. Aloe enim & æris squamma utraq; adstringit quidem, sed absonũ medicamentosumq; reddit saporem, ideo neutra malo citonio similis: propterea neque edendo est. nõ est igitur à malo citonio, uel mespilo ad illa transeundũ, neque in urinæ intestinorumq; difficultatibus talia exhibere oportet. ubi uero ulcus ad cicatricem ducendum sit, tunc ad omnia, quæ adstringendi uim habent, etiãsi uirosa fuerint, tutò transire possumus. Experimento enim compertum est multa huiuscemodi uniendis ulceribus recte accõmodari. In difficultatibus autẽ intestinorum melius ab edulijs ad edulia transimus. deinde si ad ea, quæ edẽdo non sunt, transituri simus, eligere oportet quę cũ adstrictione nullam aliã ualidiorẽ qualitatem annexam habeant, pręsertim amaritudinem, uel acorẽ. Huiusmodi enim qualitates omnia ulcera irritare obseruata sunt, etiamsi cum adstringendi facultate iungantur. At quoniã adstrictiõis ueluti differẽtiæ quædã sunt austeritas & acerbitas. adstrictoria enim qualitas in acerbis intẽditur, sicut in austeris remittitur, ideo si de hac qualitate ad illam transitum facies, maiorẽ inde futuri euentus spem recte concipies. nã si idem exquisite fuerit affectus, in quo obseruatum sit citoniũ, uel aliquid ita adstringentium profuisse, ad id quod moderate adstringit, quale austerum est, tutò transitur. Si uero acerba felicius expertus fueris, rectius ad acerba permutaberis. Patet igitur quomõ euẽtus rei, quę fieri potest in similiũ trãsitu spes æqualis nõ sit. sed ea regula spes mensurãda est, qua similitudo maior, uel minor cognoscitur. Quod uero à probatissimo uiro ad alui fluorẽ exempli gratia laudabitur, id eis perquã simile uideri poterit, quę experimẽto deprehẽsa sunt, ut & ante exercitatã experiẽtiã aliquis illi fortasse tutò cõfidat. At quod neq; historia, neq; similitudo probauerit, illi merito diffidendũ est. Quod aũt de medicamentis diximus, idẽ omnino & de affectib. & de mẽbris iudicare oportebit. In trãsitu ẽm de affectu ad affectum, uel de mẽbro ad membrũ eodẽ modo spes augẽda uel minuẽda est, prout similitudo alterius ad alterũ maior, uel minor erit. Quantũ uero ad historiæ iudiciũ attinet, maioris & minoris ratio tanti

tanti refert, ut huic quidē planè iam fides adhibēda sit, illud uix tanquam probabile admittēdū. Quod enim à quāplurimis probatissimis uiris consone proditū fuerit, postea non raro à nobis ita esse cōpertū, ac pręterea uerisimile sit, neq; discrepās ab ijs, quę experimento cognouerimus, id profecto est, cui proculdubio credere nō minus ac experimēto debeamus. At illud minus fore sperabimus quod probatissimi quidē uiri quāplurimi affirmauerunt, nunq; tamē à nobis uisum, neq; adeo uerisimile fuerit. Multo uero adhuc minus illi credendū, quod pauci admodū asseruerint, quodq; uix semel aut iterū fuerit. Sanè illud commodissimū exemplum est, quod nunc mihi dicendum succurrit. Erat apud nos in Asia in pago quodā elephantiasi uir laborans, qui primo quidem reliquis conuiuebat, ac cum familiaribus uersabatur: ubi uero nonnulli ex cōsuetudine contagio maculari cœperunt, ipseq; iam fœtore, & horribili specie detestandus esset, in edito loco propè pagū iuxta aquę riuulum Pagani tabernaculum ægro habitādum struxere, cui deinceps diarium alimentum subministrarent. proxima æstate circa Canis ortum colonis uicinam metentibus segetem minister odorati uini lagenam, quam attulerat propè agri marginem dimittēs, abijt. Coloni labore functi cū ad pocula accessissent, ac quidam eorum adolescens uinum in craterem funderet, ecce exanimata uipera simul collapsa bibituros nō minus abominatione quàm metu cōsternauit, ac ipsi quidem aquam potantes, uinum ægrotanti attulerunt, humane se acturos existimantes, si tantam uiri calamitatem morte redimerent, quam ex eo ueneni haustu planè futuram arbitrabantur. at ille nouo quodam prorsusq; admirando euentu, ab hoc ipso potu sanatus est. excidit enim tota cutis dura & ueluti lapidosa, non secus ac si cancris locustisue, aut cæteris huiusmodi crustaceis animalib. testam, qua conteguntur, abscideris. Nec dissimile in Mysia Asiæ non procul à nostro municipio cōtigit. Vir erat prædiues elephātiacus, hic ancillam suam formosam deperibat. cōtra illa fœdum hominē odio habebat, alijsq; amantibus clandestine miscebatur. cuius doli conscijs duabus ancillis contubernalibus utebatur, altera penui præerat, altera cællæ uinariæ. Accesserat æger inde sibi promissa salutis spe ad quosdam calidarum aquarum fontes, ubi multa uiperarum uis ob squalorem ariditatemq; loci scatebat. In uini igitur lagenam parum diligenter seruatam uipera irrepsit, quā cum suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, ut odiosus dominus eo ueneno facile interiret, cœnanti alacriter obtulit, eueneretq; omnino eadem, quæ paulo supra de pagano retulimus. Atq; hæc quidem duo sunt experientiæ monumenta, quæ casus attulit. nunc uero tertium adiungam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos hac ipsa ægritudine efflictim laboranti, ut iam illi mors uitæ præferenda uideretur, geminos hosce euētus cum forte recitauissem, idem

A ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoq; confirmatus. (erat enim augurandi peritus) protinus uinum ita medicatum, quod parari iusserat, intrepide hausit: nec multo inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam præter hos omnes uiperarum uenator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me pro salute consuluit, quem ego admonui, uiperas, quas uenaretur frustatim incisas, & anguillarum more decoctas esitaret. atque ita per halitum ægritudo discussa est. Alium præterea diuitem uirum non nostratem, sed è media Thracia Pergamum somnio ita iubente profectum Aesculapius admonuit, ut medicamētum è uiperis quotidie potaret, atque exterius corpus illineret ac

B non multo postea transiuit in lepram, deinde hac medicina, quam deus docuerat, exquisite sanatus est. Tot igitur experimētis commoti, tandem dei quoque admonitu confirmati, certam spem concepimus sanandi elephantiasim medicina è uiperis confecta, quam theriacā appellant, nec minus sale theriaco, quod iam uulgo confici cœpit, uiuis uiperis cum quibusdam alijs medicamentis in fictili nouo combustis, Sed & uiperas edendas pręcipimus, capitibus, caudisq; earum primo abscissis, deinde in pastillos confectas. nō tamen confestim ad hęc remedia proficiscimur, sed prius corpus exquisite purgamus. nec raro uenam secamus, si robur & ætas tulerint. uere autem id potissime fieri ad plerosq; diuturnos affectus com-

C mune est. Tot igitur à nobis enarrata sunt, ut ostēderemus multa casu inueniri, & imitatione confirmari. obtulit enim fortuna, ut non incommoda tantum, sed commoda quoq; ex quibus ars confici posset, conspicaremur. Nec longiori sermone opus habemus ad empiricę disciplinæ formulam exprimendam, licet longe plura addiderint ij qui huiusce sectæ principatum usurpauere, atq; ita se habere manifestissime declarabo. Proponatur, ut passim proponi solet, quisnam medicinæ sit finis, aio empiricum, qui propriæ disciplinæ modum exquisite seruauerit, ita responsurū intelligo, quęcunque præter naturam corpori humano acciderint, uelle curare, quodq; intelligo non uerbis, sed

D actionibus comprobare. an uero quod acquirere studeo integritas uel sanitas appellari debeat, uel acquisitio sanitatis, uel integritatis, uel sanari, uel integritatem adipisci, siue quod secundum naturam est regere & custodire, nihil apud me refert, dummodo quod polliceor opere ipso cōfirmem, cætera sophistis facile permitto. neque enim mihi in muneribus artis occupatissimo tantum ocij superest, ut nugis superuacuis, fabulisq; differendis bonas horas amittam. Talem ego responsionem à uero empirico fore sperauerim. nam si de fine medicinę dissensiones conciliare tentauerit, dialecticis speculationib. impingetur, quas euitari oportere affirmat. id autem in eo libello diffusius explicauimus, qui de fine medicinæ inscribitur. Sed nec idem causas ullas indagabit, quod Serapio &

Menodotus

Menodotus fecere. artem enim suam non rationibus, sed operibus comprobabit, omninoq; dialecticam euitabit, sine qua neq; causę conclusionũ, neq; syllogisticę orationes intelligi possunt. immo & scire dissimulabit, an aliquę sint dissensiones, spernet etiã rationes diluere, quę euidentia impugnare uidentur, haud ignarus sophisticas apparẽtias ab ipsis quoq; dialecticis nõ tam facile solui. preterea sermonis multitudinem longitudinemq; aspernabit, sed pauca & raro loquetur: quẽadmodum Pyrrhon Scepticus facere solebat. hic enim desperata ueritatis inuẽtione, quã diu frustra quęsierat, in singulis hęsitabat, nec amplius agendorũ rationẽ quęrebat, sed euidẽtia sectabatur, ut qualis in omnib. uitæ munerib. scepticus, talis in medicina empiricus sit, minime superbus, aut ambitiosus, neq; glorię inhians, nõ cõposite ambulãs, neq; fucatis gestibus, sed interius exteriusq; totus integer, qualem Timon ait fuisse Pyrrhonẽ. Non minus autẽ hunc admirabuntur homines, q̃ Hippocratem, si operibus magnũ se in arte præstabit, melius quàm reliqui faciãt, luxata emendans, & quę luxationi parata sunt, in ualidiorẽ statum permutãs, uulnera & fracturas & hulcera, & quę alij curare non poterãt, ipse facile sanans, nec minus quę egro euentura sunt, ante euẽtum profatus, & quæ iam euenerint, adsunt' ue, ita euenisse uel adesse sine percõctatione, aut relatione coràm astantibus explicet. His enim officijs Hippocrates omnium posteriorum iudicio Aesculapij gloriã adeptus est, nõ quidẽ triplicis sermonis ambages explicans, sicut Serapion, neq; tripodem iactans, ueluti Glaucias, aut decem mille uersuum libros astruens, qui deinde in alios libros dissecarẽtur, nõ ille canina iracũdia medicos improbe incessit, modo δριμυλέοντας quasi leones acres, modo δριμυμώρους quasi acres fatuos appellando, tum medicos, tum philosophos omnes, qui ratione niterentur, quod impudentissime fecit Menodotus. uerum quod in empirica disciplina Menodotus reprehensione non caruerit, quodq; in his, quæ aduersus dogmaticos oblatrauit furiosæ temeritatis sit accusandus, licet tibi ex commẽtario intelligere, quod contra eius deliramenta in Seuerũ conscripsi, nec minus eiusdẽ furor apparet, ubi Asclepiadi contradicit, asserens se exquisitissime scire omnia Asclepiadis documenta esse falsa, quamuis in eisdem suis commentarijs sexcenties affirmauerit se obscura minime reprehensurum, ueluti quæ tam uera, quàm falsa esse possint, putat se tamen Asclepiadem prorsus confecisse, necessitatemq; suis assertionibus inculcat, ubi plurima sunt contingentia. At Pyrrhon, quem ipse probat, nõ erat huiusmodi, sed humanus admodũ pacatissimoq; animo sibi constans, nihil interim loquens, nisi ubi occasio postularet, quod olim modestũ quendam empiricum fecisse noui, qui operibus, & nõ uano uerborum ambitu gloriam sibi comparabat. Erat hic quandoque pollicitus se magnam quandam ægritudinem tum chirurgia, tum medicamentis curaturum: cumq; iam ad secãndum pararetur, interuenit alius furens medicus, qui multa rationum mole ostendere nitebatur hominem secari non oportere. tum ille se unico uerbo à sophistæ molestijs explicaturus, Ego interim, inq̃t, recedo, dum uos deliberatis, utri magis credere oporteat, mihi'ne, quem dudum in artis operibus experiẽdo cognouistis, an huic qui uos nuper tot uerbis aggressus est. erit enim uobis libera optio eligendi qui magis placuerit, ac cum dicto facessit, nec multo postea sophista subsecutus est. illius enim neglectis deliramentis necessarij priorem reuocauerũt, qui operibus artem ostendebat. nedũ enim sophista ille, sed nec Demosthenes quidem omnium facundissimus persuadere posset unquã hominibus, ut corporis sui curam non illis potius committerent, quorum peritiam ex operibus cognouissent. Attamẽ aduersus maximum huius artis exornatorem Hippocratem temerarius Serapion tanquam nouus Aesculapius oblatrare ausus est tãta impudentia, ut suos cõmentarios passim uideas proprijs laudibus refertissimos. Antiquos autem uiros probatissimos, quorum monumenta totã artem illustrauere preterit omnes, nec dignos putat qui uel minima quidem laude exornandi sint. Ego uero tantum absum, ut credã contradictiones, & ratiões istas, quibus ambiguitates soluunt̃, empiricę sectæ cõuenire, ut arbitrer summa reprehẽsione dignos esse qui talia consectati sunt. neq; enim si sibi in ea secta cõstare uoluerint ad artium constitutionẽ, putabũt aliud esse necessarium, quã sensum rerum euidentiũ, & memoriã, nihilominus recte admittunt uim quandã in nobis esse, qua eorũ, quę apprehẽdimus consonantiã & repugnantiã discernamus. Sed non propterea Heraclides Tarentinus recte putauit hanc prius exercẽdam, atq; arte acuendam. sufficiũt enim primordia illa, & ueluti lumina, quibus humanũ ingenium à primo statim ortu natura illustrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudũ exercitatus, in operibus tamen artis Hippocrate fuisse lõge deterior, sicut etiam Menodotus fuit, qui prçter sensum & memoriã aliud tertium introducit, quod epilogismũ uocauit, atq; interdum omisso sensu memoriã tantum posuit & epilogismũ, quemadmodum ego in examinatione eorum quæ contra Seuerũ scripsit diffusius explicaui. Quę uero profitetur ipse argumẽta ad alios redarguẽdos empiricos nõ inepti tãtũ hominis est, sed etiã rudis. neq; enim empiricis attinet sophismata soluere, sed Aristoteli, & Chrysippo, reliquisq; qui in differendi arte uersati fuerint. At quod principio illi nobis insito consonantiã rerum & discrepantiã, iudicandi experientiã cõuenire oporteat, Theutas ita mi nutim ostẽdit, ut in quibusdam sit etiam superuacuus, quẽadmodũ ego in commẽtarijs super eius introductorio exq̃site declaraui. Hic igitur à me libellus nunc propterea scriptus est, ut ostẽderem posse aliquẽ empirice medendi artẽ cõstituere dimissa omnino inquisitiõe de rei substantia, Ascle-

piadi uero, qui falsò probare nititur Empiricã sectam nullo statu firmari posse, aliàs longa oratione occurri. Quantum autem unicuique arti cõstituendæ conferat, si experientia rationi adiungatur, ostensum est à me in libris therapeuticæ methodi. in libro etiam, quem De ratione communi inscripsi, declaraui unam esse rationem, quæ uniuersis hominibus insita sit. ubi ostẽdi omnia, quæ cognoscimus, uel sensu deprehensa esse, uel ratione quadam quæ nobis ingenita est iudicandi conuenientiam rerum & repugnantiam, talemq; esse conuenientiæ notionem, ut quædam sit necessaria, quam omnes euidentissime intelligunt, qui natura ingeniosi sint, & prudentes, quædam contingens tantum & nulli necessitati obnoxia, errareq; hoc loco plurimos homines, qui distinguere nesciant contingẽs à necessario, unde etiam dogmaticorum discrepantia emersit. Hunc errorem, si nos legitime cauerimus, plura quidẽ erunt, quę ignorabimus propter immensam difficultatem, in multis tamẽ quæ modeste profitebimur, ita simul conueniemus, sicut geometræ, & arithmetici faciunt. Neque enim ob alium quàm hunc ipsum errorem etiam Empirici medici maxime inter se discrepant, ut in commentarijs ostendi, quę de illorum edidi discrepantia.

CL. GALENI DE MEDICAE ARTIS CONSTITVTIONE

BARTHOLOMÆO SYLVANIO SALONENSI INTERPRETE.

QVONIAM diuino quodã præditus instinctu mihi uideris Patrophile, cũ perdiscere omnia non sine demõstratione ac methodo expetas, propensioni animi tui inseruire decreui: tibiq; de ijs quæ audiuisti, aut de quibus addubitabas, commentaria cõscribere. At quonam pacto hanc prouinciam non susceperim, cum te initium quoddam ducentis ad ueritatem uię comperisse uideam, cæterum eam, duntaxat ob altitudinem ac longitudinem asperitatemq;, ingredi nequaquam posse? Nam multos ipsam ne adire quidem adhortatos, uerum pigrescere auocariq; conspicio: te uero contra atque illi animatum: nempe auersantibus ad id usq; temporis uniuersis atq; ad alias uias deflectentibus, ueritatem ipsam, ueluti in editiore quodã loco desitam, cõtueri: factumq; eius acerrimũ pulchritudinis amatorẽ neq; pigere te uiæ, neq; soli ipsi tibi iter cõmittere. Cum itaq; in præsentia uerã medicæ artis constitutionẽ inuenire cõcupiscas, toto animo concepisti dolorẽ. paulopost uero, ut ego suspicor, maiore appetitu impleberis, si ueritatis pręfulgens fueris lumẽ conspicatus: cum non aliam ea quã nunc quęris honestiorem uiã repereris. Nã te circa ueri inuentionẽ quacunq; in materia cõminiscaris, recte comparatum uideo. Tu ergo cũ aures innumeris medicæ artis discendę gratia subiecisse diceres, neq; unde nã auspicari cõueniat, cũ demõstratiõe ac methodo à quoquã audiuisse, ac multo magis sanè cum nullo cõgressum, qui uiã tibi à principio ad finem indicaret, id me quod cupis cõmonstraturum recepi: si prius in alijs quoq; artibus rationem experiri meditariq; sustinuisses. Cum uero tu non solũ non abscesseris, nec aduocationẽ detrectaueris, sed iucũdius esse hoc & illo modo affirmaueris ad propositam disputationẽ uenire, modo eandem tibi rationem ac uiam in cunctis artibus ostensurũ pollicerer: deinde ego uel hoc promisso de prima in medium prolata cõtemplatione dissererem demonstrando, cernebam te ex speculationis ueritate gannientem. Itaq; cum multis similiter ordine dispexissem, atq; ex ijs factrices potissimum, siquidem huius generis & ea est quæ ad sanitatem pertinet, tunc ad ipsam trãsiuisti, ad quam initio fueras concitatus. cumq; uel hic unã esse eandemq; perspexisses methodum, operæprecium esse censuisti, ne dicta quandoq; è memoria dilaberentur, quædam de ijs cõmentaria scriptis mandari. atq; ego tuo quo ueritatẽ prosequeris studio gratulãs, libros hosce duos composui: alterum, in quo exerceri eũ prius oportet, qui fieri artifex uelit, id ostẽdentem quod ueteres aiunt philosophi, nẽpe omni arti constitutionem à finis notione effici. est autem in duo uolumina ob magnitudinem diuisus. alterum ac secundum, quẽ nunc inchoamus, aperientem quonam pacto eadẽ atq; una ratio ac uia ut artes alias uniuersas sic medicinã quoq; constituerit. & uero iam mihi sumendum sermonis exordium est. Quandoquidem finem obtinent artiũ nonnullæ in sola natura earum rerum quas considerant spectãda, ut Arithmetica, & Astronomia, & Physiologia: aliæ certis quidem perfunguntur actionibus, ut saltatorum ars ac præconũ: uerum ostendere nullum ex sese habent opus ubi agere desierint: quædam contra, opera quæ cõdiderint ostentãt, ut ædificiaria, materiariaq;: aliquæ uero nihil procreãt ipsę, cęterum munus ijs ac studium est aliquid rerum emoliri ac cõsequi, quemadmodum piscatoria, ac quæ canibus uenatur, atque ut uno dicam uerbo omnis ferarum sectatrix: tibi uero stat medicam artem cõstituere methodo: primum inspice ex quonã artium genere sit, num contemplatiuarum una, an actiuarum, an factiua quædam, an possessiua. enimuero id neque diffi-

cilem

cilem inquisitionem habet neque inuẽtionẽ. quam enim ob causam prorsus istiusmodi artem adipisci concupiueris, ad memoriam reuoces oportet. Te igitur primum omnium idipsum rogabam, cum talis nobis exercitamẽti initium fieret: mihi uero uelle respondisti, homines qui corpore praeter naturam essent affecto, maxime quidem si fieri possit prorsus naturę recõciliare: quod si negetur, certe utriusque dignoscendi, qui sanabiles sint qui non sint, cognitionem aliquam comparare. Quoniam autem hoc dedisti initium sermoni, factiuarum te artium pronunciare eam dixi quam constituere exoptas, utique si artis demõstrare opus uales iam actione defunctus. Sunt porrò & artes cõplures aliae factrices, fabrica aeraria, sectrix corij, nauium cõpactrix, materiaria fabrica, figulina, pictura, ac quantus ferè non alius alterius generis apud homines numerus, artes habẽtur factrices. Quam igitur in eiusmodi artibus superiore libro didicisti methodum, hanc iam ad eam quam constituere studes opportunum est transferas, principium & hic sermoni idem statuens quod in omnibus illis posuisti, finis notionem: quam unde simus assecuti iam tempus est dicere. Prima quidẽ nobis genita est tum nostri ipsorũ sanitate fruentium, tum caeterorũ hominũ notitia: secunda uero ab hac morbo affectorũ: unde nobis sane & ualendi cupiditas incessit: & cuiuspiam artis cõstituendae quę sanitatẽ uendicet. Verũ quando ceu opus facere sanitatem uolumus, una quaedam de factricium genere artium fuerit ea cuius constituendae desiderio tenemur. At cũ duplex, ut ostensum est, factricium natura existat, haec quam quęrimus, id quod iam fuit restituentibus adscribetur, nõ quod antea nondum fuit condentibus. Nam artes quidem nonnullae res ipsas creant, ut textoria, calcearia que: aliae reparant quę defecere, ut quae uestes pertusas, aut diuulsos calceos consuunt. Ita uero rẽ sese & in edificiaria habere demonstratũ est. est ergo & huic opus duplex, tum generatio quae nõ est domus, tũ perpessae instauratio. Necesse quoque esse ad actionẽ utranque obeundã monstratum est partes domus uniuersas opifex cognoscat, quae sint substantia, qualia formatione, quãta magnitudine, quot numero, ac quomodo inter sese cohaereant. Ergo & artem corpori dicatam constituenti, quam in praesenti qui de nominibus litigãt medicinam nobis appellare concedant, partẽ quamlibet simplicem quali substantia ac figura cõstet, quanta magnitudine, praeterea numerum earum uniuersum, mutuamque compositionem tenere erit necesse. Vt ergo qui iam factam domum qualisnam sit nosse accuratius uult, ex resolutione dissolutione'que ad eam successit pernoscendam, eodem nobis modo hominis corpus ex dissectione innotescet. Nam deus quidem ac natura, uti is qui primum aedes condidit, sic partes pręnoscunt, usu nimirum ipsis exemplum pariente: nos uero perinde ac qui iam inspicit extructas atque incognoscit. Tametsi ne nobis quidẽ, nisi quoad eius fieri potest, cognitionẽ deo proximam confecerimus, licebit dignoscere utrum genitae omnes usus cuiuspiam gratia sint, an frustra nonnullę. nam & suspicari utrunque id licet, & ad haec praeterea quasdam uitiose procreatas, & sanè etiam hinc optime constitutorũ corporum notitia proficiscitur. Sed de his aliàs. Ex dissectione uero, corpora quę similaria nuncupantur edocti, quali formatione singula eorum, quanta magnitudine, quot'ue uniuersa numero sint, ac qua ratione constent, compositarum partium scientiam obtinuimus: quas sanè & instrumentarias appellamus. tale crus est, talis manus, talis digitus, oculus, lingua, pulmo, iecur, atque eiusmodi alia. Proinde est & actiones inuenire partium duplices: alteras simplicium ac similarium, alteras compositarum instrumentaliumque. Cernere igitur licet & crus totum moueri: licet & quemlibet eius musculum: ac pro trãsuerso quouis musculo in totum pręciso motum cruris quẽdam interire. Sed & quae in corpore sunt rimanti licet uidere uulnerato qui in musculum deuenit neruo primum ipsum quidem musculum sensu ac motu frustrari, cum ipso uero & qui mouetur articulus. Quamobrem & necessarium est, opinor, nobis artem constituentibus, non partes ac compositionem duntaxat, sed earum quoque actiones teneamus. atque hac re differemus ab ijs qui domum aedificarunt. nam illi quidem solas partes ac compositionem norunt: agit enim ex ijs nulla, quoniam nec domus animal est: nobis uero sunt uel actiones quaerendę. Porrò hic quoque duplex inquisitionis principiũ est: nempe actionis ac partis cognitio: actionis, ut ratiocinãdi, memoria cõplectendi, eligendi: partis, ut cerebri, dorsi medullae, ac cordis. Omnium igitur quas nouimus actionum partes, ac partium omnium actiones indagabimus. at erit nobis omnino uel hoc loco indagatio per rationem quandam ac uiam, de qua post considerabimus. Nunc uero duplicẽ partium esse ac duplicem actionum naturã dictum iam est, ac rursus accuratius dicatur. Actio cruris uniuersi ambulatio est. fit autẽ ipsius articulaturis alternatim se inuicem extendentibus incuruãtibusque: ut uerbi gratia in genu, anterioribus quidẽ molam supergredientibus musculis, ac sese per tendones in os tibię defigẽtibus, cum tibiã illic attraxerint, fit cruris extensio: quòd si interiores similiter egerint, curuatio. Sic in coxa quoque & pede motiões fiunt curuãte sese articulatura uel extendẽte. Euidenter itaque contrahi apparet musculus, ubi cute nudatus circũuestiente fuerit, ac uelut ad sui ipsius caput retrahi: non tamen descendẽs in ipsum neruus sensili aliquo motu agitari cernitur: sed is uia esse uidetur facultatis quę è cerebro demanat. Enimuero cerebrũ ipsum quod neruis cũctis principium eiusmodi sit facultatis, ex praeciso quouis neruo aperte didicimus: cũ in partib. supernis qui cõtinuus cerebro est functiones seruet, in infernis deperdat. Vtrum uero quemadmodum neruis ipsum, sic illi rursus pars alia quępiã uires immittat, an

an quidam fons ipſum earum ſit, haud ſatis adhuc conſtat. nam talis de anima perpenſio eſt principatum obtinẽte. Sed redeamus unde deflexit oratio. Ambulatio quidem uniuerſi cruris actio eſt. hac uero adminiſtranda muſculoſum genus inter cruris partes principatum ſibi uendicat. ex muſculis autem oſſa, & cartilagines, & adeps, & glandia, & arteria, & cutis, & uenæ, & membranæ, & colligamenta motus principium obtinent. nam oſſa quidem ab ipſis cientur prima: cæteræ omnes, ꝙ oſſibus circumquaq; adiaceant, cum illis mouentur. Eſt igitur pedis motus actio muſculi. at cruris agitatio totius, actio cunctarum eius partium nõ eſt. Proinde duplex actionum eſſe genus dicebamus: unum primum ac maxime proprie cuiuslibet ſimplicium partium agentis; alterum per accidens, uel ſecundo, uel non primo, uel quo modo totorum actionum inſtrumẽtorum appellare cuiquam libeat. Hoc quando diffiniuimus, quærendum poſtea eſt, ex quibus inſtrumentalium partium, ex quibus ſimplicium actio compleatur. ac primum, quandoquidem cruris meminimus, ab inſtrumentalibus ordiendum. Igitur oſſa niſi tot, ac tanta, eaq; formata ratione eſſent, atque eo cõſtruerentur modo, utique muſculorum nihil motus efficeret. Nam oſſium in articulationibus alterum recipiat, alterum ineat oportet: extrinſecus autem circuniecta in orbem uincula ſint, quæ eorum conſtructionem, ne ſubſultent, conſtringãt: nõ tamen adeo contenta ac dura, ut motionibus officiant: ſed nec adeo laxa, ut quę articulãtur exorbitare permittant. Itaque & uincula, magnitudinis cuiuſdam, & formationis, & numeri, & compoſitionis egere uidentur. ſiue enim maiora uel minora, ſiue plura pauciora'ue ſint quàm oporteat genita, ſiue in alia figura, ſiue alij loco inhæreant, non articulaturę motus etiamnũ fiet qui crimine careat. Quo igitur modo in ligamentis, oſſibus, ac muſculis nunc uerba fecimus, ſic in omnibus de actione atq; uſu diſpicere cõuenit. Nam ſi pars quidem nulla quę actione, aut uſu uacet, ſed pro ſui ipſius ſubſtantia, & magnitudine, præterea & figura, & coordinatione optime conſtituta inueniatur, eam qualis eſt ſeruare oportet. at ſi errato aliquo teneatur, ad meliorem ſtatum ducenda. quod facere non prius licet, quàm functionẽ, & uſum, & conſtitutionẽ ſingularum partium noris. Eæ igitur quęrẽdæ ſunt: neque pigere nos decet ſi ſalubris, ac ualetudinarij corporis ſcientiam obtinere debeamus. Quoniam autem huc ſermo proceſſit, eſt methodi uis memoria repetẽda. Neque enim domus, neq; nauis, neq; lectuli, neq; alterius ullius omnium, aliter quis conſtitutionem, num accuſatione careat, an crimini obnoxia ſit, exquiſierit, niſi compoſitiuas partes, quot numero, quantęq; ſingulæ ſint, & quo pacto formã adeptæ, ac qua ratione conſtẽt, perſpexerit: ſed in his cõpoſitorũ corporũ uirtus ac uitium omnium eſt. Porrò in his ipſis & domus & nauis affectus eſſe, nẽpe in magnitudine, & formatione, & numero,

A & ſitu partiũ, ſi uirtus quoq; ac uitium inſit, oſtendebat. at lecti nõ in ijs erit: ueſtis ergo in quibuſdam alijs: calcei uero non in ijſdem. In omnib. igitur inſtrumẽtarijs corporibus, quibus eſſentia ad compoſitionem ſpectat, in quatuor generib. uirtus & uitium & affectus conſiſtunt. At uero partes, ſi unionem quoque ſecundum naturam acceperint, hoc quintum quoddam genus ſic talibus erit corporibus, ut optimum quidem optimas habeat† functiones, uitioſiſsimum uero deterrimas. Quòd ſi uel aliqua ſoluta naturalis cõpactio fuerit, nõ culpabilis eiuſmodi ſolum diſpoſitio, ſed morbus quoque iam eſt. uocetur autem genus tale perſpicuę gratia doctrinę uniõis ſolutio. nihilq; refert ſi quiſquam & continuitatis ſolutionem dixerit.

†malim legere uniones

B Sed fieri in ſimilaribus quoq; hunc affectum operęprecium eſt intelligi. etenim & oſſis, & nerui, & uenę, & arteriæ, & carnis, cum pungitur, perroditur, ſecatur, diuellitur, rumpitur, continuũ labefactatur. ſed nominatur affectus in oſſe quidem, fractura: ruptum autẽ, quod in carnoſis muſculorũ partibus ex diſtentione fit. Fibræ quoque cum ſimiliter tenſæ ſe ruperint, conuulſum uocatur affectus: eadem ratione cum rupto uulnus ſolutio in carne eſt continuitatis, non ex diſtẽtione, ſed inciſione. at ſi quod uulnus infert, acutum ac tenue ſit, punctura, & punctio nũcupatur: ſi graue, contuſum, atq; cõtuſio. Quę ex eroſione proueniunt, ſi fiant in oſſe, teredo: ſi in alijs, ulcus. ſed liceat & aliter nomines. Vniuerſæ porrò quinti morborum generis differentię tot talesq; ſunt,

C ubi in primis partibus conſiſtant. in inſtrumentalibus uero, uti diximus, pro genere differentium coagmentationibus fiant, uocanturq; auulſa omnia: Gręce ἀποσπάσματα. Pars tamen ſimilaris aliqua ſi tota pręciſa ſit, erit tum ipſius diuiſæ, tum uniuerſi inſtrumenti affectus, aliàs per accidẽs, ut cũ uel muſculus, uel pars eiuſmodi perpeſſa alia fuerit: interdum uero & primum, ut quando id ligamẽto acciderit. Quemadmodum igitur in uno morbi genere, in quo partium cõtinuum læditur, nunc ſum ego diſcrimina perſecutus, ſic tu quoq; eodem pacto tranſigere aliorũ quatuor generum differentias experire: nam commemorare eas hoc uolumine, prolixum mihi uidebatur: cum exa-

D cte deſcriptę omnes in libro De morborum ſint differentia. Itaque nobis iterum ipſis ad memoriam reuocemus, uel in cęteris omnibus, quorum eſſentiæ ſpecies in compoſitione eſt, demonſtrata eſſe genera quatuor uniuerſa, totius eorum ſubſtantiæ, correctæq; inſuper ac deprauatæ in ipſis figuræ, cauſas exiſtere. poſtea uero ſcire etiam neceſſarium eſſe ſimplicium ipſarum cuiuslibet partium naturam, ſi quis idoneus eſt harum uirtutem ac uitium agnoſcere, affectusq; emendare. Labefactata igitur in domo tegula, uel latere aliquo crudo aut cocto, ſciat artifex quomõ eiuſmodi aliã finxerit oportet: ac qua ratione eximet læſam, in cuius locũ integrã aliã reponat. Verũ illi ꝗ arte humano corpori proſpiciẽtẽ cõſtituit, præter

cætera id quoq; necesse erit cognoscat, nũ ualeat pars quæpiã in alterius uicẽ restitui, an poni pro alia nequeat. Carnẽ quidẽ si affectã resecueris, efficere aliam potes. reciso aũt neruo aut ligamento, moliri aliud tale non poteris. nam carni ex sanguine, his ex semine generatio cõstat. Est uero & os ex ijs unũ quæ in prima formatiõe cõsistũt: possumus tamẽ quicq; simile ossi in eius locũ reponere. Atq; hæc ego nũc quidẽ ex deprõptu accepta exempli gratia dixi: eum aũt ratio scrutari iubet, qui artẽ constituit. ac iam inuẽtionis principia descripsi, cum ad primã animalis generationem relegarim, ac quærere cõsuluerim quænã genitæ ex semine sint, quæ ex alimento assidue fiant. Magis uero etiã nos indagare cogit ac iubet methodos, utrum quæuis partiũ, quæ similaris ac simplex uidet, una sit, an ex pluribus conflata: & quinã sit ijs cõpositionis modus. nam planè & eas cõstat, ijs quæ instrumentariæ nominãtur, analogas in numero, & figura, & magnitudine, & positu ipsas constituentium, uirtutẽ ac uitium habituras, si generationis earũ modus proportione conueniat. Quòd si non ita, sed uelut quæ tetrapharmacus dicit, omnibus per totas mistis genitæ sunt, alio modo ipsarũ uirtutem ac uitiũ, morbumq; cõperies. quẽadmodũ, opinor, si nõ mistis & temperatis unio earũ constet, sed ex subtili appositiõe, perinde atq; in sicco illo medicamine quod cephalicũ uocãt, sic etiam cõsentire uirtutẽ & uitium, & morbos rei generationi repereris. At uero si neq; ex multis quæ specie differãt, sed cunctis eiusdem speciei cõpositæ sint, ueluti si forte ita contingat, domus aliqua ex solo cocto latere, uel lapidibus, in sola uidelicet similarium partium cõpositione uirtutem, uitium, & morbos inuenies rei generationi peculiares. Quòd igitur unum prædictorum quodpiam corporibus competat similaribus, nobis ratio dictat. at ex ijs quodnã uerum sit, exactam cõsiderationẽ requirit. Sanè quidẽ ad eiusmodi inquisitionem deuenisse uti medicos nonnullos, sic & philosophos amplius inter se medicis altercatos cernimus. Proinde uidentur mihi medicorũ pleriq; ea quæstiõe abstinuisse, cũ se id quod quæreretur inuenturos nequaquam sperarẽt. Quidam sese non perinde ac negata inuẽtione dũtaxat, sed quasi etiam inutili auocarunt. Quòd quidem nullo usui non sit, si quis non experiẽtia quadam, sed methodo constituere artem debeat, iam mihi planè uidetur constare. Quòd uero nec eam assequi non liceat, deinceps contemplemur: si prius pauca quædam nobiscum disseruerimus. Si enim quidquam mihi fidei habes, uti certe habes, cũ nihil me ad hominum opinionem, sed ad ueritatem uniuersa gerere uideas, ne te discrepantium tum medicorum tum philosophorum multitudo deterreat. Nam si ea, ex quibus nosse uerum oportet, cunctis adfuissent, deinde nõ inuenissent, diffidere inuẽtioni par erat. quòd si nõnulla quidẽ haud prorsus habuere, uti sanè uel ipsi confitentur, quædam an habuerint incertũ est, nos uero nobisipsis conscij sumus

A uniuersa obtinentibus, audacter est quæstio adeunda. Quænam igitur cõgredi necesse est, ut quisquam re quauis exploranda aut uerum intelligat, aut, nisi intellexerit, inuentionẽ desperet? An uidelicet primum quidem, acre ingenium: ut quodcunq; rationale edoceatur præceptũ, impigre assequatur. Secundũ, educatio à puerili ætate, atq; exercitatio: ut in primis uersatus sit disciplinis. eũ uero maxime esse in geometria exercitatũ & arithmetica oportet, sicut & Plato suadet. Tertium ad hæc, aures omnibus, qui optimi sua tẽpestate esse uiderentur, accommodasse. Tum quartum, nullis ipsum laboribus parcere: ut præter disciplinas aliud nihil die noctuq; meditetur. Deinde quintum, quod paucissimis usu uenit, nempe ueritatis amo-

B re captũ esse: eiq; uni in tota uita, spretis cæteris omnibus quæ uulgo studiose expetata sunt, sedulã operam nauare. Sextum ab ijs, methodum quandam perdiscere, qua uerum & falsum discernitur: haud enim ad earũ rerum quas quærimus inuẽtionem satis erit duntaxat ueritatis desiderio teneri, sed & facultatẽ quandam inueniendi paratã habere est opus. Septimũ præter hæc omnia, exercere methodum: quo nõ ipsam solum cognoscere, sed uti quoq; ea liceat. Nam si nõ satis esse oratoribus uideri inferiorẽ artem profitẽtibus methodũ nosse oportet, sed in uita uniuersã studium eius pertractant, ijs qui tam magna ambiunt methodum solummodo didicisse sufficiet? Si igitur ad ueritatẽ uiam affectanti unum dictorum aliquod desit, æ-

C quum est quicq; eorum quæ cupit assequi haud admodum speret. quòd si suppetent omnia, quid uerum scrutari, cum bona subsit spes, uetat? Enim uero quemadmodum corporis uniuersi partes omnes, usq; ad eas quæ, ut ad sensum, simplicissimæ sunt, ex cõsectione didicimus: ita hoc ipsum quoque inuenire propositũ est, quales primæ ac simplicissimæ partes sint quæ ad naturam referũtur. Ne igitur in omnibus, uerum in uno, uelut in exemplo, nobis uerba fiant, carne nimirum consideranda, primum quidem an unum specie elementum sit quod ipsam genuerit. (nihilo ẽm deterius fuerit primam ac simplicissimã in ea partem sic nominare) tũ deinde, nisi huiusmodi uideat, an multa. ac postea quot & quæ et quisnã modus ijs sit cõ-

D positionis. Quãdoquidem igitur dolet caro cum secatur, & cũ ueheměter calescit, nõ potest unum esse specie elementum, qualem supposuit Epicurus atomum. Quod enim tale non unum specie elemẽtum sit, hinc dilucet. Atomus nulla ipsa per se aut calida suapte natura est aut frigida: uerũ nec alba nigráue est ex ijs aliqua. Ac qd immoror, frustillatimq; cõminuendo sermonẽ protraho? nulla enim ipsi atomo prorsus est qualitas, ut earum patres assertoresq; uolũt. nam qualitates huiusmodi omnes per corpora tota peruenire uidentur, ut omibus ijs qualitas inest figuræ: inest uero & renixus, & grauitas. Sed siue qualitatẽ talia uocare, siue aliud quicq; oporteat, nihil sanè ad præsens negociũ habet momẽti. nã ijs adsunt omibus ea quæ

dixímus: nec inter se differunt specie: ut homœo-
meræ, id est similares partes ijs qui illas suppo-
nunt: aut elementa quatuor ea ponẽtibus. Inquit
ergo Hippocrates. At ego aio, si homo unũ esset,
nunq; doleret, rectissime decernẽs. nam unum im
mutabile in aliud est, cum in quod transmutetur
nõ habeat. at immutabile, inalterabile est, atq; im-
patibile: quod uero est impatibile, id uacat dolo-
re. Fit ergo ex dictis propositionibus conclusio,
quod unũ est, id esse impatibile: cui alia rursus hu-
iusmodi interrogãda oratio succedit, Si unum spe
cie est elementũ, nihil in omnibus unq; dolebit. at
uero dolet. nõ est igitur elementũ unum. Quoniã
uero de carne uerba facere institutũ erat, in illa ex
aminent, Si unum specie est elementũ carnis, ca-
ro nunq; dolebit. atqui dolet. unum ergo specie
non est carnis elementũ. Eadem quoq; alio pacto
interogabitur oratio. Si est impatibile elemẽtum
carnis, non dolebit. sed dolet. non ergo est impa-
tibile. Quod si uel plura esse elementa quis dicat,
quæ tamen nõ alterentur, eadem quoq; in illis ora
tio eodem modo interrogabitur. Nisi patiantur e-
lementa carnis, non dolebit. uerum dolet. non ergo
sunt elemẽta carnis impatibilia. Prior itaq; ratioci
natio, atomorũ & incõpactilium, & minimorum
suppositionem euertit. secunda & homœomerea
rum & Empedoclis opinio tollitur. uult etenim is
ex quatuor elementis constare corpora non in se
mutuo transeuntibus. Iam igitur sermonem atten
de, ut ocyus q̃ spes erat partem eorum quæ per-
quirebas comperijt maximam. esse enim nõ impa
tibilia carnis elemẽta oportere demõstrauit. Non
igitur propositum item in sermone obtinebunt ij,
qui in impatibilium corporum illorum cõpositio
ne, quæ quidem rerum naturę omnium elementa
supponunt, gigni dolores affirmant. nam dolere
impatibile, neq; cogitatio admittit, ac multo sanè
magis nullum attestatur sensibile. Digitos ergo si
inuicem cõplicueris, dein rursus abiungas, neque
coitus, neq; separatio dolorem affert. nam dolere
cum patiendo est. at patitur nihil quod tangit: si-
quidem est in duobus his pati, alteratiõe per totũ,
& cõtinuitatis solutione. Quãdo igitur ne in passi
uis quidem euidẽter corporibus cõgressus aut di-
gressus dolorem mouet, multo minus sanè in im-
patibilibus mouebit. Verum tamen nec Aescle-
piadis incõpactile, cum fragile sit, dolebit dũ fran
gitur. neq; enim sensu est prẹditũ. quare neq; plus
huic quicquam accedit ex quibus patitur absen-
te sensu: quemadmodum ossi, & cartilagini, & adi
pi, & ligamento, & pilis. etenim afficiuntur qui-
dem hęc omnia, non aũt dolent, quoniam nec sen
tiunt. Quod ergo dolorem percepturũ est, id esse
patibile oportet, ac sentiens: non tamen quod sen-
sus particeps est, id ex primis sit sentiẽtibus est ne-
cesse: sed sufficit passiuum duntaxat. sensum enim
adipisci aliquãdo potest cum mutatur alterascitq;.
Quoniam uero infinitas numero fieri elemento-
rum alterationes licet ac temperaturas, innumeræ
particularium corporum proprietates constabũt:

A secundum quas absurdũ nihil est genita plura esse
quæ sensu careant: atq; ex his quæ sentiũt, hoc ma
gis sentire, illud minus. Quod igitur plura uno esse
elementa, naturamq; habere alterascendi sit neces-
se, declaratum aperte ijs est, qui, ut antea cõmemo
rauimus, tota ea sunt supellectile instructi, ex qua
quis cõparare scientiã possit. At qui eò perueniũt
stuporis, ut neq; an aliqua sit demonstrandi ratio
ac uia quærere prius uelint, aut ab alio discere, uel
exerceri, cum ijs ne sermo quidem habẽdus. non
enim ut cum alijs litigaremus, aut de uictoria con
tenderemus, sed ueritatis inueniẽdæ studio in hãc
disputationẽ descendimus. nam & ineruditas cõ-
futare ipsorũ opiniones uolenti scriptus est pecu-
B liaris liber, in quo de elementis, ut Hippocratis o-
pinio fert, cõtemplamur. Rursus ergo ad proposi
tum reuersi finẽ ipsi imponamus. Quandoquidẽ
alterabile per totum est elementum, quot elemen-
ta omnia sint deinceps percenseamus, quicq; uel
hic eorum quę liquido apparent uerborũ initium
statuentes. Necesse est quoduis alterãtibus, ut tan
gentia quoq; eorum quę primũ alterant mutatio-
nem faciant: ueluti docet sensus: ipsaq; rerum indi
cat natura. nã à flamma quę hic est, quicq; in Ae-
gypto alterari, à mentis abhorret conceptu. Et ue
ro, si quod mutat, id tangendo alterat, quibusdam
tactilibus necesse est agat qualitatibus. Quid igitur
est quod prohibeat quo minus eas omnes cõtem-
plemur? Secat quidem acutum quam contingit
rem, non eius tamen substantiam alterat: uti nec
C grauitas: sed cõterit quidem & hæc, mutationem
autem per totum non efficit patientis substantiæ.
Verũ neq; duricies ita alterare propinquũ ualet,
ut in aliam speciem ablegat. At caliditas & frigidi
tas totam alterare admotã substantiã possunt. eo-
dem modo humiditas & siccitas: tametsi non pari
cum supradictis celeritate: sed hæ quoq; subiecta
spacio temporis transmutant. Vtrũ ergo & aliam
quampiam habemus quę alterare ualeat? an uni-
uersa in his est multitudo: solásque eas quas dixi-
mus, effectiuas nominari qualitates conuenit atq;
censeri: ac potissimũ oppositionẽ in ijs primam: et
in ipsa, caliditatẽ magis. efficacissima enim est hęc
qualitatũ. ab hac secunda frigiditas: deinde humi-
D ditas & siccitas. alia uero qualitas nulla per ipsa
tota quæ proxima sunt alterat. nã si quid diuellit,
& frangit, & secat, & pungit, agit quidẽ & hoc, cę
terum alterationẽ non per totũ id quod afficitur ex-
tendit. quocirca nec in aliam speciẽ ipsum mutat
substantiæ: sed diducit in plurimas. Ergo si niuẽ in
minimas portiões diuidas, niuẽ seruabis: sin ei ca-
lorem admoueris, facies ut esse nix desinat. etem
& ex aqua ipsa refrigerata generatio cõstat, nõ in
unũ collecta. est em̃ hoc auctio substantię, illud ge
neratio. Iam uero & omniũ diuisio in parua, sub-
stantię diminutio est: calefactio alterius generatio
substantię, cum priorẽ formã alterauerit. Corpora
igitur quę qualitates primũ eiusmodi obtinẽt, illa
tum cæterorũ omnium sunt tũ carnis elementa.
sunt porrò hæc, terra, & aqua, & aer, & ignis:
quæ

quæ philosophi omnes, qui demõstrationem non refugere, ortorũ occidentiumq́ elementa esse dixerunt: atq; ea uicissim mutari in se aiunt: ac subiectum quoddam esse uniuersis cõmune. Sed nõ est sermo de ijs: uerum eorum multitudinẽ, qui à ueritate errãt, demisso uultu uereri minime oportere: sed credere demõstrationi si quis illam teneat. q̃ si demonstrationis essentiã planè non norit, ut eorũ nonnulli, qui philosophari se dicunt, confitentur, pronunciare omnino non audere. hoc enim perinde est, ac si discere uelis quo pacto solis deliquium præcognoscere conueniat, priusquam fueris numeros & lineas meditatus. Tibi ergo fugiendi tanquam barathra id genus homines sunt. secum enim quandoq; sibi adiunctos trahunt demersum: aut prorsus contaminant: nisi satis fuerit quis in logica contemplatione exercitatus. eam ob rem & cõmentatio illa sic nobis est ut aliud nihil colẽda. Sed esse hoc præter institutum intelligo. ad id uero redeamus. Fit corpus unũ similare, quod pro temperaturę qualitate aut sensu polleat aut uacet, ex quatuor elementis inter se cõmiscẽdis. Eodem modo & in utroq; particulatim genere differentię omnes temperationis differentiam sequũtur. Pro huius igitur proprietate, aliud fit os, aliud caro, aliud arteria, aliud neruus. sed & horum cuiuslibet proprietas in proprietate est temperamẽti. siccior enim calidiorq; est leonis caro: humidior & frigidior pecudis: utriusq; media humana. & uero hominum ipsorum calidior caro, si ita forte accidat, Dionis: Philonis uero frigidior. Quamobrẽ quot numero elementa, tot simplices similarium differentiæ corporum fiunt, calidiores, & frigidiores, & humidiores, & ficciores: aliæ uero compositæ quatuor, humidiores simul & frigidiores, calidioresq́ & humidiores: & tertia quædã alia siccior simul atq; calidior: cui succedit quarta frigidior simul & siccior. super ijs est optime temperata omnium prima. Verum sermonẽ de his abunde elaborauimus uniuersum in libris De temperamentis. at qui nunc instat, quoniã in elementorũ commoderatione & immoderatione, similarium partium uirtutẽ ac uitiũ inuenit, operã deinceps dabit, ut morbum ab earũ uitio distinguat. porrò distinctio ab utrarũq; rerum notione, ut in libro De Demonstratione apertũ est, primum initiũ nancifcetur. Quænã igitur constitutionis corporis notio est sanitate fruentis? & quæ iam morbo laborantis? Actiones ergo naturales habet, structura bene ualẽs corporis, integras; ęgrotãs, oblęsas, quare ubi sanus quis infirmiores alio sano functiones obtinet, nondũ uero iam offensas, deterioris q̃dem est temperaturæ, sed nõdum ægrotat. Itaq; ex salubribus habitibus unus est qui tẽperie optima constet. deterioris octo. morbus aũt bene temperatus nullus: sed male omnes temperati: tot sanè numero, quot uitiosæ sanitatis tẽperaturæ. Quòd si cui minime placeat, sanos alios bene, alios male temperatos poni, is duorum dogmatum eligere alterum cogetur, aut perpetuo ægrotare uniuersos, aut unam esse omnium temperaturam; uirorum, mulierũ, ætate uigentium, senum, puerorũ, athletarum, priuatorum, operariorũ, inertium, robustorum, imbecilliũ, sed absurdum utrũq; est. Tertiam igitur quãdam esse sanitatis latitudinẽ est necesse, ut in ea q̃plurimæ sanorum corporũ differentiæ in aduerbiorum magis & minus ratione comprehendantur. Ita uero se res & in cæteris habet uniuersis. etenim domus, & nauis, & lectus, & arca, & pallium, & calceus, & sella, molitione uel præstantiore uel deteriore constat priusquã ægrotet. Tres quoq; hæ nobis cõstitutiões corporis rebus uniuersis subijciẽdæ, optima, uitiosa, ægrotãs. sed optima quidẽ una. nam deterius in perfectissimo non prouenit. aliarum ambarum multitudo facile numero comprehendi non potest: differentiæ uero in aduerbiorum magis & minus modificatione cõtinentur. Quando igitur id in sermonis deuenimus, ipsum sistentes, quæ dicta sunt per capita colligamus. sic eñ & quantũ iam rei quam quærimus inuentũ, & quantum adhuc reliqui sit intelligemus. Propositũ nobis erat artẽ sanitatis effectricem cõstituere, nõ eo tamen pacto, quo opifex est ædificiaria domus: sed quo dirutæ eius partis consartrix existit. ac ne hic quidẽ eodem prorsus modo: sed erat ipsum id quod quæritur inuenire, quatenus similiter ædificatori corporis errata corrigere potis sit is qui artẽ administrat sanitatis assertricem. Quoniã uero ad id genus uniuersa prius corporis naturam exploratam habere est necesse, cuius labes curare ars debet, id ea de causa quæsiuimus. at cum partium esse actiones & cõstitutiões secundum naturã inuenerimus, quas omni custodiæ, ac cum affectæ fuerint, reparationis modo retinere est opus, ex quot cõpleatur rebus id quod secundum naturam est indagauimus. Cum aũt in instrumẽtarijs partibus substantiã ex simpliciũ quæ in ijs sunt compositione constare, simplicibus uero ex quatuor elementis cõperierimus, deinceps & de morbis utrarunq; cõtemplabimur. fereq; sermo iam nobis salubrium ualetudinariorũq; corporum notitiã inuenit. neq; hanc uniuersam, sed speciem quandã eius dũtaxat, ac ueluti exẽplũ. Porrò essentiam omnẽ salubrium corporũ ac ualetudinariorum scientię habebimus, ubi materijs formas induxerimus. nõ modo enim partẽ calido & frigido & sicco & humido mistis cõflari unãquanque, uerum speciatim quoque perlustrando, quæ ossium temperatio sit, qualis uero & carnium, & neruorum, et uenarũ, & aliarũ cuiusq; simplicium medicus norit oportet. perinde uero & quę partis cuiuslibet instrumẽtariæ cõpositio, ut manus, cruris, iecoris, thoracis, pulmõis, cordis, cerebri. Eodem pacto absolute genera morborũ ac differentias satis nõ est, sed & quomodo in partibus ij, singulis fiant cognoscere. hoc enim facto, salubris, & morbosi corporis scientiam nõ secundum formã duntaxat, uerum & totam substantiam, quę ex utraq; simul iuncta consistere ostensa est, forma inquã, & materia ipsam excipiente obtinuerimus.

Reliquum

Optima constitutio vna est.

Anacephalaeosis iam dictor.

Medicina sub. ut quod iam fuit restituentib. adscribetur, non quod idea modo fuit condentib. vol. 129.

A Reliquum uero est explicemus qua ratione quis tum morbis mederi, tum tueri sanitatē possit, quæ latissime in duobus operibus persequimur, nempe curãdi methodo, ac de sanitate tuẽda: hic uero quod subindicandę eorũ sufficiat methodo cõmemorandum. Igitur curãdi ratio ac uia ad sanorũ atque ęgrotantiũ corporũ dispositione auspicatur. Quoniam enim quod per excellentiã sanum est, siue similare sit, siue instrnmentariũ, cõmoderatũ omnino est: quod autem ægrotat, immoderatum, eius quænã sit immoderatio inspicienda. esse enim contrariam ipsi commoderationem alteram est necesse: in similarium quidem ac simplicium corporum dispositionibus, qualitatem: in instrumentalium uero, si ad magnitudinē immoderatio morbi pertineat, B contrariam magnitudinem alteram: si ad formationem, contrariam alteram figuram. perinde quoq; si ad posituram, aut numerum referatur. In omnibus itaq; regressionem ab immoderatione ad commoderatum contraria immoderatio molietur. nam ueluti uiam quãdam ire quod præter naturam se habet, dum ad naturam redit, oportet eandem quidem, sed contrario itinere. at si gradum reuocare debeat, per præsenti dispositioni contraria remeabit. fueritq; id cõmunissimum & generalissimum, quo medela uniuersa spectat morborum, nempe contrariũ: uti sanè uel ab Hippocrate dictum est. Contraria contrariorum remedia. particulatim uero, contraria particularia, calido morbo frigidum, frigido calidum: eodem mo- C do & sicco humectans, & humido siccans. ita quidem in similaribus: in instrumentarijs uero pro dictorum quouis quatuor generum morbosæ ipsis immoderationis cõtrariam inducere oportet, usque dum ad cõmoderatum ac natiuũ uenerimus: ut si cuipiam ulceri carnis plus quàm natura exigat superalitum sit, non quod carnem generet, aut restituat, sed quod demoliatur, & detrahat, & peredat, & corrumpat, adhibere cõuenit: quemadmodum & cauo ulceri aliqua in parte genito quod carne impleat admouere. Eatenus uero utroq; utendum, ut tum primum desinas, ubi ad cõmoderatum peruenerit, priusq; ad contrarium transcendat. Nam & carne supercrescente deminuenda nisi in symmetro substiteris, cauam partē repręsentabis: D & caua recreanda nisi steteris, ibiq; in symmetro cessaueris, immodice carnosam efficies. Atq; in hoc quidem genere morborum, in quo ad maius minusq; diuertũt particulę, per cõtraria, uti dictum est, correctio obeunda. At in alio genere, in quo à naturali excedũt figura, quoniã plures sunt particulares differētię, contrariũ in singulis ijs operępreciũ est inuenias. uerbi causa, si qua gibbosior sit particula q̃ alias reddita, ea, premendo, pellendoq;, ad cõtrarium abducenda. quę cõpressę intro sunt ac ceu resimatę, foras reuocãdę, ut nasus. Quæ uero ex asperis leues euasere exasperandæ, quomodo & asperæ omes leuigandę. Sic porrò et quæ cauitates, uel meatus, uel omnino foramina maiora minoráue, aut iusto inaniora, aut pleniora aut à crassis lentisq; humoribus conferta habere, hę quoq; deduci ad contrarium debent, donec peruentum ad commodum fuerit. Et quidem quæcunq; etiam à naturali situ euasere, ex auocatiõe in contrarium ad pristinã naturam reducendæ, retrò nimirum acta ea quæ prorsum erupit: quæ uero in posteriorem locum discessit in anteriorē retracta. eodem modo & in oppositiõibus alijs duabus, sursum & deorsum, hinc atque inde. At si instrumentũ uniuersum corrupto naturali partium numero in morbum incidat, utiq; uel hoc loco intelligendũ est, alterum quãti excessum esse, alterũ defectum, ut in demutatione quoq; antedictũ est magnitudinis: medelam aũt, perinde atq; in illa, in ademptione atq; appositione fieri. cæterũ usq; eo differunt, q̃ integras in hoc genere particulas, in illo particularum portiones auferre atque adijcere conuenit. Neq; uero in hoc solum genere considerandum est, sed in alijs etiam omnibus, quorũ emoliri indicationem facultas nobis est. nam morbi species correctionis duntaxat indicat modum. succurri uero possit nec ne haud etiã indicat. In effectiuis enim cunctis artibus, nõ ex rerum faciendarum notione, sed ex efficientis causæ potentia uel impotentia: præterea & materiæ copia uel inopia id genus sumitur. Earundē igitur rerũ alij impotentes existũt, alij potẽtes. eæq; fieri alio nequeunt tẽpore, alio queũt. Causa itaq; eorũ est quę circa corpus boni gratia fiunt natura & medicus. sed sunt quædã naturæ, quædã medicis negata. os adeo fractum ut diuaricent eius particulæ, peruersumq; membrũ sit, corrigere ac cõformare naturę nõ licet, at medico licet. sic luxati reponendi medico adest facultas, naturæ non adest. contra uero cauum ulcus carne implere naturæ datum est, medico minime. quemadmodum & semicoctorũ & incoctorũ quidq; cõcoquere. Verũ in hæc quoq; adminiculatur opitulaturq; naturæ medicus, tum purgantis medicaminis impositione ulcus repurando, tum quæ cõmode calefaciãt, ijs quæ cõcoqui possunt inferendo. Sunt item multa, quæ natura ipsa, cum ante ab ea effecta sint, facere denuo nõ possit: ut uenam, & arteriã, & colligamentum, & neruũ, & quęcũq; eius generis alia. Primũ itaq; est curatricis rationis ac uiæ, cõmunem scopum omniũ uti dictum est, reperire, nempe contrarias esse cõtrariorum medelas. Secundum, substituere in unoquoq; genere cõtraria. Tertiũ ad hæc, æstimare quãdo à nobis aut natura scopo, quem præfert indicatio, suppeditari opera ualeat, quãdo uero aut omnino, aut pro tempore, aut ex parte non possit. fueritq; nõ minima physicæ pars cõtemplatiõis: in qua exercitatus is oportet sit qui quid præstari in re qualibet futura queat aut nequeat comperit. Sunt porrò tractatus q̃ id doceãt duo: alter qui de Zoogonia, id est animãtis generatione nominat: in quo quo modo ex semine & mẽstruo generationē habeat id qđ in utero gerit intuemur: & alter De naturalib. facultatibus. Dum eñ de seminis natura inspectaueris, hæc tibi prorsus quæ nobis

nobis demonstrata sunt, si inspectione demonstratiua expenderis methodo, ex eo apparebūt, quod particulæ in fœtu gignantur plurimę, formāte eas facultate, ipsa seminis substātia materię uice utente. atq; si id repereris, haud prꝫterea miraberis, si nihil post eiusmodi procreare unq; possit natura. at in eo qui de naturę agit uiribus, factarū administrationē contemplaberis: ut uel inde copia tibi inuentiōis suppetat, quarum rerum faciendarū tum ipsa per se, tum medicorum adiuta ministerio, compos natura aut impos existat. Nam loco illo, in quo de opificum potestate causarum, & eorum quæ efficiuntur substantia contemplamur, quę factu idonea sint, quę non sint comperies uniuersa, uerbi causa si chartilago deperierit, num gigni alia deintegro, aut simile pro ea quidpiā possit. sic porrò & an facere os aliud, uel ei quid simile liceat, si id à partu interierit. & utrū neruosa septi transuersi substantia coalescere, aut cor, aut iecur, aut alia deniq; pars quæuis ualeat. At mihi tēpus hoc loco nō suppetit uniuersa explicādi. Non eñ in hūc unum librū medicina potest tota cōferri: neq; hoc sermo ab initio cōtendebat: sed methodos dicere, atq; de artis constitutione indicare, ex quibus & quot principijs, ac quibus cōficiatur uijs. Hic ergo præsentem sedatum sermonē, atq; in unum caput redactum cōstitutæ iam antea parti artis adijciam. ut enim illic salubrium ualetudinariorumq; corporum specie reperta, in particularibus ipsam materijs omnibus spectare operepretiū esse ducebamus: ita nunc quoq; inuētis à methodo curādi intentionibus, deferri eas in particulares materias postulabimus: quo notū sit quæ fieri in ea possint uel ex parte, uel tēpore aliquo, quęq; omnino non possint. Cæterū & hic proportionē ad alias artes inspectare est opus. Vt enim si quis fabricata ex coctis lateribus domo, deinde aliqua in parte diruta, reparare eam iusserit, eximēdo quotquot perpessi lateres sunt, in illorū uero locum alios qui uitio careant inserendo, necesse erit conditori, prius alios paret similes perpessis. & ad hoc prꝫterea nisi præbere ędium dominus aptā materiā habeat, reparationem obiri nō posse dicendū est, ita se res habet & in proposito nūc speculamine. nam materię egestate nihil facere eorū est potis natura, quę formando animali cōfecit ex semine. Verū quoniam satis & de his uerba fecimus, addamus quę desunt sermoni, de quibus paulo ante cum auxilia inueniremus loquebamur. nam uelut generales ipsorum species percurrimus, nempe alia refrigerare, alia calefacere, quædam humectare, nōnulla siccare oportere. hi eñ sunt in partibus similaribus scopi: quemadmodū in his, quę ad magnitudinē spectant, uel detrahere, uel denuo alere. Sic & in ijs quæ ad numerū, uel totam partem eximere, uel gignere. In ijs uero quę formationis sunt, ad naturales figuras reducere, & repleta euacuare, et uacuata replere, & obstructiones exobstruere, & osculorum reseratiōes cogere, & clusa ac densata ad contrarium cōuertere, illa recludendo, hęc rarefaciendo. Sic uero & in cōpositionis morbo scopus est ad naturalem statum reuocare. In soluta quoq; unione glutinationē discretarum partium moliri. Sed in his uniuersis adiumentorū comperire materias pars haud exigua est artis: ut in luxatis exempli causa articulis, quoniā non solū in partem priorem posterioremq; contingit, & dextram ac sinistram emotum membrū transire, sed & ad supernum locum à musculorum contentione retrahi, usus duplex inserētibus motiōis exigitur, primæ, deorsum: secundę, in suum locum repositionis. eamq; ob rem sine contraria tentione fieri iniectio nequit. Porrò apprehēsionibus tensionibusq; ad tentionē in diuersum ualentioribus opus esse perspicuum omnibus est. Verū cum facere ea nostris quādoq; manibus nequeamus, instrumēta ad hoc reperimus idonea. Faciūt uero ex ijs plura & ad luxata reponēda. suntq; instrumēta hęc omnia materię quædā remediorū: quemadmodū & quæ accōmodantur omnia, medicamenta, cibaria, potiones, ac demū quęcunq; corpori admota dictas dispositiones ad naturæ statū reducunt. Cōuenit igitur medicum & de horū materia negocium suscepisse, scopos quos ante exposuimus cum materiarum usu conferentē, ne simili quopiam aliquando sit cum ijs detentus errore, qui quæcunq; refrigerari postulant, omnibus ijs frigidā aquam, quę calefieri, calidam cōpetere arbitrantur: haud intelligentibus per accidens quandoque & frigidam calefacere, & calidam refrigerare. Plurima de horum omnium methodo dicuntur in commentario De medicaminibus. Cæterum hoc in præsenti sermone addamus, auxiliorum materiæ genus eiusmodi uniuersum, in ijs quæ per os sumuntur quę fiunt, quę uacuant, quæ deforis incidūt, positum esse: per quæ omnia ubi decurrerit, qui artem cōstituit, ac particularis materię uniuersę scientiā non solum facultatis, sed usus etiā obtinet, sic utique salubres causas cōpleuerit uniuersas, ut nihil ad curatricis artis constitutionem desideret: omnibus nimirum ijs in duo sese capita redigētibus, in corporum quibus remedia adhibentur notitiam, & ipsam remediorū naturam. Reliquū uero est ei res artis administraturo, speculationē quādam inueniat, qua dispositiones dignoscat uniuersas, easq; prꝫsertim quę circa partes intimas cōsistunt: neq; enim hic cuiusuis est morbosam singularum tum simpliciū tum instrumentaliū partium dispositionē reperire cū in profundo cōditę fuerint: sed hic quoq; ratione quadā ac uia partem affectā unà cum dispositiōe ipsam obsidente inuenire tentandū est: de qua & nos latius alibi disseruimus. Sed quemadmodum aliarum hoc in libro methodorum omnium percurrimus capita, ita de his quoque necessarium est dicere. ac primum sanè, quonam eorum quę prꝫter naturā sunt genere comparari dignoscendarū ipsarum iudiciū posse sperandum sit. sunt enim rerū prꝫter naturā genera tria uniuersa, unum dispositiones quę functionem lædunt, alterū harum causæ, & tertiū symptomata.

Causæ

Causæ igitur potissimum quidem cum agunt appellatione dignātur. sæpenumero tamen etsi nondum quicq; agant, ex eo solum quod possint dicuntur: ueluti & incoctio morborum auctor perhibetur, quamuis morbum nondū afferat. Incoctionem aūt uoco, non coctionis tantum in uentriculo frustrationē, sed in uasis quoq;, & iecore, & mole uniuersa. Symptomatum porrò genus in tres differentias dirimitur, offensam actionum, accidentia corporibus, excernēdorum immoderationes. Horum omnium causa est dispositio corporis: quā siue morbū quis nominet, siue affectum, nil referet. ex symptomatis autē iure agnoscitur: quippe cum causæ ad ea rationem habeat. Itaque eorum nonnulla dispositiones ex necessitate consequitur, quædam non ex necessitate, sed uel sæpissime, uel raro, uel ancipiti opinione: sicuti rursus alia symptomata necessario dispositionis differentiam sequuntur, alia magna ex parte, aliqua sic ut opinari utrūlibet possis, alia uero parcius. Quę ergo ex necessitate sequuntur morbū symptomata, pathognomonica, id est passionis significatiua appellantur. atq; certa esse hęc morborum indicia ducendum est. quę uero non necessario, ea morbi aut differentiam, aut morem, aut magnitudinem indicant. Ostēdam uno in exemplo dictorum cuiuslibet potestatē, ut inde ꝓmouearis, teq; ipsum eadē methodo exercere similiter in omibus possis. Suppositum sit phlegmone membranam quæ costas succingit laborare. Est hic nimirū affectus phlegmone: quæ quidē ex necessitate habet symptomata, tumorem præter naturam: ruborem, dolorem: quorū duo nunc sub sermonē non cadunt, dolor aūt solus relinquitur, qui ad costas firmatur pungensq; fit. Dolet igitur homo, quoniā affectus phlegmone est. species aūt doloris, pungēs: quòd membranosa sit & partis affectæ substantia. firmatur ad costam: quoniam in hac situs est perpessus locus. & quidem latissime quoq; diffunditur: quoniam et succingens ipsa membrana ad plurimum spacij extenta est. comitatur febris necessario: tum ob affectum, tum ob situm offensę particulę: quorum si absit alterum, non ex necessitate consequetur febris. neq; enim si phlegmone digitus doleat, omnino febricitant: quoniā à corde longe abest. nec cum succingentē membranā occupauerit affectus, is aūt uel scirrhus uel œdema fuerit. Quin & ægra spiratio inter ea censebitur quæ affectum locū necessario secuta sunt: quoniā respiratorij pars cuiusdam est instrumenti: ægrę tamen spirationis non ob partē species erit, sed ob affectū. prohibet enim dolor, quo minus respiratiōis instrumenta plurimum attollātur. itaq; respirationis actionem usu nondum completo: unde ad secundam actionem pergere cito coguntur, non tantum quietis adhuc quantum cum in naturali statu erant nancìscentia. itaq; fit spiritus paruus ac creber. Sed pulsuum quoque alteratio succingentis membranæ phlegmonem necessario assectatur, tum quæ à febribus inseparabilis est, tū quæ pro loci affecti specie consistit. pulsant enim ipsis arteriæ malus, celerius crebriusq;: quoniam febricitant. quia uero neruosa est pars quæ phlegmōe laborat, unàcum tentione ac duricia. Hæc itaq; ex necessitate succingentis membranæ phlegmonen sequūtur symptomata: ex necessitate aūt & quodpiā unum ex cōsequentibus, nempe decubitū aut minus in affectum latus, aut in oppositum, aut in utrunq; similiter dolorem excitare. nam cum duplex membrana ea sit, si pars eius exterior circa ossa phlegmōe infestatur ualentius, facilius in oppositum declinantur. opprimuntur enim si super affecta cubent parte. quòd si pars altera quę intus est, id quod magnà ex parte accidere cōsueuit, in oppositum magis decumbentes dolent. suspensa enim ipsis pars est phlegmone uitiata. sin in latus perpessum, minus. nō enim ad ossa cōprimit, nec pendet: sed ab horum utroq; libera euasit, ac super inoffensa parte altera firmata est. at affectis ambabus succingentis partibus, super latere similiter utroque decumbunt. Et quidem ut dolor quoq; alijs ad hypochondriū pertineat, nōnullis ad clauiculam, facit tum læsæ natura particulæ, tum phlegmones symptoma, quod est doloris extensio. Quoniam enim ad clauiculas usq; succingens peruenit, ac per septum trāsuersum omē, si partes eius supernę phlegmone cōflictentur, trahi deorsum clauicula uidetur: si infernæ, dolor in hypochondrium erumpit. Phlegmonē igitur ad medium costarum paruam admodū fieri opus est, ut neutrā ad partē efferat: quandoquidē magna ad utranq; peruenit. Quinetiam ut ex parte phlegmone obsessa tenuis quædam sanies resudet atq; emanet, fiet tū morbi nomine, tum particulę: quemadmodum & omnibus ijs usu uenit qui phlegmonen in ore atq; oculis cōtraxere. nam & phlegmone ex humorū influentia oritur, & pars rara est: nō quemadmodū cutis, con stipata ac densa. Cū igitur in parte quæ phlegmonen patitur multa simul ac tenuis fuerit humiditas, & ipsa pars rara, plurimū foras effluit: cum uero contrà, fluxus paucus crassusq;, & spissum corpus fuerit, minimū ad tussim irritat, & nihil spuūt: ueluti & cum prouenit copiosissimus, tussiunt plurimum, nec pauca expuunt. Ac seiungi quidē tussis ab affectu non potest: screatio aūt post tussim inseparabilis quidē minime est, sed magna ex parte fit. At uero si excreent, colorabitur sputū necessario: eodem tamen nō semper colore inficietur: siquidem nec in parte quæ phlegmone æstuat eiusdem semper naturę est excrementū. Fluxus ergo qui phlegmonen efficit, cum sanguinolētus biliosusq; fuerit, (talis aūt in pleuritibus ex toto est) coloratur ab humore sputum qui in parte inflammata continetur. rubrum quidē fit, ubi cruentum id fuerit quod in succingentē fluxit: flauum autē, cum biliosum. Si uero pituitosus primum humor incuneatus putrefactusq; auctor fluxus eius existat qui phlegmonen commisit, tunc spumosa expuunt. quandoq; uero spuunt et nigra, assato nimirum fluxu, siue sanguineus, siue biliosus is fuerit.

Fluxus

Incoctio.

Pathognomonica symptomata.

In pleuritide sunt dolores pungentes.

Cur febris comitetur.

Decubitus pleuriticorum.

Dolor ad claviculam & hypochondria.

Pleuritis et sanguine aut bile fit.

De Pleuritide. De Pleuritide.

Fluxus ergo differentiã id genus omnia cum partis perpessæ atq; affectus dignotione indicabunt. Quocirca ad morborum atq; ęgrotantiũ locorum inuentionẽ planè ex ijs quæ diximus liquet, tum affectę cuiusq; particulæ substantiã, tum societatẽ cum proximis necessario sciendam. Quòd aũt nihil intersit, positum, an cõpositionẽ, an cum proximis societatem dicas, uel me tacente satis arbitror cõstare. Porrò illud quoq; ex dictis aperte dilucet, necessariam scitu partium singulariũ actionem utilitatemq; esse: & ad hęc pręterea generationes morborum atq; symptomatum. at si hoc, causas quoq; quę morbos pariunt. hęc enim & ad affectam partem quamlibet unà cum dispositionibus dignoscendam, & ad morbi ipsius differentias necessaria uidentur. Et uero morbi cuiusq; magnitudo ac mos ex ijsdem his desumuntur: magnitudo, ex ipsorum dispositionis magnitudine, & sequentibus ipsam symptomatibus: mos autẽ, ex morbi differentia, & symptomatibus quæ ipsam consequuntur. Principio igitur, in proposito exemplo perniciosissimus est melancholicus humor præpollens: tum q; & præditus ipse sit moribus pessimis, & maxime erodat, cõcoquaturq; ęgre, nec facile expurgetur, tum q; plurimę sit caliditatis index, à qua affatus genitus est. æquissimus omnium sanguineus, ut qui dulcissimus existat, & cõcoctu facillimus. reliq duo humores, inter hos medij sunt quod ad simplicitatẽ malignitatemq; attinet. Ex symptomatis uero, nihil expuere exitiale est: partim q; fluxum declaret à phlegmõe deuinctũ, partim q; totus, propterea quoniã intus maneat, corrumpetur. expuere aũt sine dolore ac facile, mitissimũ est. at si & quod expuitur cõcoctum fuerit, adhuc & magis mitissimũ. Sed morem quoq; manifestant morbi, symptomata pulsuum. Iam uero & quęcũq; alia per consensum supueniũt, desipiẽtię, comata, cibi fastidia, urinę, deiectiones, quæ huius aut huiusmodi fiũt. Nobis itaq; est in prędictis uniuersis meditandum, si morbum, partem affectam, morem, magnitudinem, eorumq; differentiam dignoscendi facultatem assequi uelimus. ex ijsdem uero his & quonã terminaturus morbus sit præcognoscere, & usus dexter suppetet nobis adiumẽtorũ. nam præsensio medicũ mortis culpa uacare ostendit: obtemperantesq; ęgrotos reddit: atq; antea multo remediorum tempus edocet opportunum. Quòd uero auxiliorũ dexter usus pars ipsa artis pręcipua existat, cuius gratia sermo institutus est uniuersus, omnibus liquet. cæterũ quomodo ex ante dictis constet, paulopost explicabitur. nunc eñ prius ijs quę percensebã finem imponere uolo. nam morborũ simul cum particulis ijs quę eos contraxere, in uno iam mihi exemplo exposita dignotio est. Nihil aũt ab re fuerit, aliud simile quodpiã addidisse. docet enim plura species eorum quæ excernuntur. ei uero coniunctum est corpus ex quo fieri excretionẽ cernimus: adeo ut ex ambobus coeuntibus firma ac constans indicatio una fiat. nam membranoso, si ita forte contingat, corpore excreto, indicatio ex eo ipso quod apparuit, partem aliquã eiusmodi, ut membranosam superficiei habeat naturam, ulcere esse affectã demonstrat: definitam uero ipsam ac certam notificare non potest: deducit tamen ad partẽ ipsam affectam excretiõis locus. nam quod inferne deiectũ est, intestini ulcerationem declarat: quod superne euomitum, uentriculi: extussitum, sublinentium asperas arterias membranarũ: mictum, uel uesicę uel genitalium meatus. Hæc igitur ipsa, & ad hęc insuper ea quę per cõsensum, primariũq; affectũ laborant corpora discernere à se mutuo cõuenit antecedentia & cõsequentia & magnitudine & paruitate, & pręterea male utrunq; habentium accessione causarum. Itaq; complures uel acto in consensum cerebro, ex stomachicis dispositiõibus in melancholica, uel simul affectis oculis, in suffusorum symptomata incidere. Verũ in talibus, siquis diligenter animum attendat, ex incoctionibus dictos cõperiet sequi affectus, ac collectis in uentriculi excremẽtis, simulq; cum uentriculi os lædentibus concitari, uel iuuantibus conquiescere. Sed rationẽ nunc de partibus affectis uniuersam instituti nostri nõ est, queadmodũ nec aliud quidquam in arte perfectũ integrumq; explicare: uerũ ipsius duntaxat inuẽtionis methodum, & quo pacto fini artis cohęreat indicasse. necesseq; est ipsum per se quemque in notionibus omnibus quæ de ipsis à nobis cõscriptę sunt uarie exerceri tractatibus perlegẽdis. Igitur addito eo quod in rẽ pręsentem necessariũ est, ad methodos quas diximus descendemus. atq; hic rei formã esse arbitrare: postea uero q̃ materijs eam induxero, totam substãtiam, ubi particularia uniuersa explicauero, uti in paucis nunc feci exemplis: eritq; tibi hæc artis integrę pars constituta. Reliquũ uero est, & ad usum dextrũ adiumentorũ necessariũ esse ostẽdamus scire exacte partis curandę substantiã, formationemq;, ac situm. Docet ergo substantia primos morbos, qui per intemperiem fiunt, quatenus à naturali habitu excesserint: quatenusq; eorum quemlibet calefaciendum, refrigerandum, siccandum, humectandumq; sit. Formatio aũt tum ipsos per se edocet morbos, de quibus dictũ antea est, tum simul eorum magnitudinem indicat. quoad enim quisq; à naturali statu deflexit, eò magnitudinis puenit: simul uero cũ magnitudine & quonam usq; ad naturę moderationẽ per cõtraria reuocare eos oporteat, ex ipsa percipitur. Hęc igitur proportione respondent ijs quæ ad intemperiem pertinent. eximium uero proprium, uacuationis modum indicat ex oscillis, ac per eas figuras quas instrumẽtũ quod curatur adeptum est. at hoc rursus cõmune est cum ijs quæ à situ indicantur: de quibus iam agamus. Quęcũq; ergo in ipsis sunt tum ad magnitudinem dignoscendã, tum ad remediorum usus quantitatẽ proportione cõmunia, nihil præterea opus est referamus: quæ aũt peculiaria sunt deinceps dicenda. Cęterum quoniam & usus ad curationes maximus ipsorum est mistorum indicatio-

nibus quæ à formatione ducuntur, hic sermo quo que methodi gratia cognoscẽdæ in paucis erit exemplis. Obstructio, unus quidem est instrumentalium affectuũ. nascitur potissimũ in iocinore, ob eius constitutionem, actionemq́;: nam uenæ, quæ à portis in sima uisceris uniuersa finduntur, osculis, quæ in gibbo sunt, cõmittuntur sensu obscuro. alimentum uero omne sursum ex uentriculo ad locum unum effertur iecoris, quę ab hoc ipso quod nunc dictum est, portas nominant. neq; enim urbes introire quis potest ante, q̃ portas peruaserit, neq; prius penetrare in iecur alimentum, q̃ ad id loci peruenerit. inde autem in sima uniuersa distribuitur iecoris; postea per quos diximus fines in gibbum trãssumitur. Nihil igitur mirũ crebris obstructionibus, tum ob uasorum angustiã, tum ob permeãtis copiã substantiæ corripi uiscus. Quam obrem erit ipsi medela, priusq̃ fiat obstructio multiplex, & homo febricitet, ingestio tenuantium ciborum ac medicaminum; quòd si fuerint multæ, non ipsa solum, sed etiam euacuatio est: quam per quę loca facere oporteat, formatio uisceris situsq́; indicabit. Ex his igitur auspicãtes, dirigemus quę in simis iecoris sunt excrementa ad intestinũ: quæ in gibbis, per urinas euacuabimus. sic & quæcũq; in thorace & pulmone continentur uacuationis egentia, per tusses ab ipsa edocti sumus formatione ac positione expurgare. eodem modo & cerebrum obsidẽtia in nares trahere. Maxime uero & partiũ sanatio quæ phlegmone laborãt, ex positu ac formatione desumit. nam & horũ quidem scopus primus est, euacuatio humoris qui in partem phlegmone cõflictantẽ ruit. Quonã aũt pacto ipsum educere cõueniat, indicat cõtinentium instrumentaliũ partiũ natura. His ergo docẽtibus, qui in coxẽdicẽ fluxus decubuere, per poplitũ ac malleolorũ euacuabimus uenas: uti sanè & quę in uteris hærescũt: quę in thorace ac pulmone habent, per uenã cubiti internã: quæ in capite & collo, ex humeraria. ꝓximarũ em̃ cõmuniũq; affectę ꝑticulę uenarũ euacuatio optima est, atq; facillima. Porrò & particulã phlegmõe affectã per halitũ digerere, habet quidẽ & id certe indicationẽ ex morbo; ceterũ euariat in remediorũ particulari usu, atq; à situ perpessę particulę indicationẽ assumit. nã quę per summa corporis extãt particulę, in ijs discussurum tale esse medicamentũ cõuenit, quale species phlegmones indicat. quę latẽt in profundo, tãto acriora requirũt medicamina, quantũ ab exterioribus recesserunt. ꝓinde cucurbitula in ipsis quandoq; egemus, si alte desitæ admodũ sint: id qđ superficialib. phlegmõis est pugnantissimũ. Ita uero & sicubi astringẽte opus fuerit medicamine, situs egẽtis loci spectãdus. nã si quod adstringit ꝑtingere ad ipsum sufficiat, nihil prohibet quo minus eo utaris. sin idoneũ non sit, cõsiderandũ num humiditatẽ simus ex antepositis partibus acturi in affectam. quamobrẽ aut adstringẽti medicamẽto admiscenda uis est quę dux ueluti uię sit, aut eo non utendũ. Maxime igit̃ lędere eos noui, qui sangui-

A nem ex pulmõe extussientibus adstringẽtia per totum thoracẽ medicamẽta in orbẽ circũponũt. nã pręter id quod eorũ facultas in pulmonẽ nõ penetrat, sanguinẽ etiam q in thorace est ad uiscus compellunt. Quę de his dicta sunt, in rẽ pręsentẽ sufficere arbitror. Tantũ igitur de ijs insuper locutus digrediar, nempe hanc methodũ tractiõis esse duntaxat formã; scientiã aũt enarrationẽq; per partes corporis singulas, ipsam uelut uniuersam substantiam; quã in alijs cõmentationibus late explicuimus. Deinceps itaq; de diuinatiõe dicamus: quandoquidẽ nobis utilis cũ ad alia quędã, tũ uel maxime ad curationẽ uisa est. Primũ igitur diuinatricẽ cõstituere artẽ uolenti cõsiderare ante est necesse,

B utrum quemadmodũ tempus uitæ cuiusq; natura animalis propriũ obtinet, ita & quilibet morbus, adeo ut quatuor dierũ spacio solui nequeat is, cui duorũ mensium terminũ natura pręscripsit, an cõtra & lõgo tẽpore affligere, & solui celerrime possit. Nunc sanè cũ medici iam plures futurorũ sint pręsagiendorũ facultatẽ adepti, nõ amplius quærunt idiotæ utrũ præsensio futuri euentus aliqua cõstare queat an nequeat: sed deinceps omnes ueluti de re cõparabili habẽt: rogãtq; medicũ quodnam præfiniatur tempus morbo soluendo. Nihilo uero deterius ad pręsens negociũ fuerit, nunc primum subiecisse nos, prænoscendi artẽ constitui. nam & alia omia in sermone ita trãsegimus. Vnũ itaq; ac primũ necesse est, si aliqua sit pręcognitio,

C nõnulla esse in futuro tẽpore dubio procul euentura: deinde quonã possint modo inueniri, ac quot & quæ ea sint spectandũ. non em̃ quæcunq; sunt circa ęgrotantẽ oritura necessariã generationẽ obtinẽt. Tumultus ergo ex uicinis per noctẽ, & canes latrantes, & iniucundi quidã nuncij insomnes ægrotos reddunt; quorũ nullũ neq; generationẽ habet necessariã, neq; firmam diuinationẽ. Num igitur quæcunq; morbi ratione efficiunt̃, definitã generationẽ certamq; pręcognitionẽ habent? An neque hæc uniuersa. potest enim superfluus intra corpus humor aliquis in particulam necessariam uitæ quampiam repẽte influere; quemadmodum alius rursum ex parte principe in uiliorem transire. enimuero eum qui in præcipuã illatus est, summum periculũ; qui in nõ primariã partem transmi

D grauit, subita atq; inexpectata salus laborantis necessario cõsequetur. Huiusmodi igit̃ statuũ ipsum hoc tantum pręnoscas licet, nempe incõstantiam lubricitatemq́;: nõ tamen quò terminaturus morbus sit exactè cõperias. At in quibus non amplius diffluunt excremẽta, sed in locum unũ quendam grassata illum occuparũt, præsagiri futurum in ijs potest: intelligentibus nobis nõ paucas quibus animal regitur facultates esse naturæ, ac qualis earum sit differentia. Et quidẽ sanè etiam quæcunq; per totum animal in sanguine excremẽta sine immodica deferũtur multitudine, ea quoque singula statum tẽpus coctionis propriũ obtinebũt: si modo excrementi cuiuslibet naturã inuenerimus, ita nanq; & de eius cõcoctione artificiose coniectare nonnihil

nõnihil licebit: si recte omnia uidelicet circa ęgrotum gerantur. nam quæ perperã à quocꝫ aguntur, eæ causæ existunt, ut aut morbi solutio prorogetᷣ, aut mors anteuertat. idꝫ per totum sermonem opus est, si & aliud quidpiã, meminisse. sola enim optimi medici pręsagia, curãte quidẽ ipso eueniẽt, ægroto aũt nihil delinquente. Cęterũ medicis putare id genus, quale uates pollicentᷣ, constare diuinationem, ridiculum est. illi enim nono, si ita forte contingat, die seruatum iri aiunt hominem, non etiã si cuncta recte administrẽtur addentes. huius etenim ipsius pręcognitionẽ, nempe ꝙ omnia prospere uel infeliciter cessura sint circa ægrotos profitentur. at medicus nõ ita prędicit futurũ: uerũ septimo uerbi gratia die: si omnia ut oportet agantᷣ, solutum iri morbũ: ubi uero quicꝫ admissum est, si paruus quidem error hic sit, relabi solutionẽ ex septimo in nonũ posse: si maior, in undecimum: si multo maior, in quartũdecimũ: si perquãmagnus, periculum pro certa salute secuturum. Attentus enim semper duobus his medicus est uelut obluctatoribus, nempe morbo, & naturę. ac primum quidem euadendũ uel pereũdum homini esse, ex robustiore dignoscendo diuinationẽ facit: deinde uero & præfiniti tẽporis ex eo, ꝙ quanto alter ualentior sit intelligat. Necꝫ est quod mireris, si utriusꝫ robur cõtemplatus, uictorem cõperieris futurum. uidemus enim nõ paucos gymnasticos, ex primis motionibus quibus inter se luctatores agitantur, qui uictoriã adepturus sit antefari: sępe & cum uictoria, succubiturũ breui aduersariũ, illicꝫ mancipium futurum. id porrò agũt, cum alterum altero magno quodam discrimine robustiorẽ cernunt: Itacꝫ sanitatẽ ac mortem non ex alijs meditationibus præsentiet medicus, ꝙ ex morbi, ac naturæ robore exacte agnoscendo. Ex ijsdẽ uero & terminum utriusꝫ inueniet. in propinquo eñ morbi solutio erit, cũ bene ualuerit facultas. sin fuerit imbecilla, morbus aũt ualidior, mors maturabit. præscriptiõis uero tempus indicat magnitudo excessus. Ab ijs quidem scopis medicus prædiuinandi facultatem consequitur. cęterum ex qualiũ rerum perspectione scopos dignoscere ei suppetat, latius in libris De iudicationibus dictũ est. dicetur uero & nunc, ut aliorum omniũ, ita huius quoque uniD uersalis ratio ac uia. Ergo robur naturæ, ex proprijs, præsertimcꝫ ex pulsuũ actionibus agnosces: quandoquidẽ uitalis opus ij sunt facultatis. Morbi magnitudinem, ex suis accidentibus. Quãtum uero alter alterum superet, coctionibus, incoctionibusꝫ. Has ipsas, ex proprijs excrementis: quæ quidẽ in aluo sunt, per inferne sublabentia: quę in uasis, per urinas: per sudores uero, quæ toto corpore cõtinentᷣ. sic & alias quęcunꝫ in parte quapiã una pluribus ue cõsistunt: quę in thorace quidẽ ac pulmõe, per ea quæ extussiuntᷣ: quę in uesica uel renibus, per ea quæ in urinis deferuntᷣ. iecoris autem sima, & mesenterũ quomodo prædita uiribus sint, ex ijs quæ per ima descendunt nouerís. & per ea quæ uomũtur, superior uenter ac stomachus. quæ per palatum uel per nares & aures excernuntur, quomodo affectũ robore cerebrum sit declarabunt. Enimuero commune in omnibus est, non prius dissolui morbum posse, ꝙ aliquod in decedentibus excrementis coctionis indicium apparuerit. ita siue aures, siue oculi, siue fauces male habeant: uel (ut semel dicam) coctiones omnes celeritatem iudicationis, securitatem salubrem significãt: cruda aũt & incocta, & quę in malos conuertuntur abscessus, infectas iudicationes, uel labores, uel tempora, uel eorundẽ recidiuas portendunt. Hæc de diuinatiõe in præsens sufficiunt. est enim sermo de ijs omnis suis particulatim tractatibus habitus, ijscꝫ maximis, ac præcepta ferè uniB uersa cõplexis, qui de pulsibus, de diebus iudicia libus, de iudicationibus inscribuntᷣ: nam ex quibus quis maxime pręsentiat, per hos tres palàm factum est. Finẽ obtinere arbitror uniuersam curandi rationem ac uiam. Quoniã uero & morbis liberatos ad salubrẽ ualetudinẽ perduci, & qui in morbos declinant rapiunturcꝫ, eis præcauere, & pręterea sanitate integra fruẽtes, in hoc cõseruare cõuenit, artiscꝫ partes hę tres reliquæ sunt, tentãdum quoad licet breuissime, & de harum constitutione nonnihil dicere. Cum ergo proditũ quoque antea sit, genera præter naturã tria esse rerum uniuersa, causas, dispositiões, atcꝫ symptomata, erit pars artis præcauens, quã sanè & proprie Gręci prophylacticen uocant, in primo genere cõsistens. Cum enim uel multitudo aliqua humorum, uel uitiosiC tas, uel obstructio, uel corruptrix uis in corpore prouenit, periculum est, quantum nondum ægrotarit, morbo corripi hominẽ: quãdocꝫ uero in summũ discriminis adduci. Nec facile porrò causę cognosci huiusmodi possũt: ut quę hominẽ nõ infestent: quemadmodũ uidelicet & canis uirus rabientis: cuius signũ in corpore non continetur ullũ, antequam prope ad rabiem qui cõmorsus est uenerit. Proinde & huiusmodi gratia causarũ, laborantes ipsos de singulis quę ipsis contigere interroget necesse est medicus. cum tamẽ copia humorum, aut prauitas succrescit in corporis mole, aut uiscus quodpiam obstruitur, ea per quædam symptomata licet agnoscas, media eorũ quodãmodo quæ in sanis sunt, & quę contingũt laborantibus. Nam quæ in sanis existunt, secũdum naturã cuncta atcꝫ inculpabilia sunt: quę ægrotantibus accidunt, præter naturã, nec crimine uacãt. at quę his interiacent media, sunt quidem ex eorum genere quæ morbis eueniunt, cæterũ exigua adeo magnitudinibus, ac uiribus imbecilla, ut ab ipsis nondum solitæ cuicꝫ actiones prohibeantᷣ. Siue enim sit capitis dolor, aut partis cuiuscꝫ alterius, paruus adeò est, ut nondũ lecto continere se hominem cogat: sed & siue grauitas uel in hypochondrio, uel capite, uel alia parte aliqua, aut uiscere, necꝫ hæc à consuetis negocijs auocare idonea est. magis uero etiã corporis tumor, aut macies, aut pallor, pigritiacꝫ ad motus, uel somnolẽta dispositio, uel insomnia, à functionibus uitæ administrãdis abducere

cere haud ſufficiunt. ac multò ſanè magis appetitus deiectus uel intentus ciborum. ambo nanque non exactè ſano proueniunt corpore: quemadmodum & ſeipſos præter rationem ſitis expertes uel ſiticuloſos, uel ſtomachi aut uentriculi morſu cõflictantes, uel laſſitudinarios ſentire. Talis imago ac formula eſt eorũ quę in morbum delabentibus contingunt. Correctio aũt efficientiũ ea diſpoſitionum, ſummatim perſtrigenti, per contraria, ut ſupra oſtenſum eſt, obitur: particulatim uero perſequenti, ſuperfluũ uniuerſum euacuare conuenit, diſtinctione, quomodo ſuperfluũ ſit, utrũ ut quantum, an ut quale, an ut utrunq;, adhibita. quod autem redire in naturalem ſtatum ualet, alterare per contraria, craſſum lentumq; tenuãdo, tenue craſſando, utraq; cõmuniter cõcoquendo, obſtructiones autem abſtergendo. quæ uero præter naturã toto ſunt genere, ut uenena, ac ſpicula defigentiũ animalium uirus, alterando, uacuandoq;. Alterationes quidem per ea moliemur, quæ uel tota ſubſtantia, uel qualitate una, duabuſ'ue cõtraria ſunt. euacuabimus aũt trahentibus facultatibus. Cæterum quibus hęc quiſq; facere poſſit auxilijs, ex diſpoſitionibus ipſis ſumendum. nam ſi omnes perinde aucti humores fuerint, potiſſima ac maxima per uenæ ſectionem uacuatio eſt, dein per frictiones, exercitationes, balneas, atq; inediam. ita quoque uacuandum ſi ſanguis ſolus copia exuperauerit. ſin flauæ aut atræ bilis humor, á quo ſum'ue aliquod humoris ſerum, uacuatiõe quidem, ſed non ſimiliter agendum. Nam quę in primis uenis ſunt excremẽta, deiectorijs: quę in alijs, per urinas quidem aquoſa ac tenuia: per purgationem aũt, bilioſa expurganda. tenuia quoq; deiectorijs euacues licet. quæ aũt in toto habitu tenuia ſunt, per ſudores, eaq; medicamenta, quæcunq; cuti admota ſiccandi natiuã uim habent. Bilioſa, purgatione primum, deinde cutis euacuatiõe. Sin pituitę humor redundet, ſalſam purgare, acidam redditam alterare, opem naturæ ad eius concoctionem ferentes, tentandum eſt. dulcis aũt multo etiã facilius concoquitur. Perducunt ad cõcoctionem, quies & calefactio moderata, boniq; ſucci modicorum eſus ciborum, & modice calefacientis uini potus. Caliditatem modicam efficere poſſunt, frictio mediocris, & commodi aquarũ calidarũ uſus, cibariaq; & medicamenta, quæ haud magnopere calfaciãt. Obſtructiones detergent cibaria, & potiones, & medicamẽta, quę tenuare ſunt natura idonea. Horum aũt materias quomodo inuenire ac iudicare conueniat, uno expoſuimus opere, quod De ſimplicium facultate medicamẽtorum inſcripſimus. dictum eſt & in libro De uictus ratione attenuante. Itaq; tempus iam eſt ſermõe ad eos qui ex morbis conualeſcunt tranſeamus: in quibus nec cauſa

A præter naturam ulla, nec diſpoſitio, ſed ſola cum infirmis uiribus gracilitas ineſt. Quamobrem ſic quoq; affectorum deductio ad naturę ſtatum, educatio eſt, ac corroboratio, quæ ex cõmodis motionibus, atq; alimentis exultat. Materias porrò uel hic, per quas motus ac nutritiones erunt, per ſalubrem tractatũ aperui. Verum ne præſenti quidq; ſermoni deſit, nunc methodus quoq; ſalubris dicetur cõmentatiõis uniuerſę, nedum eius qua ad analeptice, hoc eſt refectrix appellatur. ac primum quodnam genus eius ſit, num id quod præſentem ſtatum tuetur, an hoc ſolo à curatorio differat, ꝙ correctionem in paruis moliatur. haud enim ſane priorem ſeruanti habitum corpori, prę ſide arte opus fuit: ſed ipſum hoc cauſa eſt, ut ſcientiam, quę

B prouideat, requirat: nempe ꝙ labefactet, nec quale ante erat permaneat. Si igitur ſolum hoc ipſum quod eſt uacuari diſflariq; contingit, cibus & potus quod deeſt ſupplebunt. ſin aũt uel copia ſubeſt humorũ, uel praua excrementa, exercitationũ ipſarum uſus exigetur, quæ eò ſpectent, ut euacuent, purgentq; humorem, & concoquãt excrementa. præterea & cauſas uitent uniuerſas, quæ ipſam corrũpere ſanitatẽ poterũt, algorẽ, ęſtum, laſſitudinem, incoctionẽ, ebrietatẽ, inſomniã, triſtitias, iras animos, & alia quęcũq; id genus. haud eñi ſermone etiamnũ ſingillatim euagari oportet, iam cõpleta quam propoſuimus hypotheſi. Inſtitutũ enim eſt, non fuſa explicatione De partibus medicinæ omnibus diſſertare, uerum quo pacto à finis no-

C tione, ut aliarum quæuis artiũ, ſic & huius conſtitutio fiat oſtẽdere. Et uero quoniã id executi iam ſumus, medicinæ ſermonẽ per capita uniuerſum repetamus, cõtinuo & quam ad alias quaſcũq; effectiuas proportionem habeat oſtendentes. Eſt ergo medicina una effectiuarũ, non ſimpliciter tamẽ, perinde atq; ędificiaria, lignaria fabrica, arsq; textoria, ſed ut reparatrix collapſę domus, ac lacerarum ueſtiũ ſartrix. Verum quoniam & harũ ipſarum duplex oſtenſa eſt conſtitutio, ipſo per ſe interim artifice exemplum generante, quandoq; extrinſecus exiſtens cõtuente, ex ſecũdo genere medicam artem demonſtrauimus. nõ enim ſuũ ipſa exemplum format: totũ uero ipſum per diſſectionem diligenter cõtemplata, quod labefactatur e-

D mendare nititur. Cæterũ à prædictis partibus eo diſtat, ꝙ maxima ex parte naturæ operanti ſubminiſtret: ſpeculationem tamen omnem ex qua progrediens medicus corrector miniſterq; eſt, effectiuis alijs artibus adepta eſt pro portione conſentaneam. nam & partiũ ſimilarium ſubſtantiam nouit, & inſtrumentaliũ generationis modum. prętere a & affectuum inuentionem ſimiliter, & pro quoq; eorum ſcopos confecit curationis.

FINIS

Claud.

CL. GALENO ADSCRIPTAE FINITIONES MEDICAE.

BARTOLOMAEO SYLVANIO SALONENSI INTERPRETE.

F

INITIONVM tractationem cum medicis omnibus, tum uel maxime introductitijs iuuenibus lõge utilissimam decreui, ut medicorum optime Teuthra censuisti, colligere ac scriptis mandare. Cum enim medica ad usum uitæ ars conferat, sitq; ad hominum salutem inuenta, ac pulchra, nec pauca præcepta contineat, neque eam assequi facile esse uideatur, utilissimæ erunt finitiones: ut quæ multa docere paucioribus possunt. Optimum enim in artibus scientijsq; omnibus genus docendi id est, quod non uerbosa oratione, atque in infinitum excurrente, sed paucis contenta perbelle dignoscitur. Veteres quidem, quiq; ante Hippocratem fuere, in quorum nos uolumina incidimus, nec aliqua finiuerunt, quæ ad artem pertineãt, nec libros cõplures, sed paucos admodum reliquere. His igitur iure laus debetur, quòd animum applicuerint primi: ac uitæ emolumentum aliquod inuenire studuerint. Post hos uero exortus Hippocrates medicinam literis prodidit, finiuitq; eã in libello De arte: ille nimirum, qui semper bonorũ auctor ac princeps fuit: cuius apud Græcos omnes memoria in æuum durabit: quandoquidem publice est de omnibus bene meritus. Cæterum qui ab ijs temporibus extitere, finitiones perscripserunt: tametsi ne ij quidem omnes. Sedulam autem in ea commentatione operam nauasse uidentur sectatores Herophili, & Apollonius Memphites: & præterea Athenæus Attalensis. uerũ hi quoq; nec decenti usi sunt ordine, nec tractatum composuerunt: sed in libris conscripsere passim. nec ea præterea plene descripta sunt. non enim omnia quæ ad medicinam spectant finiuere. Porrò quòd uera cõmemoremus, licet dictorum uirorum libros euoluentibus discere. Nos uero longũ sermonem ingressi, finitionesq; à maioribus proditas ad uerbũ describentes, iustum ipsis imponemus ordinẽ: & si quæ ab antiquioribus dictæ non sunt, cõficientes ipsi, construentesq;(ut tu quoq; operæpreciũ esse censuisti) absoluta collectanea concinnabimus. His ego bone Teuthra mihi persuadeo nec fuisse iuuenibus instituendis, nec fore utiliores. atq; hæc hactenus. Primum autem necesse est dicamus quid sit utilissimum, ac doctrinæ ordini maxime conueniat: & quid ipsa finitio sit aperiamus: tum finitiones dehinc subnotandæ.

Finitio igitur, seu Græce ὅρος, ex nonnullorum sententia, est oratio, quę quale sit illud de quo sermo est declarat. finiri aũt & hoc modo potest, Finitio est oratio mentis cõceptionis. quidã sic quoque finiuerũt, Finitio est oratio, quæ perfectionẽ per resolutionẽ adipiscit. Finitio, est, quę nos breui submonitione in rerum uocibus subiectarũ notionem ducit. uel, Finitio est oratio, quæ ipsum esse declarat. uel oratio quæ nobis intelligentiã rei indicat ac palam facit.

B

Diffinitio uero, quam scilicet Græci διορισμὸν uocant, est rei, quę uelut uniuersaliter dicitur, sed uniuersalis non est, per appositionẽ ad uniuersale deductio. Descriptio, est oratio, quæ rudius ac quadam ueluti formula ad declarandæ rei notitiã introducit. alij sic, Descriptio, est oratio, quæ res per rudem imaginem repręsentat. Scientia, est comprehensio certa & firma, neq; à ratione decidua. licet & hoc modo finias, Scientia est habitus, qui opinionem præbet ex uisionibus haud ratione deerrãtem. Ars, est comprehensionum globus cõmeditatarũ ad finem aliquem rerum quæ sunt in uita, perutilem. uel sic: Ars est commeditatarum globus comprehensionum ad unum finem relationem habentium.

C

Hippocrates in libello De arte, medicinam ita finiuit: quam primus quoq; medicinam nominat. esse enim, inquit, à morbis prorsus uindicare laborãtes: & morborum obtundere uehementias: & morbo profligatis manum nõ admouere: intelligentes compotem [non] esse omniũ medicinã. plures hoc pacto finiuere: Medicina, est ars quę præest sanis uictus ratione regendis, atq; ęgrotis curãdis. Secta, est decretorum multitudinis assensio artificiose cõstructorum, atq; ad unum finem relationẽ habentiũ. aut sic: Secta, est decretorum multitudo, quæ tum se mutuo consequũtur, tum cõsequi apparẽt, aut putantur. possit & ita quispiã dicere: Secta, est dogmatum multitudinis consensus, quæ se inuicem & apparentia cõsequũtur, aut cõsequi existimantur.

D

inuenitur & finitio huiusmodi quædam: Secta, est assensio dogmatum multitudinis, quę tum ad seipsa, tũ ad apparentia cõsequentiã habent. uel ita: Secta, est assensio ex dogmatum multitudine, sequelam inter se ad unum finem habentium. Decretum seu dogma, partim proprie, partim cõmuniter dicitur: cõmuniter, rei consensio in actu: proprie autẽ magis, rationalis secta dogmatica uocata est. Medicinæ sectę duæ sunt primæ, Empirica, & Rationalis. & tertia Methodica. Quartam aũt sectam inuenisse uidetur Agathinus Lacedæmonius: quam Græce ἐπισυνθετικὴν, quasi supercompositiuam dixeris, nominauit: nõnulli uero hecticen, id est, habitricem appellarunt. Est Empirica

secta earum rerũ, quæ sæpissime numero, ac secundum idem atq; eodem pacto quodammodo uisæ sunt. Rationalis aũt secta scientia atque operibus constat, quæ hanc in medendo cõsequuntur. Methodica, est ratio quæ ab apparente progreditur, & incõperti comprehensionem facit: ut si sunt sudores, sunt exigui cutis meatus. apparẽs enim res sunt sudores: esse aũt meatus incompertũ est. Syllogismus est ratio, in qua positis quibusdam aliud quidpiam ab ijs quæ posita sunt, quod antè ignorabatur, per necessitatem colligitur. Epilogismus est ratio quę id quod ab intelligentia diuertit in firmam certamq; notitiam adducit. Speculamẽ, seu potius Græce Theorema, res est uniuersalis, quæ medicinæ fini consequens ponitur. uel proloquiũ uniuersale medicinę cõpletiuum, uel Theorema est id, cuius cõtrarium raro euenit. Opinabile anceps, quod Grȩci ἀμφίδοξον uocãt, est id cuius perinde euenire cõtrariũ potest. Finis, est cuius gratia res medica administrat̃. aut hoc modo: Finis, est id, ad quod quæcunq; medicæ artis sunt referuntur. sic quoq; finias licet: Finis in medicina, est id, qd̃ si assequuti fuerimus, nihilo pręterea egemus. Cõsummatus medicus est is, qui in speculatione & actione numeros omnes expleuit. Optimus est, qui oĩa in medicina rectâ agit ratione. Homo est animal rationale mortale mentis capax & scientię. Anima est substãtia animata sensu prædita, quę impetu mouet̃ ac uoluntate. Anima est substantia incorporea, quæ per se ex Platonis sententia mouetur. Stoicis uero, corpus tenuium partium, quod ex seipso pro seminis mouetur rationibus. ut autẽ opinio fert Aristotelis, entelechia seu perfectio instrumẽtarij corporis uitã facultate obtinẽtis. Corpus, est magnitudo triplici dimensiõe cõstans: quippe cum longitudinẽ in seipso, & profunditatẽ, & latitudinẽ habeat. uel magnitudo ex spatijs tribus cõsistens. Elementũ, est ex quo primo & simplicissimo progenita omnia sunt, & in quod simplicissimũ resoluentur. Athenæus uero Attalensis in tertio uolumine ita inquit: Elementa medicinæ, uti nõnulli arbitrati ueterũ sunt, calidum, & frigidũ, & humidum, & siccũ: ex quibus homo primis apparentibus & simplicissimus minimisq; est constitutus, & in quæ ultima apparentia & simplicissima ac minima resolutionẽ capit. Elemẽtatio est, eorundẽ doctrina secundũ idẽ, eodemq; modo. alij sic: Elemẽtatio est, forma † ab elementis ad finem. Cõstant corpora nostra ex solidis & humidis & spiritibus. Solida sunt ossa, cartilagines, nerui, musculi, uenæ, arteriæ, & quæ in cõtectu sunt uiscera. Humida, humores, & excrementa. Spiritus uero, natiuus calor est in corde desitus. Anatome, hoc est dissectio cõsectiõue, abditarum partiũ speculatio est. Cõsectionis species duę sunt, altera quam de industria aggredimur, altera quæ casu euenit. per industriam constat ea quã tradũt dogmatici partiũ occultarũ gratia uel in uiuentibus, uel in mortuis: & uel in totis, uel in partibus. casu eueuit, ex ijs quę cõtingũt: ut ex uulnere magno accepto. soli aũt hac utuntur empirici. Chirurgia, est intrepidarũ manuum celer motus cum experientia. uel actio in medicina, per manus artificiosa, cõuenientis finis cõpos. Pericrania, membrana est neruosa totam caluariam complexa. Meninges, sunt quæ cerebrũ ambiunt corpora neruosa arteriosaq;. Cerebrũ est album, molle, uelut è spuma quadam concretũ, humidum & calidum. Cerebellũ, secundum locũ à cerebro obtinet, similis cum eo naturæ, ac caloris. Dorsi medulla cognata cerebro est, cæterum pinguior, candidiorq;. Oculi, sunt qui ex quatuor constant tunicis, neruosi, sensum obtinentes subiectorũ colorum, magnitudinũ, ac figurarum. Aures, neruosę & chartilaginosę, quæ uoces earumq; differentias sensu dijudicãt. Nares, neruosę, chartilaginosæq; sunt, odorum perceptrices. Lingua, uenosa est, & carnosa, suppinguis saporũ gustatrix, adiutrix deglutiendo alimento. Larynx, chartilaginosus est, per quẽ spiritũ attrahimus, uoci cõcinnandę alioqui deseruiẽs. Pulmo, est arteriosus, ex leuigatis, asperisq; cõstans arterijs, fungosior, respirandi instrumentũ. Thorax, est ex uenis, & arterijs, & neruis ad respirationẽ incitandã à natura constitutus. Cor, neruosum, musculosum, uenosumq; est, habetq; arterias coni figura, suppingue, ex quo arterię exoriunt̃, ac uenę, per quas sanguis, ac spiritus immittunt̃. Septum transuersum est neruosum, uiscera quę in thorace ab ijs quę sub thorace sunt dispescens ac separãs. Iecur substantia uenosum est, & calidum, ac sanguine afflũes, primamq; generationẽ sanguinis plurimã molitur. uentriculo quoque ad concoctionem obeundam præstò est, sua ipsum propinquitate concalefaciens. Lien, uenosus est, arteriosusq;, qui cũ tenuia uasa, atque inter ea cauitates multas obtineat, ob id rarus laxusq; est. Stomachus, neruosus est, & arteriosus, instrumentũ appetitus, ac deuorationis. uel etiã meatus humidi sicciq; alimẽti. Ventriculus, neruosus, alimenti humidi & sicci receptaculũ est, ad id concoquendum pręparatus. Intestina, neruosa sunt, alia ad excipiendũ, alia ad excernendũ recremẽtũ progenita. Renes, carnosi sunt, carne cõstãt friabiliore, isthmi humidi excremẽti, ac uelut lacunæ à natura cõditi. Vesica, est neruosa, humidi recremẽti conceptaculũ, eiusdemq; excernẽdi instrumentũ. Testes, carnosi, perfragilesq; sunt, humidi & calidi, meatibus contenti seminis, qui parastatę à Grȩcis dicuntur, concoctioni opitulantes. Parastatæ, sunt (quasi latine astites nominentur) qui ex uena & arteria constant in unã naturã consertis, semen confouentes. Matrix, id est uulua, foris neruosa est, intus carnosior, uas fetus gestãdi. [hęc à Græcis ὑστέρα quoq; appellatur, quòd ὕστατον, id est postrema sit partiũ omniũ.] Excretio, est delatio excrementorum corporibus adhęrentium. Stercus, est expurgamentũ alimẽti in cõcoctionis, digestionisq; consummatione discretum. Vrina, est superfluitas excolata sanguinis in magna uena, quę per renes, & ureteras in uesicam delabitur. [aliter.

Forte pro εἶδος, id est, forma legendum ὁδὸς id est, uia.

Vrina

Vrina, est excremētum, quod in iecore gignitur, discernitur in renibus, per ureteras in urinariam uesicam deriuatur, excerniturq; inde per eius collum, οὐρήθρας nomine Græcis appellatū ex eo, ꝙ per eam urina deferatur. Efficiens causa est urinę, sanguinis generatio in iecore * supprimitur, uel per sanguinis in grumulos concretionem, uel ꝙ genitalium meatus concidat ac cohærescat, uel ob renum consensoriū affectū, uel propter ulcerationem. Vrinæ suppressionis appellatio prima, est ischuriasis * urina retinet. secunda, dysuria, quę urinā quidem * tertia, stranguria, ex eo dicta, ꝙ urina στραγγωδῶς, id est guttatim destillet] Humores quatuor sunt, ex quibus animal cōsistit, sanguis, pituita, biles duæ, flaua, atraq;. hęc enim medicorum filij uocāt elementa: quādoquidem sanguis, calidus, humidus, dulcisq; est. pituita, frigida, humida, salsa, glutinosaq;. flaua bilis, calida, & sicca, acrisq;, ac mordax. atra uero, sicca, frigida, acida, atq; grauissima. Sanguis calidus est & humidus, in uenis copiosus, in arterijs paucior, ex quo alitur animal. Pituita, frigida est & humida, ad ciborum deuorationem, et articulorum motum à natura subiecta. Bilis flaua, calida est & sicca, ad stomachi robur, ac uētris excretiones comparata. Bilis atra, frigida est & sicca, uti diximus, & acida, & grauissima. sedem habet in liene: mista autem in sanguine est. itaque ab eo secernitur, ne crassus, ignauus, ac digestu difficilis reddatur. [Quatuor prȩterea melancholici humoris differentiæ sunt: primus est elementarius: dein qui ex superassata flaua gignitur bile, quem bituminosum quoq; nominamus, quòd bituminis instar splendeat: & qui ex terrificata, seu putrefacta pituita oritur: & qui ex fœculento sanguine consistit. Bilis flauæ sex discrimina habentur: bilis elementaria, uitellina, glastea, porracea, æruginosa, & pallida. Pituitæ differētiæ, dulcis, salsa, & qualitate carens. Humores item tribus modis in uentriculo degunt: nam aut innatant, aut imbibūtur, aut inducuntur.] Mucus, est expurgamentum cerebri, quo pars animæ princeps leuetur. Sudor, est tenuis ac serosæ colatura humiditatis sanguini immistæ. Vena, est uas sanguinis, & sanguini contemperati spiritus natiui, neruosa, humida & calida, sensum obtinens. [habet tamen sanguinis plus, natiui spiritus minus] Arteria, est uas sanguinis paucioris, puriorisq;, & contemperati spiritus genuini copiosioris, ac tenuioris, calidior & siccior, ac sententior quàm uena, pulsatili motu prædita. [aliter, Arteria, est corpus cauum, dupli ci constans tunica, * spiritum uitalem suppeditās. excipit & purum aerem, dum contrahitur: cum attollitur, fumosa excernit ac fuliginosa: & cor ac naturæ calorem refrigerat. Vsus igitur pulsus is est, ut per aerem refrigeret aeris quoque ipsa substantia, quòd spiritui nostro addatur, generatio, additioq; est spiritus animalis.] Neruorum tres differentiæ sunt: qui enim ex cerebro, & dorsi oriuntur medulla ij proprie nerui: qui ex

A musculis, tendones: qui uero ex ossibus, ligamenta appellantur. Nerui, qui à cerebro eiusq; membranis communes expullulant, sicciores uenis, ac minus calidi, & arterijs sentientiores sunt, ac uoluntarios motus absoluunt: qui autem ex ossibus prodeunt, articulos, & corporis membra colligāt, ac continent. Musculi, sunt neruosa corpora, permista ijs etiam carne, ad partium corporis motum procreati. Periosteæ membranæ, sunt inuolucra tenuia, fibrosa, uelut indumenta ossium à natura conditæ. Pinguedo, est affusio alimenti, circa mēbranas maxime concrescens, sensu carens. Caro, concreta, ex sanguine est, humida & calida, mollitudinemq; corpori adhibens. Medulla, in ossibus est, eorum cauitatibus contenta, pinguis, ac sensu

B uacans. Chartilagines, corpora sunt terrosiora, ac sensus expertia. Ossa, sunt corpora sicca, & terrestria, & frigida, nec sensum obtinētia. Dentes, sunt qui cibum diuidunt, atque conficiunt, nōnihil & ad uocis articulationem conferentes. [Vraniscus, id est, paruum cœlum, quod latine palatum dicitur, pars est oris superior, à cœli similitudine nomen accipiens. Gargareo, seu columella, carūcula est à faucibus dependens, uocis instrumentum. Præsepiola, siue alueoli, sunt cauitates ossium in quibus dentes firmantur.] Vngues, sunt neruorū terminatio, decoris gratia progeniti, ac quo facilius quidquā sit apprehendere digitis. alij sic, Vngues, sunt cutis concretio sicca & frigida, ac sensus impos. Pilus, est corpus frigidum & siccum,

C sine sensu, ad tutelam, ornatumq; genitus: [ornamenti quidem gratia, in capite & mento: in genis autem, & supercilijs, ad usum. oriuntur in capite plurimi, ob cutis siccitatem: ac fuliginosorum copiam excremētorum: quæ sursum ab infernis partibus ad ea loca mittuntut. Densantur porrò his de causis in ætate uigentibus. tum ꝙ excrementorum copia præditi sint, tum ꝙ cutis meatibus constent amplioribus: nec sit in ijs cutis arida nimis uel mollis. contrà uero in pueris, quoniam nec fuliginosorum excrementorum subest multitudo, neque facti sunt in ijs meatus: magisq; ob angustiam id genus meatuum. Cæterum caluescunt homines duabus de causis, ob siccitatem exuperantē, ac pilis conuenientis alimenti defectum.]

D Cutis, est corpus neruosum, ambitum corporis honestamenti gratia totum operiēs, ac noxijs causis arcēdis procreatum. Semen, est uis in humido conspersa, rationem huius continens: quæ uis, si congruas nanciscatur rationes atque materias, in hominis generationē explicat. uel aliter hoc modo, Semē, est humor in uasis, quę à testib. exoriuntur, contētus, calido spiritu cōstans, ex quo nasci hominē licet. uel, Semen, est spiritus calidus in humido, q ex seipso mouetur, ac gignere tale potest, quale id à quo emissum est. [uel auulsum materialis animæ partis cum spiritu humido.] Zeno autem Citieus ita finiuit, Semen est hominis abstractum ac maiorū generis mistura, quod homo cū animæ parte humida transmittit, utique tale existens

stens, quale id à quo excretũ est. Natura, est ignis artificialis, qui uia in generationem tendit. [mouetur⁊ ex seipso efficaciter] siue, ut Plato inquit, ars diuina. uel Natura, est uis, quę ex seipsa mouetur, auctor formationis, generationis, perfectionisq;. Dicitur natura & uniuscuiusq; rei temperamentum atque habitus. motus quoq; per impetũ excitus, & quæ animal moderat̃ natura facultas nuncupatur à physicis uiris, Hippocrate inquã & Galeno, utique naturæ, ac medicinæ peritissimis. Natura item, est spiritus calidus, qui ex sese pro seminarijs rationibus mouetur, quiq; in pręfinitis certisq; temporibus, ac magnitudinibus homines generat, perficit, atq; conseruat. Habitus, est spiritus continens partes ac cohibens. Appetitus, est [cibi & potus] desiderium, inquisitioq;. Deuoratio, est solidi, & humidi in uentriculum attractio, quę à stomacho fit. uel hoc pacto, Deuoratio, est ingestio humidi, solidiq; alimẽti, quæ ex ore per stomachum in uentriculum fit. Concoctio, est mistio, & succatio, uel ut elixatio alimenti in uentriculo, atque intestinis, in digestionem per mutationẽ absoluta. aliter, Concoctio, est confectio alimẽti per mutationem in uentriculo, & intestinis. uel sic, alteratio prompta ad sanguinis generationẽ, quæ à natura fit per caliditatem, elixationi similis. Concoctiones alimenti fieri putat Hippocrates à calido innato: Erasistratus contritione, & molitura, & amplexu uentriculi, & adscititij spiritus proprietate: Empedocles autem putrefactione. alij, quemadmodum & Asclepiades Bithynus, ex crudis fieri digestiones affirmarunt. idem quoque animam esse quinq; sensuum exercitationem dixit. Sanguificatio, est mutatio alimenti in sanguinem. Digestio, est concocti, & confecti, & in sanguinem conuersi alimenti in corporis particulas omnes & partes attractio, quã natiuus calor molitur. quidam hoc modo, Digestio, est concocti alimenti in totum corpus attractio, quam naturalis obit calor, cum propria mutatione confectioneq;. Auctio, est profectus corporum in lõgitudinem, latitudinem, & profunditatem. Nutricatio, est additio, quę corporibus in circuitum, ac latitudinẽ fit. Aetates quatuor sunt, prima iuuenum, secunda uigentium, tertia mediorum seu cõsistentium, quarta senum. Iuuenes, temperatura calidi & humidi sunt, ac similes ueri. Vigentes, calidi & sicci, eandem cum æstate temperaturam adepti. Medij, frigidi & sicci, autumno consimiles. Senes, frigidi & humidi, ac similes hyemi. Redundat sanguis iuuenibus: flaua bilis uigẽtibus: medijs atra: pituita senibus: quoniam innatus calor est iuuenibus multus: uigens uigentibus: medius medijs: senibus paucissimus. Iuuenta, est in qua augescit animal, calore atque humore in ipso incrementũ capiente: quo tempore & æqualia alimentis delibamenta sunt: aut eo quod desit, plus est quod adgignitur. Vigor, est ætas, in qua auctum perfectumq; animal est, absolutis in eo calote atq; humore: paremq; ijs quæ dimanant cum ijs quę ingeruntur modum obtinẽtibus. Senectus autem, est ætas, in qua deminuitur animal ac deficit, decrescentibus in eo calido & sicco, frigido autem et humido augescentibus. Respiratio, est motus thoracis & pulmonis. eius partes sunt expiratio & inspiratio. uel hoc modo, Respiratio, est attractus aeris per os & nares in cerebrum, & in cor per fauces atque pulmones. eius uero aeris nonnihil & in uentriculũ aduenit: atque ex accepto portio quædam exigua in aerem ambientem retribuitur. Perspiratio, seu difflatio, est attractio aeris præter uoluntatem, à naturali calore per cutem simul cum demeantibus facta. aliter, Perspiratio, est aeris ex corpore attractus cum naturali appetitu per totum corpus, & rursus per uias ac meatus excretio. Pulsus, est cordis, & arteriarum naturalis dilatatio, atque cõtractio. sunt autem partes pulsus dilatatio, & contractio. uel sic, Pulsus, est cordis, & arteriarum, & cerebri, eiusq; membranarum naturalis, ac pręter uoluntatem motus, per amplificationem, cõtractionemq;. potes & ita finire, Pulsus, est caloris, qui in corde, & arterijs continetur, naturalis motus, nec à uoluntate proficiscẽs. [alij sic, Pulsus, est cordis, atq; arteriarũ naturalis per dilatationem ac contractionem motus, ad innati caloris refrigerationem, & uitalis incrementũ roboris, & animalis spiritus generationem, uel, Pulsus, est uerax eorũ nuncius quæ in profundo delitescunt, & uates obscurorum, & incertorũ index, motu cõcinno, ac musica percussiõe dispositionẽ pręnũciãs inuisibilẽ. Pulsus aũt genus, est motio, quę nec sedari potest, nec à uolũtate progreditur, in sempiterni motus distentione ac contractione cõsistens, atq; in corde, & arterijs principiũ obtinẽs. Arteria uel circulariter mouetur, uel in rectũ. constat in orbem non moueri. ꝙ autem neq; in rectum agatur, hinc planè noueris. à loco in locum demigrant quæcunque in rectum mouentur: finemq; obtinent motionis. non ergo in rectum mouetur. quòd si, cum duo sint motus, neutro cieatur, non igitur mouetur. at enim mouetur: atq; misto dicimus motu agitari, circulari, & recto. Porrò an mista huius motio sit, rationabilis demonstratio est centrum. centrum appello mediũ punctum, à quo sese dilatans arteria foras erumpit, & ad quem rursum se contrahens redit. hac igitur ratione moueri in rectum uidetur. ex eo autẽ, ꝙ in orbem perpetuò agatur, speciem nobis inuehit circularis motionis. Motio sex modis conficitur, per generationem, corruptionẽ, augmentũ, decremẽtum, alterationem, atq; à loco in locum translationem. Pars princeps animæ, est ea, quæ toti præest animantis gubernationi, in cerebri penetralibus, ac basi constituta. quidam hoc modo] Pars animæ princeps, ea habetur, quæ partibus animæ pręest, ac ueluti regina dominatur atq; imperat, et in cerebri basi sedem obtinet. Pars autem famulatrix, principi subdita est atque ancillatur, in reliquo corpore collocata. Sensus, est affectus animę per corpus, nuncius rei quę mouere idonea est. est

enim

enim ſenſus agens facultas. Senſorium, eſt inſtrumentum, quod ſenſum aliquem creditum habet. Senſibile, quod ſub ſenſum cadit. Senſu uero præditū, eſt ipſum id quod ſentit: uerbi gratia, Senſus, eſt uiſus, guſtus, olfactus, ac ſenſus reliqui. ſenſorium, uel oculus, uel naſus, uel lingua: quæ & ſentiendi inſtrumenta nuncupantur. ſenſile, lignum, uel lapis, uel paries, uel columna, & quęcunq; ſenſibus ſuccumbūt. ſenſus autem compos, Theon, & Dion, & quęcunq; ſentiunt animalia. Senſus quinq; ſunt, uiſus, auditus, guſtus, odoratus, tactus. Miniſtrāt porrò hi famulanturq; animæ, ut Aſclepiades Bithynus affirmat: quā proinde eſſe quinque ſenſuum exercitationem dixit. Viſus, eſt qui fit per oculos, contemperato in ipſis tenui ſpiritu, pupillæ locum potiſſimum obtinēte, per quē uiſoriæ apprehenſiones fiunt. [uel Viſus, eſt facultas aeriæ ſubſtantiæ, ſplendoris ſpeciem referens. Contuitus autem, actiuus eſt.] Auditus obitur per ſpiritum auribus temperanter inſertū, ſicciorem magis quàm tenuiorem, quo auditorię apprehenſiones efficiuntur. Olfactus abſoluitur ſpiritu in naribus contento uliginoſo halituoſioreq;, per quem olfactilium fiunt apprehenſiones. Guſtus, eſt qui fit ſpiritu linguæ inſito magis humidiore. Tactus, eſt qui per ſpiritum corpus permeantem perficitur, quo apprehenſiones fiunt corporeæ. Tranſitiuus motus, eſt animaliū, qui per appetitionem fit, parte nimirum animæ principe auctore, ſpiritu uero, qui cum neruis extenditur, transferendis membris ſubminiſtrante. Vox, eſt quę fit per principis animæ motum, ſeſe ac ſpiritū ſimul per fauces uſq; in pulmones & linguam extēdentis, nempe ijs uicinū aerem diuerberantibus. Memoria, detentio conſeruatioq; in anima eſt earum rerum quas antea obſeruauimus. nōnulli hoc modo, Memoria, eſt præteriti comprehenſio, cuius pręſens fuit ex ſenſu perceptū. Recordatio, eſt cū præter cætera ſpacio multo temporis interueniēte rurſus cogitatio oritur adeo, ut quę prius animū mouere ad memoriam reuocētur. Somnus, eſt remiſſio animæ ſecūdum naturam à finibus ad principatum. uel Somnus, eſt animæ delatio ſecūdum naturam à finibus ad principium. [alij ſic, Somnus, eſt quies, uacatioq; ab animarijs actionibus: conciliat hunc utilis materia quę ex ſtomacho in cerebrum colligitur, quæq; magis humidior ac mediocriter calidior eſt.] Vigilia, eſt extenſio animæ à principio ad corporis partes omnes, atque particulas. Sanitas, eſt humorū primorum, qui ſecundū naturā in nobis ſunt, proba temperies. aut naturaliū uirium actio minime impedita. uel Sanitas, eſt cōmoda quatuor elemētorū temperatura. conſtat namq; animal ex calido, frigido, humido, ſicco. quidam hoc pacto, harmonia, ſeu concinnitas conſtituentiū hominem calidorum, frigidorū, humidorum, ac ſiccorum. Accidunt porro ſanitati pulchritudo, bonus habitus, integritas. Pulchritudo quidem, non qualis comptricis artis per faciei illinimenta, capillorumq; infecturam, ac ſimi

A lia uendicatur. Bonus habitus, non qui à gymnaſtica, ſed qui per ſanitatis conſequetiam conſtituitur. Integritas uero, eſt cunctarum partium numeris omnibus abſolutarum roboratio commenſuratioq;. Quibus itaque adeſt pulchritudo, ijs bonus color, proportio membrorum, ac cōcinnitas ſuppetunt. eſt enim pulchritudo, proportio membrorum cum coloris probitate. Sanitas à bono habitu eo differt, quòd ſanitas bonus habitus eſt commoderatus. habitus autem bonus ſanitas intenſa: bonus uero exercitatorū habitus ne ſanitas quidem eſſe poteſt. Corporis uirtutes, ſunt ſanitas, robur, pulchritudo, integritas. Animi uero, prudentia, modeſtia, fortitudo, iuſtitia. Sanitas porrò modeſtiæ proportione reſpōdet. eſt enim ſanitas, me-
B dia primorū temperatura, cōſtitutioq;. Modeſtia autem, eſt purum ab omni affectu animum reddere: nempe uoluptate: metu: triſtitia: libidine. quam ob cauſam animi motus imperturbatos tranquillosq; exhibet: eſtq; hęc animæ conſtitutio, ac ſanitas. Rurſus proportiōe robur corporis, animi fortitudini conſentit: eſt enim Robur, firmitas, ac uis inexpugnabilis corporis ab ijs rebus, quę corrumpere corpus cenſentur. Fortitudo, animi robur, et ſtrenuitas ad ea perferenda, quæ mortis: laboris: ærumnę: ac denique omnium, quę grauia: & terribilia eſſe uidentur, ſpeciem impenſius pręſe ferunt. Similis autem iuſtitia rurſus pulchritudini uidetur. pulchritudo namq; in membrorum ſymmetria cum coloris bonitate intelligitur: iuſtitia
C autem, in eius commenſuratione, quod in re quaque exuperat. cuique enim pro dignitate tribuit: ut dijs: parentibus: cognatis: amicis: familiaribus: ciuibus. Prudentiæ uero integritas cōfertur. hęc enim corporis membrorum: prudentia autem, rectarum animi comprehenſionum conſummatio eſt. Secundum naturam ſanitas eſt. Præter naturam morbus. [Quod autem eſt natura, id nec ſecundum naturam, nec præter naturam iam eſt: ut gracilis admodum, ac ſiccus: uel craſſus iam, & prępinguis: uel qui naſo eſt adunco, aut ſimo: uel cæſiis oculis: uel qui uarus, aut uatia eſt. nam qui ita ſe habent] nō ſunt ſecundum naturā affecti. nā ſymmetriā euaſere. uerum nec pręter naturam rurſus. non enim impediuntur functionibus admini-
D ſtrandis. Eſſe autem non natura eiuſmodi eſt, ut neq; ſecundum naturam, neq; pręter naturā, neq; natura exiſtat. tales ſunt uitiliginoſi: aut acrochordonibus, myrmecijs'ue, ac ſimilibus præditi. hęc enim neq; ſecūdum naturam ſunt mala: ſiquidem à naturali ſtatu exceſſere: neq; uero pręter naturā, cum naturales minime impediant actiones. uerum neque natura ſunt. non enim ea fuere à principio genita: neq; à prima generatione conſtitere. non natura ergo ut ſint relinquitur. Enimuero quod conſtat natura, ei quod ſecūdum naturam, & quod non natura, ei quod præter naturam habet, ratione proximum eſt. Partes itaque ad uiuēdum progenitę proprię ſunt cerebrū, cor, pulmo, iecur, uētriculus. offenſis eīn ijs animal protinus,

aut

aut postmodum interit. ad commode autē uiuendum, ac citra molestiā, doloremq́, oculi, manus, pedes, & partes corporis reliquæ. hę namq́ si affliciantur, uiuit animans quidem, at minus feliciter uiuit. Aegrotatio, quę Græcis νόσος uocatur, est primorū intemperies, quę secundum naturā consistunt. uel intemperies insitorū nobis humorū. uel naturaliū facultatum pręceditio. uel uersura corporis ex eo quod secundum naturā est in id quod pręter naturā se habet. uel Aegrotatio, est primorum intemperies, in qua siccum, aut frigidum, aut calidum, aut humidū præualet. Aegrotationi opportunissimæ constitutiones corporū ex partibus constant temperatura cōtrarijs: quemadmodū optimæ corporum structurę sunt quidem ex instrumentalium symmetria, similarium autem proba temperie constitutæ. Affectus, est impeditio functionis alicuius naturalis, aliquarumue. Herophilei hoc modo, Affectus, est qui nō semper eodem tempore soluitur: sed in breuiore quandoq́, interim & longiore. Morbus, quod Gręci νόσημα appellant, est habitus ægritudinarius totius corporis, aut partis. Morborum alij acuti sunt: alij peracuti: alij diuturni: quidam continui: quidam intermittentes. Acuti sunt phrenitis: lethargus: pleuritis: peripneumonia: [febres ardētes: continentes: tertianę.] Peracuti, synāche: cynāche: apoplexia: cholera: tetanus. Diuturni, tabes: renū morbus: articulorū: aqua inter cutē: marcor: comitialis morbus: & similes. Cōtinui, hemitritęa: typhodes, id est succēsa, quę sic uocat̄ febris: & ardēs. Intermittētes uero, sunt tertiana: quotidiana: quartana: quintana: & quę his similes sunt. Morborum pręterea quidā acuti sunt & cōtinui: ut ardētes febres: phrenitides: pleuritides. hi enim acuti cōtinuiq́ sunt. Nōnulli neq́ acuti, neq́ cōtinui: quales diuturni. Febriū occasiōes quatuor sunt: quas etiā tempora nominamus, irruptio, auctio, uigor, declinatio. Hippocrates nouem morborū differētias nouit, acutū, peracutum, malignū, diuturnū, mediū, exitialem, euasoriū, periculosūm, periculo uacātem. Peracutus affectus, est facultate, & specie maior, difficiliorq́ acuto, qui in nouē diebus fermè iudicatur. hunc etiā acutissimū appellare consueuit. Malignus morbus, magnus, grauisq́ est potestate, specie uero imbecillis, nec tēpora certa habet iudicatiōis. Diuturnus morbus, est q in peius mutat̄ ac melius, in mēsibus, annisq́ iudicat̄, aut etiā cū homine interit. Medius morbus, q̄ inter diuturnum acutumq́ est, is quoq́ in melius ac deterius cōmeat: atq́ in sexaginta ferè, aut octoginta diebus iudicat̄. Exitialis est morbus, qui prorsus exitiū affert, uel breui, uel in plurimo tēpore. Euasorius est morbus is, qui nunq́ fit perēptorius. Periculosus, qui ad perniciē & salutem æquale habet momentū. is anceps quoq́ dici, aut ambiguus potest. Periculo caret morbus, qui semper ad salutē, quantū in ipso est, uergit, idemq́ potestate cū euasorio est. Morbus imagine uel specie magnus, est ut uulnus in carnosis locis multū spatij occupans.

A magnus autem re uel effectu, ut punctura in neruo, uel musculo, quę parua uisui apparet, ui autē est magna. Infirmitas qđ Græci uocāt ἀῤῥώστημα, est morbus inueteratus cū multa imbecillitate. uel infirmitas, est morbus imbecillis uires diminuēs. Morbus, id est νόσημα, permanēs stabilisq́ circa corpora cōstitutio est quę uita participant. Herophilei affectum eū esse aiūt, qui facile soluitur, ac dimouetur: eiusq́ esse in humidis causam. Acutus affectus, est is qui facilem solutionem uel internitionem, quantum in ipso est, habet. Fusanei morbi, sunt qui omni tempore, & loco fiunt. Vernaculi, qui in quibusdā locis abundant. Vulgares, qui temporibus quibusdam plures eodem in loco corripiunt. Pestilentia, est morbus, qui in omnes, aut

B plurimos grassatur, ab aeris corruptione proueniens, quo fit ut quamplurimi intereant. fertur & quædam huiusmodi finitio, Pestilentia, est communis affectus plurimorum, qui sub idem tempus per urbes, natiōesq́ acuta pericula, mortesq́ infert acutas. Finire & hoc modo possumus, Pestilentia, est uersura aeris, qua de re nec ordinem proprium seruent anni tempora, simulq́ plures ab eodem morbo intereant. Causa, est quæ in corpore quidquam facit, expersq́ ipsa est corporis. Est autem alia procatarctica, hoc est antegressa, uel externa, alia contentiua, seu coniuncta, quædam antecedens. Antegressa, est quę cōfecto opere discessit: uelut canis cum momordit: & scorpius cum ictum inflixit, & inustio à sole, quæ fe-

C brem parit. Contentiua, est quę cum adest pręsentem seruat morbum, sublata tollit: ut calculus in uesica: in oculo aquula: pterygium, encanthis: aliaq́ id genus, quæ ponunt medici non in causarum duntaxat, sed in affectuum quoq́ ratione. Athenęus autem Attaleus sic inquit, Causa, est ea quę facit. hæc autem est procatarctica. aliter, Causæ sunt procatarcticæ, quę ante totam operis consummationem existunt, quasq́ nulla antecedit. Antecedens causa, est quę ab antegressa prorsus aut partim constituitur. nonnulli sic, Antecedens causa, ea est qua pręsente adest effectus, & aucta augetur, & minuta minuitur, & sublata tollitur. Per se finiens est causa, quæ ipsa per se finē facit. Concausa, quę cum alia pares obtinēs uires, opus mo-

D litur quod facere sola per se ipsa nō poterat. Adiutrix causa, est quę opus quidem conficit, sed ęgre, quapropter alij consociatur, quò rem assequatur facilius, quā prompte obire seorsum nequit. Causæ sunt manifestę, quæcunque ex seipsis facientes agentesq́ sensu deprehendūtur. aliqui hoc modo, Manifestę sunt causę, quæ & apparent ipsę, & opus consentanee sibi fieri ostendunt. Non manifestæ, sunt quę non ex seipsis, sed per signa deprehenduntur. quemadmodū Obscuræ, quę neq́ ex seipsis noscūtur, neque ex alijs. Pro tempore obscurę, sunt eæ quę absunt aliquādiu, ac rursus uenire sub sensum ualent. Notatio, est per notā, uel per notas, seu signa perceptio. uel Notatio, est signū quod rem minus patentē quampiā declarat.

Signum

Signum, est rei quæ contingere debet dignotio. nonnulli hoc pacto, Signum, est id, quo cognito aliud quod ignotū nobis erat deprehenditur. Passionum significatio, notatio interiorum, exteriorumq;. Diuinatio, eorum quæ euenire debēt scientia est. aut Diuinatio, est præscire quæ sint corpori euentura. Prognosticum, seu diuinatorium signum, est ex quo noscitur futurum. Prędictio, est futuri pręcognitio pręnūciatioq;. Pathognomonicum signum, est id ex quo affectus dignoscitur. Concursus, quam Græci uocant syndromen, est congressus symptomatum. Symptoma, est accessorium affectus. Auxiliaria signa, sunt ea ex quibus curationis, quæ in ipsis obseruata est, cōmonemur. Auxilium, seu remediū, est quod hominibus utilitatis gratia admouemus, ex quantitate, qualitate, ordine, atq; occasione compositū. Curatio, est ordo auxiliorū consequentiam habētium. uel opportunitas, & tēpus muneris præclare obeundi: uel temporis cōmoditas in qua opem ferimus laborantibus. Indicatiuum signum, est quod primas sibi uendicat in minus manifesti alicuius deprehensione idem bonum consequētis. Suggerens memoriæ signum, est, ut aiunt empirici, res quę apparet, atq; ex antegressa obseruatione innotescit, utilis rei quæ cognoscitur ad memoriam reuocandæ. Præsentium pręsentia signa sunt pathognomonica oīa, id est affectuum indicatiua. hęc enim cum fiunt atq; adsunt, adsunt perinde & affectus: cum cessant, morbi quoq; soluuntur. Præsentia præteritorum sunt signa, ut facti prius ulceris cicatrix. Præsentia futurorum, ut cadauerosa facies mortis. Pręterita autē sunt præteritorū signa, ut cum remissio à declinatione, deferbuisse morbum significat. Pręterita præsentiū, ut esse ab aspide demorsum inter exitialia censeri. sunt qui hoc modo dicant. Præterita pręsentium, ut tenue intestinum uulneratum esse, ideo perniciosis adnumerari. Præterita futurorum, ut confractio contritoq; osse tofum contrahendum. ei namq; oportet tofum obduci dum ad pristinum statum redit. nonnulli uero sic, Pręterita futurorū, ut de capite dempto osse cicatricem sequuturam. Superuenientia pręsentium, ut in senibus sauciatum periclitari ex uulnere. Superuenientia uero succedentiū, ut ex uulnere conuulsio. non enim uiuit pretereais quē conuulsio excepit. [Febris, est innati caloris declinatio ad statum qui præter naturam fit, pulsibus quoque uehementioribus, ac crebrioribus redditis. uel Febris, est cordis arteriarūq; caliditas præter naturam, uitalem firmitatem lædens. aliqui & hoc modo.] Febris, est redundātia caliditatis morbosæ sese efferentis cum pulsuum id genus mutatione, ut frequentiores, uehementioresq; euadant. quidam autem sic, Febris, est naturalis spiritus intemperies ad calidiorem ac sicciorem statum degenerans. Febris continens, est ea quę nec noctu nec interdiu intermittit, [neque] remissiones inferēs, neq; accessiones. Causus id est ardor, est febris quæ cum inflammatione multa fit, nullamq; requiem corpori prębet, linguam assiccat, denigrat, frigidæ desiderium affert. Pemphingodes febris, est quę per caloris intensionem pustulas in ore, quę Gręcis phlyctides dicuntur, generat. Lipyria febris, est ea in qua extrema, & superficies refrigerantur, uritur profundum, excretiones detinētur, aspera sitientibus lingua est, pulsus paruus atque obscurus: quasi calor se intro receperit. Fluxuosa, seu fluens est febris, quę cum alui fluore, sępe uero & uomitibus refrigerationem infert: subitamq; uirium deiectionem, cum siti, & insomnia, & pulsuum paruitate. Adstricta febris, contraria est fluxuosæ, excretiones non importat, pulsus magnos seruat, longiore spatio temporis corpus emaciat. Icteriodes, hoc est auruginosa febris, eā est quæ similē galgulo aui, quā Græci icteron uocant, colorem molitur, iecur in sublime attollit, linguam assiccat, cutem†fœdam atq; horribilem reddit. Pestilens, est quę cū multa caliditate sitim inextinguibilem inuehit [bilis omnis generis uomitus] fœtidas alui excretiones ac uirulentas, ut paludium graueolentiæ sint quę excernuntur similia, urinas multas, ac tetri odoris, pulsus paruos, obscurosq; inducit. Ignaua est febris, quę cum capitis grauitate prouenit, uel sanguinis per nares eruptiones, uel excretionis suppressionem affert, aut corpus euenientibus necessario symptomatis ægre afficiendum comparat. Horrida, est quæ habet admistam rigori caliditatem, pulsus adeo infirmos, ut ne ad tactum quidem usque perueniant, sed intro recesserint. hac detentis uenter tumefactus murmurat: lingua humida admodū est, quæ quiddam acescenti simile habet, quo ueluti saliua circūlinitur. Typus, est intensionū remissionumq; ordine succedens redditio. uel hoc pacto, Typus, est passionis tempus, cui & accessio & remissio ordinata contingit. Periodus, siue circuitus, est tempus in morbis, ex intensione & remissione consistens. Quotidiana febris, est quæ singulis diebus noctibusq; parte plurima eiusdem temporis innotescit. Tertiana, est quę uno die, uel nocte una affligit, sequente intermittit, tertio repetit. Quartana, est quæ uno die, uel una nocte inclarescit, deinde biduum intermittit, aut noctes duas, quarto recrudescit. Hemitritæa, uel latine, si uerbum de uerbo exprimas, semitertiana, est ea quam nos ex ueteris magistri sententia qui in primo Epidemiarum acutam febrem eam dixit, haud prorsus quidem intermittere, cæterum diem unum aut noctem leuiorem inferre, alterū grauiorem affirmamus. qui autem à methodo sibi denominationem uendicant, paruam hemitritæam duabus constare intermissionibus putauerunt. Errabundę febres, uocantur quę non pręfinite, nec recto ordine, sed incerto statu proueniunt. Diastole, est elatio, ac uelut cōsurrectio cordis, & arteriarū, & cerebri, eiusq; membranarū, in longitudinē, latitudinem, profunditatemq;, sensibilis tractui. Systole, est cōtractio, atq; collapsus, qui sensum quidē nil mouet, cęterum consentanea ratione, ac consequentia

† al. squallidā ac luteam

quentia deprehẽditur. Palpitatio, est elatio & submissio cedentis corporis nec renitentis, quæ fit à spiritu, nec perpetuò durat, sed certis cietur temporibus. alij sic, Palpitatio, est elatio & submissio musculosorum corporum, quæ à spiritu efficitur, nec semper fit, sed statis temporibus. Pulsus magnus, est qui fit arteria multũ sese in longitudinem & profunditatẽ ac latitudinẽ diducente. Paruus, est qui cõtra in minimũ spaciũ longitudinis, profunditatis latitudinisq; assurgente arteria celebratur. Medius, est qui his ambobus interiacet secundum longitudinem ac circularem dimensum, nimirum circumferẽtia quoque digitis sese ad proportionem offerente. Plenus pulsus, est is qui sub tactum cadit distentus adeo, ut ipsa quidem crassior facta uideatur arteriæ tunica, maxime uero quod intra eam clauditur, humidius uniuersum, ac corpulentius deprehẽdatur. Inanis est pulsus, in quo tum ipsius amplexus arteriæ gracilis omnino, ampullosusq; est, infusa quoq; materia uix perceptibilis, atque exilis adeo, ut si quis etiam digitos imprimat, inanis occurrat apprehensio. Durus, est in quo neruosa, ut quispiam dixerit, arteria uidetur, ac rigida, & tensus qui subest spiritus, quo fit ut ictus uim quandam repercutiendi habeat. Mollis, duro cõtrarius, nempe qui arteriam remissam, mollemq; obtinet, ac spiritum qui inest exolutum, ictumq; leniorem. Humidus, est qui mollis, ut & contenta in eo substantia mitis sit, & humiditate quadam tactui occurrat. Siccus pulsus, ita est ut absumpta sit humiditas, & siccæ atq; aeriæ exhalationi permista. Vehemens, est qui & motum strenuum ciet, & ictum ingerit uiolẽtum. Obscurus, qui & uiribus est exoletis, & plagam infirmiorẽ adigit. Medius, est qui proportionem quãdam inter utrunque horum seruat. Celer, qui breuem concisamq; diastolen habet ac systolen. Pulsus ordo, est respectus quidam in magnitudine, uel uehemẽtia, uel rhythmo, uel alio quopiam discrimine. Ordinis priuatio, est status instabilitas in pulsibus diuersa. alij hoc modo. Ordine carens est pulsus, qui in percussionibus quibusdam modo crebrior est, modo rarior. Aequalitas, est parilitas in pulsuum differentijs quibusdam. Inæqualitas, est imparilitas pulsuum in quibusdam differentijs, quæ ipsis pulsibus accidunt. aliqui uero ita, Inæqualis pulsus, est in quo nunc uehementiores fiunt ictus, nunc uix sentiuntur. rursus alij sic, Inæqualis est pulsus, qui arteriæ parte quadam altior sub tactum cadit, idq; perflata ea atque ampliata: parte uero alia, quasi angustior eadem fiat, pro capedinis quantitate, uehementia inæqualis existit: tanquam parte quadam arteriæ uiolentiorem elationem faciat, quadã uero submissam, atque infirmiorem. Herophilus Bacchæus, Rhythmus, inquit, est motus, in temporibus certum obtinens ordinem. Zeno autem Herophileus dixit, Rhythmus, est ordo eorum temporum, in quibus amplificantur arteriæ, collatus ad ea in quib. contrahuntur. rectius hoc modo finias, Rhythmus,

A partium temporis proportio est, quę quendam ad pulsus inter ipsos habent respectũ. Heterrorhythmum pulsum uocamns, qui alterius ætatis habet rhythmum. Pararrhythmum uero, eum qui quadantenus ad ætatem in qua consideratur prope accedit, habetq; rhythmum, sed non eum qui illi, id est ætatis illius peculiari conueniat. Tremulus pulsus, est qui ictum refert nõ æquabilem, nec minime uacillantẽ, sed perinde quasi uibretur. Obliquatus, est qui non constituta in rectum arteria præter sitũ editur. Myurus, est à situ: nempe quia, cum partes arteriæ superiores in arctum coguntur, inferiores contra, ibi quidem dilatescunt amplius, superius autem contrahuntur. Græci complures μυοείζοντα appellant, cum ab ictu maiore

B adacto sequentes per subtractionem iugi decremento minores peraguntur. nominantur & hac ratione myuri, cum efficiuntur pulsus ex frequentibus rariores. uocatur & myurus, ubi à celeri in tardiorem demutatur. Dicrotus, seu bis feriens, est cum recessio, quæ creditur, arterię non perfecta obitur, sed cunctatur. idq; pro subductionis, aut inhibiti spiritus quantitate, dein repetitio perfecta debitę fit contractionis. Arachnoodes, id est araneæ speciem referens, siue aranealis, paruus est, ac breuis auræ agitatu mouetur. Intermittens, est cum celebrandis contractionibus distentionibusq; pulsus unius arteria tempus omittit. quidam ita. Intermittens est pulsus, in quo distentionem non ad ictum unum duntaxat, sed ad duos,

C uel tres quoque arteria facit dimissam. Intercidẽs, est cum inter duos ictus qui ordine proprio inferuntur, ictus medius intercurrit. Deficiens pulsus uocatur, in quo non ad duos tantum arteria, sed ad tres etiam, & ad plures ictus immobilis perseuerat. alij hunc in modum, Deficiens, est qui à magnitudine incipiens ac uehementia, magis ac magis subinde minuitur. talisq; quoad ullam habet magnitudinem, Gręcis myurizõ nominatur. ubi autem sese submiserit, ac minor factus ad minus declinauerit, deficiens nuncupatur. Caprizans est pulsus, ubi arteria, cum se distendisse apparuerit, nec fuerit omnino distenta, ad alium percussum, priusquàm contractionis uisionem præbeat, præcipitantius transilijt, secunda autem fuit percussio

D facta uehementior. Recurrens, est qui ad quãtum excurrit magnitudinis aut uehemẽtię, in alijs rursus ad tantũdem recurrit. Formicans, est paruus, inanis, frequẽs, obscurus, omnium ad extremum deductus. aut hoc modo, Formicans, est in quo circa digitos arteriæ incumbẽtes imago ueluti formicæ fit ambulãtis: quamobrem & paruus is est, & obscurus. Phrenitis, est mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum collectu. & mentis emotio. & huius impeditio pulsuum. & sapiendi obliuio. uel offensa præcordiorum breuis cum tremore, & uocis obscuritate, & à maligna febre maxima ex parte facta palpitatione. Lethargus, est delatio in somnum non facile excitabilis, quæ cum coloris uitio, & flatuoso œdemate, nec sine ipsarum

rum quoq; solidarum partium, ac pulsifici spiritus lãguore prouenit, ferè in debili febre, ac maligna. fiunt uero lethargi partim affecto principio, partim abscessu. Angina ea quę synanche à Gręcis dicitur, est affectus colli acutus, difficilis, qui ægrotum angit pręfocatiõe. aut ita, Synãche, est phlegmone, alijs extra collum, ut partes tumescãt, alijs intra tonsillas, ut simul partes quoque afficiantur respirationis, & ægra spiratio consequatur. Conuulsio, est affectus, qui neruis, ac musculis accidit, cum modo corpus totum, modo pars eius uoluntatis iniussu trahitur. Tetanus, est extẽtio, fixioq; in corpore neruorum omnium, & musculorum. uel hunc in modum, Tetanus, est conuulsio in rectum, cum collum, ac maxillæ trahuntur, dentes cohærent, neq; annuere collum potest, neque renuere. Emprosthotonus, est cum trahitur collum, ac retro flecti non ualet. Opisthotonus, est cum retro trahitur, neque deflecti in partem anteriorem potest. Comitialis morbus, est oppressio mẽtis sensoriorumq;. is qui affligitur concidit repente, eiq; insuper accidit, ut spuma per os efferatur. Catochus, est cum sensu priuatur anima, corpusq; omne uelut gelu obrigescit. Catochi tria genera sũt, somniculosum, lethargo proximum: alterum uigilans: cui affinis Tetanus est: & quæ præfocatio uuluæ appellatur. tertiũ genus est cathochi, quod phreniticum nõ inerudite quis nominauerit. fit enim ex mistis inter se morbis catocho & phrenitide: quemadmodum & Typhonia, quę uel delirus lethargus, uel lethargicum delirium est. Apoplexia, est detentio mentis cum ereptione sensuum, & corporis resolutione [item Apoplexia, abolitio est in neruis omnibus sensus & motus. uel Apoplexia sensus motusq; priuatio in toto corpore est cum principaliũ offensione actionum. conflatur autẽ à frigido humore præcipuos cerebri uentriculos confertim opplente.] Apoplexia porrò à Paraplexia, ut à toto pars, differt. apoplectici nãq; prorsus & paraplectici sunt: paraplectici uero nõ omnino & apoplectici. differunt quoque eo quod sani mente paraplectici, resoluti parte una corporis sunt, aut pluribus: apoplectici, & his, & mente, & toto. paraplectici demum dicuntur, quib. dextræ tantum partes, aut sinistrę resolutione elãguescunt. Peripneumonia, est phlegmone pulmonis cum febre acuta, & spirandi difficultate: rubet autem & in ipsis ægrotantibus malæ. Pleuritis, est dolor lateris, ac succingẽtis membranæ, usque ad clauiculam, & summum humerum, & scapulam pertinens, cum febre acuta, minimeq; intermittente, non sine dolore confodiẽte, simul & horrore, & spirationis ægritudine, & tussi. Cardiaca dispositio, est innati roboris labefactatio, & languor. fit plerunq; conflictante ore uentriculi & stomacho, cum sudorum immodica ui. sunt qui cardia, id est corde phlegmone laborante fieri affectum putauerint: atque ob hanc uirium exolutionem quod euenit malum, cardiacam uel dispositionem, uel syncopen nominarint. Inflatio, est cum spiritus copiosior genitus in stomacho detinetur, ipsumq; & cum eo uentriculum distẽdit: quo fit, ut dispensatio præpediatur alimenti. Cholera, est affectus peracutus, ac grauis, quæ per uomitus in catarrhum, id est defluxum protinus hominem detulit, aut ex alui profluuio & multa excretione in uermina, atque non multo post in id genus febres, quales in intestinorum difficultatibus fiunt, atq; in malignas ablegauit. aut sic, Cholera, est acutus affectus cum uomitibus biliosis multis, aluiq; deiectionibus, suris quoque se contrahentibus, ac frigescentibus extremitatibus. fiunt in his ægris & pulsus minores, obscurioresq;. Ileus, seu latina figura uoluulus, est phlegmone intestinorũ, quo malo nec flatus infrà, nec deiectiones transmittuntur, uermina sequuntur ualentia, cruciatusq; intolerabiles. Aurigo, seu morbus regius, arquatusue, est bilis refusio in cutem, quo fit ut superficies tingatur, luteaq; fiat, & uitietur cutis. albæ quoq; in uentre deiectiones fiunt eo morbo affectis. Insania, est alienatio mentis, euariatioq; à cõmuni hominum ritu, ac sanorum moribus, sine febre. Melancholia, est affectus qui mentem lædit, non sine graui animi molestia, atq; auersione à rebus charissimis. fit sine febre. nõnullis uero eorum, si atra bilis accesserit multa, stomachum usque adeo infestat, ut & euomatur, simulq; mens hoc modo uitietur. Cephalæa, est passio, quæ per quosdam circuitus intolerabilem capitis dolorem affert: quocirca & aures sonãt, & rubent oculi, ac prominẽt: simul uero distenduntur & ipsis ægrotis uenę frõtis, & rubor in facie est. Heterocrania, est ubi modo in parte sinistra capitis, modo in dextra dolor accidit, ac quandoque intensiones, interdum remissiões infert. Scotomatici, id est uertiginosi appellantur, quibus obtenebrationes contingunt, uideturq; ijs circumferri caput, & lucis incerti ac uagi in tenebris splendores oculis obuersari. Catharrus, id est defluxus, est multorum delatio humorum per palati foramina, qui descendẽtes subiecta loca male habent. Hydrophobos, id est aquę reformidatio, est affectus ex canis morsu rabie furentis. fit cum potus auersione, cõuulsione, & singultu. his uero & delirium superuenit. Bulimos, id est ingẽs fames, dispositio est, in qua fit cibi inquisitio ex paruis interuallis. qui hac detinentur, resoluuntur, & concidunt, decoloresq; fiunt. perfrigescunt ijs extrema corporis. torquetur stomachus. uixq; pulsus percipitur. Phagedæna, est constitutio, in qua multum appetentes cibum, sumẽtesq; immodicum, non ipsum retinent, sed ubi eiecerint, rursus appetũt. Tabes, est ulceratio pulmonis, uel thoracis, uel fauciũ ut & tussicula, & debiles comitentur febr[illegible] corpus conficiatur. est enim tabes, [illegible] à Græcis communiter dicta, omnis diminutio corporis, ac colliquatio. ea uerò, quam phthoen proprio uocabulo appellant, corporis consumptio ex ulcere ac demolitio est. dicta Græcis est phthisis à uerbo φθίνειν, quod est diminui. Dispnoici, sunt in quibus spiritus, uelut

per angustas uias actus, elidit expiraturq;. Asthma, est affectus, qui ualentem conatum in respirando, difficultatemq; importat, simulq; sedere aliquos cogit ac resurgere. Iocinorosi, sunt quos iecoris dolor comitatur diuturnus cum tumore, & duritia, & corporis colore malo. superuenit ijs febris ardens, & lingua exarescit. Scirrho affectum iecur est, cum circa ipsum tumor adest durus, & tactui renitens, nec dolorificus. Lienosi, sunt quibus cōtracta phlegmone lienes ad naturæ statum non redeunt, nec phlegmone liberantur, sed permanet ipsis duritia, quapropter & fluctionib. per morbos infestantur, & color ipsis corporis permutatur natiuus. Scirrhus est lienis, cum maior lien, & durus admodum, & tumore distentus sentitur. Diarrhœa, id est profluuium, copiosior fluxio est alui diuturna sine phlegmone & ulceratione. Cœliaca dispositio, est alui fluxio non recens, sed diuturna, cum uerminibus, multisq; excretionibus, corpore simul marcescente. Dysenteria, id est intestinorum difficultas, est intestinorum exulceratio cum phlegmone, & cruentorum, fæciq; similium strigmentorum secretione, non sine alui, intestinorumq; morsu, ac cruciatu. Tenesmus, est dispositio, ad partes inferiores rectumq; ipsum intestinū pertinens, in qua impetus, cupiditatesq; desidēdi plures, paucæ uero excretiones fiant [uel ut alij, Tenesmus, est recti intestini mordicatio, quam biliosi, acresq; humores faciunt, cum exurrectione crebra, cupiditateq; egerendi, tametsi exigua excernantur.] Lienteria, id est leuor intestinorum, est dysenteriæ magna ex parte comes affectus, quando, ob factas ex ulceribus cicatrices, spissioribus, leuigatioribus, indolētioribusq; redditis intestinis, necesse est ut cibi, priusquā assumpti concoquantur, ocyus ad excretiones decurrant, utiq; impromiscui, incocti, quales ingesti fuere. [alij uero sic, Lienteria, est tota simul, celerrimaq; transmissio ciborum, cum tales excreti sunt, quales deuorati] Colica dispositio, est constitutio plenioris intestini diuturna, in qua spacijs temporis interiectis cruciatus intolerabiles, difficultates respirandi, sudores, perfrictionesq; adoriūtur. Hydropis, id est aquæ intercutē species ea, quæ anasarca, id est per carnem dicitur, est cum corpus totum intumuit œdemate, atque humore circumluitur, peruertūtur & ęgrotis pudenda, ciborū appetitus tollitur, & febris comitatur. Hydrops ascites, id est utricularius, est in quo uenter, & scrotum, cruraq; intumescunt, superiores autē partes extenuantur & graciles fiunt. Hydrops tympanias, est cum in uentre spiritus plus inuenitur, humoris minus, ac si quis pulsauerit, sonus exauditur. Nephritis, est renum phlegmone cū dolore uehemēti, quādoq; uero & urinę difficili trāsitu, in qua fibrosa quędā, uel arenosa cum modico sanguine excernuntur. Lithiasis, id est calcularis morbus, est calculi generatio in uesica, per quem urinæ excretio prohibetur. alio modo. Lithiasis, est affectus qui distentiones affert uesicæ, simul uero & imus uenter distenditur, nec raro ad pręputium ea distentio peruenit. superaccedūt ijs & urinæ suppressiones: uti que cum prouectus lapis uias excrementi intercluserit. Strāguria, id est urinæ stillicidium, est excretio urinæ guttatim destillantis. Ischuria, absoluta prorsus urinę suppressio est, quæ periculum affert. Octo porrò modis inhibetur urina, phlegmone, scirrho, sanguinis conglobatione, resolutione calculi procidentia, renū cōsensorio affectu, ulceratione, calculari morbo. Fiunt in renibus calculi, quando in corporibus illis humorū crassorum copia cum febrili caliditate coiuerit. [uel aliter, Generantur calculi in renibus, ubi collecta in ijs cum proportionali febre crassorum humorum copia fuerit, à qua superassati ad calculi transeunt generationem.] Gonorrhœa, id est genituræ profluuium, est excretio seminis morbum importans, cum quo tabescit corpus, decoloraturq;. fit malū hoc uasorum seminalium robore soluto adeo, ut quodammodo languentes ij semen haudquaquā retineāt. Satyriasis, est affectus cum genitalis mēbri tentigine, simul se tendentibus eius particulis. sunt quibus & seminis eiaculatio cum uoluptate fiat. hi uero mente exturbantur. Ischias, est coxendicis dolor diuturnus, nec solutu facilis. aut sic. Ischias, est morbus ualidum dolorem coxę per circuitum inferēs, qui dolor uel usque ad poplitem, & suram descēdat. Arthritis, id est articularis morbus, est phlegmone stabilis, circa articulos consistens, doloremq; ingerens uehementem: neruis nimirum patiētibus. Podagra, est affectus qui circa pedes oritur, & dolorem mouet, patientibus neruis, idq; alijs cum ardore, alijs cum algore. Paralysis, hoc est resolutio, affectus est quo uoluntarius motus offenditur, is circa partes, aut partem aliquam fit. perficitur autem neruis musculisq; perpessis. Scelotyrbe, quasi cruris turbam uel perturbationem dicas, species est resolutionis, qua erectus ambulare homo non potest, & latus aliàs in rectum, quandoq; sinistrum in dextrum, nonnunquam dextrum in sinistrum circunfert, interdum quoq; pedem non attollit, sed attrahit, uelut ij qui magnos cliuos ascendunt. Perōsis, id est oblæsio, priuatio, impedimentum'ue naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulæ. Lepra, est cutis mutatio in habitum qui pręter naturā fit: cū asperitate, & pruritibus, doloribusq;, nōnunquam & squamis decidentibus, interim secus, plures hæc etiam corporis partes depascitur. Elephas, est affectus qui cutē crassam, atq; inęquabilem reddit, liuor adest tum cuti, tū oculorū albis, exedūtur partes manuū, ac pedū summę, ex quib. sanies liuida, ac fœtida emanat. Impetigo, est summæ cutis asperitas cū multa prurigine. Medicinę duæ sunt partes summę: contemplatio, & actio. antecedit actionem contēplatio: siquidē cōsiderare prius aliquid cōuenit, itaq; deinde agere. nā præceptio ratione constās, exercendorū operum principiū est. Partes medicinę quinq; sunt, quas & species quidam nūcuparūt: naturę indagatrix, cognitrix affectuū,

uictus

uictus inſtitutrix, materialis, curatrix. Indagatrix naturæ, eſt quę circa contemplationem uerſatur regentis nos ac moderantis naturæ. Affectuũ cognitrix, quæ id quod prꝫter naturã eſt dignoſcendum ſuſcipit. Victus inſtitutrix, quæ in ſanis atq; ægrotantibus uictũ inducendo meditatur. Materialis, quę circa materiam ſe habet corpori noſtro medẽtem. Curatrix autem, quæ circa ſanitatis deperditæ reuocationem, eiusq; reſtitutionem operam nauat. Fit phlegmone in utero cum uentris, atq; inguinum cruciatu, ac febribus, qua & ſinciput laborat, & tendonum contractio adeſt, & oculorum dolor. Abſceſſus tunc eſt in utero, cum intenſus eſt dolor, pulſatq;, & uſq; ad imum uentrẽ, & inguina, ac lumbos pertingit, & febres adoriũtur. Vterina ſuffocatio, eſt affectus per recurſum uteri, correptæ ea corruunt, uociſq; impotes reddũtur, quare nec manifeſta ijs amplius reſpiratio fit, & ſuſpenduntur hypochondria, pulſus quoq; obſcurus habetur, ac tardus. Muliebris fluxus, eſt humorum delatio per uterum ad multum tempus perdurans, quã eius facit excretio. Albus fluxus, eſt cum alba ſunt quę excernuntur, apparent tumores in facie, partes quoque ſub oculis intumeſcunt, nonnullis uero & uenter, & crura. Rufus eſt fluxus, cũ ſubrufa excretio demanat, doloresq; in lumbis naſcuntur, atque inguinibus. Fluxus ruber eſt, quando tale id manet quod excernitur, qualis ſanguis iugulatæ recens uictimę apparet, excidunt ſanguinis globuli, dolor habet, & ardor, ac ſtridor, laborant quoque ipſa pudenda, & imus uenter. Niger fluxus, eſt cum nigrę excretiones prodeunt, corpus ægre ſpirat exhalatq;, & in pudenda dolor incumbit, & extenuantur mulieres. Eryſipelas, id eſt ignis ſacer in utero eſt, ubi is perinde afficitur dolore, atq; ij qui indeclinabiliter ab igne urũtur, ardorq; ille in quibuſdam alias ad alios uteri locos transmigrat. Scleroma, id eſt duricies, tumor eſt duriuſculus, qui in parte uuluæ aliqua naſcitur, fitq; plerunq; ex phlegmonis quę diu permanſere. Scirrhus in utero, diſpoſitio eſt in eius aliqua parte, ut ſit duricies renitẽs, tumẽs, inæqualis, magnaq; ex parte uacans dolore. Carcinoma in utero, eſt tumor ſine ulceratiõe, inęqualis, uerrucoſus. Pilorum nouem ſunt affectus, rhopaloſis, id eſt uelut in bacculos coagmentatio, dichophyia, quaſi bifurcatio, quaſſatio, atrophia, id eſt alimenti ſenſus priuatio, ariditas, canicies, fluxio, alopecia, ophiaſis. Rhopaloſis, concretio eſt ſummorum pilorum indiuiſibilis, qui etiam non amplius creſcant. Quaſſatio, eſt caſus inęquabilis pilorum non diſſimilis ijs quę abſcidit bipennis. Atrophia, eſt gracilitas eorum nimia, qui nec amplius augeſcant. Ariditas, lanuginoſa eorundẽ ſuperficies eſt, puluere conſperſis adſimilis. Canicies, eſt pilorum ante legitimã ætatem cõmutatio in album. Fluxio, eſt pilorũ defluuium, quæ tabeſcentib. magna ex parte, atq; ex diuturno morbo conualeſcẽtibus euenit. Alopecia, eſt cum color albidior redditur, qua mutatione auri colorem re-

A ferentes pili radicitus decidũt. Ophiaſis, mutatio eſt coloris antedictæ proxima; cęterũ ad maiorem quàm in illa pilorum denſitatem, cum tortuoſa nudatione. Fracturarum octo in capite ſunt differentiæ: rhogme, id eſt fiſſura uel rima, eccope, id eſt effractio, engiſoma, id eſt propinquatio, ecpieſma, id eſt expreſſio, camaroſis, quaſi cameratio, apoſceparniſmus quaſi dedolatio, thlaſma, id eſt contuſio, apechema, ac ſi reſonitum dicas. Rhogme, eſt oſſis interruptio per ſuperficiem recta, & uel anguſta, uel lata. Eccope, diuiſio eſt caluę, qua os offenſum refractũ eſt. Engiſoma, pertuſio eſt oſſis, cum pars affecta in profundum deſcendit, ac ſuper illæſum os corruit. Ecpieſma, caluę in multas partes diffractio eſt, ſimul ubi intruſę oſſis par- B tes in imum decubuerint, ac membranam innixu ſuo premãt. Apoſceparniſmus, abſciſſio eſt oſſis, cum eius pars decuſſa uulnerando fuerit. Camaroſis, eſt oſſis perruptio, cum ex alterutra refractum parte ſimilem camerę figuram acceperit. Apechema, diremptio eſt oſſis ſuperficiaria, uel etiã profunda in partibus ictui oppoſitis. Contuſio, eſt receſſio caluæ in profundum ſine fractura. fit in puerili potiſſimum ætate. planius uero quod dicimus intelliges, ſi quod in ſtanneis accidit uaſis cõtemplaberis. Tres circa oculos fiunt affectus: phlegmone, fluxus, ulcerationes. Vlcerationum in oculis differẽtię ſunt, argemon, id eſt albor. nepheliõ, hoc eſt nubecula. epicauma, hoc eſt inuſtum. bothrion, id eſt foueola. phlyctis, id eſt puſtula, albu- C go, carbunculus, myocephalum, id eſt muſcæ caput. ſuppuratio, ſeu unguis. ſtaphyloma, id eſt uua. hęc cũ percuſſu eueniũt, ſine eo ulcerationis affectus hi ſunt. mydriaſis, id eſt occęcatio quaſi ferramẽto candẽte adminiſtrata. tabes. atrophia. nyctalops quaſi luſcioſitas. ſuffuſio. glaucoma. reſolutio. myopiaſis quaſi conniuentia. ſtrabiſmus. pterygiũ, id eſt pinnula. encãthis, id eſt tuberculũ inangulare. procidentia. chemoſis. cõfuſio. Eſt ergo phlegmone, tumor circa oculos, qui cũ rubore, & caliditate multa, & motu difficili, ac punctionibus gignitur. Fluxus, eſt tenuiũ delatio humorum quam cohibere nequeas, nõ ex noſtra uoluntate proueniens. Vlceratio, eſt ruptio circa corneã tunicam, quæ uel ex ictu, uel ex ſtrenua phlegmo- D ne oritur. Argemõ, eſt ulceratio, quę in nigro oculi alba apparet, in albo autẽ ſubrubra. Nubecula, eſt caligo, uel ſuperficiaria ulceratio in nigro. Epicauma, eſt uelut ex igne cruſtuloſa ulceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet. Foueola, eſt cauum ulcus, ac purum in nigro. Puſtula, eſt abſceſſus in nigro, humorem continens cum phlegmone, & fluxu. Albugo, cicatrix eſt craſſa, & profunda, ulceri inducta. Myocephalum, eſt exigua uueæ tunicæ porrectio in nigro, muſcæ capiti ſimilis, per ulcerationem facta. Carbunculus, eſt cruſtuloſa ceu ex igne ulceratio cum paſtione, & fluxu, interdũ quoq; & bubonibus, & febre. Suppuratio, uel unguis, eſt collectio puris in nigro cum phlegmone ſecundum iridem, ungui conſimilis. Con-

fusio, ruptio est tunicarum quæ in profundo sunt, aliquando ex percussu, interdū spontina, cū profusione humorū, & pupillæ alteratione. Mydriasis, facultatis alteratio uisoriæ est, turbatis humoribus. Tabes, est pupillæ diminutio cum obscuratione. Atrophia, est paruitas totius oculi, & pupillæ cum offuscatiōe. Nyctalops, est affectus dispositioq; oculorum sine conspicua causa. usu autem sic habentibus euenit, ut interdiu non cernāt, noctu uero conspiciant. Glaucoma, est naturaliū humorum in glaucum colorem mutatio. Staphyloma, est quod in pupillæ loco consurgit acino uuæ simile. Procidentia, est cum ab ictu aliquo uiolento, aut strangulatione, cū continua febre, uel capitis dolore prolapsus oculus fuerit. Myopiasis, est dispositio ab ortu contracta, qua propinqua cernimus, remota uel parum, uel nihil omnino. Strabismus, oculi musculorum non omnium, sed aliquorū resolutio est, ob quam causam uel sursum, uel deorsum, uel in latera nuunt oculi. Hippus, id est equus, dispositio est à generatione prodiens, qua instabiles fiūt oculi ac semper mouētur, utiq; motū sustinentes in concussu, & tremore assiduo consistentem. hanc dispositionem ἵππου, id est equum uocauit Hippocrates. affectus autem est oculum firmantis musculi, qui uisorij basim instrumenti complexus est. Chemosis, elatio est ambientis oculum membranæ, quòd album quoq; appellatur, affectus †albæ carnis persimilis. Circa genas angulosq; oculorum hi contrahuntur affectus, scabies. phthiriasis, id est pedicularis morbus. crithe, id est hordeolū. chalaza, lithiasis, id est morbus calcularis. trichiasis, id est pilaris affectus. aspredo. lagophthalmō, id est leporinus oculus. ectropiō ceu inuersio. rhyas, quasi riuulus. anchilops. staphyloma. Scabies, est summarū genarum, angulorumq; erosio cum pruritu, quā acerrima fluctio progignit. Phthiriasis, est scabies circa palpebrarum radices, quæ squamas furfuri similes dimittit. Chalaza, globulus est in gena, milij magnitudine, à similitudine grandinis sic uocata. eadem quoq; est lithiasis. Hordeolū, est humoris concretus circa genam, oblongior, hordeum referens. Aspredo, est duritia, & asperitas inæqualis, quæ intra genas oritur. Rhyas, est angulorū carnis absumptio, ob quam causam effluit lachryma. Trichiasis, casus est genarum, insitorumq; ijs pilorum generatio præter naturam. Tres trichiaseos differētię habent: phalāgosis, casus, subortus. nōnulli & distichian, id est duplicē ordinē superinue hūt. Est aūt distichia, alterius pilorū ordinis in genæ margine exortus prȩter naturam. Enchanthis, est exuperantia carnis in magno angulo. Anchilops, tumor in angulo magno consurgens atque humoris collectionem habens, nō perforatus, aut cōuio foramine. dictus est anchilops, quòd propè oculum sit. lops enim oculus est, anchi uero propè. Suffusio, est concretio aquosi humoris, quę uisum magis minus'ue impedit. differt suffusio à glaucomate, tum ꝙ concretio sit hęc diluti humoris: glaucoma uero, naturaliū mutatio humorum in cæsium colorem, tum ꝙ in glaucomate haud prorsus, in suffusione aliquantulum cernant. Hydatis, id est aquula, substratę superiori genæ pinguedinis augmentū est, qua fluunt prȩter naturā oculi. Lagophthalmon, est cū superior adeo retrahitur gena, ut oculum, dum clauditur, totum non contegat. Pinnula, corporis excrescentia est, quę cornee tunicæ inhȩrescit. Ectropion, est suppullatio carnis in gena, quę genam ipsam sua grauitate foras conuertit. causa est genæ euertendæ uel caro adnascens, uel resolutio, uel cum cicatrix inducitur. †Ptilosis, est defluuiū palpebrarum acerrimo fluxu eius rei auctore. Staphyloma, est nigri tunicę extensio cum inflammatione, acino uuæ similis. Sarcoma, est carnis in naribus prȩter naturam auctio. Est uero & Polypus quoddā sarcoma porrò dictus polypus est à polypis piscibus. nam ut illi multas habent propagines, mollesq; sunt, atq; augētur, ita is quoq; affectus. Differt sarcoma à polypo magnitudine, & opificio. Ozæna, est ulceratio in naribus profunda, tetri odoris, atq; halitum emittens. Parotides, abscessus secundum aures sunt, hos nonnulli Dioscurus appellarūt. succedunt magna ex parte febribus, atq; ab ijs liberant. Leuce, corporis in album colorem mutatio est prȩter naturam. Herpeta, est ulcus quod ex bilis redundantia fit, & depastionem facit. Atheroma, est tunica neruosa quę humorē pulti similem continet. Steatoma, est auctio pinguedinis aliqua in parte prȩter naturam cōgesta. Prosartesis, id est appensio, lōgiorum est membranarum ad uicina loca applicatio. Aneurisma, id est dilatatio, uenosi uasculi relaxatio est, aut dispersio spiritualis materiæ sub carne, per dissultationem sese diffundentis, distribuentisq;. Hyposphagma, extra superficiem est, persimile uibici. Ganglium, conglobatio est nerui prȩter naturam, quę in unum corpus coaluit. Aphtha, superficiaria est ulceratio quę in ore gignitur. uisitur autem hæc in puerulis potissimum ulceratio. Phlegmone, est tumor cum rubore & duritia, pulsatiles afferens dolores: dicta quod affectus ea locus φλέγεται, hoc est uratur. aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrem. Erysipelas, id est ignis sacer, est rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, doloresq; inferens. [uel ignis sacer, est tumor rubens, dolorificus, qui à bilioso sanguine generationem obtinet. Carbunculus, est ex magis melācholico putrefacto sanguine tumor ulcerosus.] Vacuamus uel uenæ sectione, uel cucurbitula, uel hirudine, ac similibus. Sanguinē detrahimus ob multam plenitudinem: prȩsertimq; ubi ipsum affectus auctorem esse suspicabimur. Detractionis cuiuslibet tutior prȩferenda: grauis, medicinæ oblatione declinanda est. Cucurbitula utimur ad locorum contusionem. Hirudinem admouemus, ubi affectum locum tenuiter aperire est opus. Scirrhus, est tumor corporum cum duritia, & pondere, & motus, ac sensus difficultate. Abscessus, est corporum

† al. histule

† al. Milphosis

rum ex phlegmone in pus transmutatio. Colobo ma, id est mutilatio, defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Tofus, est substantia callosa, & renitens. Hidrocephalon, est humoris aquosi, aut fæculenti sanguinis collectus in parte corporum aliqua eorum quę caput concinnant. Syrinx, id est fistula, tubulus est callosus, angustus, oblõgus, interdum etiam obliquus, os habens cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporib. tenuis excernitur. Duæ fistularum differẽtię sunt: cæcę, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habent: occultę, quę & os, & sinum obtinẽt in profundo. Cerion, id est fauus, ulcus est assidua habens foramina, ex quibus humor melli similis excernitur. Phagedæna, est ulcus quod propinqua & adiacẽtia erodit. Carcinoma, est tumor malignus, prædurus, sine ulcere, uel ulceratus: à cancro animali dictus, quem Græci καρκίνον uocant. Dionysisci, sunt osseæ eminentię, quæ prope tempora nascuntur. dicuntur autem cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Teredo, pertusio est ossis ex corruptione. affectui nomẽ ab accidẽtibus foraminib. datum est, quę à Gręcis τρήματα appellantur: quasi τρηδὼν quidã existat. Aden, id est glandula, cõuolutio sicca quędã & carnosa est, uel carnosa cõglomeratio. Struma, caro est sicca, quę nec facile soluitur. Bronchocele, quasi dicas gutturis ramex, tumor est gutturi adnascens, differtq; ab eo q in scroto progignit. Anchyle, passio est tendonũ circa collũ, uel articulos, qua functio impedit. Exomphalos, id est procidẽs umbilicus, prominentia est umbilici diuersis de causis proueniẽs. Gynęcomasthon, id est muliebris mãma, subiectę mãmis pinguedinis auctio est præter naturam. In cõtectu est abscessus, cum corporum quę sunt in profundo, aut uiscerum in pus fit mutatio. Acrochordõ (genus quoddã est id uerrucarum dolens) exortus est orbicularis, angustamq; obtinẽs basim. Phygetlon, id est panus, abscessus est nascẽs in inguine. Epiploomphalon, omẽti est in umbilicum decursus. Hydromphalõ, coitio in umbilico est inconfecti humoris, qui sub tunica quoq; interdũ cõtinetur. Poromphalon, est cõcretio tofi in umbilico. Sarcomphalon, incremẽtum carnis pręter naturã est in umbilico, uel mitis, uel malignæ. Pneumomphalõ, dilatatio est umbilici. Hypospadias, est affectus in quo glans colis attracta est. Thymus, asperæ carnis extuberatio est, quę similis circa genitale, ac sedẽ oritur. Lipodermus, id est (trãslato ad morbũ nomine) apella, affectus est tegentis glandẽ pelliculę, adeo ut distrahi nõ amplius possit. Phymi duo discrimina sunt. uel enim ex natura fit, uel postea gignitur, ulceratione antegressa. Periepiphimosis, est cum retracto glãdis neruo præputium deduci preterea nequit. Rhagas, id est scissura, fissum'ue, diuisio est labia obtinens callo indurata. Circuncisio uel circunsectio, ablatio est cutis glandem obtegentis. Hęmorrhois, relaxatio est uasorum quę sedem cõtexunt. dicta ἀπὸ τοῦ τὸ αἷμα δι᾽ αὐτῆς ῥεῖν, id est quòd san-

A guis per eam fluat. Differentiæ quinque hæmorrhoidum sunt: à magnitudine, multitudine, figura, loco, constitutione. à magnitudine, cũ aliæ paruæ sint, alię magnæ, aliæ medię. à multitudine, cũ plures in alijs, in quibusdam pauciores consistãt. à figura, quòd nõnullę angusta, quędam lata sint basi. à loco, quãdo aliquę in a[n]no, quędã in sphinctere, id est strictore, alię in recto sunt intestino. à constitutione, quoniam alię mites sunt, aliæ malignę. Condyloma quasi dicas nodus, est extuberatio, quę cũ phlegmone in rugosa contrahenteq; se a[n]ni parte cõsurgit. Tres circa scrotũ fiũt affectus, ramex, scabies, detritio. Tumores in scroto consistũt, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cyrsocele, porocele, epiplocele, enteroepiplocele, id est

B hernia seu ramex aquæ, intestini, aquę & intestini, uaricis, tofi, omenti, intestini atq; omenti. Hydrocele, incocti humoris in parte scroti collectio est. Enterocele fit, intestino in alterum locum paulatim, uel semel delapso. Enteroceles causæ sunt, antegressa quidem, intensio, uel ictus. continẽs autem, iterata huius extensio, aut ruptio. Hydrenterocele, est delapsus intestini minusq; elaborati humoris collectus in scroto. Cirsocele est dilatatio amplificatioq; quorundam, aut omnium quę testem alunt uasorum. Hygrocirsocele, id est aquosus simul & uaricosus ramex, est dilatatio testem nutricantium uasorum & crudi humoris in scroti aliqua parte collectio. Epiplocele, lapsus omenti est in partem scroti. Enteroepiplocele, in scroti

C partem casus intestini est atque omẽti. Cele, id est ramex tumor est qui dictorum aliquod continet. omnis enim in scroto tumor cele Gręcis, Latinis ramex nuncupatur. Crypsorchis, id est testiculi occultatio, testiculi, uel testiculorum recessio est. Rhacosis, id est detritio, multa scroti extensio est. Psoriasis, id est scabies, duritia scroti est cum intensa prurigine, quandoque uero & ulceratione. Gangrena, est corporis mutatio à naturali cuiusque habitu in alienum, atque extinctio cum ulceratione, uel citra hanc. gignitur autem uel plethora antegressa, uel dum extinctio fit: aut phlegmone ex chirurgi imperitia. Os est, ut Plato arbitratur, medulla quę à calido spissatur, ex quorundam autem medicorum sententia, terrena concre

D tio, & solida, & sensus expers, ac sanguinis. Commune chartilaginis & unguis est [illegible] inęquale esse. ceterũ chartilago imago est ossis. sępissime enim numero in articulis adiacet. Vnguis uero, superficies ossis fuerit, aut cutis cõcretio dura & sicca. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus ac fœminei, simul etiam utroque genitale proprium obtinẽte. Dracunculus, est ulcus quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationẽ habet: dictus quòd neruus mouendo corpore in ulcus recedat, in eóque occultetur. Clauus, est ulcus in pedis planta orbiculatum, quod callũ contraxit. Semen, ut Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medulla excernitur. ut autẽ Praxagoras, atque Democritus, preterea & Hippo-

crates cenſent, ex toto corpore. Democritus quidem ait, Homines unus erit, et homo omnes. Hippocrates uero, genitura, inquit, undique à corpore demanat. à ſanis ſana, à morboſis morboſa. Semen, eſt ſecundum Stoicos, quod cum ſpiritu, & anima, ſed ueluti non pars ab animali dimittitur. ut autem opinio fert Aſclepiadis, genitiuus humor, qui in uenereis congreſſibus excernitur. Illud quęſtione exagitatum eſt, utrum fœmina perinde ac mas ſemẽ depromat. etenim eadẽ Veneris libidine uexat̃ fœmina: ijſdemq; obnoxia eſt morbis: ac planè ex cõſectiõe ſeminarijs meatib. prędita eſſe oſtenditur. Maximum quoq; id conferendi ſeminis teſtimonium eſt, quòd ſimiles matribus procreentur liberi. Porrò conferri ipſum teſtis eſt Hippocrates, qui in libro De infantis natura, Si profecta, inquit, ab ambobus genitura in mulieris locis manet, primum quidem unà miſcetur: utpote non quieſcente muliere: concaleſcendoq; colligitur, ac craſſeſcit, dein ſpiritum concipit. Differt à genitura ſemen, quòd hoc in ſeminarijs meatibus ſit. quidam uero quod iam eſt excretum id eſſe ſemen uolunt: geniturам autem, ſemen nondum concoctum. at nos. ut Aſclepiades dicit, ſemen quoque in ijs eſſe, qui generare non adhuc poſſunt definiuimus. Infœcunditatis duplex cauſa eſt: quarum altera uiro, mulieri altera debetur: & utraque multiplex. nam fœmina in cauſa eſt, ſi per frigidum uterum, uel præpinguẽ habeat. mas uero, cùm ſpado fuerit teſticulis orbatus, aut alio quouis morbo laborauerit. Non eſt pars uterum gerentis quod geſtatur in utero: aut certe ipſo intereunte, grauidam quoq; interire neceſſario conuenit, uel partu edito lædi integris functionibus obeundis: quaſi pars ei qua ipſius corpus priuatum eſt deſit. Alimento perfruitur embryum, per ſecundas id excipiens attrahensq;: cæterum non per os, ſed per umbilicum alitur. Embryum quidã animal eſſe, quidam non eſſe prodiderunt. animal eſſe in illi coniectauere ex motu: quandoquidem mouetur & embryum: atque ut ſentiens animal in matris uoluptatibus oblectatur, lætaturq;: in angoribus autem contrahitur atque cogitur. nulli enim ſenſus præterquam animali à natura datus eſt, qui autem non eſſe animal aſſerunt, nutriri ipſum quidem, & augeri, ut arbores quoque, non tamen, ut animantes, appetitionem, motumq; ex ea habere confitentur. haud enim ſolum nõ citra electionem, ſed neque ex propoſito mouentur: uerum ut arbores & plantæ. nam uentus ijs cauſam affert motionis. embryis uero, circunfuſa humiditas: & lubricitas: atq; uteri figura: qui cum impletur, tumeſcit in globum. eſt autẽ globus, ſeu ſphęra, figura in omnẽ motum, utpote omnis expers baſis, natura procliuis. At Aſclepiades embryum neque animal, neque non animal eſſe pronunciauit: ſed ſimile id eſſe dormientibus dixit. nam quo illi modo ſenſus obtinent, neque ijs tamen utuntur, ſic & quod in utero geſtatur. Gignitur mas, ut nonnulli opinantur, poſtquam ex dextra parte

A ſemen in uterum coniectum eſt: fœmina, cum ex ſiniſtra. ſunt alij, qui pro ſeminis peculiari temperatura, à caliditate uel frigiditate fieri dixerint. nã ſemen calidius marem generat: frigidius fœminã. Fiunt gemini, atq; tergemini, ut quidam arbitrãtur, quoniã ſemen in calidum uterum detractum ac deriuatũ frangitur. alij ad ſuperfœtationẽ cauſam referunt. nos uero, ſi in hęc ambo conferri ſemen fuerit inuẽtum, gemellos aſſerimus procreari. Generantur monſtra, ut quidam aiunt, per declinationem obliquitatemq; uteri. nam quod inæqualiter ſemẽ infunditur monſtra progignit: quomodo & liquatum plumbum ſi inæqualiter defuſum ſit, inæquale opus conflatur. Monſtra uel per defectum, uel per exceſſum fiunt. gignuntur per

B magnitudinem quæ amplo, per paruitatem quæ paſſerino ſunt capite, per numeroſitatem uero qui ſex conſtant digitis, quandoque etiam pluribus. Quam ob cauſam ſeptimeſtres partus uiuũt, octimeſtres minimè: ita fertur, quoniã numerus octo, par, & coniunctus, nec decretorius eſt: ſeptem autem, par eſt numerus, neque uero coniunctus: atque ob id decretorius. Cõceptionis cauſa, eſt cõmoda uteri caliditas, recensq; menſium purgatio, ac coeundi appetitus. hæc enim ſimul congreſſa ſemen detinuere. Conformantur primum embryi ſecundæ, deinde reliqua. Conſtant ſecundæ ex duabus uenis, duabusq; arterijs, & quinto uocato uracho: ſeu quòd embryi conceptaculum ſit uelut ſecundæ, ſeu quòd ipſi alimentum ſup-

C peditet. Partus dolores, ſunt ſpiritus conferti impetus ad embryi excurſum. Tribuuntur mulieri menſtrua, quæ ſanitatis gratia euacuentur: embryo autem alimentum præbeant per conceptum ſuppreſſa. ſunt enim tum ad conceptionem, tum ad lactis generationem comparata. Fit pręgnantibus pica duobus circiter, aut tribus à conceptu menſibus: affecto nimirum ſtomacho, nondum enim uis embryo ſuppetit conſumendi alimenti. Picæ cauſa inde prodit, quòd abundet materia, & ſtomachus perturbatione uexetur. huiuſce rei argumentum eſt, quod cum incrementum acceperit embryum, tunc recipiente ſe deorſum ſanguine, ad ſe ſtomachus redit. Prodeũt in lucem qua-

D tuor figuris, ſiue habitibus embrya: una in caput, quæ ſecundum naturam eſt: tres reliquæ præter naturam, eæ ſunt, in pedes, in latus, in duplum. Aegri partibus tribus modis fiunt, pro gerente in utero, pro eo quod geritur, pro exterioribus pro gerente, duplici uia: ex animi motibus, cum zelotypijs, uel mœroribus uel alio quouis affectu detenta fuerit. ex ijs uero quę ad corpus attinẽt, cum anguſtis fuerit meatibus, aut præpinguis, aut primum fœta, aut prædita utero ſit qui alimentum non admittat. pro eo quod geritur, cum moritur in utero partus: uel geminus, aut monſtroſus eliditur. pro exterioribus, per intenſam hyemem, aut æſtum uehementem. Cauſam ulcerum in utero habent interdum abſceſſus: nõnunquam peſſus corruptorius: quandoque uero ſcirrhus. eſtq; hic

hic cum aliis diuturnus. Sarcoſis in utero, eſt carnis collectę expullulatio: quam, ſi magna ſit, particulatim recidere conuenit uellicatam ſcalpris: quo celerius emoriatur: ſin parua, protinus tollere. Hemorrhagia, id eſt ſanguinis eruptio, effuſio abundans eſt ſanguinis, quæ ſi magnum uulnus ſit, per largum obitur fluxum: ſin anguſtum, per ſcaculationē: ut in uenis ſecandis. Differt hæmorrhagia ab hęmorrhoide, quod hęmorrhagia, abundās effuſio, uti diximus, ſanguinis: hęmorrhois autem delatio ſanguinis eſt per diſſultationem, ac paulatim facta. Duobus modis ſanguis erumpit: diſſultatione, uel ruptione. quę diſſultatione, ac corporis noſtri uaſorum eroſione conſtat, non facile ſanatur. curantur ęgrius arteriæ quàm uenę: partes in profundo ſitę iis quę ſuperficiem occupant: & quę his, aut illis uicinæ magis ſunt, faciliorem, difficiliorem'ue curationem recipiunt. Sanguinem quem non paruo negocio compeſcas, facile hæc loca profundunt, tēporales muſculi, cerebri membranę, palatum, columella, collum, alę, inguina, et id genus alia. inter homines uero, ſi ętatē ſpectes, iuuenes: ſi habitum, prauis affecti humoribus: ſi anni tēpus, in ęſtate. Chymi appellatio apud Hippocratem ſemper humoribus corporis deſtinata eſt, ex quibus nos cōſtituimur: ſanguine inquam, pituita, & duplici bile: flaua & nigra, apud Platonem uero, & Ariſtotelem, guſtabilis qualitas quę uis nobis inſita chymus, id eſt ſapor nominat. ſunt porrò qualitates, acor, auſteritas, acerbitas, acrimonia, ſalſedo, dulcedo. ſic & Mneſitheo placet. Continet pars ea medicinæ, quæ de affectibus agit, quid & qualis ſit uniuerſalis, & quid particularis affectus, ac morbus, quid item cauſa, quid ſignum, & quę huius differentiæ habeantur: (ſunt autem hæ ſpecie complures) non qualis affectus cauſarum quæ morbos committunt. loca item explorat, quę ipſi male habent affectus, quærimus enim quis affectus phrenitis, comitialis morbus, lethargus, dolor lateris, peripneumonia, reſolutio neruorum, & ſimilia. Sunt uero cauſæ horū manifeſtę, et nō manifeſtę, et antegreſſę, et antecedentes, & continentes, atque in uniuerſum quę ſit affectus conſtitutio, & de quibus ii corporis partibus dicti ſint perſcrutatur. Criſis, id eſt iudicatio, idonea morbi ac celer in tempore diſſolutio eſt. Periodus, id eſt circuitus, ſucceſſiua redditio eſt ordine diſpoſiti temporis. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atque huius partem principem, quæ ratiocinatrix eſt, atque mens. Cor uero iracūdam. Adminiſtratur pariter corpus à corde & iecore.

A Facultas naturalis, altrix, et auctrix eſt. Sumit corpore alendo, augendoque corpore, à iecore ſanguinem: ſpiritum à pulmone, quas confectas, elaboratasque materias ſic in uniuerſum corpus trānſmittit. Inſtrumentaria, pars eſt chirurgię, quę per reſtitutionem, ac conſentaneam curationem diſpoſitis præter naturam humanis oſſibus ſanitatem uendicat. Sunt oſſa in nobis duobus modis coniuncta, per articulum, & coagmentationem. Articulus, commiſſura oſſium eſt, quę moueri natura uoluit. Coagmentatio, commiſſura eſt oſſium, quę lege naturę nequaquam mouentur. Lapſus ſeu luxatio, eſt oſſium, quę per articulum, uel coagmentationem mouentur, extra naturam delatio. Exarticulatio, ſiue eluxatio, eſt oſſis ſecundum naturam ſe habentis in alienum naturę locum ex profunda ca- B uitate egreſſio. Dearticulatio, ſeu deluxatio, eſt oſſis euariatio, delatioue à naturali loco ad eum qui pręter naturam eſt. Motio, eſt oſſium per fixūram, harmoniam'ue compactorum ex propria ſede in naturę oppoſitam exturbatio: quemadmodum ex tarſo diruptis oſſiculis aut uertebris fieri conſueuit. Diductio, eſt mutua oſſium per ſuturam, & coalitum coniunctorum ſeparatio, atque diremptio. Reſtitutio, eſt oſſis, uel oſſium à loco naturę contrario ad naturalem traductio. Tentio, eſt tractus corporum. Mochlia, traductio eſt oſſis, aut oſſium ad naturalem locum ab eo qui præter naturam ſit. Catataſis, eſt ad inferna loca cor- C porum tractus, obitur hęc partim principiis, quæ tentionis cauſæ ſunt è regione oppoſitis, partim tranſumptione in contrarium: nempe tranſmiſſis per rotulas principiis quę tentionem moliuntur, ac ſuperius adnexis. Anataſis uero, id eſt tentio ad ſuperna loca, pèr traductionem, intelligi ex iis poteſt quæ de cataſtaſi prodidimus. Diſtentio, eſt ad ſuperna, atque inferna loca corporū tractus. Excelcyſmus, ſeu rectius forte. Eiſelcyſmus, eſt deductio oſſis, uel oſſiū à ſuperficie in profundū. Rhegma, id eſt ruptum eſt oſſis, aut oſſium traductio à profundo ad ſuperficiem. Traductio, eſt diducti oſſis in naturalem locum reuocatio. Extaſis, id eſt mentis emotio, eſt inſania quæ breui finitur. Ecplexis, id eſt, conſternatio, eſt emotio mentis, D quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinſecus aduenit. Enthuſiaſmus, id eſt fanatica perculſio, ſeu afflatio numinis, eſt uelut cum quidā mente in ſacris faciendis capiuntur, ſi qua uiderint: aut ſi tympana, uel tibias, uel ſigna audierint.

CL. GALENO ASCRIPT. INTRODVCTIO SEV MEDICVS.

Herodoti librũ qui Medicus erat inſcriptus, citat Gal. com. 43. lib. 6. epid. ſect. 2.

Quem librum olim Ioannes Andernacus Latinum fecit: nuper uero Bartholomæus Syluanius recognouit ex Græci exemplaris colletione.

A RTIVM inuentiones uel deorum filijs, uel qui buſdam eorum propinquis, quibus dij primi artem omnem communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Aeſculapius medicinæ, quam primus ab Apolline patre inſtitutus, hominibus tradidiſſe dicitur, inuentor extitiſſe apparet. Porrò ante illum ars medica nondum hominibus fuit cognita, niſi quòd ueteres medicamentorum & herbarum, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi heroes nouerant: ad hæc quæcunque Ariſteo, Melampodi, & Polyido adſcribuntur, experientiam quandam habuere. Apud Aegyptios ſanè præter herbas, aliam quoque medicamentorũ rationem in uſu fuiſſe, Homerus hũc in modum teſtatur: Fertilis Aegyptus rerum medicamina miſta Optima multa, ſimul deterrima plurima gignit. Porrò ex cadauerum confectione, quam in condiendis ijs ſeruandiſque habere moris erat, multa etiam quæ manu adminiſtrantur, apud primos medicos inuenta eſſe uidentur. C Quædam dicũtur ex caſu obſeruata fuiſſe, ut ſuffuſos appungere, inde quòd capra quępiã ex ſuffuſione male habens, iunco aculeato in oculũ impreſſo, uiſum receperit. Quin et clyſteris uſum ab Ibi profectum eſſe ſcribunt. Hæc enim colli cute tanquam clyſteris utre, marina Niliq́ aqua impleta, roſtro etiã ſibijpſi per anum indit. Scribit etiã Herodotus hiſtoriographus, quondam ęgris per cõpita expoſitis, illos qui iiſdem aliquando morbis laborarant, referre ſolitos quibus unuſquiſq; uſus, ſanitatem recuperauerit: atq; hoc modo ex multorum uſu ac experimentis rem medicã conflatam eſſe. Sed hæc quidem experientia ratione uacua, nondumq; rationalis fuit. Cæterum perfectam medicinã, & omnibus numeris abſolutam, D nimirum diuinam aio, Aeſculapius ſolus inuenit. Illam uero quæ inter homines uerſatur, huius ſucceſſores Aſclepiadæ poſteris ueluti hæreditario acceptam tradiderunt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primuſq; conſummatam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia.

Principia medicinæ tria ſunt, unum inuentionis, alterum conſtitutionis, tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinę (ut ſimpliciter dicam) uetuſtiſſimum planè, citraq; rationem principium, experientia eſt: quemadmodum apud Aegyptios, & reliquos omnes barbaros. In artis uero conſtitutionẽ redigendę, ſicut Aſclepiadarum medicina, ratio & experiẽtia. Interpretationis, ut ſcribit Athenęus, uel traditionis, quemadmodum quidam dicunt, initium, naturalis eſt ſpeculatio. Enimuero ſimpliciter & Hippocrates dixit: Medicę orationis initium primum natura eſt: nam à naturę inſpectione Dogmatici auſpicãt, quoniã ex ijs quę ſecundum naturã ſunt, & illa quę cõtrà habẽt, poſſunt cognoſcere: at ſine naturaliũ cognitione illa quę à naturali habitu recedũt, nemo poteſt. B Quinetiã in curando naturæ ſpeculationem ſimiliter requirunt: quandoquidẽ ex naturali admouendorum auxiliorum potentia, quę cuilibet morbo idonea ſint, accipiunt. Qui uero ex alijs ſectis naturę cõtemplationẽ aſpernantur, utriq; à quibus prǽſidia adferendi habitum finxere, incipiunt, Methodici ex cõmunitatũ indicatione, Empirici ex obſeruatione experimentorũ: Qua enim ratione Dogmaticis medicæ rationis natura, eadẽ empiricis experientia crebro & fere ſemper in ijſdem, & pari modo cõtingẽs, principiũ exiſtit. Ab hac ſiquidẽ hiſtoriam quoq; ſuã exordiunt, & ſecundũ hęc ab alio ad aliud ſimile trãſeunt. Sed methodicis euidentiũ ſimilitudinis inſpectio, uel cõmunitatũ apparentiũ cognitio principiũ dicitur.

Quot ſectę medicorũ quęq; earũ notæ.

Sectę medicorum tres ſunt, Rationalis, empirica, & methodica. Rationalis naturæ rationẽ præbet, morborũ cauſas inquirit, & ſignis ad illarũ inuentionẽ utitur, curationẽ capit à contrario, prout cauſę exigũt. Nam contrariorũ contraria ſunt remedia. Quatuor ergo ſunt quę rationalẽ ſectam obſignant: naturę inſpectio, cauſarũ ac ſignorum ęſtimatio, & quartum, nempe quod cauſę ipſis curationem dictant. Empirica ad aſſidentiũ accidentium cõcurſus, quę ægris adſunt, reſpicit, & conuenientem accidentibus curationẽ obſeruat, idq; nec morbo cognito, nec cauſa inquiſita. Cõenta eſt autem obſeruatione in accidẽtibus per eorum quæ admouentur experientiam facta, & hiſtoria prius expertorũ utitur: tum à cõpertis ad incomperta, ſimilia autem ſecundum apparentẽ ſpeciem tranſit. Quę enim ipſimet uſu ac experiẽtia in multis, & ſępiſſime ac ſemper in ijſdem, & pari modo experti ſunt, aut quæ caſu quopiam obſeruarunt, eáq; ſemper atq; eodem modo habentia, hæc confidenter uſurpant, non adeo curioſe facultates ex eorum qualitatibus diſquirẽtes. Credunt & uetuſtiſſimis qui rerum per experimenta ſibi obſeruatarum hiſtoriã, uti uocant, memorię prodiderunt. Vtuntur etiam à ſimili tranſgreſſu ad ea quę nondum explorarũt, cum ſimilia ſpeciei quę ad manũ eſt apparent, ut malua, blitũ, beta, & lapathũ. Itidẽ in cõtrarijs, ut alica & oriza. Rurſus in omib. arborũ fructibus, quos Gręci acrodrya nominãt, ut pi-

ut pirum, malum cotoneum. Notant igitur empiricam heresim, ad concursus symptomatum, non ad morbum, neq; ad causas respectus, dein ex cõcursibus medicaminum cõgruentium per usum obseruatio. Tertio expertorum antea historia. Nouissime, à simili transgressus. Methodica communitatib. & similis speculationi adheret. Omnes enim particulares affectus ad generales duos reducunt, adstrictum & fluentem, quas cõmunitates uocant. Cognoscunt eas ex obortis circa corpus affectionibus, in utroq; euidenter cõspicuis. Quare notas nõ desiderant, exempli gratia adstrictum inde oriri, quòd corpus densatum sit, profluuium ipsius sistatur, omnisq; euidens excretio impediatur; fluentem uero inde, ꝙ summa corporis cutis rara euaserit, & sensibiles cuiusq; particulæ excretiones intensæ sint. Duplicẽ igitur curationis speciem generales duo corporis morbi ipsis indicãt, nempe si corpus adstrictum est, laxandum esse: si profluuio laborat, cõprimendum: si uitiũ mistum habet, occurrendũ uehementiori malo. Cæterum cõmunitates omnes nominant euidentes: harum autem alias passiuas, ut adstrictum & fluens. alias curatiuas, ut resoluere & tenere. quasdã temporales, initium, incrementũ, uigorem seu statum, & inclinationẽ. Porrò medicinæ quę manu medetur cõmunitates, in eius ablatione, quod alienum est, consistunt. Duplex enim alienum est, uel extrinsecus, uel in corpore. Extrinsecus simplex: illius quod in corpore est, tres numerantur species. Atqui extrinsecus, ut spiculum, telum, & quodcunq; aliud id genus existit, summã eductionem ostendit. Eorum quę in corpore sunt, aliud loco alienũ, ut suffusio, eluxatio, & fractura, quę transpositionem uel restitutionem in proprium locum indicant. Aliud magnitudine, ut abscessus omnes, scroti tumores, uerrucarum quædam genera dolentia quę ἀκροχορδόνας Græci uocant, phymata, & condylomata, quorum nonnulla diuisionem solam requirunt, nonnulla summã superfluorum pręcisionem demõstrant. Aliud defectu alienum non ut superuacaneum, sed ueluti deficiẽs dicitur, cuiusmodi mutila & curta omnia, sicut in labris oculisq; cernitur. Vnde quidam λαγοφθάλμοι, & λαγώχειλοι nominantur. Pari modo etiam se habent fistulæ & uitia profunda, quę Græci uocant hipophora, sinus, ulcera, aliaq; huiusmodi omnia, quæ ex defectu repletionem desiderant. Iam uero præter quatuor chirurgorum communitates, est & species quam προφυλακτικὴν, id est præseruatricem appellant. Apponitur autem & ipsa communitati in deleterijs & toxicis, bestijsq; omnibus quæ uirus inspuunt, tum uenenosis uolatilibus, et terrestribus, aquatilibusq;. Nam cõmune omniũ genus, ut sint exitialia, non tamen ad adstrictum & fluens referuntur, sed aliud est præter hæc genus. Quare & curatoria ipsorum communitas alia præter illam habetur, dicta prophylactice. Methodicam quoque sectam primum exculpit similis in euidentibus consideratio, sed non in latentibus seu abditis, quemadmodum in rationali secta. Hoc unũ intercedit discriminis, quòd in illa quoque similium inspectio, sed in obscuris consistit: secundum, quòd ex simili in euidẽtibus, affectus, auxilia, tempora, particularia omnia ad generalia reducit. Attamen non euidentia tantum empiricorum more animaduertunt, sed particularibus, nullo generali cognito, insistunt. Tertium est ex communitatum indicatione curationem accipere. nec causas, ut rationalibus in usu est, exponere: neque facta in concursibus obseruatione eorum quæ per experientiam conueniunt, ut empirici faciunt, contentos esse.

Qui trium sectarũ principes extiterint.

Rationalis sectæ & author & princeps Hippocrates Cous fuit. Post hunc Diocles Carystius, Praxagoras Cous, Herophilus Chalcedonius Erasistratus Chius, Mnesitheus Atheniensis, Asclepiades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ præfuit Philinus Cous, qui primus eam à rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cum autem suam hæresim principem esse uellent, Acronem Agrigentinum, quò rationali esset uetustior, ei dedisse initium dixerunt. A Philino Serapion Alexãdrinus ea secta floruit. Dein Apollonij duo, pater & filius, Antiocheni, hos secuti Menodotus & Sextus exacte eam corroborarunt. Methodicen Themison Laodiceus Syrius incepit, q ab Asclepiade rationali occasiones nactus, ad methodicæ sectę inuentionem se contulit. Thessalus Trallianus eam absoluit. Post hos Mnaseas, Dionysius, Proclus, Antipater. In ea aũt de quibusdã dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodisieus, & Soranus Ephesius. Fuerunt nonnulli ἐπισυνθετικοὶ quasi adiuncti apud Grçcos nominati, ut Leonides alexãdrinus, quidã ἐκλεκτοὶ, qđ est delecti, ut Archigenes Apameus Syrius.

Medicina scientiáne sit, an ars.

Rationales aliq, ut Erasistratus, medicinã partim scientiã, cuiusmodi est causarũ notitia, item naturæ inspectio: partim coniecturã, ut curationem & signa habere censuerunt. Methodici & in uniuersum scientiam ipsam esse prædicant, sed utrique à uero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia enim est conueniens, firma, & nunquam à ratione declinans cognitio: eam neque apud philosophos, præsertim dum rerum naturas perscrutantur, inuenias. Multo sanè minus in re medica: immo ut uerbo expediam, ne ad homines quidem uenit. Quamobrem medicina ars merito dici potest: siquidem artis nomine comprehensionum & opinionũ ad finem quendam uitæ spectantium collectionẽ certa qualitate & quantitate cõmeditatam intelligimus. Comprehensiones igitur humanas, & quę numero cõstitutionem quandam procreare queant, præcipue commeditatas, hoc est sibi concordes ac consonas cohærentesq; medicina habet: quo fit, ut artis uocabulũ, cuius definitio ei conuenit, optimo iure commereatur,

comprehen-

Scientia est firma cognitio
non est scientia rerum naturalium

comprehensionesq́; in ea ad uitæ commoditatem pertinent. Quippe ut seruarentur homines ac sanitatem tuerentur in uitam prodijt. Sed artium duplex est differentia: quędam à se absolutionẽ consequuntur, ut fabrilis, nauium compactoria, ędificatoria. Quędam finem suum ceu scopum desiderant: contingunt aũt non semper, sed plurimum. Vnde coniecturales quoq; dicuntur, ex quarum numero medicina fuerit: quemadmodum rhetorica, gubernatoria, & sagittandi ars. Est & alia differentia & ipsa duplex: quoniam aliquæ dum fiunt, sunt: & simul atque ab actione destiterint, nihil quod perfecerint ostenditur, cuiusmodi saltatoria, citharistica, palastrica, & quęuis alia ars musica. Nonnullæ in actione euidẽs opus planè nullum habent, sed tanquam futuri cuiusdam præparatorię existunt: ubi uero à functione cessauerint, tunc quid effecerint, apparet, qualis statuaria, pictura, & fabrilis. Tum alię quarum opera post actionem perdurant. Inter has medicinam quoq; numeres licet. In medendo enim nondum eius finis innotescit, quippe quę aduersus morbos semper laboret: at ubi curationem absoluerit, tunc homini sanitatem restituisse eam uidere est.

Quid sit medicina.

VI Definitionibus rationales usi sunt, descriptionibus empirici: de quibus quæstionem instituere philosophis solum conuenit: enimuero ueteres etiam medici hoc ferè modo medicinam simpliciter uel definierunt, uel descripserunt. Medicina est, Hippocratis sententia, adiectio & ablatio. Adiectio quidem deficientis, ablatio autem superantis in hominum corporibus. Quam enim definitionẽ medicinę nõnulli putauerũt, reuera non est, ęgros uidelicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbiq́; uehementiam retundere, malo uictis manũ non admoliri. Artes enim non ex ijs quorum neutiquam adest facultas, sed ex his quorũ adest, definitionem sortiuntur: quoniã illa definitio quę neutiq; fieri possunt, recenset, nõ ex ijs quę adsunt, artes definit. Recẽtiores huiusmodi definitionem usurparunt. Medicina, est scientia sanitatis conseruatrix, morborũ repultrix. Verum secus habet. non enim ipsa hęc efficit, sed ex illis quæ efficit, hæc proueniunt, idq; nõ semper. Quapropter nõ ex his, sed ex illis quę ab ea semper accipiuntur, constituta est. Hęc autem sunt adiectio et ablatio. Proinde quę capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocrates, quibus & in sanis utitur cum secundam ipsorum ualetudinem conseruat, & in ęgrotis ut morbis liberet. Quę igitur semper facit, ea ipsam constituunt, non illa quæ ab his efficiuntur. Aliud nanque ars, aliud eius finis est. Hunc enim non assequitur, sed quod circa ipsam est. scilicet neq; id perpetuo secum habet. Quo fit ut quatenus ipsum non contingat, neq; finis eius, sed scopus dicatur: cum autem cõtigerit, finis. Ita gubernatoria & sagittandi ars nõ à fine, quẽ non semper contingunt, sed ab ijs quibus constitutæ sunt, & per quæ, ut finem assequantur, functiones obeunt, definitionem sortiuntur. Porrò definitio hęc omnibus ferè post Hippocratem probe esse uidetur. Herophilo medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Trium enim horum cognitionem habet. Salubrium quæ corporis humani constitutionem ita pręparant, ut ex eis pulchre inuicem aptatis, sanitas concilietur: insalubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quę ægris adferuntur & eorũ materia. Hęc enim priusquam à medico excepta sint, neutra; hoc est, nec salubria, nec insalubria sunt.

Artes quo modo definiendæ

Quot partes medicinæ.

Primarię medicinę partes sunt, rerum naturæ contemplatio, causarum notitia, uel affectuũ consideratio, sanitatis tuendæ ratio, signorum obseruatio, & medendi modus. Gręci uocant φυσιολογικὸν, αἰτιολογικὸν, seu παθολογικὸν, ὑγιεινὸν, σημειωτικὸν, & θεραπευτικὸν. Athenęus pro signis materiam constituit, quę in curatoria parte uersatur. Nam sine materia curatio fieri nõ possit. Indiciorum obseruatio, & ad curandi rationem necessaria, non tamen ipsa est curatio. Materię enim beneficio curatio absoluitur, ac materia quidem sine curatione nihil aliud cõfert. Signa uel citra curationem ad cognoscendum quę mederi queas, & quę minus, necessaria sunt. Ad hęc faciunt ne inscius ijs qui medicinę nullum locum reliquerunt, manum admolitus, erroris notã incurras. Iam uero quinq; earum partiũ medicinæ, cuiusq; diuisio quędam angustior est. φυσιολογικὸν itaq; pars dicitur, in qua de hominis natura disserimus. Constat autem, si diuidas, elementorum notitia, quibus homo cõponitur, tum generationis, fœtus, & formationis, pręterea interiorum & exteriorũ corporis partium speculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, ossiumq́; rationes perscrutamur. αἰτιολογικὸν, quod & παθολογικὸν dicitur. in qua ea quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuũ status diligenter indagamus. His enim incognitis nemo rectè nouerit quo modo morbos curare conueniat. ὑγιεινὸν sanitatem tuetur, tum præcauet quo minus corpora in morbos incidãt: ubi inciderint, ad sanitatem reducit. σημειωτικὸν præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum pręsagia continet. θεραπευτικὸν, id est, curandi facultas ea quoque in tres partes diducta est, ut una esset quę uictu, altera quę medicamentis, tertia quæ manu mederetur.

An medicinę diuisio in quinq; partes diducta necessaria sit.

Proinde rerum naturæ cognitio necessaria est VIII. hoc potissimum nomine, quòd nisi naturalibus antea cognitis, ea quæ à naturali habitu recedũt, cognoscere queas nunquam: nam præter illorum naturam morbi consistunt. Causarum uero & effectuum notitia non minus & ipsa desideratur, ut affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus, tum ipsos affectus à ueteribus appella-

appellatos eorumq́; ſtatus cognoſcamus. Vtilis ſane & ſymptomatū affectibus incumbentiū cognitio eſt: nam ab horum cōgreſſu, quem Empirici συνδρομὴν Grece, latine concurſum uocant, corporis uitia ſpeciē nanciſcūtur. Quanq́; ijdem Empirici in ſyndromis quæ cuiq; accidenti conueniant, obſeruarunt, Methodicis curationē affectus indicant, quemadmodum Rationalibus cauſæ, licet ipſi nihilominus tum affectus, tum cōcurſus inquirant. Totum autem cauſis attribuunt, quarum nonnullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concauſæ, reliquæ pręcedentes dicuntur. Euidentes quæ Græcis uocantur procatarcticæ, id eſt antegreſſę, ſunt quę dum aduerſam ualetudinem crearunt, ſeparantur, ut frigus, laſſitudo, calor, incoctio. Continentes cohærentesq́;, cum pręſentes ſunt, & morbi quoque eorum aſſunt: cum tolluntur, morbi etiam diſcedunt, ut ſpina & telum. Concauſæ quas Græci appellant ſynætia, quæ affectum ſua ui poſſunt generare, generantur uero & alteri cohęrentes, ut lapis in ueſica, & inflammatio. Nam ambæ urinæ ſuppreſſionis cauſæ ſunt, etſi per ſe utraq; illam generare poſſit. Coadiutrices cauſarum partes, quę ſua uirtute morbum efficere non poſſunt, ſed alteri auxiliantur, ut libido articularem morbum promouet, & remigatio ſanguinis eruptionem. Præcedentes, ſiue internę, quę ab euidentibus uel pręparantur, uel coadiuuantur, ut ſanguinis abundantia nutrimenti copiæ ſoboles eſt. Præcedit autem Eraſiſtrati coincidentiam, quā Gręci παρέμπτωσιν nominant, quę omnium morborum cauſa eſt coniuncta, uerum citra pręcedentem non accidit. Porrò ſalubris illa pars non ſolum ut pars medicinę, ſed tanquam potior ei quę medetur, præponitur. Multo enim pręſtat morbum prorſus non admittere, quàm morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe præſtabilius eſt antequam in tempeſtatē incidat iter abſoluere, quàm fluctua tum periclitatumq́; euadere. Atqui differunt rurſus in ea parte quā ὑγιεινὸν Gręce appellauimus, ſanitatē tueri, & morbos inceſſentes longius proſpicere. Etenim conſueta uictus ratione primum adminiſtratur: alterum curatorijs auxilijs ut morbum qui cōflari debet ſupprimat ac diſſoluere anticipet: ſiquidem quę iam ortis affectibus medicantur, eadem quoq; prius quàm oriantur, prohibet illos conſiſtere. Similiter pars, quam ἀναληπτικὴν, tanquam refectricem appellant, differentiæ cum illis nonnihil habet. Qui enim recreat uires recolligit'que, ut non amplius pręter naturam, ita ſecundum naturam ſe nondum habet, ſed ab naturali nuper habitu abſolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam uictus rationem deſiderat, curatoriā, nec non enim ægrotat: nec eā qua ſani utuntur, ut qui nondum abſoluta fruatur ſanitate. Quo fit ut nec qualitate nec quantitate pari ſanis cibum poſſit aſſumere. Adnotatrix pars medicinæ, curationi morborum per uictum ſumme eſt neceſſaria, nam præterita & præſentia ſym-

A ptomata ad morbi cauſam inueniendam diligenter inſpicimus. Inſuper maxima eius neceſſitas eſt ad præſagiendum, mors, an ſalus expectanda ſit. Pari modo medicina quæ manu medetur, tum illa quæ medicamentis auxiliatur, ſine indiciorum obſeruatione non abſoluitur: quippe pręſagia eodem modo deſiderant, quibus ſcias quæ curationem non admittunt, quæ'que eam recipiunt quidem, ſed uehementer aut offendūt ęgrum ſi curentur, aut è medio tollunt. Iam uero curatoria pars trifariam diuiſa eſt, una uictu, altera medicamētis, tertia manu medetur. Prima auxiliorū, quæ digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, eſt adminiſtratio, quę omnibus quidē ęgrotis, ſed pręcipue febrientibus in uſu eſt. Quę medetur,

B pars curatoriæ eſt ea, inciſionibus, uſtionibus, & oſſium inſtauratione homines curat. Medicatio, φαρμακεία Grecis dicta, nudis medicamētis interiores affectus & exteriores ſanat. uictus enim conuenientē rationē quandoq; uero & manuum opus requirit, quemadmodū chirurgia & uictus ratio medicatione utuntur. Itaque à rerum naturæ contemplatione, altius auſpicabimur: quoniā nec in ſanis ſecundum ualetudinem tueri, nec in ęgris morbi originē ſiue cauſam cognoſcere, nec ſignis quid deprehendere, nec curationem admoliri recte poſſis, ignorans quibus homo elementis conſtet, & quomodo his immutatis à natura quam obtinebant prius, morbi naſcantur.

De elementis humanis.

C Conſtat igitur homo ex primis mundi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturalium cum Hippocrate conſenſu, nō quòd ex his ipſis, ſed pro portione eis reſpondentibus homo conſtituatur. Atqui ex Hippocratis ſententia dum diſſoluitur, in hæc prima reſoluitur, ut unumquodque rurſus in ſuam ipſius naturam, homine uita defuncto, redire neceſſe eſt, ſiccū in ſiccum, frigidum in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiuſmodi tum animantium, tum aliorum uniuerſorū natura eſt, omnia ſimiliter oriuntur & deſinunt ſimiliter. conflatur enim ex his prædictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde ſingula originem nacta ſunt, eò quoque recedunt quemadmodum Homerus hiſce uerbis inquit in- IX.

D nuens diſſolutionem in hæc futuram: Vos aqua uos tellus cunctos aliquando tenebit. Cæterum hominem uelut ex ſecundis & humanæ naturę uicinis quatuor humoribus, ſanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra conſtitutum eſſe phyſici pronunciant, quoniam fœtus in prima ſui formatione ex genitura & ſanguine qui à matre per urachum influit auſpicium cœpit. in his autem quatuor humores erant. Qui ex tribus, ijs'que compoſitis hominem prodijſſe cenſent, hæc præponūt initia humida, ſicca, & ſpiritus, quę Hippocrates Græce ἴσχοντα, ἰσχόμενα, & ἐνορμῶντα appellat. Ea ferè Latinis ſonat continentia, contenta, & impetum molientia. Continentia igitur ſunt ſolida omnia, ut oſſa, nerui, uenæ, arteriæ, ex

ex quibus & musculi, & carnes, totaq; corporis moles conflata est, ad hęc interiorum exteriorumq; concretiones. Contenta uero humida sunt, quæ in uasis per tota corpora dispersa ferunt. Atq; hęc quatuor prædictos humores uocat Hippocrates. Impetum molietia spiritus existunt, quos ueteres duos, animalem & naturalem numerāt. Stoici tertium inuehunt ἑκτικὸν, quem habitum nomināt. Erasistratus uasa triplicia, neruos, uenas, arterias, omissis spiritibus & humidis, tanquā initia & totius corporis elemēta constituit. Nam duplici materia regi animal affirmat, sanguine tanquam alimento, spiritu tanquam naturæ functionibus obeundis coadiutore: non aūt ea ut principia intelligit. Multæ sanè alię partium species non ex tribus illis cōpositæ inueniūtur, ut uerbi gratia cerebrū, medulla, atq; ossa omnia. Cerebrū igitur uel medullam nutrimenti parenchyma, quasi adfusionē exponas, audet appellare, sicut adipem, iocinoris, lienis, & pulmonis consistentiā. At ossa neq; nutrimenti parenchymata, neq; ex prędictis uasis triplicibus composita esse dicere possit. Asclepiadi hominis elementa sunt corpuscula manantia, fragiliaq;, & inuisibilia foramina. Secundum Athenęi sententiam non quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, sed eorum qualitates calidum, frigidum, siccum & humidum. Ex quibus duo causarum efficientium munere fungi, puta calidum & frigidum: duo materialium, siccum & humidum, supponit. Quintum uero ex Stoicorum opinione introducit spiritum cuncta penetrantem, à quo omnia continentur & gubernantur. Hippocrates cum trifariam hominis elementa diuisisset, in continentia, contenta, & ea quæ animi impetū regunt, quibus omnia de elementis post ipsum asfertis cōprehendit, necnon naturę elementorū tractationem, & eorum quæ præter naturā sunt causas, haud scio quomodo successores eius unam illam reuera diuinam Aesculapij medicinā in tres partes sibi cohærentes distribuerint atq; diuulserint. Alij eñ tum humidis eorū quæ secundum naturam habent constitutionē, tum causam eorum quę præter naturā solis attribuere, ut Praxagoras & Herophilus. Alij solidis corporibus initia & elemēta attribuētes, ex his tū quę natura cōsistunt, tum morborum causas inde capiunt, ut Erasistratus & Asclepiades. Athenæi uero & Archigenis imitatores spiritu solo ea penetrāte: tum naturalia cōsistere ac gubernari, tū morbos uniuersos hoc prius offenso creari dixerunt. Vnde & pneumatici, id est, spiritales, ueluti qui omnia spiritibus attribuant, nuncupantur.

Exteriorū corporis partium appellationes.

De partibus corporis seu particulis & quæ earum nomina sint, primus Arist. docuisse simul ac conscripsisse creditus est. Temporis aūt processu medicis quoq; ipsis posterioribus de ijsdem tractare necessarium uisum est, ne manu allata quāque partem aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficientē earum notitiam haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Erasistrati sectatores æmulati, ut Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidunt igitur totum corpus Aegyptij medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non ut illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipsius corporis dicetur. Huius particulæ sunt hæ. Anterior superposita superciliјs, pilis nuda, inter utranq; aurem sita, Frons nominatur. Hac superior capillis intecta, Sinciput. Partem ab utroq; sincipitis latere supra aures sitam, Tempora appellamus. in media capitis regione sinciput superante est Vertex. Vnde uelut à centro circulus, capillorū prouētus incipere uidetur. Post uerticē à posteriore capitis parte adusq; tendines Occiput descēdit. A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, & ore ad mentū usq; circūscripta à supcilijs incipiēs, Facies dicit̃. Vbi enim frōs à superioribus descēdens desinit, Supercilia, ceu termini eius eminētes, & pilis cōsiti eam excipiūt. Qua aūt frōs ad tēpora porrigit̃, in ipsius † terminis Aures sitæ sunt, quarū pars aperta ala dicitur, refracta ab anteriori in posterius ipsis summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronē exurgēs Græce xyster appellat̃. Huius acumini concauū quod subiacet conchula. In huius medio rotundū foramē, meatus auditorius uocatur, sub quo particula pinguis ab aure suspēsa fibra est seu auricula, superior pinna. Oculi supercilijs subiacent, quę & lumina dicuntur, nempe tota figura cū ipsis particulis. Superius inferiusq; interiores tunicas contegentes, Palpebræ appellantur, hæc inferior, illa superior. Cōmittūtur inuicem crebrò & extremo tactu ad uisus recreationem, & ad prohibendum nequid extrinsecus uiolenter oculis incidat. Maxime uero, quemadmodum in somnis, uisoriæ uirtutis auertendæ gratia, quo melius homo conquiescat. Partes aūt iuxta oculos totos sitæ, qua palpebræ inuicem cōmittuntur, tardi nominantur Græcorum uocabulo. Vnde pili proueniunt quos cilia nuncupāt, à quibus orta sunt dicto nomine. Facti aūt in hoc sunt pili isti ut uisoriū spiritū, uel, ut quidam aiūt, radios ab interiore parte effusos perspiciendi gratia dirigant. His itaq; elapsis, uel retortis, nequaq; animās similiter in rectū, uel in longū uidere potest. Interiores oculi termini ubi palpebræ coalescūt, anguli sunt: alter iuxta nasum, iuxta tēpora alter: hic paruus, ille magnus. Quod in horum medio cōsistit, oculi candidū. Huius rursus mediū Iris circulus coloribus uarius occupat, unde & à similitudine quā cū cœlesti illa Iride habet, nomē accepit. Huius rursus media pars per quam uisus peragit̃, Pupilla est. Nasus oculos interiacet, eius partes utrinq; sitę, Nares uocant̃, qbus animalia respirāt & olfaciūt. Exteriores aūt nariū partes, Pinnulę siue Alę nominant̃. Quod autē eas discriminat, Interseptum uocamus. In utraq; nasi parte quæ proprie concaua sunt sub oculis sita, concaua

Alias ipsorū.

C 10.

Concaua nũcupamus: unde quidã concaui nominantur. Per morbũ autem hæc attollunt ob hominis cruditatem uel displicentẽ dispositionem. His aũt superiores inter nasum & aures Malæ, priscis etiam Genæ dicuntur: quæ bene coloratis & ingenuis pudore suffusis rubẽt. Hinc Maxillæ ad mentum usq; descendunt, et hac in mucronẽ desinunt. Mentum id omne est, quod labro inferiori longa orbiculari figura subiacet. Suprema pars labri sub naribus μύσαξ Græcis, Homero ὑπήνη appellatur. Quod intra labra describitur, & ab eis constituitur & continetur, Os est. Videntur enim hæc quasi cõnata, post diducta os efficere: quare etiam ueluti nuper diuisa apparent. Quod caput excipit, & ad humeros usq; pertinet, id totũ Ceruix dicitur: huius posteriores partes ꝓprie Tẽdines appellantur. Dein sub ceruice Humeri utrinq; prominẽt, quorũ uerticem ἀκρώμιον, quasi dicas, summũ humerum, Græci nominant. Quod ab hoc prorsum uergit, Claviculæ existũt, inter quas Iuguli habentur. Ab humeris Manus incipiũt, utraq; ex suo latere propensa: harum pars ab humero ad cubitum usq; pertendens, Brachiũ uocatur. Ancon aũt, id est cubitus qua tota manus flectitur, cuius exteriorem partem Græci κορωνὸν, & horum Attici ὠλέκρανον nominant. Dein Cubitus, quo et homines metiuntur. Vbi hic desinit, & cũ summa manu coarctatur, Brachiale dicitur. Succedẽs huic pars μετακάρπιον, nomen latinitate necdũ donatũ, quasi postbrachiale dixeris. Inde Nodi à q̃bus digiti incipiunt, Græci κονδύλους appellant. Digitorum maximus Pollex est, ἀντίχειρ Grecis dictus, quòd toti summæ manui cooperans æquipolleat. Post hũc Index, nomẽ ab usu, ut apparet, sortitus. dein Medius: hunc medio proximus sequitur, Grecis παράμεσος dictus, medicis dicatus, atque ab ijs nomen sortitus. Postremus Minimus dicitur, ꝙ omnibus sit inferior. Itaq; à brachiali summa manus dicitur, cuius supinę pars iuxta pollicẽ assurgens, Vola nominatur, græce thenar: hui pars opposita ὑποθέναρ græco nomine uocatur, latino carens. Verum unde digiti procedunt, Pectẽ manus est. Quod medium horum omniũ est, concauũ † Manus dicitur. Thorax ea pars appellatur, quę à collo toto ad ilia usq; ex anteriore parte protẽdit. Huius pars quæ sub clauiculis utrinq; & manibus habetur, Costæ sunt: ex quibus & latus utrunq; dicitur. In harũ medio Pectus. Huius rursus medium usq; ad chartilaginem sub qua uentriculi os delitescit, στέρνον Græcis dicitur: idẽ locus etiã extrinsecus ita appellaẽ. Hinc Abdomen oritur. Quæ sub uentriculi ore ad partem exteriorem apparẽt, subchartilagia nominamus, Greci ὑποχόνδρια, quoniam secundum rectitudinem sub chartilagine ueluti post ipsam habẽtur. Sunt autem Musculi, qui expansi membranæ pręenui ueluti araneæ, quam περιτόναιον Græci nominant, subiacent: extrinsecus uero cute conteguntur. Aequiuoco autẽ cum his uocabulo etiã interiora uiscera uocamus subchartilagia uel hypochondria: quoniã & ipsa sub

† Græcus codex habet στῆθος, id est, pectus.

chartilaginibus notharum costarum ab interiore parte existunt: sed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen est. Quod utrinq; est, Inane seu uacuũ. Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc Sumẽ Grecis ἦτρον uocatum. Postea Pubes sequitur, quæ & Aquaticulus, grece ἐπίσιον dicitur: in quẽ Thorax finit; ubi & musculorũ Naturalia constituta sunt: tum fœminarum ad femoris utriusq; exortum, ut sub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles uocatur: summitas eius Glans: qua foramẽ habet ad excretionem, οὐρήθρα ab usu nuncupatur. Cutis quæ eam contegit, Præputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius uergens ῥαφὴ, id est sutura uocata est. Quæ uero adusq; sedem producitur, ταῦρος, hoc est taurus. Testiculi duplici nomine apud Grecos Didymi et Orchis intus et foris appellantur. Quod testiculos ambit: ὄσχεον Græci, nostri Scrotum uocãt. Mulieris autem pudendi (sic enim nominaui ipsum) sinus ipse, græcum nomen κτεὶς obtinet, latinum Pecten. At quæ sinum ambiunt, Alæ uocantur. Inter has autem caruncula ad fissuram exorta, Græcorum lingua νύμφην, nostra colliculum appellare licet: quem quòd multo promineat, Aegyptij in uirginibus excidere consueuerunt. Porrò recti intestini orificium per sedem prodiẽs, quo excretionem cũ lubet retinemus, Annulus à figura, ab officio Strictor uocatus est. Cæterum posteriores corporis partes, quæ collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totum, νῶτον, id est, tergum uocatur, inde utroque in latere ὠμοπλάται, id est, scapullæ habẽtur. Media ipsarũ pars μετάφρενον, quod est dorsum, cui etiam stomachus intus subiacet. Rursus media totius tergi sedes superne ad clunes usq; Spina dicitur. Huius partem quæ recto tramite sub dorso habetur, ἄκνηστιν Homerus nominauit, manifesto alijs dictionibus exponens, κατ' ἄκνηστιν μέσα νῶτα, quoniã & iuxta rectitudinem longitudinis media sunt terga, mediumq; est dorsi & lumbi. Spinam Lumbi Græcis ὀσφὺς dicti, quę ἰξὺς nominata est, quatenus cingimur, excipiunt. Hi in Os sacrum terminantur: in cuius utraque parte Coxæ sunt: in his Nates: quoniã quę his subijciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosa ipsis corpora substrata sunt. Quorum Gibbæ partes, quòd orbiculares sunt, σφαιρώματα, ceu modo orbium factæ, Græcis nominantur. Inde corpus unum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorum diuisionem ueteres Græci διχάλαν nominant: atque hæc tota ad extrema usq;, Crura dicũtur: quæ uero à coxis statim incipiunt, Femora: ubi uero artus postea committuntur inferioribus, articulumq; efficiunt, Genua nominamus. Eorũ partes retrorsum spectantes, Poplites, uel Ancyle: inde ad ima maximi artus Tibię: quorũ anterior pars Crea, posterior Sura nominatur. Postremũ ossium tibię in utrunque latus excedens, Talus est: ab hoc profecti Pedes proprie appellantur: quibus etiam mensuram sibi

aliam homines in altum tollentes pedèm inuene- A runt. Pedis pars posterior Calx: prior à talo usque ad digitos, ταρσὸς Græcis uocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicientibus à talo uersus magnum digitum procedẽs, πεδίον Græcis appellatur: latine planicies dici potest. Quod sub hac statim in medio imi pedis habetur, Concauum dicitur. Infimum quo terram cõtingimus & ingredimur, Planta uocatur. Quod post cõcauum ad digitos assurgit, Pecten † pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuũ digitis pares. Non autem eadem sortiti nomina: quoniã nec eosdem præstant usus, quanquam magnitudine aut situs ordine conueniant.

† Græcũ exemplar habet ςῆθ⊕, id est, pectus.

C. 11.

Interiorum anatome.

Anatomes uocabulum, etiam exteriorum cor- B poris partium & particularum per abusum commemoratio usurpat, quæ uerbis uniuscuiusq; ipsorum naturalem situm, ordinem, usum, quem animanti præbent, propriam cuique illorum appellationem de quibus iam retulimus, percenset. Interiorum uero cum sermone explicatio proprie anatome dicitur. Siquidem oculis eas indicatas esse, confectio non est, sed cuiusq; notitiam ex sermone ac uerbis accepisse, & naturales actiones quomodo ipsas obeant didicisse: præterea quam inuicem communionem uiscera, aliæq; corporis partes per uenas habeant. Cerebrum itaque ex nullo eorum quæ prędiximus, principali uase compositum esse uidetur Erasistrato, eoq; nutrimenti parenchyma, id est, affusio ipsi esse uidetur. Est autẽ corpus sim C plex, atq; ob id omnium quæ humano continentur corpore, & præcipuum, & princeps. Quapropter Plato & Hippocrates animi principatũ in eo constituunt. Cõprehenditur sanè membranis duabus. Vna & contigua assimilisq;, χοροειδὴς Grecis appellatur, uenosiorq; est. Altera quæ huic superiacet, caluariæ quibusdam partibus magis adhærescit. Sed hæc neruosior existit. Ex superiore igitur parte uenæ nutrimentũ à corde iuxta eum locum qui Græcis ληχωνεῖον dicit, ex arterijs quæ ad basim sunt acceptum in id deriuãt: inde & nerui exortus principiũ ex eo capiunt, unde & animi functiones uniuerso corpori cõmunicãt. Neruorum autem species duæ sunt: una mutuos ossium connexus colligat, continetq;: altera sentiendi mouen D dicq; pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atque hinc etiam musculorum prouentus est. Oculorũ meatus & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos uisorius spiritus oculis impartitur. Inde uero nares etiam processus habent, per quos & odoramur, & cerebrum expurgatur. Ad aures processus non sunt, uerum à posteriore parte tenuis membrana, quã Gręci μήνιγγα uocant, perforata est: atque in uermis speciem processum habet, per quam similiter ipsæ repurgant. In illius principio cerebri pars Græcis κωνοειδὴς appellata, quòd coni speciem referat, sedem habet. Iam uero illinc & spinalis medulla incipit. Cæterũ duos habet cerebrum uentriculos, quorundam opinione, unum, ubi animi principatus residet. At Caluariæ ossa superiore parte sub cute, membrana quæ per suturas è meningib. prodijt, περικράνιον Græci nominant, conteguntur. Estq; hæc origo membranæ costas succingentis, quam ὑπεζωκότα nominant, & septi transuersi, & peritonæi, & omnis membranæ neruosæ. Oculus ex Hippocratis sententia habet duas tunicas, quas Hippocrates μήνιγγας, quòd ex illis prouenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, nonnulli quatuor. Ex quibus prima deforis est, à Græcis κερατοειδὴς uocata. Ea reliqua sui parte alba est, pupillæ loco extenuatur. Perspicuumq; subiectũ colorem reddit, quatenus niger uel cæsius uel fuluus apparet. Secunda huic adiuncta qua pupilla est, modico foramine concaua, quæ quòd parte interiore sit acino uuę similis, ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Tertia retis modo sinum habens, ἀμφιβληστροειδὴς nuncupatur: per inde quasi in summo quartam tunicam à nõnullis inuectã excipiat, quam & ἄδηλον, ceu minus apparentem uocare consueuerunt. Est etenim membrana minima simul & tenuissima, sed prima & secunda firmæ membranæ crassæq; tunicæ sunt: tertia uero & quarta tenuissimæ. Quare & Hippocrates priores solas cognouit: oculus, inquiens, membranas duas habet. Porrò triplices hę tunicæ humores continent. Hunc ab aquæ similitudine ὑδατοειδῆ Græci uocant. Illum ὑαλοειδῆ, quòd uitro quiddã simile referat. Tertium κρυσταλλοειδῆ, hoc est crystalli modo pellucidum. Palpebrarum interiores partes carnosæ: medię cartilaginosæ: exteriores cute tegũtur. At quoniã chartilago media dura est, adeps subiecta est lenimenti malagmatis ue instar, quæ frequenter exuperans, guttas parit. Lingua maxime carnosa est, in quam duplex neruorum genus ab ima parte cerebri prodiens, inseritur. Alij molles appellati gustãdi sensum ad principium, alij duri motum arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicem exigua inhæret lingua Græcis ἐπιγλωττὶς dicta, quę cum deglutimus, recurrens, arteriam claudit, nequid ex firmiorib. humidis in ipsam delabatur. Cuius rei quoque causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguæ radicẽ, utrinq; conspicuæ: duæ his proximæ penitiores. Nominãtur eædem etiam Græcis παρίσθμια, quoniam locus ad quem sitę sunt, isthmo præsertim cum per inflãmationem intumuerunt, eoq; transitum hunc arctum nimis reddunt, figura respõdent. Porrò cum duabus animal materijs gubernetur, alimento & spiritu, ad hunc quidem percipiendum, nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo, partes sunt aptissimæ. Nares sanè & os respirationi seruiunt: gurgulio, ne frigidus in fauces aer cumulatim irrumpat: aspera arteria, ut eũdem in pulmones deducat, quorũ in pectore sedes est: per hos & omis fit respiratio, submittẽtes quidem se, ut spiritus emittatur: attollentes uero, ut idem recipiatur. Quare actione similitudinem quãdam cum fabrorum follibus habere uidentur: figuram uero ungulæ bubulæ seruant. Porrò ex spiritu elaborato

borato quicquid maxime necessarium est, ad sinistrum cordis uentriculum defertur. Quicquid inutile est, illac qua inspirauimus efflat. Nutrimenti uasa ad excipiendum, & instrumenta ad elaborationem instituta hæc sunt, os, dentes, stomachus, uentriculus ieiunum, & tenuia intestina. Os quidem & dentes cibum extenuāt moluntq;. Stomachus appetit & deglutit. appensus asperæ arteriæ ad septum usq; transuersum porrigitur. Ventriculus omnis est ad concoctionem. incipit uelut à media chartilagine, ubi uentris os situm dicitur. subsidet leuiter iocinori, latitudine Græcorum literam σ referēs, & altero extremo in sinisteriorem partem uergit, ubi est & Græcis dictus πυλωρός, quoniam portę modo, ne nutrimentum ex eo consertim delabatur, prohibet. Ieiunum & tenue intestinum digestioni dicatum est, in sinus multos implicitum. Committitur autem mesaræo seu mesenterio, quòd uenæ in id descendentes, intertexunt. Ei uero tenuius intestinum est ita connexū, ut pars eius esse uideatur, quippe ieiuno explicato persimile est. [Differt tamē, quòd nec uacuum sit, nec uasorum copiam habeat] per quæ digestio plurima ad iocineris portas permanet. Deinde cæcum intestinum, alimento recipiendo accommodatum. Huic adhærescit aliud, Græci κῶλον nominant, quod excrementa ex distributione segregata suscipit. Pertendens autem in dextram supra umbilicum inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totumq; amplexum abdomen in rectum intestinum desinit. Cum igitur duo meatus siue itinera à lato oris spatio incipiant, alterū iuxta priorem colli partem, brōchum uel asperam arteriam nominamus; [alterum, stomachum.] Vnde uero initium capit arteria, & ubi aperitur, Latini fauces, φάρυγγα Græci uocant, uel λάρυγγα. Cæterum totus meatus ex chartilaginibus annuli modo uel circuli compositis constat, quò firmus continuæ animantis respirationi maneat, nec comprimatur: quare etiam ostium eius semper patescit. Nam cibi abstinentiam tolerare potes diutissime, non inspirare, ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purum hūc spiritui transitum natura dedit, ne impedimenti quid sentiat. Enimuero si quid uel cibi, uel potus in arteriam imprudentibus delabitur, strangulationes & tusses statim excitantur, donec à spiritus impetu excussum efferatur. Iam uero aspera arteria spiritum pulmoni transmittit, desinitq; in eiusdem arterias asperas, quas ipsas quoq; bronchia nominant. Stomachus interius quàm arteria existens, ceruicis uertebris annexus, longissime cum aspera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adiunctus, cum cibum deglutimus, recurrens exacte ipsum ligula cooperit, quæ ex linguæ radice trahit originem. Porrò hæc ligula non modo os claudit, sed etiam cibum à lingua uelut uentilabro purgatum, & arterię orificio superimpositum ad stomachum pontis modo deijcit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet. Dum appetit quidem, se at-

A tollit, & quæ offeruntur, deglutit: dum accepta superioris uentriculi orificio contiguo per transuersum septum tradit, submittitur. Per quem angustum existentem meatum, in uentrem alimenta descendunt. Vētriculi naturæ officium est, ut alimentum sibi cōmissum cōcoquat, quod à concoctione primum ptisanæ cremori persimile est: uerum per eum quem πυλωρὸν à Græcis appellari diximus, qui adhuc arctior est, alimentum ieiuno instillatur: quod cum tenue sit intestinum, in flexuosissimos orbes natura implicauit, ne ex facili uidelicet dissecaretur, conuelleretur q;. Mesaræum seu mesenterium anfractus & orbes eius amplectitur, atq; ipsos sustentat: quanquam id non solum hunc præstat usum, sed etiam uenas duas sub iocinerē

B emergentes [fulcit] quæ post in diuersas partes diducuntur, & meseræo inserunt, quo & ipsæ (sunt enim tenues) ruptionis periculum effugiant. Sustinentur autem ab intexto eidem simul basi huic innitentes, & scalæ nauticæ instar alleuatæ finiūt. Atque hoc pacto in singulis anfractibus ad hirudinum similitudinem compositis, aperto ore ieiuno inhiantes, omnem in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul autem inter exugendum, protinus ipsum in sanguinē mutant, qui succus antea erat, dum in ieiuno esset. Non eñ alium de uel pituitæ, uel sanguinis, uel alterius cuiusdā uas esse natura indicat. Rursus igit̃ duæ factæ ex multis uenę à mesaręo acceptum, ad iocineris portas digerunt. In iocinere cum sanguinis naturā nu-

C trimentum induit, recrementa singula pariter secernuntur. Flaua bilis ad uesicam ei inhærentem defertur: atra ad lienē. Iam uero ab hepate uersum in sanguinem alimentum, in dextrum cordis uentriculum distribuitur. A corde sanguis per iugulares uenas (σφαγιτίδες à Græcis nominantur) ad superiores corporis partes deriuat. Per cauam autem uenam in uniuersum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, sanguine iam à sero discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub clunium carnibus per quas urina destillat, inhærent. Ad uesicam autem per meatus dictos græce οὐρητῆρας proficiscitur. Vesica corpore suo urinam recipit, & per colem foras excernit. Testiculi uero substantia glandulosi sunt, cōceptacula & officinę seminis, quod

D per singulos neruos ab inguinibus dependentes, Græci κρεμαστῆρας nominant, ad eos fertur. In quos etiam alia uasa ipsos nutrientia descendunt. Cæterum duabus tunicis conteguntur, quarum tenuiorem Græci ἐρυθροειδῆ, ualentiorem δαρτὸν appellant. Ab his est, quod ὄσχεον à Græcis, scrotū nostris dicitur. Fœminis autem uulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quāplurimæ aperiuntur, per quas sanguis expurgatur, qui in cōceptibus retinetur, ceditq; in alimētum fœtui & formationem. Nam à uenis quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes uenæ, ab arterijs ibidē sitis binæ arteriæ, & à neruis unus neruus mutuo in unum cōgressu meatum quendam ab anatomicis Græcis οὐ-

ραχον appellatum abſoluũt, qui infantis umbilico inſeritur, ex quo & enaſcitur, & ſuſpenſus eſt. Ab umbilico autem uenæ ad iocineris portas ſanguinem in fœtibus trãſmittunt: arteriæ uero iuxta ueſicam, craſſiori arteriæ: neruus hic ſpinę inſertatur.

C. 12.

De ea anatomes parte quæ ad oſſa pertinet.

Oſſium duplex compoſitio, una ad motum accommodata, nomen articuli habet: altera ad ſtabilitatem, Græcis συνάρθρωσις, id eſt, coarctatio dicitur. Huius autem tres ſunt ſpecies, ſutura, coagmentatio & fixura. Suturis igitur capitis oſſa conſtant. Inueniuntur autem ſuturæ in plurimis quinque. Prima per ſinciput, στεφανιαῖα à corona cui aſſimilatur, Græcis dicitur. Altera per uerticem ὀβολαῖα, quòd ueru repræſentet, uocat̃. Tertia per occipitium, à Græcorũ litera λ. λαμβδοειδὴς ei nomen eſt. Duæ, quas λεροταφίας nominant in utroque temporum una. Oſſa caluariæ ſeptem numerantur, occipitis unum, uerticis duo, temporum item duo, frontis unum, polymorphi unum: Cerebrum duos ab utraq; cerebelli parte proceſſus obtinet. κορῶνας, quaſi dicas tubercula, Græci appellant, qui in primæ uertebræ cauitates inſinuantur, in qua uelut centro ſecundæ uertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuitq;. Deinde oſſei dicti proceſſus duo paululum inuicem diſſidentes, per quos tendines & nerui deorſum ferũtur. Poſt alia duo oſſa ſuper foramina, per quæ facultas audiendi eſt, emergunt: iugalia nominari poſſunt ab eadem ſimilitudine, à qua id Græci ζυγοειδῆ appellant. Sub his rurſus alia duo petræ modo prominent, λιθοειδῆ uocant. Priore capitis parte proceſſus ſunt telo ſimiles, hinc quoque βελονοειδεῖς à Græcis dicuntur. Facti autem ſunt ad faucium diuiſionem. Vbi ſummæ eorum partes chartilagine committũtur, os ὑοειδὲς appellatur. Quæ uero ſuper his ſunt, nomen tum apud Græcos, tum Latinos deſiderãt, quorum in priore parte ſitum eſt os à multiplici forma dictum πολύμορφον. Porrò ſuperioris maxillæ oſſa coagmentatione cõſtant. Facies item commiſſuras nouem habet. Prima in lato utroq; oculorum ſpatio ſitum obtinet: duæ à latere narium utroq;: alia medias nares rectà interſecat. Malæ quoque ſingulas habent. Duæ rurſus obliquæ palatum ſecant, unaq; in rectum idem palatum diuidit. Communes aũt faciei & capiti connexus, ſunt in oſſibus iugalibus. Iam quidẽ faciei duodecim oſſa ſunt, narium duo, oculorum quoque totidem. Malarũ ſingula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo aliis ſimilia. Maxilla inferior quorundam ſententia duo in mento connata habet oſſa, nonnullorum unum. Cæterum dentes fixura iungũtur, quippe receptaculis ipſorum infixi ſunt. Sunt autẽ numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in ſuperiore atq; inferiore maxilla, quia ſecant, τομεῖς à Græcis nominantur: canini quatuor. maxillares ſeu molares uiginti ſunt. Reliquorum oſſium clauiculę ad ſummum humerum coeuntes deligãtur, Ad pectus autem articu-

A li & coagmentationis miſtionem facere uidentur, & Romanæ literæ S, eiusq; ſimplicis figuram oſtendunt. Dein coſtæ duodecim utroq; latere habentur. Septem ex eis cum ſpinę uertebris, cumq; oſſe pectorali utrinq; coeunt. Reliquę quinq; à poſteriore parte ſpinæ inſeruntur. In anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligantur. Vertebræ uero om̃es quatuor & uiginti ſunt. Septem in ceruice, dorſi duodecim, quinq; lumborũ. poſt omnes os ſacrum, quod ex uertebris inuicem connatis conſtare udent̃. Quin & pectus ſimiliter ex ſeptem oſſibus unà coalitis enſis figura ſtructũ eſſe apparet. At brachium utrunq; humeri articulo coarctatur. Porrò ſuo ipſius capite obliquè in ſcapularum ſinum immittitur. Cęterum ſcapulæ muſculis qui poſteriore parte coſtis ſubſternuntur, incumbunt. Cubitus & radius quem Græci κερκίδα appellant, coalitus quidem modo ſeſe contingunt: articuli uero modo alteri brachij capiti committũtur. Tribus enim ſui uertebris brachium in cubiti cælaturam ſtructura literæ σ ſimilem inſerit̃. Quarta iam uertebra radius ueluti circa axem uoluitur. Brachialis oſſa tria mutuo coalitu deligata ſunt, ad cubitum tamen & radium articulum apte faciunt. Poſtbrachialis quinque oſſa uidere licet, articulũ cum brachialis oſſibus, quibus connata ſunt, explentia. Palmę oſſa cũ eiſdem, & poſtbrachialis oſſibus coagmentatione iungũtur, continenturq;. Cæterum cum primis digitorum internodijs coartantur: digitorum uero internodia ſingulorum tria, quæ articulo componuntur. Femoris os unum eſt, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum ſinum conijcitur. Quam commiſſuram neruus qui è medio ſinu prodit, & in medium femoris caput inſeritur, continet. Coxæ quæ duo ſunt oſſa à poſteriore parte, cũ oſſe ſacro priore inter ſe coaleſcentiam habent: ubi & pubis oſſa uel pectinis nominãtur. Tibię utriuſque oſſa duo, nempe tibiæ & fibulæ. non peruenit autem fibula quam Gręci περόνην appellant, ad genu articulũ, uerum ſola tibiæ ſummitas quatuor in ſe ſuperficiales ſinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os, rotundum, ſublatum, ſcuti breuis inſtar, commiſſuram eorũ continens, quòd in ſummo coartetur: patellam id Latini uocant. Fibulæ ſuperior extremitas anteriori tibię parti ſub inſertione connectitur. Iuxta malleolos autem qua deſinunt utraq; tibiæ oſſa, ligamento nerueo, chartilaginoſoq; inuicem colligãtur. cæterum intus talo incumbit intra ſe oſſa conuinciens. Talus iuxta pedis longitudinem ſitus, perone, hoc eſt fibulæ inſidet, eiq; firmiter coaptatus eſt. Cęterum tibiæ oſſibus, tum ei quod σκαφοειδῆ uocant, in anteriore ipſius parte articuli iunctura committitur. Rurſus ſcaphoides ubi cum talo coit, excauatũ eſt, ut ſcaphæ ſpeciem referre uideatur. E regione gibbum, calles tres habet, quibus oſſa χαλκοειδῆ, quæ tria ſunt, inſeruntur. porrò quod cubi figuram repræſentat, extrinſecus ſitum eſt. coartatum eſt autem carnoſę parti,

& calci

& calci. Processum quoq; ex inferiori ad priorem partem obtinet, quam plantæ os retinendi ipsius gratia subijt. Deinde os dictum πεδίον, & ipsum quinq; constat ossibus. Tum deinde quinq; pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs, similiter ijs qui in manu sunt cōposita, si magnum excipias: is enim solus duobus constat. Contrahunt autem horum iuncturas membranosa quædā ligamenta: talū & calcem ualida admodū, & quædam ex ijs rotunda, simul & neruea chartilaginosaq;.

De humoribus.

C. 13. Humores corporis ex prima generatione quatuor, commisti inuicem & contemperati sunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, sanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iocinore, atra in liene. Cæterū duplex spiritus innati species, alius naturalis, alius animalis. Non desunt tamen qui & tertium hecticon introducunt. Hecticus igitur est spiritus qui lapides cōtinet. Naturalis animātia & stirpes nutrit. Animalis, sentiendi, omnisq; motus facultatem animatis exhibet: Situs autem est in animantibus: nam his tribus animalium natura constat. Itaq; animalis in capite sedem habet: naturalis in corde: hecticus in toto corpore uersatur. Naturę actiones sunt, à prima generatione impregnatio, fœtusq; formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio, in uentriculo cōcoctio, digestio, in sanguinem alteratio, segregatio, nutritio, & auctio. Excernuntur autem in corpore stercus, pituita, utraq; bilis, urina, sudores, mucci, saliua, & lac. Animę uero facultates, sensus, & uoluntas. Sensus quidem sunt quinq;, quibus animātia per corporis instrumenta fungunt, uisus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Instituit autem anima quædam sine corpore, ut cum ratiocinatur, uel reminiscitur. Cum corpore, ubi id ad quorūdam receptionem, uel excretionē, uel ad loca mouet. Respiratio composita quædam actio esse uidetur, partim ex arbitrio, partim sponte & naturaliter, ut in somnis facta. Sanus igitur homo est, primis, unde constat elementis: & secundis, unde formatus est, quatuor humoribus, tum quantitate, tum qualitate mediocriter inuicem contemperatis: solidis autem partibus ex quibus compositus est, nec diuisis, nec cōdensatis, nec è loco suo motis: spiritibus nec intensis nimium, ut in phreniticis, nec dissolutis, ut in lethargicis, uel in ijs qui cardiaco affectu affliguntur. His enim hecticus spiritus resolui uidetur. Sanus autem homo conseruandus est consuetis exercitijs, & cibis patrijs quolibet anni tempore obseruatis: copia eorum solum uitāda est, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariūt. Præcauendi morbi sunt, uel qui iam imminent, uel futuri sunt. Si ex plenitudine prouenient, inedia, uel purgatione, uel uenę incisione curandi sunt. Si ex labore & indigentia, quieti corpus dare & nutrire conuenit. Verum uniuersi morbi, & ex Hippocratis sententia, partim extrinsecus ex aere nos ambiente, partim intrinsecus ex esu, potioneq; proficiscuntur: à quibus humorum aliquis uel abundat, uel deficit, uel qualitatem cōmutat. Ab his etiam spiritus insiti nunc intenduntur nimis, nunc plus æquo relaxantur. Solida uero corpora foris & intrinsecus multas causas habent, plures affectus sustinendi. Erasistratus autem & Asclepiades in uniuersum unam cuiq; morbo causam tribuunt. Hic sanguinis in arterias coincidentiam, ille corporeę molis in raritate extensionem. Plenitudinis morbum facientis notæ sunt uasorum cōuexio, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulsuum magnitudo cum robore. Indigentiæ signa, collapsus tumoris, gracilitas in facie, & exiguus pulsus cū imbecillitate. Itaque febrim ueteres ipsam per se affectum arbitrātur. Erasistratus & recentiorum nonnulli accessorium, seu consectarium affectum. Febris igitur, est natiui caloris in ardentiore conuersio, eo quod intro auersus perspirare prohibeatur. Indicia febricitantium colligimus ex calore intenso & intolerabili, tum in accessionis principio ex languido, inæquali, & crebro pulsuū motu: In statu, ex uehemētissimo motu elato, & ueloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardentem, mordacem, acrem, & constantem, cum pulsuum frequentia & duritie, ex alto ueniētem, febrem esse definiūt. Sunt autem duæ eius species omnium sententia, continua, et intermittens. Continua est, quæ nō ad integritatem prius quàm morbus ex toto solutus sit, uenit. Intermittentis rursum sex species inuenimus apud ueteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanam, septimanam, & eam quę à nono die nomen habet. Quotidiana est quæ singulis diebus aut noctibus accessionem uel decessionem facit. Tertiana unum diem præstat integrum, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde reuertitur. Quintana tres. Septimana quinque. Quæ à nono die uocata est Græcis ἐννα-ταία, septem. Nam semitertiana, modo inter continuas, modo inter intermittentes ponitur. Iam uero reliquorum morborū duo genera sunt, uel cum febribus, uel sine febribus. Quidā enim acuti, quidam lōgi sunt. Acuti quidem hi, Phrenitis, febris ardens cui nomen est causos, Synāche, Pleuritis, Peripneumonia, Cardiacus affectus, Regius morbus, Cholera, Voluulus quem Græci εἰλεόν uocant. Colicus dolor, Apoplexia, Tetanus, Opisthotonus, Emprosthotonus. Acuti igitur à sanguine ferè & flaua bile, in nonnullis corporis partibus quas ij male habēt humores superfluis, & in deterius uersis constituuntur. Longi à pituita & atra bile, similiter uel copiosioribus quàm naturæ modus exigit, uel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, uictus ratione, uel inedia, uel purgatione, uel uenæ incisione curandi sunt. Qui ex abstinentia in morbum incidere, alimentis restituere conuenit. Quibus incoctio & humorum acrimonia morbi causam fecerunt, ijs fomentis & cataplasmatis concoctio paranda est. Acria contemperanda sunt, & cibis boni succi atque humectantibus uti oportet. Cæterum quatuor in toto morbo, particularibusq; ac-

Semitertiana.

cessionibus tēpora auxilijs adferendis dicata sunt. Initium, incrementum, uigor, & inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana conuenit: quibus & in totum abstinere triduo conducit. Venæ sectionem in initio recentiores ad tertiū usq; diem statuunt. Veteres etiam post tertium diem præcipiunt, si uires suppetant, & morbus postulet. Nutrimenti tempus à triduo iuniores, antiqui nō omnibus, sed ijs qui copia laborant, tum iunioribus, tum senioribus instituūt. Pueros statim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos quibus huiusmodi consuetudo est uel loci, uel aeris circumflui gratia. Ab alimento post triduū primum sumpto perfusiones capitis & præcordiorum ex usu sunt: sequentibus diebus cataplasmata & clysteres. Perfusiones igitur in præcordijs calidas semper assumere oportet, & simplices, ex cumini uel xylanethi decocto. Ad caput, calefacientes quidem in lethargo, & in omni graui sopore: refrigerātes autem in phrenitide, & quauis acuta febre conueniunt. Cataplasmata quædam solo melle & oleo conficiuntur, uocanturq; μαλακτικὰ, quasi interpreteris, emollientia. Quædam ex aqua cui oleum sit adiectum, fiunt, quæ ὤμην λύσιν Græci nominās. Alia his insperguntur, ueluti pollen, lini semen, & fœnūgræcum. Clysteres hydrelæo, melle, sale & nitro modico præparantur. Tempus eorum ante cibum est, dum accessiones remittuntur & inclinās. In cōtinuis morbis diluculum. Phrenitis est mentis alienatio. Notæ sunt, insania uehemens, temeraria manuum gesticulatio, floccorum & festucarum collectio, & febris acuta. Causam habet magna ex parte bilem. Cōstituitur in cerebro, uel eius membranis quas μήνιγγας appellant, uel, ut quidam aiunt, in septo transuerso. Curatio hęc conuenit. Initio, si præscius fueris, uenæ incisio, cucurbitulæ conueniunt, ademptio per clysterem & abstinentiam: non cedente morbo perfusiones soporiferæ, inunctiones quibus somnus accersitur, & humectantes cibi conducunt. Causos febris species, ab Hippocrate quidē inter acutos, ut quartana inter longos morbos refertur, à recentioribus non item. Oritur ex bile non nimis sicca, circa uenas quæ ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis missione, in statu, frigidæ, tum aliorum quæ refrigerandi uim obtinēt, potio confert, uel epithema, cuiusmodi ex feruenti hydrelæo præparatur. Angina est circa ceruicem inflāmatio. Eius speciem unam Græci κυνάγχην appellant, quæ in interiore ipsius parte orta subito strangulat. Alteram συνάγχην. Hæc in exteriorē partem incumbit, eoq; minus strangulat, minusq; periculosa est. Vterque affectus uel à bile, uel à pituita salsa nascitur, idq; nōnunquam cum febre acuta, nonnunquam sine febri. Remedium & generosissimum & præsentissimum est sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pituitā per os educentia, & cerata foris imposita. Asclepiades ultimū auxilium posuit, de quibus summus metus est, ne strangulentur, superiorē gutturis partem incidere. Pleuritis lateris ab interiore parte inflammatio est. Huic febris acuta dolor uehemens, & tussis accedit: à bile potissimum constituitur. Præsidio est in initio adhibita uenæ incisio; deinde cataplasmata & sicca fomenta, nēpe milij & salis: postremo medicamenta intrinsecus purgantia, quæ πλυντικὰ nominant. Cauenda uero in his sunt uentris profluuia. Peripneumonia, nonnullis autoribus inflammatio grauis est, circa pulmonem idq; grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non posse uidetur, sed uicina eius loca cum in dispositione eiusmodi sunt, ea ut ita nominetur, faciunt. Habet autem hic morbus febrem acutā comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuritidem concitat; secundum alios tamen pituita. Remedium ferè huic cum superiore malo commune est. Cordis affectus est, quē Gręci καρδιακὸν uocant, non quòd in corde affectus sit, sed quoniā stomachum ueteres cor appellabant, quo in febri acuta resoluto, ægrotos immodice digeri contingit. Accidit ferè ex immodica abstinentia, uel parum tempestiua uenarū sectione, uel cum aliquid præter rationem corpori adimitur. Quare alimento, quod facile distribui queat, & recalfacere, succurrendū est: quēadmodum ex uino ac niue, cibo qui ex ualentiore materia est, & stomachum roborare potest. Est cum uisceribus inflammatis, potissimum iocinore, hic morbus eueniat: cum econtrario, ablatione & cataplasmatis inflammationi dicatis opus est. Arquatus est, quem & regium morbum nostri, ἴκτερον Gręci nominant, bilis in summam cutem redundantia. Interim cum febri acuta oboritur, interim sine illa cum interiorum adustione, et stomachi uitio. Si præcordia inflammantur, cataplasmata primum desiderant: si copia laborant, uenæ sectionem: sin minus, medicamenta quę bilem euacuant, aut uentris ductione & intestinorum, aut per urinas, aut per sudores, aut per nares. Cholera duplex est secundum Hippocratem. Altera humida, in qua, uti omnes norunt, uehemens est excretio, bilis suprà infraq; erumpit, intestina grauiter torquentur. Accedunt conuulsiones, sæpe etiam crurum suræ contrahuntur. Remedio contractionibus sunt perfusiones calidæ: in ijs quæ contrahuntur, balneum post expurgationē, tum alimenta quæ ex facili disponuntur digeranturq;, & stomachum adiuuant. Alteram, siccam choleram uocat Hippocrates ab eadem prouenientem causa, ac circa eadem consistentē, ac citra uentris fluorem, & uomitum. Ideoq; remissionem pręcedentem & per cataplasmata requirit, nec cibi ingestione, sed cōtrà inedia opus est. Voluulus & colicus dolor, intestinorum inflammationes sunt, quorum alter tenuioris, alter plenioris. Quare deiectiones includuntur, & flatus intestinis inuoluti, eo quòd exitum non habent, dolores uehementes & tormina concitant. Voluulus autem dispositione & accidentibus acutior, magisque periculosus est. Alterutro autem morbo extreme laborantibus uomitus concitantur, uoluulum patientium. Auxilium

xilium est uoluuli maxime sanguinis missio per initium, plerunque abstinentia, & cataplasmata mitigantia, & inflammationem discutientia. Efficacius iuuant medicamẽta quæ κωλικὰ nominant, intro per sedem immissa. Nam dolores auferunt, somnum conciliant, & aluũ mouent. Apoplexia ex humorum crassorum copia generatur, qui capitis uasa, unde corpori sentiẽdi mouendique facultas aduenit, obstruunt. Quamobrẽ qui huic malo sunt obnoxij, sensu, uoce, & motu priuant. Hippocrates de hoc uitio scribit, Apoplexiã, inquiẽs, ualidam soluere non licet, imbecillem haud facile. Sanguis mittendus statim iam oppressis, modo & ætas consentiat, & uires sustineat. Tetanus, Opisthotonus & Emprosthotonus neruorũ morbi existunt. uerum utraque species est conuulsionis neruorum, qui à capite descendentes, corpori motum distribuunt. Nam si uiscosi humores eos obstruant, affectio talis oritur. Quæ si scapulis caput annectat, quo minus possit annuere, ὀπισθότονον: cũ mentum pectori cõtrahit, ut renuere nequeas, ἐμπροσθότονον: cum rectam & immobilem ceruicẽ tendit, τέτανον Græci appellant. Sanat uenæ sectio, si copia subest: ut uidere licet apud Hippocratẽ in illo qui prolapsus humi uulnus in caput acceperat. Medetur eñ eis & frigidæ copiosæ infusio, si æstas sit, presertim si non gracilis, sed quadratus existat æger. nam caloris reuocationem molitur. Multi sane ceratis modice recalfacientibus & relaxantibus utuntur, ad hæc inunctionibus similibus, necnon lanis oleo imbutis, atque impositis & fomentis & cataplasmatis calidis. Longi morbi interioribus accidunt hi, cephalæa, morbus comitialis, uertigines, oculorum caligationes, insania, melancholia, lethargus, distillatio, raucitas, grauedo, sanguinis eruptio, suppuratio in thorace, tabes, abscessus in medio latere, abscessus in clauiculis, iocinoris affectus, tenesmus, dysenteria, lumbrici lati, teretesque, ascarides, coxarum dolor, articularis morbus, podagra, elephantia ad exteriores partes spectare uidetur. Ex longis morbis cephalæa internus capitis dolor est, qui incircuitu interdũ affligit à pituita nascens, interim unã capitis partem infestat, tunc ἑτεροκρανίαν nominant. Auxilium utriusque est sanguinis detractio, uel cucurbitulæ occipitio impositæ, eductio pituitę per os, per aluum purgatio, & epithemata quæ inter cataplasmata, uel malagmata, uel epichrismata scribũtur, postremo causa eius sinapismo resiccatur. Morbus comitialis, quem & sacrum uocant, circa neruorum qui à capite descẽdentes, sensum motumque uniuerso corpori distribuunt, originem cõsistit. Causam eius Plato & Hippocrates pituitã & bilem atrã indicant. Homo concidit qui hoc malo detinetur, quoniam ei sentiendi mouendique meatus obturantur, spumat ijs os ob humorũ cõmotionem, quæ à neruorum conuulsione prouenit. Qua de causa interim urina sine uolũtate prorumpit. Præsidiũ adfert pueris impuberibus natura circa pubertatẽ efflorescens, & morbũ humoribus natiuo calore exiccatis terminat. Qui pubertatẽ excesserunt, raro aut nunquam sanant. Caligines oculis offusæ & Vertigines cognata sunt uitia morbo comitiali, ab eisdemque causis prodeũt, atque easdem sedes occupant. Hoc tamen intercedit discriminis, quod illæ in superficie corporis, non intus accidant, ob quod facilius quam hic curãtur, alui ductione, presertim per hierã administrata, deinde apophlegmatismis, & uomitibus partim à cœna, partim ieiunis adhuc excitatis. Omniũ maxime ueratro succurrit. Mentis alienatio duplici specie insigni cõstat: hanc Græci μανίαν, id est, insaniã: illã μελαγχολίαν, id est, atrã bilẽ appellant. Cõplures uero & harũ existũt differẽtiæ, nominũ adhuc indigæ. Constituitur itaque mentis alienatio circa totũ caput. Causa insaniæ flaua bilis est. Ob hoc, qui tali uitio laborant, tumultuosi, præcipites, manu prompti, cõtumeliosique fiunt. Melancholia nascitur ex atra bile, humore frigido & turbido. Vnde melãcholici tenebriones ac lucifugæ, tristesque apparent, de omnibus suspiciosi, hominũ consuetudinem oderunt, solitudinibus gaudent, queadmodum Bellerophontes à Poeta describitur.

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis,
Ipse suũ cor edens, hominum uestigia uitans.

Medetur per uentrem purgatio, & maxime quæ per uomitum excitatur, adhuc his magis utrumque ueratrũ soluit. Lethargus morbus est phrenitidi contrarius. Est enim profunda in somnũ delatio, & inexcitabilis. Huic uitio obnoxij omnium quæ dicuntur obliuiscuntur, atque hæc in febri ipsos comitantur. Locus igitur affectionis, caput est: nam in membranis cerebri cõstituitur. Causa ipsius pituita est, humor frigidus, frigiditate ac humiditate somnum inducens. Curatur conuenienter contrario modo quam phrenitis. Fricãtur superiores corporis partes acribus quibusdam & pungentibus, tum ea adhibentur, quę odore excitant, mouẽtque. Cibi similiter digerentes, secantesque pituitam, perfusiones capiti admouentur, quæ exiccandi uim obtinent, & cataplasmata aliquando præcordijs. Crebro namque hæc inflammatione uexata, neruorum quoque in capite principium cõstringunt, grauantque. Humor à capite oppleto destillat interdũ in nares, interdum in fauces, aliàs in pulmonem. Atque has tres species Latini grauedinem, raucitatem, & destillationem, Græci κόρυζαν, βράγχον, & κατάῤῥουν, siue κατασταγμὸν nominant. Grauedini itaque facile & breui succurritur, deinde raucitati, modico sanẽ & calido uictu, qui tamẽ ualidi generis existat. Destillatio in thoracem nõ ex facili curatur, immo sæpe immedicabilis est. Nam ab ea acri & salsa partibus exesis, sanguinis eductio sequitur, cuius tres causæ referuntur. Vel eñ uasa erosionẽ passa sunt, ideoque sanguis in asperã arteriã descẽdens per os reijcit. Vel rupta sunt uiolenter, uel ob imbecillitatẽ nõ cõtinent, sed adaperta eũ trãsmittũt. Differũt sanguinis excretio, & reiectio. Hęc etẽm uel à pulmõe, uel aspera arteria prouenit. Illa à stomacho & sanguis apparet nigrior.

Qui ex thorace reijcitur, flauus magis & spumās: A deinde hic cum tusse, alter sine illa spuitur. Sæpenumero etiam à capite per palati foramina in hos defertur sanguis, præbetq; eductionis falsam imaginem. Loci ex quibus proprie sanguis educitur, tres sunt. Primus fauces, unde minore cum periculo sanguis reijcitur, faciliusq; sistitur. Secūdus aspera arteria, atq; hic morbus curationem difficulter accipit, plenusq; periculi est. Tertius pulmo, ubi minus omnibus præsidij, plus periculi affectus habet. Comitatur enim maxime suppuratio & tabes, si Hippocrati fidē adhibemus, cuius uerba hæc sunt, Sanguinis spuitionem puris spuitio: huius spuitionem tabes, tabē mors sequitur. Nonnulli etiam ex latere sanguinem educi arbitrantur. At hoc ambiguum est. Salus uitij huius B est, sanguinem reprimere, uel uenæ sectione aliò ducentem, idq; potissimum in iuuenibus, uel posca sistente, uel inedia copiam eius imminuentē, uel simplici quodam medicamento, ut acacia, hypocystide, balaustio, plantaginis succo, atq; id genus alijs. Vomicæ præsidium uetus sunt ferramēta candentia, quæ thoracem exiccent, fluoremq; in exteriores partes dirigant. Iuniores consueuerunt mitigare cataplasmatis, & delingendis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os assumptis, priusquam corpus inficiatur. Inscribuntur autem proprie medicamenta ad purulentos. Quæ suppurationes medio latere constituuntur, resectæ proprie ad liniamētum humoris excretionē habēt. Quæ si uniuersim fiat, hominē C interimit. Accidunt uero uomicæ quoq; sub trāsuerso septo, quæ (quia se intus occulūt) abscessus nominantur, non ex æquo periculosi, nec curatio ni resistētes, plerumq; intus rupti hac excernunt, uel partibus exterioribus diuisis. Diocles memorat etiā thoracis suppurationes erūpentes interim in arteriam, quæ ad renes ac uesicā tēdit, simul cū urinis excerni. Tabes, proprie dicitur in pulmone uel in thoracē corporis suppurationū colliquatio. difficilis eius salus est, aut nulla. Lactis usus potui datur: dū consistit, loca sicciora cōueniunt. Superior Aegyptus & Libya maxime huic malo medentur. Hippocrates tabis cuiusdam coxēdicum meminit, ἰσχιαδικὴν uocans, qua in uomicis circa os sacrū accidentibus corpora colliquescūt. Simi D liter alterius renū, cui νεφριτικὴ nomē dedit. Porrò iocinoris & lienis inflammationes si in pus uertuntur, & ipse mediocriter corpus cōsumunt. At hæ suppurationes multo citius curantur, minusq; periculosæ sunt, q̃ quæ pulmonem affligunt. Verum si minus in uomicas mutantur inflammationes, sed in scirrhi natura permanserint, malum habitum corpori afferentes, tandem aquam intercutē cōciliant. Quatenus autē simplices extiterint, in iocinore, febres cōtinuas afferūt. In liene, quartanas magna ex parte. nam huius speciei causa bilis atra est, quæ in liene tanq; uase continetur. Vnde quartanæ auxiliū est, ante rigorē summas partes propter humoris frigiditatē fomentis tueri, In

intermissionibus eductio per uomitū. Atq; inter cutem, quam Græci ὕδρωπα uocant, tres species sunt neotericorū sententia. Primam ἀσκίτην, Secundam τυμπανίτην, Tertiam ὑποσαρκίδιον nominant. Hippocrates duas statuit. Nam τυμπανίτης & ἀσκίτης eiusdem speciei sunt: quoniam in utraq; nutrimentū in aquam redactum, inter intestina & peritonæum transfunditur. Sed in hac aquæ plus quàm spiritus in unum intus contrahitur: in illa copiosior spiritus, minor humiditas est. In reliqua solidæ totius corporis partes in aquæ naturam transeunt. hanc & Hippocrates immedicabilem esse scribit. Causa uero cuiusque hydropis est, autore Erasistrato, inflammatio iocinoris uel lienis, tēporis spatio in scirrhū indurata. Nam cum alimenti in his uisceribus cōfectionem, atq; in totū corpus digestionē impediat, in aquæ substantiam ipsum cōmutat: quod ita refrigeratum, inter intestina & peritonæum transmittitur. Hoc quoq; malum Hippocrati salutis spem nullam habet. Quòd si uel absq; inflammatione hydrops, præsertim ἀνασάρκα eueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in uenis amplius edomante, sanguis caloris inops aquę naturā induit, & ex uenis, ceu oleum ex utribus, defluit. Quousq; enim sanguis exactus in uenis est, ab earum corpore continetur. Vbi uero in eo pingue exuperauerit, ut in obesis, sanguis effusus adipem generat, aut in aquam uersus, aut dum non continetur, diffluit in locum qui intestina & interiorē abdominis mēbranam interiacet, aut per uniuersum corpus diffunditur. Tolluntur duo alij hydropes uel malagmatis exiccātibus, uel medicamētis urinas cientibus, uel hypelatis purgādi facultate præditis. Renes affecti dolores magnas pariunt. Locus autē male habens non ex facili potest discerni, q̃ exterioribus partibus cohæreat, laxiusq; intestinū, κῶλον appellant, ipsis incumbat. Quare cū offendūtur, uel externarū partiū inflammatio, uel coli affectio esse apparet. Non raro eodē affecto intestino renes cōsentientes dolēt. Vitia autē quę in eius cōsistūt, hæc sunt, inflāmatio, exulceratio, calculi lāguor. Cum inflammatio renes exercet, nihil per urinā innotescit, sed dolores excitantur potius, non exacte locū primū dolentē ostendentes, ob eam quam dixi rationem: uerū intolerabiles, quippe qui nec cataplasmatis cedant, nec imminutione per cucurbitulas facta remittantur. Sola medicamēta nephritica intus accepta præsidio sunt. si exulceratio eos infestat, interdum purulenta per urinas excernuntur, interdū cruēta. Cū inest calculus, aliquādo cruenta, partibus uidelicet ab eo exasperatis, eijciūtur. aliquādo arenulæ in urina subsidēt, si friabilis sit lapis, uel etiā recēs modo nascatur. In remissione seu lāguore sanguinolenta urina redditur, quasi nondum segregata. Vesicæ affectus hi sunt, languor, furfuratio, calculus, exulceratio, circa colem maxime. His accedit urinę suppressio, eiusq; difficultas, & stillicidium. Ex his uero, alijsq; causis proficiscuntur. Græci

prius

A prius uitium ἰσχυρίαν, alternm δυσυρίαν, tertium στραγγυρίαν appellant. Inflammationis notæ sunt circa pubem dolores, urinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplasmatis, perfusionibus, & à cibo abstinentia. Quòd si excedat, sanguinem quoque per uenam mittere conuenit. Exulcerationis indicia sunt, sanguinolenta excretio interim, interim purulenta, nõnunquam muccosa, & circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maximeq; dulcis boniq; succi alimentum, ad hæc quæ intus adhibentur, & byssini medicamentum. Languorem uesicæ innuit & urina cũ citra mingentis uoluntatem effluit. Difficilem morbus curationem, aut nullam recipit. Lapidem in uesica esse, digiti in rectum intestinum per sedem immissi exquisitissime deprehẽdunt, sed ita, ut index ad medium in summo reflectatur, atq; in priorem uesicæ partem, ubi & lapidem innatantem contingunt, referuntq; in uesicæ ceruicem. Calculorum differentiæ plures sunt, quidam enim illorum adnati sunt, alij possunt auferri. Rursus aliqui facile frãgi possunt, nonnulli non possunt. Itaq; magna ex parte adnati difficulter curantur. Ex alijs autem qui facile franguntur dissoluentibus medicamentis excerni possunt. Duros & dissolubiles chirurgi tollunt, carunculam diuidentes uesicæ ceruicis. ἰσχυρία summa est urinarum retentio. στραγγυρία urinæ stillicidium. δυσυρία urinæ difficultas. Atq; hæc multis è causis proueniunt. Aliquando calculo uesicæ ceruici impacto, ac meatum in totum obstruente, uel si intus quippiam relictum sit, aut C ceruici innatet. Vrinæ retẽtio, propter uesicæ inflammationem nimiam, aut repletionem immodicam accidit, uesica scilicet ad excretionem imbecilli, aut ceruice uehementer ex urinarum acrimonia per morsum contracta, aut ex grumis sanguinis iter occludentibus, aut ex urinarum crassitie. Hæc medicamentis resoluentibus oportet discutere. Plenitudinem uacuare ferramento, quod Erasistratus καθετῆρα nominat, Romanorum literæ S simili. Stomachus uẽtris & intestinorũ principium est, siue naturaliter, siue præter naturam afficiantur. Stomachi igitur uitia sunt, inflammatio, exulceratio, sanguinis eductio, inflatio, humiditas flaccida, fastidium, ingestorum ciborum incontinẽtia. Inflammationem ergo notat dolor in- D cumbens. Succurritur perfusionibus & cataplasmatis, alimentis frumentarijs, & quæ facile possint digeri. Exulcerationem in stomacho notant proprie putredo, mordicatio, deglutiẽdi difficultas. Auxiliantur his extrinsecus imposita, cibiq; probe succulenti. Sanguinis è stomacho eductio ijsdem medicamentis sistitur, quibus ex thorace. eiusdem reiectio, ijs quæ superius adnotata sunt. Inflationem dissoluũt discutientia, & quæ ructus mouent. Humiditatem, siccorum esus, & absinthij potio tollũt. Cibi fastidium aut ex pituita adiacente oritur, ideoq; exiccare illam ex usu est: aut à bile supernatante, unde stomachus puãrgdus est, aut naturæ impotentia, & functio appetitoria reddenda. Nam oculi quoque propter spiritus uisorij imbecillitatem allucinantur. Aduersum uictus fastidium huiusmodi adhibenda sunt, quæ appetitum prouocent, suppeditẽtq;. Stomachus autem non continet accepta propter humiditatem, maxime uero ob impotentiam ac imbecillitatem, sicut dimissa manus non continet quæ attingit. Expedit igitur corroborare, fortioremq; ipsum reddere, tum uniuersum corpus reficere. Ventrem multa uitia stomacho communia infestant, præterquam appetentiæ prauitas. Sed concoctionis malè obita functio uentriculo propria tribuitur, ut quæ potissimum in eo administretur, quem affectum profluuium sequitur. Reliqua igitur pari modo cum ijs quę stomachum cruciant, curabis.

B Fluxus exacte disquirendus est, cur alimento incocto accidat: & si inflammatio eam pepererit, cataplasmatis & profusionibus occurretur. Si pituita humiditatis illius flaccidæ parens, quam Grçci πλάδον appellant, uictus ratione exiccãda est. Si bilis exuperet, eam purgare utile est. Si ex imbecillitate prouenit, ut infirmis, robur corpori faciendum est. Si ab ipsa qualitate eorum quę concoctu difficilia assumpta sunt, uel quæ consumi non possunt, uel quid alienum habent, desperanda talium curatio est. Intestinorum tormina, δυσεντερίαν Græci nominant, generantur in uentris profluuio, humoribus corruptis immorantibus, erodentibus, & exulcerantibus intestina. Fit etiã sine fluxu, primum ab humore acri intestina intus exedenti. Est cum in morbi decessione δυσεντερία contingat, quam curari Hippocrates prohibet, ne suppressio intestini alium quempiam morbum maiorem accersat. Illam quæ ex fluore nata est, reprimentibus & sistentibus fluorem medicatur. Aliam cuius origo ex acris cuiusdam humoris rosione est, dulcorantibus, & quæ mitigare possint, abluẽdo ipsa exulcerata similibus. Diuturno tamen morbo, depasta ulceris ramenta & putrida solent deijci, tum prosunt immissi pastilli ex sandaracha, calce, auripigmento, atque id genus alijs compositi. Vbi uero non fit ramentosa ulceris deiectio, non his utendum est, quoniam conuulsionem faciunt. Quòd si talis intestinorum exulceratio in superiore quoque parte consistat, neque sic pastillorum usus est. Non enim statim ad affectos locos perueniunt, nam ubi sanos contingunt, perniciem eis faciunt. Verum medicamentis utendum est, quæ superioribus locis cõueniunt, quorumq; titulus est aduersus dysenteriam inditus. Ex dysenteria, intestinorum leuitas oritur, ubi ex magna ulceratione multæ cicatrices intestinis oboriuntur, propter quas cibum non retinent: unde ex intestinorum leuitate uocata est Grçcis λειεντερία. Quamobrem talis est insanabilis. cicatrices nãq; non senescunt. Si uero ex intestini imbecillitate contigerit, tum quoq; grauis est, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit, si moliaris robur uniuerso corpori ac intestinis adiungere. Cæterũ causa etiam morbi pituita est, intesti-

est, intestinis lubricitatem illuendo generãs. Succurrit inedia resicando, & cibi pituitæ contrarij. Tenesmus proprie morbus est recti intestini. Hoc enim inflammatione laborans, crebræ, inanesq; egerendi cupiditates & impetus exercẽt. Prosunt ei fomenta parti inferiori adhibita, stringentia, tũ alimentũ ex ualenti materia, & reprimens. Quòd si perseueret, nihilq; imminuatur, enæmatibus ex ptisanæ cremore, & hircina adipe utendum est. Lumbricorum qui intestina excruciãt, triplex est species. Quidam enim teretes, palmi longitudine, uel etiam maiore, ad stomachum usq; proserpunt. Quidã breues, & minusculis uermibus similes, ἀσκαρίδες Græcis appellantur. circa rectũ uero intestinũ nõnulli lati & oblõgi adeo, ut in totũ exporrigant intestinũ. Græci uocãt κειρίας simul **B** & ταινίας q; similes fascijs sint. Teretes itaq; ad remedia faciles, maxime autem in pueris hæ: ascarides, in ijs qui sub pubertatẽ sunt, abundant. ægre nec præsidijs cedunt, nec excernuntur, nisi cibis acrioribus, & medicamentis dia picras compositis, oleoq; cum uino maxima ex parte iniectis. Coxarum dolores, articulorum uitia, & podagræ sola inter se magnitudine differunt: cæterum causis & locis, qui affectum primum sentiunt, ijsdem cõstãt. A pituita namq; plerũq; fiunt. circa neruos consistunt, quibus articuli conseruntur, motumq; recipiunt. At coxæ dolor quẽ Græci ἰσχιάδα nominant, in ipsius articulo ortus, ad talos usq; non raro extenditur. Præsidio erit sanguis ex talo missus, cucurbitulæ coxis admotæ, clysteres acres, **C** quiq; intestinorũ tormina quodammodo faciũt. Et foris. cataplasmata acopa, & malagmata adhibita prosunt. Podagra solos pedes affligit. in statu quidem febrilis dolor intenditur, eoq; refrigerantibus opus est. In declinatione torpor cum frigore hominẽ occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articulorum uitia, prædictis similes affectus sunt. circa articulos omnes consistentia medicamenta curatoria, mitigantia ceromata & uictus rationem probam desiderant. Morbus quem Græci ἐλεφαντίασιν uocãt, ab elephanti similitudine nomen sortitus est. Nam qui hoc uitio laborant, cutem crassam, duram, elephantorum modo asperatam habent. Originem mali excitat pituta crassa, & atra bilis, uel muccosa, maxime inhære- **D** scens. Hi enim humores ferinum ipsum denunciant. Quare solum ueratrum siue nigrum, siue album, præsentaneum elephantiasis est remedium. Impetiginis duæ species sunt, quæ cutem molestant. Vna tolerabilis, mitiorq; est. Altera effera, quæ difficilius tollitur. Squamulæ in his ex cute abscedunt: sub quibus locus rubicundior, fereq; exulceratus apparet. Gignitur affectus à pituita salsa, & flaua bile: unde seu in salsuginum uasis fictilibus, ex cute secedunt squamæ. Succurritur medicamentis pituitam mouentibus, & quæ extrinsecus corpori illinuntur. Lepra quoq; cutis uitium est, sed magis subalbidum, asperiusq; apparet. Ea uero asperitas est ueluti psydraciorum erũ-

A pentium. Psorã uero, id est scabies exulcerata magis est. Pituita salsa utrunq; malum proprie producit. Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinsecus illinuntur, quibus ad lepram & scabiem titulus est, ijsdem succurrunt. Vitiligo, quam Græci ἄλφον uocant, duas habet species, Leucum, & Melanẽ. Hic ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiæ dicata cõueniunt. Leucus à pituita non salsa. Leuce habet quiddam simile alpho leuco, sed magis colore terram albissimam refert. à lepra uariat, quòd lenior hic cutis, minusq; aspera q; in illa sit. Omnia huiusmodi curant medicamenta pituitæ trahendæ idonea, tum smegmata foris adhibita.

De curationis per medicamenta diuisione.

Medicina quam Græci φαρμακείαν uocant, duplex est. prima interiores morbos curat, qua potissimum uictus ratione sanans utitur. Altera exteriores, citraq; illam manu nihil peragitur. Medicaminum ad interiora pertinentiũ species duodecim existunt. Quædam cephalica, quasi dicas capiti dicata medicamina: quædam stomatica, id est oris uitijs accommoda, dicuntur. Alia concoquunt, alia ad tussim inscribuntur. Alia anodyna, quæ dolorem leuãt, alia alexipharmaca sunt, alia purgant. Nonnulla proprie ad iecur inscribũtur. Sic ad lienem, ad renes affectos. Sunt quæ aduersus uesicæ calculos & ulcera nomen habent, similiter ad uuluam. Iam uero stomatica sunt quæ ad gingiuas cruentas, putridas, erosas, & dentes faciunt. Eodem referuntur. quæ aphthas & crustas, tum quæ uuam descendentem sanant. Quæ concoquunt, partim ad stomachi uel uentriculi imbecillitatem conducunt, partim ad horum inflationem. Quędam ad pleuriticos uel peripneumonicos, alia ad tabidos, alia ad asthmaticos, id est suspiriosos, uel eos qui non nisi recta ceruice spiritum trahunt, ὀρθοπνοϊκοὶ uocantur. Aliqua ex his asperitatẽ arterię, & uocis abscisionẽ auferũt. Porrò anodyna nunc renum affectus sedant, nunc uẽtris profluuia, aliàs intestinorũ tormina, aliàs plenioris, nempe colli, tenuiorisq; intestini, id est ilei mala, communiter omnia quemuis dolorem mitigant, extinguũtq;. Alexipharmaca simplicia, alia ad aliud uenenũ usurpamus. Theriace aduersus omnia & prius & post sumitur. Inter purgantia quædam per superiores corporis partes agunt, quemadmodum quæ ueratro constant, uomitũq; cientia. Per inferiores, quæ scammonia, aloe, elaterio, colocyntide, euphorbio, cocco gnidio, atq; his similibus. Tertio ordine ab his ponantur quæ lumbricos latos repellunt, cuiusmodi medicamentum est, quod cerui cornu, menta, & pipere præparatur. Est & quarta species caput tantum per os atq; nares purgantium, quæ in capitis, oculorumq; affectibus proprie sumũtur. Ad hæc quę in arquato crebro in usu sunt. Conuenit autem per superiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus harum est, cum morbi intermittunt.

Inferiori parte adhibita, acutis, ut pleuridi & peri A pneumoniæ. Tempus earũ omnium est, particularium accessionum remissio. Exteriorum remedia undecim species continent, alia discutiunt, alia concoquunt, alia cruentis statim imponuntur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricẽ inducũt, alia oculis, alia uniuerso corpori adhibentur, alia adurunt, erysipelatis, herpetis, carbũculis idonea. Alia sunt quę illinuntur, acopa, & excalfacientia, quę ad neruorum resolutiones faciunt, articulorum morbos, podagras, tetanos, opisthotonos, omnemq́ꝫ neruorum rigorem. Alia pustulas in summa cute orientes, leucen, alphum, impetiginẽ, & lepram abstergunt. Quæ digerunt, & concoquunt, phymatis, & cuilibet id genus abscessui auxilio sunt. Dige- B rentia cõstant sale, nonnunq́ꝫ nitro, ut Ctesiphontis compositio testatur, Concoquentia, resina, galbano, ammoniaco, thymiamate. Enæma pharmaca fusci coloris ad recẽtia corporis uulnera ualẽt. Quæ proprie uiridia & nigra sunt, ut barbarum, capitis mala, & canũ morsus sanant. In ulceribus partim pus educentibus in his quæ laborant inflammatione, utendum est: ut tetrapharmaco. in sordidis uero, repurgãtibus, ut uiridi diluto. In cauis, replentibus, in carne supercrescẽti, reprimentibus, quæ ex mysi & squama conficiuntur, in uehementi quoq́ꝫ sanguinis fluore sistendo non parum efficacibus. Adurẽtibus interim in diducendis partibus, ac aperiũdis utimur, uelut in abscessuum comprehẽsione, interim in palpebris, cum C summa cutis relaxatur, & procidit, uice consutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatam retrahimus. Aliquando in capitis morbo difficillimo, quem κεφαλαίαν à Græcis uocare diximus, per altas crustas humores in exteriorem partem educentes assumimus. Adurentium materie lixiuium, calx uiua, auri pigmentum, sandaracha, fæcula, atq́ꝫ id genus alia. Ex cephalicis medicamentis aliud ad achoras, capitis furfures, & eruptiones ualet, alia ad capitis dolorẽ, & heterocraniã. Aurium remedia partim earum inflammationẽ, partim exulcerationẽ, partim influxum, partim difficilem auditum, partim contusionem iuuant. Oculorum pharmaca septẽ species habent. Quædam enim ad incipientes lippitudines, ut quæ dia D glauciu, & diacrocu, & cygnaria inscribuntur. Quædam ad eorum dispositiones, ut nardina, & theodotia appellata. Quædam ad fluorem, quę ex thure, acacia, & ericæ fructu cõponuntur. Quædam ad scabritiem, ut ex metallis confecta, nẽpe usto ære, chalcitide, & æris squama. Quinta ad siccam lippitudinem, & scabiosam, collyriorũ species est, tũ siccorũ oxydercicon, id est uisum exacuẽtium, eiusdem cum superioribus materiæ. Sexta humidorum, quæ ad suffusiones inscribũtur, ex fellis generibus hyænæq́ꝫ potissimum composita. Septima cataplasmatum species in oculis uehementer inflammatis & circumdolentibus usurpatur, ex meliloto, passo, fœnugræco, similibusq́ꝫ materijs confecta. Oblinimus palpebras initio, repellentibus, & cuiusmodi sunt diaglauciu, & diacrocu medicamina. etiam solo ipso glaucio. Interioribus exiccantia, lenientiaq́ꝫ admouemus, ut nardina & theodotia. Quæ uero ad colorem decoremq́ꝫ formę conciliandum illinuntur, qualia hedychroo & sandyce constituuntur, non medicinæ, sed cultui artis ac elegantiæ dicatæ sunt propria.

De oculorum affectibus.

Affectus qui totum oculum exercent, hi sunt, C. 15.
taraxis, id est, perturbatio: lippitudo, epiphora, inflammatio, œdema, inflatio, scirrhosis, chymosis, carbunculus, strabismus, conuulsio, palpitatio, myopiasis, gangrena, putredo, ulcus, fistula, xerophthalmia, psoropthalmia, sclerophthalmia, procidentia, atrophia. In membranis hi consistũt, ruptura, exesio, distentio, anastomosis, crassities, densitas, corrugatio, extensio, raritas. Interiores palpebrarũ partes infestant, aspretudo, crassities, sycosis, tylosis, durities, chalazosis, pladorotes, mydesis, sarcosis, poriasis. Exteriores hydatides, lithiasis, phthiriasis, meliceris, gangrena, phymata, colobomata. In corona crithę, posthia, trichiasis, dystichia, trystichia, phalangosis, pyrosis, ptilosis, psoriasis, madarotes, paralysis. Communes toti palpebrę, paralysis, procidentia, diuersio. Angulis hi accidũt, encanthis, ancyle, pterygion, rhœas, prospysis. Extrinsecus, ægylops, anchilops. Albũ affligunt, psydracion ulcus, hyposphagma, abscessus, chemosis, cœloma, pterygion, phacosis, icterus, tosus. Iridem oculi infestant, argemon, nephelion, achlys, epicauma, ulcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, staphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix, leucoma, cœloma, proptoma, unguis, pyosis, exulceratio. In pupilla esse solent, suffusio, glaucosis, mydriasis, phthisis, synchysis, platycoriasis, amaurosis, rhytidosis, nyctalops, hemeralops, myopiasis, diapyesis. Meatus exercent, aporexis, paremptosis, symptosis, anthracosis. Taraxis igitur seu perturbatio est, cũ oculus leuiter ac mediocriter commotus tandem rubicundior euadit. Lippitudo, cum albũ rubescit, & palpebræ attollũtur, cum dolore cõniuent, ægreq́ꝫ manus admotas ferunt. Inflammatione oculorum rubor intenditur, palpebræ magis eleuantur, ut nisi magno negocio queas suspicere. Epiphora, tum inflammationis magnę uniuerso illatæ corpori, tum largorum fluorum commune nomen est. Proprie uero de oculis refertur, ubi cum maxima inflammatione, etiam humoris copia influxerit. Oedema nominant, cum eleuatus apparet oculus, & colorem amisit, uel etiam ægre mouetur: interim albũ quoque supra nigrum attollitur. Inflatio dicitur, cum subito tumescens oculus decolor fit, exuperante pituita: ut plerumque senibus æstate potissimum solet accidere. Scirrosis ex inflammationis diuturnæ uehementia oritur, carne increscente, & subliuida. Profluuio laborat oculus, cum non solum rubet, sed multas quoque lachrymas excernit

excernit. Xerophthalmia, id eſt, arida lippitudo, cum anguli ulcera & aſpretudinem, pruritumq́ contraxerũt, palpebræ rubent, & lachryma ſalſa & nitroſa profluit. Sclerophthalmia, quaſi dicas duram lippitudinem, eſt cum palpebræ duriores ſunt, oculi rubẽt, & cum difficultate quadam mouentur. Proptoſis, id eſt procidentia appellatur, ubi cum inflammatione moti ſede ſua procidunt. Atrophiam nominant, cum ex longa imbecillitate, uel alia quadam latẽte cauſa paulululum quaſi propulſus, deinde cauatus ad radicem cum dolore minor euadit, obſcureq́ aut nihil omnino uidet. Aſperæ dicũtur palpebræ, cum euerſæ ſanguinolentiores apparent, & magis aſperæ carnoſæq́, & fici acinis ſimiles. Craſſæ uocãtur, ubi euerſæ duriores ijs quæ naturaliter ſe habẽt, exiſtunt, & ſcabris magis carnoſę. Sycoſis, id eſt ficus, accidit cũ in palpebrarum parte interiore carni quid ſimile enatũ fuerit, quod emineat, & oculus totus ægre moueatur. Tyloſis, id eſt callus nuncupatur, cum in palpebris aſpretudines ex ſenectute craſſiores, albidiores, & parũ ſenſiles extiterint, eoq́ minus deteri poſſunt. Scleriaſis, id eſt, durities, eſt tumor palpebræ cum rubore doloreq́: difficulter aboletur. durat magis q̃ inflammatio. Chalazia uel chalazoſis, orbicularia quædam intra palpebras tubercula ſunt circumſcripta. nomen à ſimilitudine grandinis acceperunt. Pladarotes ſunt mollia, ueluti corpora uetuſta & maxime decolora, palpebrarum parte interna nondum aſpredinem habentia. propterea πλαδαρότης à Græcis uocañ. Mydeſis commune nomen eſt partium quæ ex putrefactione contabeſcunt. Palpebræ quoq́ eadem laborant, ubi & tumentiores apparent, & aſſidue diffluunt, adipem paulo copioſiorem ſortitæ. Crithe, quę & poſthia, dicitur, cũ parte interna palpebrarum iuxta corollas ſuppuratum oblongum, figura hordeo ſimile fit, unde appellatum eſt. Generantur alia quoq́ maiora in medijs palpebris eodem appellata nomine. Lithiaſis albida quædam & craſſa, callis lapillisq́ ſimilia, quæ oculum premunt, in palpebris retorſis oſtendit. Phthiriaſim uocamus, cũ palpebrarum pilos lati exiguiq́ pediculi infeſtant. Ditrichiaſi laborat oculus, cũ pilis naturalibus alij ſubnaſcentes ipſum premunt, fluoremq́ concitant. Ptiloſis eſt cum alij quidem ſubnaſcũtur, naturales autẽ collapſi fractiq́ ſtimulant ac pungũt. Phalangoſis, cũ pilorũ ſubnaſcentium duplex triplex'ue acies, uel in ſuperiore, uel in inferiore palpebra prouenit. Reſolutus oculus dicit̃, ubi naturali motu deſtitutus, neq́ ſurſum, neq́ deorſum intendi poſſit, uerum ſentiendi expers conſiſtat. frequẽter hoc mali partibus etiam oculi accidit. Ectropion ſeu diuerſio, palpebrarũ uitium eſt, cũ exulceratis oculis plus extra feruntur. Ecanthis, ubi ex ulcere caro in angulis iuxta nares ſupercreuerit. nautæ ac piſcatores hoc uitij peculiare habent. Vnguis uero, eſt in albo oculi præter modũ exulcerato, carneq́ oppleto, membranula tenuis & neruoſa, quæ oriens ab angulo,

A ad nigrum & uerticem eius peruenit. Rhœas, cũ angulus ex latẽte quadam cauſa receſſerit, aut praua curatione ſublatus fuerit, ut lachrymas continere non amplius poſſit, ſed humorẽ dimittat. Cohæreſcunt palpebræ cum albo oculi, uel nigro ex ulceratione. Et ſi nigro cohæreant, uiſus omnino prohibetur: ſin albo, minus. Græci hoc malum ἀγκύλωσιν appellant. Aegylops, uel anchilops, abſceſſus quidam eſt ad angulũ qui naribus propior eſt, pus continens, quod erũpens aut os exedit, aut ad angulum, uel uſq́ ad nares deſtillat. Pſydracion communi uocabulo circa corpus totum & circa album oculi fit. Eſt autẽ uelut puſtula in ſummo rubicundum. Vlcus oritur in albo uel nigro, cum ſumma cuticula, quam Græci ἐπιδερμίδα nominant, diuiſa, lunæ figuram, uel rotũdam,

B cauam, ſimilis coloris, uel ſubalbidi acceperit. Hypoſphagma uocant, cum uaſis in prima tunica rupti ab ictu, ſanguis intra albi ſpatium & interiorem tunicam coierit: atq́ oculi color ſtatim cruentus, poſt liuidus exiſtat. Chemoſis ex inflãmatione uehementiore utraſque palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum contegãt. Proprie uero Chemoſis dicitur, cum album utraq́ iridis parte inflammatione afficitur, iuxta irim autem cauũ hiatularũ ſimilitudine apparet. Cœlomata ſunt rotunda & caua ulcera, bothrijs latiora, quæ in oculis circa irim naſcuntur. Argemon in iridis circulo, uel in albo, interdum etiam nigro, ulcus rotundum & ſubalbidum oritur. Ne

C phelion ſummę cutis, ulcus paulo maius argemo, albidum. Achlys eſt circa totum nigrum à ſuperficiaria ulceratione cicatricula tenuiſſima, aeri caliginoſo aſſimilis. Epicauma, cũ in ſuperficie epidermis aduſta ulcus contraxerit, uel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innaſcẽs. Bothrion eſt ulcus cauũ, purum, anguſtum, puncturis rotũdis ſimile, ulcuſculo altius. Phlyctænam uocãt, ubi per exulcerationem, uel etiam ſine hac exterior ceratoidis tunicæ membrana tenuiſſima & ſublimis elata, intra ſe humorem collegerit, aut ſub tunicæ ſpatio craſſior humor currens phlyctęnam pariat. Myocephalon morbus eſt, cum tunica priore iuxta irim, exulcerationis uitio exeſa, ſecunda prociderit, ut ceu muricæ caput referre ui-

D deatur. Staphyloma dicitur quando oculi pupilla cum inflammatione & dolore attollitur, & albũ colore, acino uuæ ſimile redditur. Hypopyon uniuerſam irim pure occupat, uel eius dimidium. Rhexis, id eſt ruptio, eſt exulceratio ab ictu uel alia quadam cauſa, in alto totas ſubinde membranas diuidens, ut etiam humores quibus uidendi facultas adminiſtratur, effundat. Cicatrix appellatur, ubi nigro oculi ex alto ulcere mẽbranæ craſſities ſuperuenit, & color albior apparet. Accidit quoq́ albæ membranæ dictæ, ſed nõ perſpicitur. Albugo nihil à cicatrice differt, niſi quòd ex ulcere maior cicatrix, ſimul & craſſior in iride naſcatur, quam Albuginem nominant. Clauus eſt carnoſus nigri exceſſus ſolidus cum leui albaq́ uelut cicatrice

cicatrice. Frequẽter etiam in albo nigro cohærenti consurgens. Suffusionem quidam interpretantur, cum humor quidam in pupillam destillauerit, concreueritq; sæpe adeo, ut uisum offendat, uel in apparẽtibus hebetet. Glaucosis, est humoris quẽ Græci κρυσταλλοειδῆ uocant, in album atq; aqueũ colorẽ mutatio, cuius gratia uisus impeditur. Mydriasis dicitur, cum pupilla quidẽ nihil colore uariat, dilatatur autem magis quàm natura poscat, ut iridis circulo fiat proxima, & uisioni noceat. Phthisis, id est tabes appellatur, dum pupilla arcte coit, ut stimulo assimilis fiat, tum hebetior, tum rugosior, aut ex imbecillitate periculosa, aut ex capitis dolore uehementi. Confusio, dum humores oculorum suo loco non consistunt, proprium ordinem seruantes, sed huc illucq; feruntur. Hebetudo, summa uisionis sine causa euidenti offensio. Nyctalopes uocantur, qui die uident obtusius, sole occiduo acrius: nocte magis adhuc, uel contrà: die parum: uespere aut nocte prorsus nihil. Myopes uicina uident, remota non item. Suppuratio, humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac discutitur, diffusione siccior. Abruptio est, quando meatus à cerebro & meninge in oculum descendens, ex ictu capitis, uel casũ ex alto diruptus est, ita ut absolutam cæcitatem afferat. Coincidẽtia, ubi in meatum, qui à basi cerebri ueniens, oculo uidendi facultatem tribuit, humor adaperto uel rupto uase incidit, obturatq; eum: unde cum dolore uisus offenditur. Symptomasis accidit, cum meatus ex atrophia, uel resolutione fit arctior, conciditq;. Quod uitium ut rarũ est, sic remedijs ægre cedit. Carbunculus, crustosum est ulcus, depascens cum fluore, & bubone, interim in toto corpore, interim in oculis febribus orientibus.

De exterioribus capitis affectibus.

Circa uero capitis exteriores partes cõsistunt hi qui inter longos ascripti non sunt. Caluariæ autem fracturarum differentiæ quinq; existunt: rhogme, engysoma, ecpiesma, apechema, & camarosis. Distentio suturarum, hydrocephalon, achores, pithyriasis, meliceris, atheroma, fauus. Porrò eam partem quæ capillo tegitur, & mentum occupant, alopecia, ophiasis, caluities, madarotes. Pili omnes fluunt, extenuantur, quassantur, scinduntur, squallescunt, in puluerem rediguntur, subflauescunt, canescunt. Oculorum morbi separatim conscripti sunt. Aurium, contusio, pterygomata, fractura chartilaginis, sordium uel exuperantia, uel defectus, grauis auditus, surditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciant ozena, polypus, ulcus, fractura, peruersio, compressio, simosis. Os infestat gingiuarum putredo, dentium erosio, eorumq; dolor, & cum è sede sua labant, abscessus, †epiglottis, epulis, parulis, aphthæ, crustę, tonsillæ, uua, ficus. Faciem occupant ephelis, uari, lentigo, ossium fractura. Distentio commissurarum, eluxationes maxillæ inferioris à superiore gena. Ceruicem habent synanche, cynanche, strã

† al. abscessus in lingua.

A gulatio, uertebrarum expulsio, strumæ, steatomata. Humeros male habet uerticis ipsorum fractura, distentio. Iuncturam cubiti occupant meliceris, atheroma, steatoma, humor aqueus. Brachiale ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia. Quamcunq; corporis partem inflammatio, œdema, inflatio, durities, abscessus, ulcus putrum, ulcus sordidum, cauũ, carne supercrescens, crustosum, siccum, fluens, subpascens, callosum, fistulosum, mydesis, id est, putredo, phyma, dothien, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedæna, phlyctides, carbunculi, epinyctides, erysipelas, herpetes. Mamillas peculiariter, tum naturalia sexus utriusque uexant carcinomata. Quamlibet corporis partem impetunt carcinoma occul-
B tum, carcinoma ulceratũ, therioma. Inguina, bubones simplices, phymata purulenta inuadunt. Genu, gonyalgiæ, rheumatismi, tofi. Poplites steatomata, anchyle. Tibiam, uarices. Suram scirrhoma, chironia ulcera. Summam pedis partem, nigredines, necrosis, podagra, fistulæ. Calcem, squamæ.

De cutis affectibus.

Cutem, totiusq; corporis partes exagitant, lepra, psora, alphos albus, alphos niger, leuce, impetigo simplex, impetigo agrestis, dracontiasis, acrochordones, thymi, myrmeciæ, claui, calli. Quædam horum ex podagra & articulari morbo, quædam ex sese oriũtur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcæ, fissuræ, procidentia, condylomata, pyli-
C des. Aduenit etiam toti uuluæ procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habẽt enterocele, cirsocele, epiplocele, sarcocele, porocele, steatocele. Totius corporis ossa patiuntur cariem, spacelum, fracturam sine uulnere, uel cũ uulnere, ecbyrsosin. Fracturarum differẽtiæ quinq; sunt. Prima schidacedon facta, id est, ut Latini homines intelligant, per rectitudinem. Altera per transuersum, cauledon Græci dicunt. Tertia raphani in morem, raphanedon. Quarta caryedon, id est, in modum nucis. postremo alphitedon, hoc est in speciem farinæ. Nigrescunt interim ossa in fracturis, interdum sine his. Articulis omnibus accidunt, paragogæ, è sede propria motio, eluxatio, prætérfluxatio, colligatio, porosis, rheumatismi, disten-
D tio commissurarum.

De Chirurgia.

Chirurgia, est alieni, ut proprie uocant, per inciones, concinnationesq; cum uia quadam & ratione ablatio, ad hæc uulnerum atq; ulcerum curatio, quæ in corpore humano administratur. Primariæ eius actiones duæ sunt, compositio, & diuisio. Harum rursus multæ sunt species. Compositionis quidem, fractorum ossium cõiunctio, & deligatura, luxatorum repositio, intestinorũ quæ prociderunt collocatio, ad hæc, uuluæ, & recti intestini. Abdominis suendi ratio, γαστρορραφίαν Græci appellabant. Curtorum applicatio, siue adductio, ut in naribus, labris, atq; auribus. Diuisionis species, simplex incisio, præcisio, hypospatis-

mus, periscythism⁹, angeologia, excisio, adustio, A
rasio, limatio, sectio per serram. Simplici sectione
in abscessibus uniuersis utimur. Diuidendum ue-
ro membrum est recta linea, non transuersa; Præ-
cisioni locus est in alis, inguinibus, natibus, & a-
no instar myrti adhibitę. Hypospathismo in frõte,
cum oculi fluũt. Periscythismo in sincipite, & co-
lis pellicula, quam præputium uocant, nigrican-
te. Excisioni in membris nigrescentibus, & capi-
tis fracturis. In omnibus autem quæ ad ossa perti-
nent, alijsq́ꝫ multis ustio, rasio, limatio, serræ usus
utiles sunt. Vstio candentia ferramenta requirit,
proprie in ijs iam malis omnibus quę depascunt,
& oculis rheumaticis, coxis uel etiã interioribus.
Etenim in tabidis candentia ferramenta assumun
tur, & in lienosis, tum in brachijs quæ in alam ex- B
cidere consueuerunt; insuper in ægilope, in nigri-
cantibus, uel ijs quæ resecantur propterea quòd
aperiantur uasa. Postremò in alijs sanguinis pro-
fluxionibus. Hæc itaqꝫ in capite consistunt, quæ
à manu auxiliantur. Fracturarum autẽ capitis ge
nera sunt quinqꝫ. Rhogme, engisoma, ecpiesma,
apechema, & camarosis. Nonnullorum sententia
additur & sexta, trichiasis, per summa ossium in-
sculptio. Hydrocephalon quatuor species obti-
net: Vnam cum intra cerebrum & inuolucrum
eius humor subsidet: Alteram, cũ intra membra-
nas & ossa: Tertiam, cum intra os, & pericraniũ:
Reliquam, ubi os & cutem interiacet. Circa cu-
tem oriuntur meliceris, atheroma, & extrinsecus
alopeciasis. Itaqꝫ alopecias laniamus, meliceridas C
& atheromata myrti modo, uel simpliciter sum-
mam cutem diuidentes, deinde tunicas digitis a-
uellẽtes, cum ipsis humoribus qui insunt, auferi-
mus. Hydrocephalon sub cute & pericranio dua
bus uel tribus rectis lineis incidẽtes euacuamus.
Quod sub ossibus est, excidimus. Quod tandem
intra meningem cerebrumq́ꝫ incidit, insanabile
est. Omnis fracturarum caluariæ species excisio-
ne administratur, excisoribus id quod in ossibus
fractum est, auferẽtibus. Veteres igitur modiolis
per circumuersionẽ secantes ipsa excidebant. Po-
steri terebris usi sunt, ægros in sedile, tum sectores
collocantes. Hac tempestate excisoribus tantum
sedem exhibent. Ex oculorum uitijs hæc manus
præsidium expetunt, trichiasis, hydatides, encan- D
thides, ungues, staphylomata, suffusiones, fluo-
res diuturni, & excedentes, palpebrarum calculi
coagmentatio oculos ambientium in idem. ægy-
lops. Palpebras itaqꝫ relaxatas consuimus, id qđ
præter naturalem habitum est, auferentes. In pal-
pebris non relaxatis, acus candens ab angulo
* sub ipsis radicibus immittitur. Hydatidas singu-
latim tollimus. Encanthidas, ungues, & staphylo
mata præcidimus. Staphylomata quidem solum
ad ipsas radices per medium transuere acu lina du
cente oportet. Vngues & encanthidas uel lino
uel hamulo attrahimus. Hypochyma deducimus
* pungentes circa irim ex minori angulo, deinde in
eius summo concretũ pupillæ humorem fractio-

A nibus radentes, stringentesq́ꝫ, ne suspicias. Hypo-
spathismus, periscythismus, & angeologia fluo-
rem sistunt. Hypospathismus itaque tribus fit su- *Hypospathismus.*
pra frontem diuisionibus. Post ferramento (quod
spathomelam appellant) per corpora quæ interia
cent, transmisso. Periscythismus est, cum transuer *Perisythismus.*
sis lineis coronæ modo frõs sec͡etur. Altera ipsius
parte paulo superius quàm tẽpora sunt, quædam
triangula amputantur, Græcorum literæ Δ simi-
lia. Angeologia perficitur uasis latentibus à tem- *Angiologia.*
pore ad tempus in profũndum diuisis. Palpebra
rum calculis medemur magna ipsarum diuisione,
qua lapides integre auferimus. Connatas palpe-
bras scalpello aperientes siccis medicamentis di-
ducimus. Aegylopas ad os usqꝫ excidentes ferra-
B mentis candentibus adurimus. Sunt autem qui
loco ferramentorum candentium terebra os fo-
rant, ut in naribus. Polypum, qui in naribus nasci
tur, angusto specillulo ab osse resoluimus, & raso-
rio cultello postea radices demetimus. Ozænę ra
ro ad sanitatem proficiunt, curatio uero earum in
ijsdem uersatur. In ore epulidas, & parulidas diui
dimus, ubi suppuratio se ostenderit. Vuas demis-
sas, siue collapsas nimiũ, incidimus, uolsella pre-
hendentes. Dentes eximimus scarificatione circa
eos facta. Adenas excedentes naturam in tonsil-
lis aduersis plagis amputamus. In ceruice steato-
mata, & strumas, cute diuisa, & digitis auulsa, tum
uasorum complexu dissoluto tollemus. Ganglia
quæ in metacarpijs seu postbrachialibus magna
C ex parte eueniunt, & mulieribus lana uictum quę
ritantibus plerumqꝫ extundimus, interim ceratis
mollita curamus. In alis phymata & strumas prę-
cidimus. similiter in inguinibus. Abscessus in spa
tio intercostali diuidentes non uniuersim, sed mo
derate, paulatimq́ꝫ puris excretionem molimur.
Sunt & qui adurant eos. Carcinomata in multis
corporis partibus, maximè circa mammas oriun-
tur. Præcidimus ubicunqꝫ fuerint, & ferramentis
peruruntur non admodum cãdentibus, siue igni
tis. Non desunt qui rasorijs ferramentis ignitis si-
mul secantibus & adurẽtibus utũtur. Exomphali
omnes quibus umbilicus extuberat, appellantur.
Differentia triplici comprehenduntur. quidam e-
nim pneumatomphali, quasi qui spiritum sub um
D bilico collegerint. Alteri enterõphali, quibus in-
testina ad umbilicũ procedunt. Reliqui hydrom-
phali, qui aquam sub umbilico gestant. Omnes
differentiæ manu sanantur, lino duplici per acum
immisso, & umbilico circumstricto. Hydropicos
paululum sub umbilico à sinistris pũgimus ferro
instar myrti facto, donec inania penetrauerit. Ap
pellarum duplex curatio, horum qui intrinsecus
excoriãtur, illorum qui extrinsecus orbiculatim
in summa cute diuiduntur, ut præputiũ intus at-
trahatur. qui per angustias pręputij exerere glan-
dem nequeunt, summa eius pellicula quantum li-
cet retracta, dein callis qui in conspectum prode-
unt, scalpello per summa auulsis curantur. Hypo
spadiæ sunt qui ex generatione, urinę iter inferius
sub di-

sub dicto cane habent: curantur autē summa glande perforata, & canaliculo immisso. Qui dicūtur atreti, siue foramen habeant tenue, siue nullum omnino, auxiliū capiūt hoc pacto, Acuto specilli immisso adaperimus, deinde digitū submittētes, undiq; absoluimus. Lapides in uesica habentes secamus, calculum in uesicæ collum adigentes, incisorio autem lapide utentes semel superiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id idoneo, quod propterea λιθολάβον Græci appellant, calculum auferimus. Quibus fluere urina quoquomodo cœpit nimis, rhyadicos appellant, si magnus callus fuerit, præcidendo ipsum curamus. Quibus urina propter copiam non redditur, uesica distenta ut remittere se nequeat, per fistulam cathetera urinam elicimus. Porrò huic instrumento ad Romanæ literæ S figuram facto quod in urinæ iter usque ad uesicam demittitur, inditur filum quod in summo habens lanæ paululum procumbens, urina madefactum, deinde foras extrahitur, quod urina tanquam ducem uiæ sequitur. Tumorū qui scroto accidunt, septem species sunt, hydrocele, porocele, steatocele, sarcocele, epiplocele, cirsocele, enterocele. A quibusdam hæc complicata adduntur, hydrenterocele, sarcoepiplocele. In his qui hydrocele laborant, scrotum diducēdum est, & ubi maxime uenosum est, inuentaq; tunica, humorem ea comprehēsum euacuare oportet, & tunicæ superuacanea auferre: in quibus sine tunica est, excernere humorem sufficit. Steatocelas, & porocelas similiter, sinistra manu scrotum extendentes secare conuenit, postea in superficie diducere, donec adipi, uel callo, uel alij cuicunq; incidamus, & hoc auferemus. Pari modo sarcocelici tractantur. Oportet autem subiacentem carnem albicantem præcidere, rubrā detrahere atq; auellere. Ad hæc reliquias adimere expedit. In cyrsocelis extendes uaricem hamulo, in superficie diuisum exceptumq; auelles, relicta ceu digiti parui latitudine. Reliquum extensum abseca. Cura uero non mediocris adhibēda est in neruis illis cōplicatis, κρεμαστῆρας Græci uocāt, & testiculis. Enterocelicos, epiplocelicos ita secamus, reprimētes intestinū, uel omētum diligenter, mox seminarium meatum auferemus ꝙ fieri poterit commode. Sin minus, peritonæum attrahentes, & laqueo exceptum præcidimus. Hæmorrhoidas lino duplici per ipsarum bases transfuentes constringentesq; post horas duas abscindimus. Fistularum nōnullæ perforatæ non sunt, os tantum habentes. Quædam perforatæ uel intus in anum, uel extrinsecus. In perforatis in anum, oricularium specillum immittes, mox digitum in sedem adferēs, intestinum attrahes mucrone specilli, idq; amputabis, ab inferiore loco incipiens, similiter & in exterioribus ani. In perforatis specilli acumine omnes sanas particulas penetrare conuenit. Sunt qui loco recisionis præcisionisq; partium foramina interiacentiū lino byssino in summitate specilli conuerso diuisa

A auellunt, inter medias partes quotidie circumtendentes fila amputant, & callum molientes medicamēto Aegyptio cicatricem inducunt. Hic modus primum ab Hippocrate conscriptus est. Varices in cruribus primū extrinsecus incisuris per totum insignitos, deinde inclinantes summa cute prehensa, ipsam primam diuidimus, & mox hamulo attractum uaricem illigamus, quo post omnes diuisiones facto, uel uaricū extractorio instrumento, quod Greci κιρσοῦλκον uocāt, eximimus, summa discindentes, uel bicipiti spicillo exceptū, lino per ipsius uētriculum secūdum euersionem extrahimus. Dracōtia uaricibus similia sunt, magnum uero dolorem dum paululum prominentes mouentur, concitant. Oportet autem diuisis,
B ut uaricibus, summam cutem detrahere, sicq; præcidere. Clauos, callos, acrochordonas, thymos, myrmecias excindentes adurimus, uel psorico illinimus. Curta in naribus, auribus, oculis, hoc modo ad naturalem habitum restituuntur: Labra scalpello undiq; deradentes cruentamus, deinde adducētes densius suimus: iuxta maxillas autem ex utroq; labrorum extremo qua inuicem coeūt, intus & extrinsecus diuidimus, distēdimusq; uolsellis, ne caro inde relaxetur. Quæ auribus uel naribus curta accidunt, cum fuerit chartilago diuisa, producere aliam conuenit, sicq; consuere lanæ filo.

De artubus confractis.

Fracti artus ex distensione quidem, in rectum
C restituuntur: ex deligatura callo obducuntur. Caluariæ ergo fractiones quot modis accidant, quomodoq; curentur, diximus. Et si in facie fractura contingat, ut in capite sanare conuenit, osse quod affectum est, exciso. Sciendum autem est, quæ ossa fracta curationem nō recipiant. Si igitur nares confractæ sunt, non recte possunt restitui. Aurem etiam frangi scribit Hippocrates, quoniam & cartilago imitatur os, ægerrimeq; in pristinam figuram reducitur. Verum si ex palato fracturam accipiant nares, resimæ euadunt, & insanabiles. Porrò si clauicula, uel iugulum, uel costa aliqua, & hæc frequenter resarciri nō possunt. Epithemata in iugulo adhibēda sunt, ipsumq; ab ala ad alā deligandum est. Cæterum si quod maiorum mē-
D brorum fractum sit, uel minorum partium aliqua, ut digitorum nodi, uel ossa brachialis, uel postbrachialis, uel tarsi, omnia quidem in magna frusta cauledon, uel raphanedon, & schidacedon frangūtur. minutatim caryedon, uel alphitedon. Omnia ergo fracta deligantes, extendentesq; admodum uehementer & ualide diducere, & multum inuicem separare oportet, ut iustum situm, pristinamq; figuram recipiant. Non autem in rectum omnia restitui debent, sed ad proximi cui cohærent, membri figuram. At si os rectum sit, in rectum: si obliquū, uel alio quouis modo curuum, simili modo. Modus autem deligaturæ ad omnia præparandæ hic est, Fascia ex linteis ueteribus fa-

cienda, quę tum latitudine, tũ magnitudine membro respondeat. Latitudine quidem in maximis digitorũ quatuor, uel quinq;. In tenuioribus non minus digitorũ trium. Deligaturæ hæc ratio, Prima fascia ter nobis in fractura sursum uersus fertur ut plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit, euariãtibus deligationibus deorsum quidem tribuitur, sed ad superiora reducitur. irrigari hydrelæo, uel œnelæo, uel glycelæo adusq; triduum expedit. post cerato diluto & liquido, ut oleum crassum uideatur. Verum fascia ita paretur, ut non nimium premat, ne membrum emoriatur: sed quoad adiaceat apteq; adhæreat: nec laxa, ut contineat & repellat influxus, ne oboriatur inflammatio. Post splenia triplicia quadrupliciaq; adhibeantur, quæ artus crassiciem impleant: quo nec sibi mutuo incidant, nec dissidentes interuallum relinquant. Ab his fascia cõuenit triplex, quę à fractura deorsum ueniẽs, sursum rursus feratur, ibiq; finiat. Solutiones membri primæ tertio quoque die faciendæ post septimum uero diebus intermissis pluribus prout necessitas exiget. Inde licebit ferulas circũponere, sed ita, ut à ferula priore ad ultimam fasciam lana ex interuallo ferulis reliquis interponatur, cum membrum ab inflammatione est prorsus immune, curua ipsarũ parte extrinsecus sublata, leui autem intus deligaturæ iniecta. Quibus superligabuntur uel chordulæ, uel nauticum filum. In fracturis cum uulnere, pro his omnibus splenia duplicia uel triplicia singula facientes, crassitiem mẽbri circulatim implebimus, * ut termini ipsius inuicem incumbentes separentur, totumq; membrum his contineatur. Primum sanè ex prædictis imposita madida esse conuenit, deinde lanas propositas, & fascias post lanas habere per subiectam sedem canalis aperti. Maxime is modus deligaturæ cõfert ijs quæ alpitedon fracta sunt, cum uulneribus, & multa cõtusione musculorum, in quibus etiam linamenta liquoribus competentibus madentia imponenda sunt. Linamentorum sunt quinq; species, aliud flexile, aliud rasile, aliud uulsorium, aliud funiculare seu lucernarium, aliud priapiscotum appellant. In luxatis uero distentione quidem antecedente opus est: repositio pro quolibet membro propria assumitur.

A Omnia in Hippocratico subsellio restituuntur, simul & tensa, & cõmissa. Caput luxatur, nã prima ceruicis uertebra coarctat̃ ad secundã. Maxilla inferior ex iugali qđ est ad malas excidit, solis autem manibus in sedem suam compellitur, hinc illincq; ad superiorem adducta. Humerus in alam tantum excidit, capitulo rotundo & leniter cauo, quod Iones ἄμβην uocant cum distensione in sedem reducitur. Sunt & aliæ insertiones, quas palæstricas nominant. Cubitus in omnes quatuor partes excidere poteſt. si in exteriorẽ interiorẽ ue, cum distensione reponimus, si in priorem uel posteriorem, sine distentione restituimus. nam hæc ex subita inflexione quodam imposito flexurę cubiti consistit. Illa, extensione uehementiori. B Brachiale, & postbrachiale, ad hæc digiti luxati, modica distentione reponuntur. Quæuis spinæ peruersio, curuitas, & inclinatio, & tortuositas instaurari non possunt. Femur ad coxas uel intro ad colem, ut extra ad oppositam partem prolabitur, retro ad clunes, & antè in inguina. atq; hæ quatuor differentiæ immedicabiles. Genu quoq; crebro in exteriorem partem prolabitur, & facile ex flexura restituit̃, minus in exteriora excidit reditq;, multo rarius in posteriora, in anteriora nũquam: quippe ossa, propter patellam quæ continet (nisi & ipsa fracta fuerit) nullo tempore elabuntur. Talus modice prolapsus ægre restituitur. Si magna sit luxatio, & uiolenta, ne sustinet quidem instaurationem. Periculosa enim nimis, & si cum uulne C re accidit. In digitis nihil ultrà fieri debet quàm quod in ijs qui sunt in manu, positum est. Omnes uero coagmentationum eorum separationes, ut in facie, cubito & radio, tibiæ & sura, metacarpio, brachiali palma, in ueterem figuram restituũtur. Porrò quę membra nigrescunt, uel depascuntur, siue ex fracturis, siue ex uiolẽta astrictione, tota sæpe resecamus. Similiter in ijs facimus, quos uenenatæ feræ momorderunt, mox ferramentis probe candentibus pastionem sistimus, post ferramenta, porrò uiridi, cũ sale illinimus. Deinde ubi crustæ ruptæ fuerint, tanquam ulcera curamus. Venenatorum morsus neque cito ad cicatricem ducimus, sed frequẽtius ulcerum modo fluorem ex eis concitamus.

Cl. Galeni

CL. GALENI QVOMODO MORBVM SIMVLANTES SINT DEPREHENDENDI LIBELLVS.

Ioanne Fichardo Francofordiano olim interprete, nunc uero locis in eo compluribus ex Græci codicis fide restitutis.

c VM multæ sint causæ, quas propter ęgrotare se homines simulant, uidetur & in istiusmodi omnibus ueritatis inuētio medico conuenire: quandoquidem Idiotæ etiam operæprecium ducant, à uero tales simulationes dignoscere. Etenim phlegmonem, erysipelas, & œdemata per pharmaca extrinsecus apposita de industria excitatos, Medicus ab ijs qui ex ipso proficiscuntur corpore, deprehendere potest atq; discernere, sicuti & sanguinē ex oris partibus profluentē, ab eo qui ex stomacho, uentre, organis ue spiritualibus prouenit. Nam deprehensi iam quidam sunt, qui sub finē tussis, quoties uellent, sanguinem excrearent, uenula quadam in hoc prompte circa gingiuas aperta, sicq; cōparata, ut quando uideretur, lingua illam sugentes, statimq; post tussientes, sanguinē quasi ex inferioribus redditū expuerent. Sic & delirare nonnulli, desipereq; se & alios simulauerūt. Illa uero omnia & deprehendere, & inter se discernere, ad medicos pertinere uulgus existimat. Fit autē sæpe quòd dolor quispiam ita simuletur, ut ingēs fereq; intolerabilis uideatūr. Equidem ipse quendam noui in concionē à ciuibus uocatum, qui postq; id parum sibi commodum uidisset, proptereaq; interesse nollet, colica se passione torqueri fingebat. Et ego quidē eo tempore istuc hominem agere, quod & postmodum ipse mihi confessus est, suspicabar. Fomenta igitur tum illi adhiberi iussi. Verum ille quanquā aliàs uel in minimis supra modum esset meticulosus, hic unguentis succurri sibi nequaquam precabatur, expetebatq;. & quidem paucis ante diebus nouit eodem morbo laborantē, à me, hausto pharmaco Philonio, curatū, id quod me omnibus modis rogauit si dolore unq; tētaretur. Sed & exitus istud declarabat. Quoniā dimissa concione, extēplò conqueri, tanq; extra omnem mox dolorem constitutus, desijt. Quin & ipsa præterea uiuendi ratio quæ præcesserat, talis erat, ut colicam in eo dispositionem non posset generasse: quando ex indigestione infrigidationeq; proficisci solent huiusmodi passiones, quorū in hoc neutrū præcesserat. Hoc igitur ꝙ non ratione anteactæ diætę morbus esset, potuisse cognoscere, medicæ erat experientiæ opus. Alterū uerò istud, ꝙ ob concionē simulare hęc illum suspicatus eram, medicinæ propriū

A non fuerat, sed captus, & rationis eius, quæ communia dicitur: quam, licet omnibus cōmunis sit, pauci tamen exactam perfectamq; habent, ut inuenire in quoq; negocio possint, quid faciēdū dicendum'ue sit. Tenendum ergo memoria, quod diximus: experiētiæ medicæ si cōiungat externa hæc facultas, alia quoq; similia fingentes, ualidosq; dolores simulātes deprehēdere licere. Quēadmodū ipse nuper, cū utroq; genu uehemētissime dolere se quidā diceret. Seruus autem is erat ex eorū ordine, qui dominos iter facientes cursu comitātur. Vnde statim doloris eius fictionē deprehendi: ex eo partim suspicionem sumens, ꝙ ad illam fortè diem, Dominus ex urbe profecturus erat: partim ex adolescentis moribus, qui talis esset, ut facile in huiusmodi mentiretur. Cæterum & cōseruum

B insuper quendam ei familiarem rogabam, nū adolescens ille mulierculæ alicuius amore teneretur, quam propter esset uerisimile, longiorem profectionem Domino adornāte, hoc illum studere ut relinqueretur. Et ita res habebat. Hæc igitur extrinsecus adinueneram. Circa uero genu eius maximus quidam tumor existebat; qui facile idiotā perterrere potuisset, sed rei petito manifeste per Thapsiam excitatus apparebat. Hęc autem cognitio Medicinæ propria erat, non ab extrinsecus assumptis proueniēs. Eiusdem quoq; erat experientiæ, sciuisse, nihil eorū quę antecesserāt tale fuisse, quod eum excitare tumorē tam repēte potuisset. Neq; enim plus ꝙ conueniebat cucurrerat, neq; uapularat ab aliquo, neq; saltauerat, neq; fossam transiliens id incommodum passus erat: tū redundātis humoris indiciū quidem nullum erat, ꝙ an-

C tea neq; splendidius, neq; abūdantius uixisset. Ad hæc autem & doloris speciem me, qualisnam esset, percontante, neq; statim, neq; prompte, neque eadem respōdebat. Quare profecto domino, cum pharmacū imposuissem, quod dolorem quidem nihil leniebat, uerum thapsiæ solum qualitatē refrigidare posset, post horam unam illum confitentem habui, nihil amplius se doloris sentire. Quòd si è phlegmone dolor is natus fuisset, non solū per istud infrigidatiuum non resedisset, sed etiam uehementior redditus esset. Liquere igitur nunc arbitror, quòd si medicinalis experientia, externis istis ratiocinationibus, id est coniectationibus, cōiungatur, sufficiens sit ad ueri fortisq; doloris dignotionē. Potest uero quis & ex eo ꝙ lenius morbum ferant, indicium non uehementis doloris sumere. Accidit enim istud omnino sæpe (non ani-

maduertentibus ijs, qui morbi uehementiã simulant) quòd in alium se aliumq; habitum illi qui uere laborãt, magnitudine uidelicet doloris agitati, transijciũt. Præterea si reuera morbo uehementi premãtur, quoduis perpeti auxilium parati sunt: hortanturq; ipsi ultro medicos, ut quicquid ipsis libuerit agant, quo affectus curetur. Sin uero mediocriter aut nequaquã omnino dolent, huiusmodi auxilia refugiunt, neq; longiora ieiunia, neque mordacium pharmacorum oblationem proferentes. Quę sola quidem, cum grauiter se laborare dicunt, huiusmodi dispositionibus conferre, nos illis affirmare oportet: queadmodum & sectiones, & ustiones, & omnis cibi potusq;, cui uidemus eos esse obnoxios, abstinentiam. Morbum igitur simulantes doloris magnitudo [arguet, deprehen B

A demusq; cũ ex alijs multis] tum medicinalis experientię notionibus, in quibus sunt languere, extrema infrigidari, pallere: interdum quoq; frigidum sudare, pulsus inæquales (quod quidem ijs etiam qui mediocriter laborant, accidit) uluresq; minorum quàm magnorum, obscurorum quàm uehementium, habere: præterea interrogatũ de morbi specie, peculiarem affecti membri passionẽ indicare posse. Quædam namq; dolores lõge lateq; se diffundentes habent: quædam uero tanquam fixos, uniq; tantum parti inhærentes. Sic alię pungunt pulsantq;, aliæ quasi diuellunt, aliæ quodam modo obstupefacere, aliæ grauare uidentur: nõnullæ deniq; uomitus, quædam uentris perturbationes, quædam caliginem inferunt.

CL. GALENI ARS MEDICINALIS

NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

Doctrinam elementarem, qualis sit explicat lib. 2. [illegible] pag. 110. [illegible] & lib. 6. cap. 14. [illegible]

I. TRES sunt omnes doctrinæ quæ ordini inhærẽt: Prima quidem ex notione finis, quæ per resolutionem fit: Secunda ex compositione cõstat eorum quæ ex resolutione fuerint inuẽta: Tertia ex definitiõis dissolutione, C cui nunc incumbimus. Licet autem huiuscemodi doctrinam appellare non tãtum diffinitionis dissolutionem, sed & explicationem, ut nonnulli uocarunt, uel resolutionem, uel diuisionem, uel (ut nõnulli alij) explanationem, uel expositionem ut alij. Conati sunt & Herophiliorũ quidã talem facere doctrinam, quemadmodum Heraclides Erythræus. Conati sunt & eam quæ per compositionem & ipsi Herophilij, & quidam Erasistrati sectatores, & Atheneus Ataleus. Neminem tamen ante nos eam quæ oritur à notione finis, scripsisse comperimus, ex qua omnes artes uia quadam atque ordine constituuntur: sed illam quidem alio pertractauimus loco. Hic uero diffinitiuam faciemus doctrinam, quæ quantum ab ea quæ ex resolutione consistit, & dignitate & ipso docendi ordine linquitur, tantum & ad totius compendium, & ad singulorũ memoriam præstare inuenietur: sufficienter enim ac facillime memoriæ commendantur ex diffinitionis dissolutiõe uniuersa. Quoniam totius artis capita in se optima diffinitio cõplectitur, quam quidam substantialem uocant, ex aduerso distinguentes alijs quas notionales appellantur. Illæ siquidem ab ijs quæ accidunt rebus diffinitis, hæ uero ab ipsa essentia constituuntur. Elaborata autẽ est à nobis particulatim & in pluribus conscripta tractatibus totius medicinę contemplatio, quibus uti quis possit ad triplicem doctrinam. Nunc uero diffinitiuã aggrediemur, hoc unum apponentes quod solum capita, & quędam ueluti conclusiones eorum quæ alibi latius sunt demonstrata, nunc à nobis dicentur.

Lib. de constit. artis medicæ. (marginal note)

+ intellectuales (marginal note)

Quid sit medicina.

Medicina est sciẽtia salubrium & insalubrium II. & neutrorum. Nihil uero differt & siquis loco insalubrium, ægrorum dixerit. Nomen uero scientiæ communius, nõ autem proprie accipere oportet. Salubre autem, & insalubre, & neutrum unũquodq; tripliciter dicitur: hoc quidem ut corpus, hoc autem ut causa, hoc uero ut signum. Etenim corpus quod sanitatẽ natura suscipere aptum est, & causam quæ eandem efficere uel cõseruare, & signum quod potest indicare. Hæc omĩa salubria Græci appellare consueuerunt. Eadẽ ratione & susceptiua morborũ corpora, & eosdem efficientes, conseruantesq; causas, & signa indicantia, insalubria uocant. Nec aliter corpora neutra causas signáue dixerunt. & secundum quidem primam rationem atque præcipuam causarum salubrium est medicina scientia. propter eas autem D & aliarum secundo quidem loco insalubrium, & tertio neutrarum. Et post has eodem modo corporum primo quidem, & hic salubrium: Secundo loco insalubrium: Tertio neutrorum. Itidem de signis dicendum. In actionibus autem prima quidem est corporum cognitio, quæ habetur ex signis, post hæc earum quæ in ipsis, inuentio causarum.

Quot modis dicatur effectiuum, indicatiuum, & susceptiuum.

Sed quoniam & effectiuum, & indicatiuum, III. & susceptiuum, dupliciter unumquodque dicitur, hoc quidẽ simpliciter, hoc uero ut nũc, nosse IV oportet

A oportet amborum esse medicinę scientiam. Ipsum uero simpliciter duobus dicit̃ modis, & quod semper, & quod ut plurimum, de quorum utroq; medicina pertractat. Neutra uero & causa & corpus & signum, & quod simpliciter dicitur, & quod ut nunc, tripliciter unumquodq; appellatur, hoc quidem quia neutrius cōtrariorum est particeps, hoc uero quia utriusq;, hoc uero quia aliquādo huius, aliquando illius. Horum autem ipsorū secundum rursus duobus dicitur modis, aut quia utrūq; contrariorum ex æquo participat, aut quia aliquando plus alterū. Est uero & in tota diffinitione, si uerba animaduertimus, ambiguitas quædam, quam & ipsam dissoluere oportet. Quum enim dicitur, medicinam esse scientiam & salubrium & insalubrium & neutrorū, significatur & quod omnium B particularium, & quod quorundam, & quod qualium. Sed omnium quidem indefinitū quoddam est atq; impossibile, quorundam diminutum atq; artificio carēs. Qualium uero artificiosum pariter atq; sufficiens ad omnia artis particularia, quod etiam dicimus in medicinæ diffinitione cōprehendi. Primum igitur de corporibus dicere aggrediemur, qualia nam sint, & salubria, & insalubria, & neutra: post hæc de signis & causis disseremus.

De corpore salubri.

IIII. Salubre simpliciter corpus est, quod ab ipso naturæ ortu bonam habet temperaturam in simplicibus & primis particulis, atq; in his quę ex illis cōponuntur instrumentis, est commensuratum. Salubre uero nunc est corpus, quod in præsenti est sa C num. est uero & hoc eo tempore quo sanum existit, bonam habens temperaturam & commensurationem, non tamen optimam, at sibi propriam. Ipsius uero salubris simpliciter corporis tale quidem est semper id quod est optima tēperantia prę ditum, ac maxime est commēsuratum: ut multum autem, quod à constitutione optima non ualde admodum deficit.

De corpore insalubri.

V. Insalubre uero simpliciter est corpus, quod ab ipso ortu naturæ, uel in consimilibus partibus malam habet temperaturam, uel in instrumētarijs incommensurationem, uel utrunque uitium. Insalubre uero nunc est corpus, quod eo tempore quo tale dicitur, ægrotat, neque obscurum est quod & hoc ipsum eo quod dicitur tempore ægrotans, uel D in consimilibus malam habet temperaturam, uel in instrumentarijs incommensurationem, uel utrūque. Est uero & semper insalubre quod ex ipso naturæ ortu uel pessimam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis omnibus, uel aliquibus, uel his quæ obtinent principatum, uel in instrumentarijs incommensuratum existit. Similiter autem in his, uel omnibus, uel aliquibus, uel illis quæ obtinent principatum. Vt multum uero insalubre est corpus, quod ab huius quidem uitio recedit, nondum tamen mediocritatem attingit.

De corpore neutro.

VI. Quoniam uero & neutrū corpus tripliciter dicebatur, unum quidem quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps, aliud autē quoniam utriusque, aliud quoniā aliquando huius, aliquando uero illius, iuxta primum significatū, neutrum erit corpus, quod exquisite mediū est & saluberrimi & insaluberrimi corporis, & huius hoc quidē simpliciter tale, quod ab ipso ortu naturæ ita est constitutum: hoc uero ut nunc, quod in præsenti tempore medium exquisite existit saluberrimi atque insaluberrimi corporis. Ipsius autem simpliciter semper quidem tale est id quod in omnibus ætatibus tale perdurat: ut multū autem, quod nonnullas recipit mutationes. Iuxta uero secundum significatum, neutrum erit corpus, quod ab ipso ortu naturæ contrarium simul est particeps dispositionū, aut scilicet in una parte, aut in duabus differentibus. In una quidem, si secundum alteram oppositionem effectiuarum qualitatum bonam habuerit temperaturam, uel etiam secundum utranque, sed informatione, uel magnitudine, uel numero partium, uel situ delinquat: aut contrà in his quidem recte se habeat uel omnibus, uel quibusdam, peccet autem intemperatura. In differentibus uero partibus, & iuxta omnes oppositiones potest quicquam simul particeps esse contrariorum. Et semper quidem tale quod per omnes ætates in eodem perseuerat. Vt multum uero, quod aliqua ex parte euariat. Ita uero & nunc neutrum erit corpus iuxta secūdum significatum, quia uel parte in una hæc quidem sibi salubria existunt, illa uero insalubria, uel in differētibus ita afficitur partibus. Iuxta uero tertium significatum, neutrum erit corpus, quod aliquando quidem salubre, aliquando uero insalubre existit, ut nonnullis accidit, qui in pueritia salubritate corporis uigēt, cum uero ad iuuentutem peruenerint, insalubres euadunt, aut contrà. In uno autem tempore, quod ita est neutrum, cōsistere nequit: latius uero si accipiatur, contingit. Nouimus autem quod nunc dupliciter dicitur. Salubre igitur & insalubriter & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale unumquodq; sit, sufficienter explicauimus. De signis uero deinceps dicendum.

De signis salubribus.

VII. Sunt autē & ex his salubria quidem, quæcunq; præsentem indicant sanitatem, & futuram prænunciant, & præteritam memoriæ subijciunt. Insalubria uero quæ & præsentem indicant ægritudinem, & futuram prænunciant, atq; prçteritam memoriæ subijciūt. Eadem ratione neutra dicuntur, quæ neutram dispositionem ostendunt, prænunciant, & memoriæ subijciunt, & quæ nihil omnino de dispositionibus indicant, uel nihilo magis salubrem quàm insalubrem dispositionem ostendunt: & partim quidem salubrem, partim uero insalubrem indicant dispositionem, & quæ aliquando quidem salubrem, aliquando uero insalubrem, & hæc quoque secundum tria tempora ueluti salubria & insalubria appellantur. Vocantur autem

nōnunquam à uetustioribus medicis hæc omnia A signa prænunciatiua, quamuis præsentiū ac præteritorum indicatiua: usus uero nō paruus ex prænunciatiuis atq; indicatiuis, minor autem ex his quæ memoriæ subijciunt. Cum uero sint salubria corpora, hæc quidē simpliciter, hęc uero ut nunc, quæ & bene ualentia dicuntur, salubrium simpliciter corporū duplicem diximus esse differētiam: quoniam nonnulla quidem semper, nonnulla uero ut multum essent talia. Et semper quidem quæ optimam constitutionem sortita sunt: ut multum uero quæ non magnopere ab illa recedunt.

De signis optimæ constitutionis.

VIII. Horum autem dignotiones sumendæ sunt ab ijs, quæ secundum essentiæ rationem ipsis insunt, & ab ijs quæ ex necessitate consequuntur operationibus, casibusq;, qui proprie accidentia uocantur. Ab essentia quidē ipsa, eorum quæ optimam habent constitutionem commensuratione: consimilium quidem in caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate. Instrumentorum uero in quantitate ac numero eorum ex quibus componūtur, ac præterea formatione, situ partium singularum ac totius instrumenti. Ex his uero quæ ex necessitate consequuntur consimilia, quantum quidem attinet ad tactū, à mediocritate quæ in mollitie ac duritie consistit. Quantum uero ad aspectum, à colore optimo, & leuitatis atq; hispiditatis mediocritate. In operationib. à perfectione, quam & ipsarum uirtutem appellamus. Ab his uero quę instrumentarias partes cōsequuntur, à commensuratione & pulchritudine omniū totius corporis instrumentorum, ac pręterea earum quæ ipsis insint uirtute operationum. Optimæ igitur constitutionis corporum signa indicatiua sunt hæc. Eorum autem quæ ab ipsa deficiūt, & adhuc tamen salubria existunt, nonnulla quidem in consimilium temperatura uitium aliquod paruum habent, nonnulla uero in instrumentariorum commensuratione, & hoc quoq; perexiguum. Accidit autem hoc uel in omnibus, uel in aliquibus, aut in utrisque. Vitiorum uero genera eadem sunt his quæ uirtutē perficiunt, temperatura quidem in consimilibus. Numerus autem & formatio & magnitudo & situs in instrumentarijs, utrisq; uero communis unitas quam & ipsorum continuitatem appellamus. In his autem ipsis generibus sunt corporum insalubrium uitia secundum utrunq; insalubritatis modum. Terminus autem qui utrunq; distinguit, est operationum læsio sensibilis. Quæ uero ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re uera quidem & ipsa in aliquo sunt offensa, non tamen id sensu comprehenditur. Distinguuntur uero ex eo, quod magis minúsue in operationibus existit, ac quia causis quæ ægritudinem pariunt, non æque resistunt. Quæ autem simpliciter insalubria sunt corpora, distinguūtur: ob id quod facile à causis quæ morbos committendi uim habent, superantur: Et quoniam in uigore operationum plurimum deficiunt, In medio autem ambo-

A rum collocantur ea quę neutra exquisite appellantur, & cum latitudine quadam. Quo fit ut tota sanitatis latitudo in tres partes, quarum singulæ latitudinem habent non paruā, diuidatur. Erit autem prima quidem salubrium corporum, secunda neutrorum, tertia insalubrium. Post quæ deinceps sequuntur quæ iam ægrotant corpora, quæ sensibilibus operationū læsionibus distinguuntur. Quæ igitur dolore infestātur, & quorum motus sunt uitiosi, aut omnino interierunt, manifestam habent determinationem. Quæ uero imbecilles edunt operationes, in magnis quidem distantijs facile discernuntur, in paruis uero ambigua sunt, atque idcirco in eo genere noxæ collocantur, quæ neutrius contrariorum participat dispositio, quam et ipsam neutram dicimus appellari. Ita tamen ut B horum omnium sensus sit iudex, non ipsa natura rerum inspiciatur, ne periculum sit in dogma perpetuæ passibilitatis incidere, & quidem signa sanorum corporum. Sed quæ insalubria salubriaq; & neutra existunt, quantitate distantiæ differūt, duobus inuicem contrarijs terminis à nobis statutis, optima uidelicet constitutione corporis, & nuper facta ægritudine, ac deinceps considerantibus utri eorum uiciniora sunt ea quæ ad examen corpora ueniunt. Quæ eīm proximiora sunt optimę constitutioni, salubria: Quæ uero ab hac longius distant, atq; ad ea quę iam ægrotant, magis accedūt, insalubria: Quæ autem intermedia, atque æqualiter ab utrisq; distare uidentur, neutra. Optimæ igitur constitutionis corporis indicia explicauimus. C Eorū uero quæ ab ipsa deficiūt, totidē sunt numero genera, quæ in magis & minus secari possunt. Quum autem in tres latitudines diuisa sint corporis insalubris, simpliciter indicia trademus: Ex his enim & reliquæ duæ latitudines innotescent. Generaliter igitur prius à nobis in eo quem de optima constitutioue sermonem habuimus, specialiter autem nunc dicetur, si prius partes diuiserimus.

Quot sint differentiæ partium.

Sunt uero earum quatuor uniuersæ differētiæ, IX. quoniam nonnullæ earum principia quædam existunt: aliquæ uero ab ipsis originē habent: aliquæ nec aliarum gubernationi præsunt, neq; aliūde gubernantur, cum insitas habeāt à natura potentias D à quibus regūtur. Quædam uero sunt quæ insitas simul & aliunde emanantes habent. Principia igitur sunt Cerebrum, Cor, Hepar, Testiculi. Ab his uero ortum habent, atque eisdem subministrant: Nerui quidem & Spinalis medulla, Cerebro: Cordi uero arteriæ: Hepati, uenæ: Ipsa uero seminaria uasa, Testiculis. Quæ autem à seipsis gubernātur, sunt Cartilago, Os, Copula, seu ligamentū, Membrana, Adenes, Adeps, Caro simplex. Reliquę uero partes cum unà cum istis habeant ex seipsis regimen, arterijs, neruis, & uenis insuper eguerunt. Capillorum autem atq; unguium neque regimen ullum est, sed generatio tantummodo. Hæ igitur sunt partium differentiæ.

De signis

De signis cerebri.

X. Indicia autem singularũ temperaturę sumpto à cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt uero quinque uniuersa genera quę ipsius naturã ostendunt. Primum quidem totius capitis dispositio. Secundum uero sensibiliũ operationum uirtus & uitiũ. Et tertium, actiuarũ. Quartum earum quæ tenent principatum. Et quintum naturalium. Aliud uero genus præter hæc oĩa ea quæ extrinsecus aduenit alteratio. Et quidem totius capitis dispositio ex magnitudine & figura sumitur atq; capillis.

De paruitate & magnitudine capitis.

XI. Paruum igitur caput uitiosæ constitutionis cerebri propriũ est indiciũ, magnũ uero nõ necessariò indicat bonam cerebri compositurã: sed si quidem ob insitæ uirtutis robur, quæ multam atque optimam materiam afformauerit, eueniat, optimũ est signum: at si ob materiæ tãtum multitudinem, haudquaquam bonum. Distinguenda uero sunt hæc & ex figura ipsa, & ex his quæ ab eo habent ortum. A figura quidem ipsa, si concinna: semper enim hoc bonum est signũ: Ex his autem quæ ab eo ortum habent, si ualida est ceruix, & si alijs ossibus optime constet, atq; omnis præterea neruosa substantia boni sit habitus, ac robur habeat intentum. Propria autem capitis figura est, ueluti si excogitares sphærã exquisite rotundam ex cera constructã, paulatim utrinq; depressam. In hac eñ necesse est, ut posteriores prioresue partes plus gibbæ fiant, quàm sphæræ cõueniat: Quæ uero utrinque consistunt, magis rectę: quod si ea quæ secundum occiput eminentia aliquatenus minuatur, simul intueri oportet neruos atq; ceruicem unà cũ ossibus alijs. Nam si secundum naturam constiterint, materiæ defectu, non uirtutis imbecillitate contingit: Illis uero non recte se habentibus principiũ est debile. Sed magna ex parte defectus qui occipiti eueniunt, consequitur eorum quę antè diximus imbecillitas, rarissimeq; aliter euenire consueuit. Caput autem quod secundum occiput in acutiem tendit animaduertere oportet, ijsdem adhibitis distinguẽdi rationibus, quibus antea in capite grandiori facto utebamur. Vt plurimum uero & hic optimũ est signum, figura concinna eius partis quæ cerebro adhæret, quam nonnulli medici posterius cerebrum appellare consueuerunt, quemadmodũ & posterius existit ea sutura, quæ græcæ literæ Λ, formam habet præfinitã. Est uero huiuscemodi pars spinalis medullæ principiũ, & eius ratione neruorum omnium in toto animali qui actionibus obseruiũt. Ipsa autem pars posterior per seipsam paucos admodum sensitiuos obtinet neruos, plurimos uero actiuos: sicuti & anterior, sensitiuos quidem plurimos, paucos admodum actiuos. Quare ubi bene fuerit affecta utraq; pars, robustas habebũt eas quæ ab ipsis deriuationes. Eædem quoq; distinctiones adhibendæ sunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinẽtes, quæ etiam ad posteriores, earundemq; & paruitatem & magnitudinẽ inspicere oportet, atq; itidem

A figuram & sensus ibi collocatos, uisum, gustum, atq; odoratum. Hæc enim se inuicem indicant atque attestantur, & quæ à principijs oriuntur, principij uirtutem & uitium; & principium ea quæ ab ipso nascuntur. *Orta attestantur suis principijs.*

De operationibus obtinentibus principatum.

XII. Earum autem operationũ quæ obtinent principatum, uirtus ac uitium sunt ipsius principij seorsum tantummodo indicia. Voco autem operationes principatum obtinentes, quæ à solo principio proueniunt. Ingeniũ quidem igitur, subtilem cerebri substantiam indicat: tarditas uero intellectus, crassam: discendi uero facilitas, formarũ facile susceptiuam, memoria autem stabilem ac firmã. Sicuti & discendi difficultas, formarũ non facile B susceptiuã, & obliuio fluidã: mobilitas quoq; in opinionibus, calidam: stabilitas aũt frigidam. Adhuc autem duo indiciorũ genera mihi uideor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturũ pollicitus. *cap. 10.* Quorum alterũ ad operationes attinet naturales, alterum uero ad ea quę extrinsecus occursant. Erit autem in utrisq; sermo communis.

Signa bonæ temperaturæ cerebri.

XIII. Siquidem cerebrum sortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia quę diximus habebit moderata, & excremẽta quæ uel per palatũ, uel aures, uel nares, uel oculos expurgantur: hæc quoq; modice se habebunt: atq; ab ijs quæ extrinsecus occursant, minime læditur, quæ scilicet uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel hume- C ctant, uel exiccant. Talibus igitur capilli capitis cum adhuc sunt infantes, subrufi: cum uero pueri, subflaui: cum iam adoleuerint, flaui fiunt, medijq; sunt inter eos qui omnino sunt crispi et simplices, non tamen facile caluitium patiuntur. Quæ uero dicuntur, ac posterius dicenda indicia sunt, accipere oportet, ut in bonam habẽtibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinẽt, non ad locorum tantum, sed ad humorum quoq; temperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione respondent, sunt referenda. Si uero calidius sit ꝙ oporteat, in altera uero oppositione bonã habeat temperaturam: si quidem in caliditate excesserit, omnia quæ dicentur, ualidiora erunt indicia: sed si paruus fuerit excessus, imbecilla. Communis autem hæc ratio statuatur in omnibus partibus, D quarum intemperaturis uniuersis indicia sumus tradituri.

Signa calidi cerebri.

XIIII. Deinceps igitur signa caliditatis cerebri prętet ea quæ nuper diximus, sunt, quòd ea quæ circa caput omnia rubicũda & calida magis, & quæ in oculis uenæ magis sensui patẽt. Capilli quoq; in his statim in lucem editis, habent in capite ortum, & cum plurimum in caliditate à mediocri temperatura recesserint nigri, & robusti, & crispi fiunt: Cum uero non multum, subflaui quidem ab initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitium patiuntur, atque eo magis, qui plus modico sunt calidiores. Excremẽta uero quę per pa-

per palatum & nares, & oculos, & aures, pauca & concocta ipsis existunt, cum integram habuerint sanitatẽ. Cum uero eis caput repletur, continuo enim ac tum præsertim cum nullam uictus seruauerint rationẽ, tale quid eis accidit: plura quidem in ipsis excrementa, sed non incocta generantur, implenturq;, atq; aggrauantur eorum capita à calidis cibis et potibus, odoribus, atq; hisce omnibus quæ extrinsecus occursant: in quorũ numero est, & qui nobis circumfunditur aer. Sed pręterea magis si non solum natura calida, sed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi temperaturæ contentæ sunt, neque admodum profundis.

Signa frigidi cerebri.

XV. Frigidioris uero quàm oporteat cerebri indicia sunt plura, in proprijs meatibus excrementa, & capilli recti, & rufi, & stabiles, & qui longo post natiuitatem tempore nascuntur tenues, atq; ab initio male nutriti, & facile à causis frigidis offendũtur, atq; hoc ipso offensionis tempore destillationibus & grauedinib. capiunt: neq; si tetigeris partes ad caput attinẽtes, admodũ calidę sentiunt: neq; si inspexeris, rubicũdæ adparẽt, & oculorũ uenæ omnino uisum effugiunt, & somnolenti quodãmodo sunt.

Signa sicci cerebri.

XVI. Siccioris autem cerebri indicia sunt paucæ superfluitates effluẽtes, & sensuum perspicacitas. Sunt autem ad uigilias prompti, & capillos habẽt robustos, & qui celerrime eis genitis innascuntur. Crispi autem potius sunt quàm recti, cito autem calui fiunt.

Humidi cerebri indicia.

XVII. Humidioris uero cerebri indicia, capilli plani, & nequaquam calui fiunt: Sensus autem turbulenti, & excrementorum multitudo, somni multi atque profundi, & hæ quidem simplicis sunt intemperaturæ.

Signa calidi sicciq; cerebri.

XVIII. Compositæ autem primum calida & sicca, secundum quam & superfluitatibus carent, & sensibus uigent, & plurimum uigilant, & cito calui fiunt. Et prima quidem capillorum generatio celerrima est, ac plurimo abundãs alimento. Capillos uero habent nigros, & crispos, & tangentibus caput calidi sentiuntur, & sunt rubicundi usq; ad ętatem consistentiæ.

Signa calidi & humidi cerebri.

XIX. Si uero humiditas adiũgatur caliditati, parum utriusque qualitatibus superantibus mediocritatem, color bonus, & quæ circa oculos calidiora, uenæ magnæ, & plura excrementa, & mediocriter cocta, & capilli recti, subflaui, & non facile calui fiunt. Implentur uero atque aggrauãtur eorum capita à calidis: at si humectentur, tunc multo magis excrementorũ habent multitudinem. Et si plurimum caliditas atque humiditas creuerit, his caput ægritudinibus est obnoxium, atq; excrementis abundans, & quod facile à calefacientibus atque humectantibus offendatur. Auster uero semper eis aduersatur, atq; optime in Aquilone se habent: non tamen diu uigilare possunt, & quum se ad somnum conuerterint, simul graui somno tentantur, & uigilant, & somnia habent imaginationibus plena, uisus eis turbulenti, neque satis sensibus uigent. Quòd si plurimum in caliditate cerebrum à mediocritate recesserit, paululum autem humidius extiterit, calidæ tẽperaturæ indicia quidem superabũt, cum quibus leuia quædam humiditatis signa cõiungentur: ueluti si longe quidem humidius, paululum uero calidius, uehemẽtia quidem erunt ac manifesta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis uero hęc ratio in omnibus compositis intemperaturis existit.

Signa frigidi & sicci cerebri.

XX. Frigidæ uero & siccæ cerebri intemperaturæ frigidum, & minimè coloratum sui ratione caput reddunt: semper enim memoria repetenda, quæ à nobis ab initio est distinctio posita, ut præterea aduertamus quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipsum consistunt. Protinus autem huiuscemodi temperaturæ uenis carentes habent oculos, & à causis frigidis facile lędũtur. Quare & inæquali sanitate fruuntur: quoniã nonnunquam leuissima habent capita, & excrementorum moderatos effluxus, nõnunquam uero & grauedinibus & destillationibus minima ex causa capiuntur.

De sensibus.

XXI. Sensus aũt eorum in iuuentute quidem omnes uigent, atque omni uitio carent, sed progrediente ętate cito marcescunt. Et, ut summatim dicaẽ, omnes celerrimã circa caput senectutem ostendunt. Quare & cito cani fiunt, capilli uero ipsis quidem genitis uix exeunt, & male nutriunẽ, & rufi sunt. In progressu aũt ætatis, superante magis frigiditate caliditatẽ, quàm siccitate humiditatẽ, multum non caluescunt. Contrà uero si contigerit, siccitatem quidem plurimũ dominari humiditati, frigiditatem uero caliditati, parum calui fiunt hi.

Signa cerebri frigidi & humidi.

XXII. Humidæ uero, & frigidæ cerebri temperaturæ faciunt homines graui somno tentari, & ad somnũ facile conuerti, sensibus quoq; minime uigentes, atq; excrementis redundantes, et qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac destillationibus & grauedinibus facile tentãtur, neq; tamen hi calui fiunt. Hæc igitur indicia sunt cerebri temperaturæ, à quibus si progrediaris, ad unũquodq; sensorium dignotiones transferre licebit.

De oculis.

XXIII. Sed sufficiet de oculis facere mẽtionẽ. Quicũq; tangentibus quidem manifeste calidi existunt, & facili ac crebro motu cienẽ, & uenas latas habent, hi calidi omnes sunt, frigidi uero his contrarij. Et humidi quidẽ molles simul & multa humiditate pleni, sicci uero duri simul & aridi. A similibus autem suæ temperaturæ causis facile offenduntur, iuuantur autem à modico contrariorum usu: sed hoc quidem commune in omni cuiuscunq; partis tempe-

Ois intemperies à simil. suæ [illegible] temperaturæ [illegible] facile offenditur, iuuatur aut modico [illegible] usu.

temperaturæ dignotione oportet meminiſſe.

De magnitudine oculorum.

XXIIII. Magnitudo oculorum quidem, ubi cōcinnitas adſit, & operationum uirtus, multitudinem bene temperatæ ſubſtantię oſtendit, ex qua ſunt conformati, quæ ſi deſint, multam quidem ſubſtantiam, non tamen bene temperatam oſtendunt.

De paruitate oculorum.

XXV. Paruitas uero oculorū adiuncta quidem cōcinnitate ac uirtutum operatione, paucam quidē, ſed bene temperatā ſubſtantiam oſtendit, ex qua ſunt conformati. Si uero ſociam habuerint inconcinnitatem quādam, atq; operationū uitium, tunc paucam ſimul ac uitioſam materiam oſtendunt.

De colore oculorum.

XXVI. Quæ uero ad colores attinent, ita diſtinguere oportet. Glauci quidem oculi, qui pura humiditate ac non multa præfulgent, tales ſiunt ob ſplendidi luminis abundātiam: Contrà uero, nigri, & qui intermediam naturam ſeruant, cauſas quoq; intermedias habent.

De glaucedine & nigredine oculorum.

XXVII. Glaucus igitur oculus fit, uel propter magnitudinem, uel propter ſplendorē humoris qui à Græcis cryſtalloides nominaī, uel propter ſitum prominentem, aut propter tenuis & aquei humoris, qui in pupilla exiſtit, paucitatem & puritatem, atque omnibus quidem in unum cōuenientibus fit glauciſſimus oculus. Quòd ſi aliqua adſint, aliqua uero non, tunc maior minórue glaucedo contrahitur. Niger uero oculus fit, aut ob paruitatē cryſtalloidis, aut propter profundum ſitum, uel quoniam ſplendidus ac fulgidus exquiſite non eſt, uel quoniam tenuis humor uel ſuperabundat, uel purus non exiſtit, uel propter unam aliquam ex his quas antè diximus cauſas, aut propter omnes fieri conſueuit. In ipſis autem magis & minus (ut antè diximus) reperitur. Tenuis igitur humor quo magis ad aquę naturam accedit, & ſuperabundat, humidiorem oculum oſtendit: quemadmodum ſi craſſior ac minor fiat, ſicciorem. cryſtalloides autem ſiquidem durior exiſtat, ſicciorem efficit oculum: Si uero mollior, humidiorē: ſic & ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit, ſicciorem: ſi autem defecerit, contrarium.

De cordis temperaturis.

XXVIII. De cordis autem temperaturis deinceps dicendum eſt. Si prius hæc in memoriam reuocauerimus, quod unamquāq; partem ſeipſa, uel calidiorem, uel frigidiorem, uel ſicciorē, uel humidiorem dicimus factam, non alicui rei alteri comparātes, ſed ad ſeipſum. Sic enim utcunq; extiterit cor natura frigidiſſimum, multo ſanè calidiorem temperaturam poſſidebit calidiſſimo cerebro.

Signa cordis calidi.

XXIX. Calidioris igitur cordis, ut admodū qui ei proprius eſt atque conueniens, indicia quædam ſunt inſeparabilia, et propria, magnitudo reſpirationis, & pulſus uelocitas, & frequētia, & audacia, & ad actiones natura prompta. Quòd ſi multum in caliditate exceſſerit, tunc furibunda quædam iracundia & temeritas adſunt. Eſt autem his thorax hiſpidus, & præſertim pectus, & quæcunq; hypochondrijs partes proximiores. Magna uero ex parte calidi cordis temperatura uniuerſum corpus calidum reddit, niſi hepar uehementius obſtiterit. Dicemus autem paulo inferius, totius corporis indicia. Eſt quidem & latitudo thoracis caliditatis indicium, niſi & hic quoque cerebrum plurimū obſtiterit, quoniā ei magna ſpinalis medulla reſpondet: tantæ uero erūt magnitudine uertebræ, quanta & ſpinalis medulla, quare & ſpina uniuerſa. Cōfigitur uero thorax ad eam ſpinę partem, quæ metaphrenum, id eſt, dorſum dicitur, tanquam ad carinam nauis. Quare neceſſariò eius longitudo æquabitur dorſo: latitudo uero erit pro uertebrarum ratione, quādo ad proportionem earum craſſitudinis fuerit confixus. Cum uero cordis caliditas ſuperās perflauerit ac dilatauerit in primo ſui ortu thoracem, erit eiuſdem caliditati proportione reſpondens. Quare cum caput paruum, thorax autem latus extiterit, maximū hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium: cum uero magno exiſtente capite paruus fuerit, proprijſſimū hoc erit cordis frigidioris ſignū: Si uero capiti fuerit proportione reſpondens, tunc alijs ſignis de corde diſtinguens, ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens.

Signa cordis frigidi.

In frigidiore uero corde, pulſus minores exiſtunt quàm modo naturæ conueniat. Non tamen neceſſario tardiores uel rariores. Reſpiratio autē, ſiquidem tanto thorax minor extiterit, quāto cor frigidius, pulſibus erit proportionalis. Si uero maior fuerit, quàm pro frigiditatis uehementia, non minor eſt tantum, ſed etiam tardior, & rarior. Tales autem timidi natura ſunt, & ſine audacia, & ſegnes & nudum pilis habent pectus. De eius uero paruitate diſtinguendū ut diximus prius. Eodem modo & de totius corporis caliditate. XXX.

Hic locus in om̃ibus ferè exemplaribus, grecis atq; latinis deprauatus eſt. Ita enim græce ſcribendum fuit: εἰ δὲ μεῖζον ἢ κατὰ τὸ ποσὸν τῆς ψύξεως οὐ μικρότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ βραδύτερα καὶ ἀραιότερα. δειλοὶ οἱ τοιοῦτοι τὴν φύσιν καὶ ἄτολμοι καὶ ἀμελητοί, id eſt, Si autem maior quàm frigiditatis quantitas, non ſolum minor, ſed etiam tardior, intellige: erit reſpiratio. Timidi natura tales ſunt & ſine audacia, & tardi. Et huic traductioni adſtipulatur traductio Arabica, quam exponit Haly.

Signa cordis ſicci.

Cor aūt ſiccius, pulſus efficit duriores, & iram non promptam quidem, ſed feram, & quæ non facile ſedari queat, magnaq; ex parte uniuerſum corpus ſiccius exiſtit, niſi hepar obſtiterit. XXXI.

Signa cordis humidi.

Cordis uero humidioris ſigna, pulſus molles, & mores ad iram quidē procliues, ſed talē quę facile ſedari poſſit, et uniuerſum corpus humidius exiſtit, niſi hepar obſtiterit. Secūdū uero cōiugationem XXXII.

nem qualitatum primarum uitiosæ cordis tempe- A raturæ ita se habent.

Signa cordis calidi & sicci.

XXXIII. Calidi & sicci cordis, pulsus duri sunt & magni, & ueloces, & frequentes & respirationes magnæ, & ueloces & frequẽtes, & multo magis ad uelocitatem ac frequentiam uergunt, thorace cordi non aucto proportionaliter. Hi uero præ cunctis pectus habent maxime hirsutũ, & hypochondria. Ad actiones autẽ prompti sunt, & iracundi, & impudentes, & mores tyrannicos habent: etenim ad furorem faciles, non facile uero placabiles. De totius autem corporis temperatura, & thoracis amplitudine, his quæ ante diximus, proportionaliter est distinguendum.

Signa cordis calidi & humidi.

XXXIIII. Si uero caliditas unà cum humiditate dominabitur, minus quidem his quos antea diximus, hi sunt hirsuti, ad actiones uero nihilominus prompti, non tamen ferior est animus, sed ad iram procliuus tantũmodo. Pulsus uero magni ac molles, ueloces & frequentes existunt, & respiratio, cum thorax cordi fuerit proportionalis, eandem pulsibus formam seruabit. Si uero minor extiterit, tanto illis uelocior erit & frequentior, quanto & thorax minor extiterit. Si autẽ multa facta fuerit euersio in temperatura, ac si hoc præsertim in humiditate contigerit, præter ea quæ diximus, cõtingent etiam ex putredine morbi, his qui in ipsis fuerint humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes autẽ maiores sunt ac ualociores inspirationibus, & submissio arteriæ in pulsibus uelox.

Signa cordis humidi & frigidi.

XXXV. Humidioris uero & frigidioris cordis, pulsus quidem molles. Moribus autem nequaquã audaces, sed timidi & segnes existunt. Tales etiam glabrum pectus habent, minimeq; iram retinent, sicuti & ad iram nõ admodum sunt prompti. Quæ uero ad thoracem & uniuersum attinent corpus, distinguere oportet, sicut ea quæ ante diximus.

Signa cordis frigidi & sicci.

XXXVI. Frigidius uero cor & siccius, pulsus quidẽ duriores reddit & paruos, respirationẽ autem si quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderatam. Si uero maior extiterit, raram ac tardam. Hi uero præ omnibus minime ad irascendum prompti, cum autem coacti fuerint irasci, quibusdã, retinent iram. Habent autem maxime omniũ, nudum pilis pectus. De paruitate autem thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Vnum illud cõmune in hisce omnibus memoria repetentibus, quòd quæcunq; de moribus siue nunc, siue quouis alio sermone explicata sunt, ad tẽperaturæ cognitionem, non de optimis moribus aut uitiosis, qui ex philosophia hominibus adueniũt, sed de insitis unicuiq; ac naturalibus, nos exposuisse.

Signa calidi hepatis.

XXXVII. Hepatis calidioris indicia: uenarũ latitudo, flaua bilis abũdantior. In consistẽti uero ætate, etiam atra, calidior ipsis sanguis, atq; eadem ratione corpus uniuersum, nisi obstiterit cor. His uẽter & hypochondria hirsuta.

Signa hepatis frigidi.

XXXVIII. Frigidioris uero, angustia uenarũ, pituita abundantior, sanguis frigidior, & totius corporis habitus, nisi à corde calefiat. Venter illis glaber est, atq; hypochondria.

Signa hepatis sicci.

XXXIX. Siccioris autem, sanguis quidem crassior & minime abundans, uenæ duriores, & totius corporis habitus siccior.

Signa humidi hepatis.

XL. Humidioris autem, sanguis quidem abundantior atq; humidior, uenæ autem molliores: ita uero & uniuersum corpus, nisi partes ad cor attinen- B tes obstiterint.

Signa calidi & sicci hepatis.

XLI. Calidioris uero simul ac siccioris hepatis indicia, hypochõdria plurimum hispida, sanguis crassior simul ac siccior, flaua bilis plurima est: consistente autem ætate, & atra, uenarum autem latitudo & durities. Sic uero et uniuersum corpus se habet. Nam quæ ex corde caliditas originem habet, potest obtundere eam quæ ab hepate nascitur frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatem: siccitatem uero non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media uero inter has quæ dictæ sunt, ea quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superaẽ, quàm siccitas C ab humiditate: minus autẽ à caliditate: adhuc uero multo minus frigiditate. Hæc enim inter omnes qualitates quæ ab hepate eueniunt, facillime uincitur. Liquet autem quòd cum in unum conuenerint utriusq; principij temperaturæ, totũ exquisite secundum illas afficitur corpus, paulo uero inferius ipsius dicentur indicia.

Signa hepatis calidi & humidi.

XLII. Humidius autem ac simul calidius hepar, minus quidẽ quàm calidius & siccius hypochondria reddit hispida. Plurimum uero sanguinis, et uenas amplas, habitumq; calidiorem atq; humidiorẽ facit, nisi obstiterit cor. Si uero amplius in ambabus qualitatibus à naturę modo recedat, à morbis qui ex putredine ac uitiosis humoribus fiũt, facillime D capitur. Adhuc autem magis si plurimum augeatur humiditas, caliditas uero nõ ita. Si autem contra, parum quidem humiditas crescat, plurimum uero caliditas, minime uitiosis humorib. laborãt.

Signa hepatis humidi & frigidi.

XLIII. Humidius autẽ & frigidius hepar habet hypochondria glabra, sanguinem uero ad pituitæ naturam accedentem generat, cum uenarum angustia: sic & reliquum afficit corpus, nisi à corde ad contrariam naturam transferatur.

Signa hepatis frigidi & sicci.

XLIIII. Frigidius autem & siccius hepar cũ pauco sanguine & uenarum angustia efficit corpus atq; frigidius, & hypochondria glabra, nisi & hic cor dominetur.

Signa

Signa calidæ, frigidę, humidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum.

XLV. Temperatura uero testiculorũ, calida quidem ad Venerem procliuis, & masculorum generatrix & fœcunda, celerrimeq; genitales partes obsepit pilis, simul autem & circumiacentes attingit partes: frigidior uero cõtraria efficit. Et humida quidem multo & humido semine abundat. Sicca paucum & modice crassum generat semen.

Signa calidæ & siccę temperaturæ testiculorum.

XLVI. Calidior uero ac siccior & crassissimum semen habet, & fœcundissima est, ac celeriter ab initio protinus ad coitũ excitat animal. Sed & his genitales partes citissimè hispidę fiũt, atq; omes quę circumstãt, supra quidẽ usq; ad umbilicũ, infra uero usq; ad media femora. petulca igitur est & ad libidinem prona huiuscemodi temperatura, statim uero satiatur, & si cogatur, offenditur.

Signa calidæ & humidæ temperaturę testiculorum.

XLVII. Si autem caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus uero semine abundant, nõ tamen plus cæteris appetunt, sed minore detrimento præter modum uenereis indulgent. Quod si satis excreuerint & caliditas & humiditas, nõ sine detrimento à uenereis abstinent.

Signa frigidæ & humidæ temperaturæ testiculorum.

XLVIII. Si uero frigidiorem & humidiorem temperaturam testiculi habuerint, partes circũpositæ glabræ sunt, tarde rem uenerem exercere incipiunt, neque proni ad actum huiusmodi sunt. Aquosum uero & tenue ipsis est semen, & infœcundum † & fœminarum generatiuum, uel omnino non generans.

Signa frigidæ & siccæ temperaturæ testiculorum.

XLIX. Frigidior uero, & siccior temperatura similis quidem in reliquis est antedictę, crassius uero in ipsa semen existit, atque omnino paucum.

De habitu totius corporis.

L. Totius autem corporis habitus, diximus & superius quomodo & hepatis & cordis naturam sequantur, ei autem magis assimilatur, quod unam aliquam ex primis qualitatibus potentiorem habuit, quas & effectiuas appellant. Totius uero corporis habitus in illis maxime dicitur partibus quę primę oculis subijciuntur. Sunt uero hæ, musculi qui omnia ambiunt ossa, carnes quędam compositę ex prima & simplici carne, & prȩterea fibris quibus innascuntur. Propria enim musculorum substantia his duobus cõstat: quę uero ad ipsos uasa pertingũt, ueluti riui quidã sunt, qui non substantiam cõplent, sed eis subministrãt, ut in uita permaneant. Dicentur igitur & horum temperaturę indicia in bene tẽperata habitatione. Namque malę temperaturę sunt, cutem permutãt ex se ipsis formãtes, & quędam ex indicijs corrumpũt. Ita & in bene temperata regione, si quis se tẽpore A ęstatis nudum soli exposuerit, permutabit indicia quæ ex colore, & duritie, & mollitie sumuntur. Si uero quemadmodum bonam temperiem obtinet locus, ita & ipse bene temperato uictu usus fuerit, ut qui neque se nudum singulis diebus in sole plurimum torrefaciat, neque sicuti plerique more puellarum continue in umbra degat, hic certa, atque exquisita temperaturæ indicia prę se feret. Tanquam igitur de hoc futuro sermone nunc ad ipsum accedemus.

Signa moderatę temperaturę.

Moderatę temperaturę indicia secundũ totum animalis habitum: Color quidem ex rubro & albo cõmistus, capilli uero flaui, & ut plurimũ mediocriter crispi: Carnositatis autẽ mediocritas in B qualitate & quantitate. Medium est enim exquisite huiuscemodi corpus inter omnes excessus, ut qui ad ipsum dicantur & cognoscantur. Nam & Crassum corpus ad hoc cõparatum dicitur crassum, & tenue ad hoc, eodem modo, & carnosum, & macilentum & pingue, & durum, & molle, & hispidum, & glabrum. Nullum igitur horum corpus est mediocritatẽ habens, sed qualis Polycleti regula ad summũ totius peruenit mediocritatis, adeo ut neq; tangentibus molle uideatur, neq; durum, neq; frigidum: inspicientibus uero neq; hirsutum, neq; glabrum, neq; crassum, neq; tenue, aut aliquem alium habens excessum uel defectum. LI.

De corpore calidiore.

C Quęcunq; aũt in caliditate à medio recedunt, non tamen in humiditate & siccitate, hæc quantũ ad carnosum genus attinent (De hoc enim præsens est sermo) uidentur quidem tangentibus calidiora tantum, quantum & eorum temperatura calidior. Tanto uero magis hirsuta sunt quanto & calidiora, & minus pinguedinis habẽt. Colorem autem rubrum, & capillos nigros habent. LII.

Signa frigidę temperaturę.

Frigidioris autem temperaturæ indicia sunt: pilorũ carẽtia, pinguedo, & frigiditas quæ tãgentibus obuiat. Color autem unà cum capillis rufus, & ubi frigidus excesserit, liuidus quodammodo existit, quem nonnulli medici colorẽ plumbeum appellant. LIII.

Signa siccę temperaturę.

D Siccior autẽ temperatura tanto gracilior est, & durior bona temperatura, quanto maior est siccitas. In reliquis autem eodem modo se habet. LIIII.

Signa humidę temperaturæ.

Et humidior etiam in reliquis quidem eodem modo se habet. Melius autem carnosa & mollior. Et quidem secundum cõiugationem qualitatum primarum factæ intemperaturæ compositam habent indiciorum formam. LV.

Signa calidæ & siccæ temperaturæ.

Calidior simul ac siccior est hirsuta magis, ac calida & dura existit, & pinguedine caret, tenuisq; est, & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat, color quoq; niger illi adest. LVI.

Signa calidæ & humidæ temperaturæ.

LVII Calidior autẽ & humidior temperatura, mollior, & calidior, & carnosior tanto est bona temperatura, quantum & utrisque qualitatibus aucta fuerit. Quòd si plurimum augeatur, cito similiter à putredinis corripitur morbis: quoniã & humorum uitio prõpte laborat. Si uero parum quidem humidior sit multo uero calidior, molliores quidẽ parum huiusce modi sunt his qui bonam habent temperaturam, & magis carnosi, non parum uero hirsutiores, & tangentibus non parum calidiores. Nigri uero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo quidem calidior, multo uero humidior, mollis his caro est & multa, & color commistus est ex albo & rubro, & tangentibus paulo calidiores. Et ut summatim dicatur, omnibus temperaturæ coniugationibus semper super excedentis qualitatis indicia eminebunt.

Signa frigidæ & humidæ temperaturæ.

LVIII Frigidior autem atq; humidior temperatura, si parum quidem utraq; augeatur, capillis nuda est, & alba, & mollis, & crassa, & pinguis: Si uero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augmenti qualitatum, color autẽ unà cum capillis rufus. Quemadmodum si plurimum utraque augeatur, liuidus: Si uero qualitatum augmentum fuerit inæquale, eius quæ superexcesserit indicia eminebunt.

Signa frigidæ & siccæ temperaturæ.

LIX Si autem frigiditas unà cum siccitate æqualiter augeatur, natura durum ac tenue & glabrum corpus habẽt, & tangentibus frigidum, pinguedo tamen ipsis, & si graciles sint, per carnes dispersa. Capilli autem & color frigiditatis modum, ac proportionem sequuntur. Vbi uero calida & sicca temperatura in tempore decrementi, in frigidũ & siccum labitur habitum, tunc hi graciles fiunt & duri, atq; atra bilis in eis dominatur, & ob id nigri simul & hirsuti euadunt: ubi igitur altera qualitas plurimũ dominatur, altera uero parum à mediocritate recedit, superabunt eius quæ dominat̃, exilia aũt erunt alterius qualitatis indicia. In omnibus uero de quibus supra diximus & postea dicemus, cõmune est temperaturæ indicium, si membrum facile frigesit, uel frigiditatis, uel raritatis: Si uero non facile, uel caliditatis, uel densitatis: Si uero à desiccantibus offendat̃, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis: quẽadmodum & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere aũt oportet, si eandem omnes musculi seruant temperaturã, uel minime eandẽ, atq; in omnibus animaduertere subiectorũ ossium quantitatem. Nonnunquã enim gracile uidetur membrum, cum tamen non sit gracile quo ad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale uidetur. Sic & crassius quibusdam plerunq; apparet non ob ossium amplitudinem, sed ob multitudinem carnis, quæ uel aucta, uel comminuta, uel durior aut mollior effecta, siccius aut humidius membrum ostendit. Pauca igitur ac dura, siccius: multa autem & mollis, humidius. Sic & intermedia spatia similariũ corporum, ut plus uel minus humidę substantię in se ipsis cõtinent, uel crassius, uel tenuius, uel humidius, uel siccius membrum ostendunt: Humidius quidem, ubi subtilior & plurima est humiditas: Siccius uero, ubi crassior simul & minor. Ipsæ enim solidę corporis partes, quæ uere solidæ sunt ac primæ, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est, si quis eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta aũt in ipsis spacia, hac uel illa humiditate cõplere, possibile. Hęc uero est proprium partium similarium alimẽtum, quod ex appositione fit, & nõ per uasa attrahitur. Communis aũt hæc ratio & omniũ partium existit. Et iterũ in salubrium atq; insalubrium causarum doctrina repetetur. Nunc autem ea quæ ordine sequuntur attingamus.

Signa sicci uentriculi.

Ventriculi, indicia eius quidem qui natura siccior existit, si celeriter sitibũdi fiant, & paucus eis sufficiat potus, à plurimo autem aggrauentur, fluctuationibus infestentur, aut superfluitet id quod abundat, & cibis delectentur siccioribus. LXI

Signa humidi uentriculi.

Humidioris autem, si neq; sitibundi fiant, & superabundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus. LXII

Signa calidi uentriculi.

Calidior uero natura uentriculus, melius quidem cõcoquit q̃ appetat, & multo magis quęcunque dura sunt & non facile alteratiõem suscipiũt. Nam quæ facile alterantur, in ipso corrumpũtur, gaudetq; calidis potibus ac cibis, neq; à frigidis ullam percipit noxam, si modice ipsis utatur. LXIII

Signa frigidi uentriculi.

Frigidus uero natura uentriculus ad appetendum quidem plurimum uiget, ad concoquẽdum autem minime, tales præsertim cibos qui frigidi sunt & nõ facile alterationem suscipiunt. Cito itaque in ipso acescunt, atque ideo acidis eructationibus talis uentriculus plurimum abũdat, & gaudet quidem frigidis, sed ab eorum usu immodico offenditur. Ita & ea quæ extrinsecus frigida occursant, nequit longiori tempore tolerare, quemadmodum neque calidus calida. Malæ uero temperaturę quę morbi ratione uentriculum occupant, hoc differunt ab his quæ naturales existunt, quoniam contraria nõ autem similia appetunt, quemadmodum naturales. LXIIII

De malis temperaturis in uentriculo coniugatis.

Malę autem temperaturæ in uentriculo coniugatę, ex compositione simplicium cognoscuntur. Oportet autem eas quæ iam sunt dictæ diligenter aduertere, easdem ab his quę dicentur distinguentes. Non solum enim uentriculus sitibũdos & minime sitientes facit, & frigidi calidi'ue potus appetentes, sed ea quoque uiscera quæ in thorace sunt, ut cor & pulmo. Sed qui ob horum sitiunt caliditatem, plus inspirant & longius expirant, atque æstum LXV

estum in thorace sentiunt, nõ sicuti qui uentriculi ratione in hypochondrijs caliditatẽ patiuntur, & cum potauerint, non statim sedatur sitis, & magis cum frigidum hauserint, quàm cum calidum nimis. Refrigerat autem eosdem & frigidi aeris inspiratio, quę nihil eos iuuat qui uentriculi ratione sunt sitibundi. Ita & hi qui contrario modo se habent, à frigida inspiratione sensibilem sentiunt effectum.

Signa pulmonis frigidi.

Et hoc maximum sit frigidi pulmonis indicium. Vti uero frigidum inspirantes manifeste dolorem sentiunt & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica, sed & pituitæ excremẽta cum screatu & tussi expuunt.

Signa pulmonis sicci.

Pulmonis autem siccitas excrementis uacant & pituita, & uocem claram efficiunt: quemadmodum humiditates obscuram reddunt ac raucam. Et cum uehemẽtius, aut acutius loqui studuerint, tunc intercidunt excrementa.

De uoce.

Non tamen ipsa uocis magnitudo à caliditate, sicuti neq; paruitas à frigiditate fit, sed altera quidem asperę arterię latitudinem sequitur, & uehementiorẽ efflatum: Paruitas uero à contrarijs aduenit causis. Quarè neq; semper, neq; primũ, sed ex accidenti, & solas naturales temperaturas, non autem aduentitias uocis magnitudo aut paruitas sequitur. Quoniam etenim talia instrumenta temperaturæ ratione sunt facta, ad hæc autem consequitur huiusmodi uox. Idcirco contingit ex uoce de naturali temperatura ratiocinari.

De leni & aspera uoce.

Nam & lenis uox arteriæ lenitatem consequitur, sicuti & aspera asperitatem. Lenitas igitur arteriæ moderatã sequitur temperaturã, asperitas uero siccitatem. Asperitas etenim fit ab inęqualitate duri corporis. Arteriam uero durã, similariũ partium, ex quibus constat siccitas, inæqualem uero dispersę in eisdem humiditatis defectus.

De uoce acuta.

Eodem modo neq; acuta natura uox sine angustia faucium, neque grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab insita atq; innata nascitur frigiditate. Latitudo aũt à caliditate. Differentijs igitur naturalium uocũ hæ quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales, quę & ipsę indicia sunt causarum à quibus oriuntur, de quibus in libris De uoce sufficienter distinxi. Reliquę uero partes animalis interiores exilia habent temperaturę indicia. Tentandum tamen ea ex iuuantibus atq; nocentibus agnoscere, ac pręterea naturalium potentiarum operationes. Dictum uero est in tertio De causis accidentium, quod cuiusq; potentię uirtus & uitiũ, temperatura principalis existat. Temperaturarum itaq; indicia iam explanauimus.

Signa naturę instrumentariæ.

Circa magnitudinẽ uero, uel formationem, uel numerum, uel situm, quæcunq; quidem sensibus subijciũtur errata cognitu facillima sunt, quæ au-

A tem sensu percipi nequeũt, quędam cognitionem habent difficilem, quædam uero facilem. Capitis igitur magnitudo ac figura, & cerebri simul in propatulo sunt. Et de his antea diximus, sic & quę thoracis sunt, & quæcunque ad scapulas, & humeros, uel brachia, uel cubitos, uel extremas manus, uel coxendices, uel femora, uel tibias, uel pedes attinent, non est difficile cognoscere, siue secundum formationem, siue secundum magnitudinem ex his aliquid non rectè se habeat, siue secundum numerum, uel partium ex quibus constant composituram singularum, etiam operationis detrimenta facile patent. Quę autem intra corpus sunt, non omnia possunt agnosci.

De uentriculo.

B Cuiusdam enim uentriculum adeo paruum ac rotundum ac pronum secundum hypochondrium situm habentem inspexi, ut manifeste ex circumscriptione propria & uidentibus & tangentibus appareret.

De uesica.

Sic & cuiusdam uesicam contingit intueri, ita expositam ac paruam, ut si quando urinam tardius excerneret, tumor quidem circumscriptus manifeste cerneretur, nõ tamen aliud ex interioribus quicquam mihi unquam manifestum præbuit indiciũ. Tentare aũt oportet quammaxime fieri potest, uirtutem ipsorum ac uitium, & si non certissima scientia, artificiosa saltem coniectura comprehendere; ueluti exempli gratia, in hepate.

De hepate.

C Vidi enim aliquos & quidẽ quamplures, quibus uenæ erant angustę, & totum corpus colore priuatum. Quòd si plusculum cibi assumpsissent qui pręsertim flatibus excitãdis aptus esset, et crassus & tenax, nõnulli quidem ueluti pondus quoddam insidens, atq; suspensum in profundo dextrę hypochondriorũ partis sentiebant: Nonnulli uero cũ quadã tentione dolorẽ sentientes. In his quidem uerisimile est hepar esse paruum, atque angustos meatus habere.

De homine pituitoso uomente bilem.

Alterum uidi cuius totus habitus pituitam prę se ferebat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excrementa, in D quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatum qui biliosum egurgitat humorem, non minimam eiusdem partem ad imum uentriculi locum, quẽ Gręci pyloron, id est ostiarium uocant, effundere, ut in quibusdam apparet animalibus, ex quibus id constat, quod plurimum ad eorum quæ latent sensum confert cognitionem, ea quæ ex sectionis inspectione habetur peritia, & operationum atque utilitatum inuentio. Quicunque igitur facultatem dignoscendi huiuscemodi corpora quæ ita lapsa sunt consequi cupit, oportet ipsum in sectionibus, ac in operationum atque utilitatum inuentionibus exercitari. Scripsimus uero de omnibus seorsum in tractatibus alijs, de quibus in fine libri omnino proposuimus facere mentionem, ut

discendi cupidi intelligant quęcunque discere optauerint, ex quonā possint haurire tractatu. Sed tamen de hisce satis.

Quomodo cognoscātur corpora ęgrotantia.

LXXVI. Quęcunque uero ut nunc insalubria sunt, hoc est quæ iam ęgritudinem patiunt̄, dignoscere & hęc ipsa oportet. Quę quidem subijciuntur sensui, ex eorum quę ipsis insunt secundum naturā permutatione, in magnitudine, colore, figura, & numero, & situ, & ea quę est secundum duritiem & mollitiem, & frigiditatem, & caliditatem differentia. Quæ aūt uisum effugiūt, ut summatim dicam, ex operationum lęsionibus, aut his quę excernūtur, aut doloribus, aut tumoribus pręter naturam, aut horum quibusdam, uel omnibus.

De signis cerebri patientis. B

LXXVII. Particulatim autem quæ quidem sunt in cerebro ægrę dispositiones, aut dementiæ speciebus, aut sensibilium imaginationum lęsionibus, aut actuum qui secundum electionem fiunt, aut ex his quę excernuntur per palatum, uel nares, uel aures aut horum qui ei dolores eueniunt differentijs.

Signa cordis patientis.

LXXVIII. Quæ uero in corde fiunt ex difficilis anhelitus speciebus, & tremulis motibus qui ipsi contingunt, ex pulsibus quoque eius atque arteriarum & ab excandescentis iræ celeritate, aut tarditate, à febribus, & refrigerationibus, & in colore differentijs, ac eis qui ipsi adueniunt doloribus.

Signa hepatis patientis.

LXXIX. Quæ aūt in hepate ex defectu humorū atque abundantia, & ad id quod præter naturam euersione, C & colore malo, ac pręterea ex permutatione naturę in his quę ad alimenti diductionē, aut superfluitatum attinent excretionem. Sed & ex grauitatibus, & tumoribus, & doloribus nō modo his qui in eo ortum habent, uerum & in illis qui compatiendi ratione proueniunt, quemadmodum in aliqua uel spiritus grauis, uel tussis specie.

Signa uentriculi patientis.

LXXX. Sic & uentriculi affectus agnoscitur, ubi in concoctione et appetitu humidi uel sicci alimenti uel superfluitatum excretione delinquitur. Ita etiam ex singultibus, eructatiōibus, nauseis, uomitibus, & ipsis eorum quæ euomuntur speciebus.

Signa thoracis patientis. D

LXXXI. Ita & thoracis agnoscuntur affectus, ex spirandi difficultatibus, tussibus, & doloribus qui in ipso fiunt, & ex eorum quæ cum tussi expuuntur, differentia. Sic & asperæ arteriæ ęgritudines, difficiles anhelitus, & tusses, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & uocis offensiones ostendūt. Secundum uero eandem proportionem & in alijs omnibus accidit partibus. Nam ex tumore, dolore, & operationum læsione, et excrementorum differentia sumentur indicia. Excrescentiæ autem non naturales in inflammationibus, durisque ac laxatis tumoribus, & erysipelatis sunt explorādę. Dolor autem quencunque obsederit locum, aut continuitatis solutionem, aut subitam alterationem ostendit. Soluitur autem continuitas, incisione, exesione, fractione, & tentione. Alterat̄ uero substantia, à caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate. Læditur autem operatio tripliciter, aut quia debiliter, aut quia uitiose, aut quia nullo modo fit.

Doloris causæ

De differentia eorum quæ excernuntur.

Quæcunque autem excernuntur, nonnulla quidem sunt ueluti partes patientium locorum, nōnulla uero tanque excremēta. Quę uero in ipsis naturaliter continentur, singula propriam faciunt iudicationem. Dictum est autē de hisce omnibus plenius in tractatu De membris passis, quem nullus ante nos aut in artem redegit, aut ad absolutā perfectionem deduxit. Quemadmodum & in omnibus alijs euenit, quibus initium quidem aliquod ab antiquis est datum, nō tamen absolutum est opus. Aegrotantium itaque corporum ex tractatu illo indicia sunt sumenda. Eorum autem qui in ægritudinem lapsuri sunt, & qui sanitati restituendi, præsens doctrina complectitur. LXXXII.

Signa futuræ ægritudinis.

Eorum igitur indicia quibus ægritudinis periculum imminet, mediam formam habent inter ea quæ sanis, & quæ ægrotantibus eueniunt. LXXXIII. Siquidem sanis omnia secundum naturam insunt: præter naturam uero ægrotantibus, quatenus ægrotant. In confinio autem horum ea quæ sunt corporum neutrorum indicia, quorum nonnulla quidem sunt ex eorum genere quę secundū naturam sed uel qualitatibus, uel quantitatibus, uel temporibus permutata. Quædam autem ex his quæ prę ter naturam, & minora his quæ ægritudinibus adsunt. Atque idcirco hæ quidem corporum dispositiones quæ in ægritudinem casura monstraui, sunt ex neutrorum genere, atque una ea quæ ipsa indicant signa. Primo enim hæc sanitatem ostendunt, secundo autem ægritudinem. Et fiunt eadem signa secūdum ad aliquid habitudinem, neutra & insalubria, quæ quidem præsentem dispositionem ostendant, neutra: quę uero futuram præmonstant, insalubria. Eadem uero ratione & quęcunque ægrotantibus signa salutaria apparent, dicentur quidem salubria, quia futuram sanitatem ostendunt. Dicentur etiam ęgra, quatenus pręsentem ostendunt ægritudinem. Neque in ambiguo est, quod quę sunt utrorumque indicatiua, neutra dicentur, secundum unū quoddam neutri uocabuli significatum. Neque uero mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes, quæ & salubria & ægra & neutra dicantur, secundum uero alterum significatum quæcunque his qui à morbo referuntur insunt, signa neutra appellamus, neque in alio significato accipiunt ea quæ senibus insunt. Hæc quidem omnia pluribus & conceptibus & rationibus subijciuntur, quęcunque uero in his qui integra sanitate fruūtur, inter salubria tantummodo computantur. Et quęcunque ægritudinibus insunt, neque futuram prænunciant sanitatem, soli & hæc ægrorum conceptui subijciuntur. Sed de his quidē postea dicetur: nunc

nunc quę futurā promonstrant ęgritudinē prius exequamur. Cum uero sit eorum differentia duplex, prius ea pertractemus, quæ quantitatibus, uel qualitatibus, uel temporibus, non autem proprijs speciebus ab eo, quod secundum naturam euariant, ueluti ciborum appetētia intenta, uel dissoluta, aut quæ non seruet tēpus consuetum, aut quæ ad edulia non usitata feratur, aut ad excretiones cibi superfluitatum quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores existant. Sic humidiorum excrementorum uel defectus uel superabundantia pręter consuetudinem naturalem, aut in colore, aut in consistentia uarietas aliqua, aut in tempore excretionis, & uigiliæ plures, ac somnus, aut non consueto tempore. Eodem modo potus pluris, aut paucioris, calidi aut frigidi insolens appetitus: sicuti & circa rerum uenereārum usum immodica aut intempestiua concupiscentia, & plures aut pauciores sudores his qui sint opportuni, & ad motus torpor, aut si moueri tentauerint grauitas, aut uehemēs exolutio, menstruorum occultatio, uel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic & quæ per ora uenarum (Græci hæmorrhoidas appellant) fit sanguinis effusio. Sed non eadem quæ prius in cibo potúque uoluptas, sunt futuræ indicia ęgritudinis, habitudóque animi non naturalis, aut obliuio quædam insolita, aut somni qui pluribus imaginationibus abundant, quàm prius. auditus, & odoratus uisus'ue hebetiores, aut turbulentiores, & (ut simpliciter dicam) quæcunque secundum naturam inerant, hæc quidem augmentata, hæc uero comminuta, hęc uero temporibus quibusdam aut qualitatibus immutata. Siquidem & ipsius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, quemadmodum liuidior, aut nigrior, ructus'que ac sternutamenta, & flatus plures, aut pauciores his qui secundum naturam, sic & quæcunque per nares, uel palatum, uel aures per quos meatus cerebrum expurgatur, uel temporibus, uel quātitatibus, uel qualitatibus immutata. Hęc igitur omnia ex genere eorum sunt quę secundum naturam. Morsus autem uentris, uel in ore uentriculi, uel in aliquo intestinorū, aut cum aluus subducitur, aut cum uomitus excitatur, aut cum mingitur, siue aliquis alius dolor mediocris ex genere quidem existit eorum quæ præter naturam, non tamen qui ita se habent ægrotare dicuntur: sicuti neque qui capite grauantur, aut dolent, aut uigilant, cum nōdum in consuetis impediuntur operationibus. Hic enim in huiuscemodi dispositionibus terminus est. Atq; idcirco in eo qđ ad aliquid, eandem dispositionem ægram atque neutram appellabimus. Nam pro uigore potentiæ quæ uel facile sustinet, uel uincitur, unaquæq; ex his quas antea diximus, uel morbus est, uel neutra dispositio, sic & quęcunq; in sensibus, non in eo quod magis aut minus inuicem differunt, sed toto genere sunt præter naturam. Et hæc sunt signa morborū donec modica fuerint, et nondum hominem à consuetis operibus sufficiunt amouere. Talia uero sunt in gustu quidem, cum uel salsę, uel amaræ, uel alicuius alterius qualitatis sapor nobis indicatur, siue in omnibus quæ bibuntur, aut manducantur, aut præter quod aliquid assumatur, saliua ipsa talis sentiatur. In odoratu autem, quando alicuius unius qualitatis sensum habemus nullo odore præsente, aut cum plura differentia naribus admouemus, omnia ueluti similia sentimus. Sępius uero nihil sentimus, aut aliquid fœtēs etiā si nihil adsit quod fœteat. Quantū uero ad auditū, soni & strepitus ad id quod pręter naturam pertinēt. Queadmodū in uisu quęcunq; ante oculos apparere credunt nigra, & atra, & cærulea, & rufa, & flaua, & nōnulla rotunda, nōnulla aūt oblonga, quędam gracilia, quędam crassa oculis prætendi uidentur. In sensu aūt tactus cum inęqualitas aliqua, uel spissitudo, uel grauitas, uel tentio, uel torpida, uel ulcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur: sic & in singulis partibus uel tentio, uel compressio, uel morsus, uel grauitas, quando modicæ fuerint ac minime firmæ, neutram quidem dispositionē adesse demonstrāt, futuram uero ęgritudinem prænunciant.

Signa corporum ægrotantium.

At quæ iam in ægrotantibus signa uidentur, ex quibus nonnulla salutem, nonnulla mortem portendunt. Prima quidem salubria, altera uero genere quidem ęgra, secundum speciem autem perniciosa dicuntur. Sumuntur autem, ut uniuersaliter dicamus, ex operationum uirtute ac uitijs. Secundum partem uero, ex particularium operationibus, quarū genera antea diximus. Primum quidē eorum, quę principia existunt. Secundū uero illorum, quæ à principijs ortum habent. Et tertium eorum, quæ ex ipsis gubernantur, à principijs autem quasdam deriuationes habet. Quartum siquidem genus eorum, quæ tunc diximus, ex se quidem ad aliquid prænoscendum inutile est: Secundum accidens autem & ex his aliquando præcognitiones erunt: quemadmodum & ex excremētis, ex his quidem cōpatiendi ratione, ex excrementis autem semper, quoniam coctionis & incoctionis signa continent. Quare fieri non potest, quin omnino significent aut naturam materiei, aut materiam naturæ, aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem signa dicentur, natura superante, insalubria uero superata. Neutra autem, quæ pugnas habent æquales. Sed quæ quidem manifestam indicāt coctionē, ex salubribus sunt: Sicuti quæ cruditatem, ægra. Quæ uero neque coctionem, neque cruditatem ostendunt, ex neutrorū sunt natura. Sunt uero & neutra, quæcunque nunc quidem hoc, nunc uero contrarium significant, ueluti digiti denigrati. Talia sunt etiam critica, id est decretoria accidentia, de quibus omnibus in libris De Crisi dictū est. Sicuti etiam de his quæ ad unamquamque attinent operationem, in his libris in quibus de causis accidentium agitur. Quare omnium horum singulorum mate

riam ex ijsdem libris colligere oportet. Ego uero prolixitati parcens hic sermoni de signis finem faciam, transgrediar autem ad illum qui de causis.

De causis salubribus, insalubribus, ac neutris.

LXXXIIII. Quoniam uero & harum quæ quidē salubres, hæ autem insalubres, hæ uero neutræ. Primum de causis salubribus erit sermo, quia uero & harum nonnullæ quidem conseruatrices, nonnullæ uero effectrices. Sunt autem & tempore, & dignitate priores cōseruatrices. Incipiendum est à conseruatricibus. Cum igitur non unum tantum sit sanum corpus, sed plura, ut supra diffiniuimus, in eorum singulis propria erat causa conseruatrix. Siquidem omnis causa in eo quod ad aliquid existit. Hic igitur denuo sumendum initium ab optima corporis cōstitutiōe, ac quę ei salubria sint cō siderandum. Eorum autem inuentionem ipsius rei natura insinuat. Si enim impatibile atq; inalterabile esset corpus, semper optima constitutio perduraret, neque artis præsidio indigeret. Quoniam uero alteratur, corrumpitur, & uertitur, neque eundem seruat prioris status tenorē, ea ratione auxilium desiderat.

Quot modis nostrum corpus alteretur.

LXXXV. Secundum quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc est causarum conseruatricum genera habebit, quas ex his quæ dicta sunt liquet esse ex correctiuarum genere. Sed quia paulatim correctiones faciunt anteq; omnis ingruat noxa, nō præseruantes à futuro malo, sed præsentis status conseruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus à nonnullis quidem necessario, à quibusdam uero non necessario. Dico autem necessario, quæ nulla est euitandi ratio: non necessario autem, reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem semper attingere, comedereq; ac bibere, & uigilare, & dormire est necessarium: ensibus autem & exitialibus feris obuiare non necessarium. Quare circa primum causarum genus uersatur ars corporis conseruatrix, circa secundum autē minime. Quot igitur numero sint ea quę ex necessitate corpus alterant distinguentes, proprium in singulis eorum, causarum salubrium genus inueniemus. Inest igitur unum quidem ex ambientis aeris adhæsu: Alterum uero ex motu & quiete, & totius corporis & partium singularum: Tertiū ex somno & uigilia: Quartum ex his quæ assumuntur: Quintum ex his quæ excernuntur & retinentur. Sextum ex animæ affectibus. Ex his necesse est aliquo modo affici corpus. Ab aere quidem ambiente, quia aut calefit, aut frigefit, aut exiccatur, aut humectatur, uel secundum horum patitur coniugationem, aut in tota alteratur substantia. Ex motu uero & quiete, cum utraq; modum excesserint, aut calefactum, aut refrigeratū, aut humectatum, aut exiccatum, uel aliquid secundum horum patiens coniugationem. Sic & ex somno & uigilia ipsum pati est necessarium secundum eandem rationem. Et ex animæ affectibus, & ex his quæ assumuntur, aut excernuntur aut retinentur. Hæc

A siquidem omnia partim quidem euidenter, partim uero per alias causas medias alterant corpus, & sanitatem corrumpunt: & de horum singulis seorsum scripsimus in tractatu De salubrib. qui inscribit. Omnia igit nūc dicta genera materię quędā sunt salubrium causarum, at usu opportuno adhibito, causæ fiunt conseruatrices atque salubres. Sed ubi à modo deliquerint, insalubres redduntur: unde etiā liquet ex his nullā harum rerū exteriorū, aut salubrē aut insalubrē à nobis existimari oportere, at easdem potius quandoq; quidem salubres, quandoque uero insalubres in eo quod ad aliquid esse. Nam ubi motum corpus desiderat, exercitatio quidem salubris, ocium autem insalubre: cum uero eget quiete, ocium quidem salubre, exercitatio autem insalubris: eodem modo

B de cibis & potibus, & de alijs omnibus statuendum. Horum enim singula, quando, ut necessitas corporis exigit, cum mensura ac qualitate opportuna adhibentur, salubria fiunt: at cum citra omnem necessitatem ac præter modum afferuntur, insalubria. Atque hę duæ sunt circa salubre & insalubre intentiones rei scilicet quę adhibetur qualitas ac quantitas. Neque enim est rationi consentaneum etiam temporis occasionē, quæ in his quę dicta sunt continetur, ueluti tertiū aliquod ab eisdem diuersum introducere. Si enim tali & tanta re allata egeat corpus, nemini dubium quin etiam in tempore opportuno afferatur. occasio, siquidem temporis inde ortum habet, quoniam fluxibile ac facile mutabile est mortale corpus, ac pro

C transmutationis modo alijs alio tempore eget auxilijs. Quare non est tertium aliquod præter ea quæ dicta sunt, tempus. Sæpius autē eo tanquam tertio quodam ob eam quam diximus, causam, ad docendum uti consueuimus. Quoniam uero in his ipsis intentionibus, & aliæ causæ salubres, & id quod propositum est genus continetur, rursus easdem repetamus. Optimæ igitur corporis constitutioni cum circumfusus aer fuerit in temperie positus, earum rerum de quibus nuper diximus quietis scilicet ac motus, somni, uigiliæ, & eorum quæ assumuntur, atque excernuntur, quantitas moderata conueniet. Cum uero aer à temperie recesserit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura recessus.

D Hi uero sunt mediocritatis termini: in aere quidem ambiente, ut neque horreat propter frigus, neque sudet propter æstum. In exercitijs autem cum primum lassari cœperit corpus, confestim quiescere: In cibis autem coctionis perfectio, & excrementorum modus, in quali quantoque conueniens, æqualis uero in his quodammodo est coctioni appetitus. Quare neque præside egent, qui singulorum quæ assumuntur quātitatem metiatur. Optima siquidem natura quantum appetit, tantum etiam concoquit. Sic & somno modum ipsa natura præfinit, his qui optimam corporis constitutionem sunt sortiti. Et tunc à somno excitantur, cum corpus ampliori quiete non eget.

Cumq;

Cumq; talem uictus rationem adhibuerint, nullũ est in eorum excrementis delictum, quæ uel per uentrem, uel per urinæ meatus, uel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum quę assumuntur, temperantur. Totum uero corpus salubriter perflari facit exercitij usus moderatus. Liquet autem ab ipsis caueri oportere, omnes animi immodicos affectus, uidelicet Irę, Tristitię, Furoris, Timoris, Inuidię. Hęc enim alterãt atq; à naturali statu corpus auertunt.

De uenereis.

LXXXVI. Venereorum uero iuxta Epicuri sententiam nullus est usus salubris: Re uera autem confert. si tantum interualli in eorum usu adhibeatur, ut neque resolutio aliqua sentiatur, & ipse seipso homo quodammodo leuior factus, ac melius spirare uideatur. Tempus uero ad utẽdum opportunum cum omnium in rerum circumstantium exquisita mediocritate corpus fuerit constitutum, cum scilicet neq; supra modum plenum, neq; uacuum extiterit: aut in calore, aut frigore, aut siccitate, aut humiditate excesserit corpus. Quod si aberrare cõtigerit, paruus sit error. Melius aũt illi calefacto magis ꝙ infrigidato, & pleno ꝙ uacuo, & humecto potius corpore ꝙ exiccato uti uenereis. Horũ autem singulorũ quę dicta sunt, qualitas in ipsa corporis cõstitutione est eligenda. Exercitij quidem in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur. Ita ut nõ alię quidem ultra modum fatigentur, alię uero citra. Cibi aũt & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturę conuenientiores quę optima fuerint prędita tẽperatura. Eadem de reliquis etiam est ratio adhibenda. At si quod ab optima constitutione defecerit corpus, nõ autem uehementer, & hę quę ipsius sanitatem causæ cõseruant, ad ꝓportionem mutabũtur. Sed cum multa sint huiuscemodi corpora, per singula genera seorsum dicendum. Quod igitur in temperatura euariat, instrumẽtariarum autem partium seruat cõmensurationem, duplicẽ habet salubriũ causarum formam: Alteram quidem earum quæ ipsius cõseruant temperaturam: Alterã uero eam quę ad optimam transferunt. Quę ita ipsius temperaturã conseruant, tantum à causis optime temperatę naturę distabunt, quantũ & totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora siquidem corpora calidioris uictus rationem exposcunt, frigidiora aũt frigidioris, & sicciora siccioris, & humidiora humidioris, ac secundum cõiugationem calidiora ac sicciora calidioris ac siccioris: eadem in reliquis etiam cõiugationibus proportione seruata. Recte siquidem causarũ utetur materia, qui naturales earũ potentias agnouerit. Veluti quod motus, defectus alimenti, uigilię, excretio, & omnes animi affectus corpus exiccant: At quæ his contraria existunt humectant. Ita uero & calefacientia & refrigerantia uitæ instituta, & ciborum ac potuum. Atq; ut simpliciter dicam, omnium quæ corpori afferuntur materias quis noscens atq; potentias, salubribus utetur causis, similia similibus,

A afferẽdo. Siquidem eius propositũ fuerit eandem in qua acceperit corporis seruare temperaturam, Quòd si ꝑmutare atq; ad melius traducere statuerit, alterum est hic salubrium causarum genus, his quidem quas nuper diximus contrarium, ęqualiter uero declinans ad alteram partem à bene temperatis & medijs, quę optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior siquidem ac siccior temperatura, à calidioris ac siccioris uictus ratione ad exactissimũ bonę temperaturę habitũ minime transfertur. At talium erit usus necessarius, quę tantum eis quę bene temperata existunt, frigidiora sint atque humidiora, quantum & natura naturam in caliditate & siccitate superabat. Nam tale causarum genus naturales corrigit intemperãtias: Alterum B uero de quo supra diximus, temperaturã conseruat. Est aũt utriusq; uicissim apud medicos usus necessarius. Nam cũ plurimũ suppetit ocij, corrigere oportet, ac sensim ad meliora transferre. Neq; ẽm natura patitur eas quę subito fiunt alteratiões hominem aũt necessarijs occupationibus districtum, in eodem prestat habitu cõseruare. Quo pacto igitur & hoc ipsum primũ causarum genus cõseruatiuum appellamus? Nam forte magis alteratiuum & curatiuũ, & naturalium defectuũ correctiuum uocare cõueniat. Quoniam ad uniuersum sanitatis genus referentes, nõ ad eas quę secũdum speciem differentias, quęcunq; sanos conseruant cõseruatiua omnia uocamus, siue pręter id quod sanitatem cõseruant, ad melius totã traducãt tem- C peraturã, siue pristinum tantũmodo habitũ tueantur; at quę deteriorẽ statum efficiunt, insalubria. Quęcunq; igiť similem habent in omnibus corporis partibus intemperiẽ, eadem egẽt procuratiõe: quę uero dissimilem, dissimili. Nam fieri potest ut uentriculus frigidior sit ꝙ oporteat, caput uero calidius, atq; utrunq; proprijs egeat auxilijs. Ac ratione eadem singulę alię partes cũ fuerint aut præter modum humidiores, aut sicciores, aut calidiores, aut frigidiores, suę intemperiei uictũ exigunt accõmodatũ. Neq; igitur modo eodẽ omnes tales corporis partes exercebimus, neq; æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud quippiam agemus. Plenius uero de his diximus uolu- D mine illo quod De salubribus inscribitur.

De causis salubribus partiũ instrumẽtariarũ.

LXXXVII Instrumentariarũ autem partiũ causę salubres, quemadmodũ & hic ab optima constitutione delinquitur, ita & inuicem distabũt. Alię enim sunt salubres erroribus, qui in formatione cõsistunt, alię his qui in magnitudine, uel numero, uel positu. In formatione igitur plures contingunt errores. Nam & figura partis, & si qua in ea cauitas est secundum naturã, uel meatus, uel orificiũ, uel asperitas, uel lenitas, quãdo à naturali mediocritate recesserit, si quidem parum hoc patiatur, salubrium corporum retinent appellationem; si uero amplius, insalubrium. Quod si tantus fuerit recessus, ut operationi afferat detrimentum, iam ęgrotare dicentur. Secundum quantitatem aũt excessus, atq;

defectus, ad easdem ducit differentias. In numero
uero siue una, siue plures, quęcũq; ex similaribus
partibus fuerint, aut deficiant, aut superabundẽt.
Ex hoc genere etiam sunt quæcunq; in nobis sub
stantię pręter naturam cõsistunt. Reliquum est a-
liud genus, quod ad sitũ cuiuslibet simplicis atti-
net partis, in quo & ipso quatuor sunt omnes dif-
ferentię. Prima quidem quę optima existit: Secun
da uero quæ parum euariat, atq; ideo salubre ad-
huc efficit corpus. Et tertia quæ insalubre, quãdo
amplius à modo recesserit. Et quarta quę iam ęgrũ
recessu plurimo reddit. Quęcunq; igitur partes in
figura delinquũt, ueluti quæ blæsæ, uaræ, & obli-
que appellant̃, hę cũ nuper natus adhuc tenellus
est, formatione atque alligatione, ad naturalem
traducunt̃ habitũ. Quod si iam aucto infante ad
duritiem peruenerint, emendari non possunt. Sic
errores quidem qui ad cauitatem attinẽt, cum ad-
huc augeri perseuerant, correctionem admittunt.
Cum autem iam ad ultimum peruenerint, nullus
est remedio locus. Cauitates igitur quiete atq; alli
gatione paruę redduntur. Magnæ uero, partium
operatione, & spiritus retentione: sic & quæcun-
que foramina oraq;. Et quidem quę naturalem ma
gnitudinem partes exuperant, quiete accommo-
da alligatione minores redduntur: augẽtur autem
& naturali motu, & frictiõe moderata, & quibus-
cunq; alijs plus sanguinis attrahere natura aptis.
Deficiẽtes uero partes quæcunq; ex sanguine or-
tum habuerunt, corrigi quidem non est impossibi
le: Quæ autem ex semine, propemodum impossi-
bile existit. licet tamen aliquando loco eorum alia
facere quæ usum haud dissimilem præstẽt. Earum
uero omnium natura opifex est, medicus autem
minister. Quæ uero numero excedunt, his abla-
tio, causa salubris existit. Inspicere uero oportet,
in quibus id fieri possit. Nam si impossibile appa-
reat, trasponere tentandum est. Eadẽ est & eorum
quæ in situ uitia sunt, emendatio. Neq; in obscuro
est quod duo sæpius aut tria uitia eandem partem
possint occupare, sicuti in eo qui uentriculũ par-
uum simul atq; rotundum, atq; aduersus septum
habuit incumbentẽ. In ipso etenim magnitudo,
formatio, ac situs erant deprauati. Temperatura
quoque frigidior existebat, hic nullo artificio ad
naturalem habitum transferri poterat. At ne adeo
infestaretur, erat remedio locus. Nam quoniam
repleto uentriculo difficultate spirandi premeba-
tur, minus cibi, aut magis alimento opportuna, &
qui non difficulter subduceretur, ter die assume-
bat. Alteri uero cui obstructio in hepate ob uaso-
rum angustiam sæpius contingebat, extenuans ui
ctus pro remedio inuentus est.

De solutione continuitatis.

LXXXVIII. Reliquum igitur id morbi genus est, quod & si
milaribus et instrumentarijs partibus commune
existit, solutio scilicet continuitatis, quã quispiam
forte his unquam adesse negaret, qui integra sani-
tate fruuntur, quoniam semper fit passio. Quem sa
ne latet eandem in omnibus generibus fore dubi-
A tationem. Nisi enim operationis læsio sensibilis sa
nitatem ab ægritudine separet: sed qualitatem tan
tummodo dispositionis introspiciamus, perpetuę
passibilitatis dogma necessario recipiemus, cũ nul
lus sit qui omnes operatiões optimas habeat. Sed
de hoc quidem, ut quod ad logicam potius perti
neat contemplationem, seorsum consideretur. Sa
lubres uero causas, ut his quos nemo dubitat æ-
grotare, deinceps percurramus, à mala tempera-
tura exordium faciẽtes. Hic uero prius distingua-
mus quę omnes ferè medici prætermittunt: Alias
quidem esse salubres causas eius temperaturę quę
iam facta est: Alias autem illius quę adhuc fit: sicu
ti etiam alias eius quę futura est. Huius itaq; postre
mæ, hæ quidem in præseruatiua artis parte conti-
B nentur, hæ uero in salubri. Primæ autem inter o-
mnes in curatiua tantũmodo, sed eius quam me-
dium inter utranq; locauimus, in præseruatiua &
curatiua. Iam enim factam atq; existentem ægritu
dinem curare oportet, sed quæ nondum quidem
adest, at futura est, prohibendum est ne fiat, ab ea
quæ est in corpore dispositione. Eius autem quæ
adhuc fit, quod quidem factũ est, curare opus est:
Quod autem futurum, prohibere ne fiat. Prohibe
bitur autem sublata ea dispositione, quam sequi
natura apta est. Talis uero dispositio causa antece
dens appellatur. Facta autẽ ægritudo curabitur,
soluta ea dispositione à qua primum ea quę secun
dum naturam læditur operatio, quam quidem &
ipsam morbi essentiam dicimus esse.

C De cõmunissima intentione curatiua.

Curatio uero unam præcipuam ac cõmunissi- LXXXIX.
mam habet intentionem ad id quod est dispositio
ni auferendæ contrarium. Ex hoc siquidem gene
re sunt causæ illæ omnes quæ sanitatem efficiunt.
Secundum partem uero ex unicuiq; dispositioni
contrarijs. Calido igitur affectui causa frigida con
traria existit, frigido autẽ calida, eademq; in cæte-
ris proportione. Etenim si omne immoderatum
est pręter naturam, moderatum uero secundũ na-
turam, necesse est omnino ut immoderatũ ab im-
moderato contrario ad mediocritatem redigatur.
At manifestum est quod secundum potentiã, non
autem imaginationem, & calefaciẽs & refrigerãs
& quęcunq; alia huiusmodi oportet assumere. Vo
D ce autem secundum potentiã, quod re ipsa uere ta
le existit, quale esse dicitur: Secũdum imaginatio-
nem aũt, quod ex prompto quidem sensu tale esse
imaginamur, cum tamẽ uere tale non sit. Sed qua
sint hæc ratione distinguẽda diximus in his libris
in quibus de simplicium medicaminum potestati
bus agitur. Ad inuentionem aũt salubrium causa-
rum, quęcunq; quidem ut ad eam quæ iam facta
est ægritudinem causę salubres existũt, uia illa do-
ctrinę utendum, qua id quod imaginamur, ab eo
quod talem habet potestatẽ separatur. Quæcunq;
uero ut ad eã quæ adhuc fit, & hac eadem uia, atq;
illa pręterea ex qua ægritudinũ causæ inueniunt̃.
Esto eñ si ita contigerit in humoribus putrescen-
tibus accendi febrem. Indicatio in huiusmodi est:

euacuatio atq; alteratio: hęc quidē quę putredinē finiat, manente adhuc substantia: euacuatio uero quę totam ex corpore substantiam educat. Sed dicta quidem alterationis species, concoctio existit. Quam ubi inuenerimus à quibus nam causis fieri contingat, tunc utiq; eorum quæ hoc pacto salubria sunt, scientiam tenebimus. Euacuationes autem fiunt, & per sanguinis emissionē, & clysteris usum, & per urinæ uias, atq; eam quę per cutem fit transpirationem, ac prętерea per eam quæ fit ad partes oppositas attractionem, atque ad alias propinquas deriuationem. Nam & ad hoc idem genus pertinet citare menstrua, atque ora uenarum, quę Græci hæmorrhoidas appellant, aperire, ac per palatum naresq; expurgare. Cum igitur & hic materias inuenerimus quib. in qualitate, & quantitate & modo usus adhibitis euacuatio fit, in ipsa artis parte salubria inuenientur, atque eorum omnium inuentio traditur in eo uolumine quod De arte curatiua inscribitur. Eadem ratione in alijs tribus intemperaturis, si unum cōmune pręceptum obseruabimus, ut unamquanque prius quę efficit causam, rescindamus. Deinde ita ad illam quę ab eadem causa facta est, ægritudinem accedamus, causarum salubrium inuentionem faciemus. Secundum uero compositas intemperaturas, ex simplicibus compositio commonstrabit salubria pręcepta, cum hic quoque studuerimus pro magnitudine intemperaturæ eidem conueniens inuenire remedium. Veluti si contigerit quod in decem quidem numeris ad caliditatem maiorem ea quæ naturę conueniat, decidat corpus, Septem uero ad siccitatem maiorem, tunc salubrem causam in huiuscemodi affectibus esse oportebit, decē quidem numeris frigidiorem, septem uero humidiorem. Si igitur ipsi particulę patienti admoueatur tale remedium, tanto erit frigidius atque humidius, quantū exigit partis affectę indicatio. Quòd si particula affecta in penitiorib. locis sita sit, machinari oportet insuper tale inuenire salubre remedium, cuius uis nequaquā in itinere antea soluatur. Si itaq; calidius esse oportuerit eo quod est moderatum, non solum tantum habeat caliditatem, quantam exigit morbus, sed ultra eandem mensuram tantum adijciatur, quantum ex situ ut pertingere possit ad locum patientem sit necessarium. Si uero frigidius, non simpliciter tantum frigiditatem oportet augere, sed & materia quoq; prius est animaduertenda. Si enim crassa sit, non admodum poterit ad profunda penetrare. At potius contrarium præstabit effectum spissando superficiem, atque densando: at si tenuioribus partibus constet, poterit sanè plurimum subire profundum. Idem in humectātibus atq; exiccātibus accidit, in quibus crassitudo atque subtilitas partium substantię est inspicienda. A situ quidē loci, ut nuper diximus, inuenit indicatio salubre remedium: A formatione autem, & situ simul, quando effluxus sensibiles atq; ad alium locum foraminibus patētes habuerint, aut his omnino caruerint,

A Quos enim effluxus ad principales deferri partes cognouerimus, auertemus, atque ad illas impellemus, quę nullū habent principatū. Illud uero manifestum, quod earū quę intemperaturā efficiunt causarum, curatio fit per euacuationem. Nam ipsæ intemperaturæ sola alteratione sanantur.

Curatio solutionis continuitatis in parte carnosa.

Cōtinuitatis aūt solutionis curatio, intētionem quidē habet unionē, quę in partibus quidē instrumētarijs impossibilis est: in similarib. uero nō semper possibilis, At quandoq; sicuti in carnosis sanitas cōglutinatiōe perficit, (nihil uero differt etiā si coalitū appellaueris) Ipsam uero antecedit, quādo uulnus maius extiterit, partiū applicatio distātiū, XC.

B quę ex formationis genere existit. Vt aūt hæc ipsa firma ac stabilis fiat, & alligatio cogēs in unū quę distant, & fibulæ & suturę utiles sunt. Coalescere autem facit ea, quę inuicē distant, ac pristinā restituit unitatē ipsa natura. Nostrum uero opus est, ut diximus, applicare extrema distantiū partiū, atq; ita ut in unum coacta sint, cōseruare: & tertio loco cauere, ne q̄d labris ulceris intercidat. Et quarto ipsam partis substantiā conseruare salubrē. Sed quo pacto & primū & secundum impleamus officiū, dictum est. Tertiū uero in cogendo in unum partes distātes exequemur, si nihil extrinsecus incidere permittamus. quoniā sæpius usu euenit ut pilus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas interueniens earum quæ copulandę sunt partiū, unitatem

C impediat. in eo autem quod sequitur tempore per suffluxiones tertia intentio retinetur. Ipsam uero suffluxionem ex eiusdem & contrarij loci diuisione, & figura opportuna comparādum. Partis autem substantiam salubrem cum mediocriter exiccantibus conseruabimus. Hæc quidem est solutę cōtinuitatis curatio, cum ipsa sola seorsum in carnosa parte cōstiterit. Quòd si alicui alteri morbo coniungatur, plures sunt indicationum intentiones, quas in compositorum, uel complicatorum, siue ut cuique appellare libuerit, doctrina trademus. In præsenti autem sermone ad reliquas unitatis solutiones accedendum.

De solutione continuitatis in osse.

Fractio igitur est continuitatis in osse solutio, XCI.

D quæ quantum ad intentionem primam, insanabilis existit. Quo uero ad secundam, quodammodo sanabilis fit. Prima igitur intentio est coalitus partium, qui ob ossis duritiem fieri non potest. Secunda alligatio, quæ fit callo supernato partes fractas circumalligante. Calli autē generatio quā quidem ex materia & à natura fit, est & ad alia cōmunis. qua uero formam ossi uicinam habet, ex eiusdem fit alimento. Molle uero & puerile os coalescere potest, sed perraro fit talis affectus, quin cum altero societur. Magna enim ex parte musculi adiacentes unà corporibus alijs fractis ossibus patiuntur. Quare & curationis intentio oritur duplex, quarum altera quidem circa ossa, altera uero circa corpora adiacentia uersatur. Sed

hæc quidem in carnosarum partium complica- A tis dicentur affectibus. Nunc uero de fractionibus dicendum. Quoniam enim harum sanitas callositate procuratur, ut autē callus generetur proprij ossis alimenti superfluitatem naturæ suggerere oportet. Hanc uero superfluitatem in qualitate & quantitate seruare modum, est necessarium. Vnde & ratio uictus est adhibēda, quę tantum ac talem influere ossibus sanguinem præparet, qualis & quantus generando callo fit opportunus. Quoniam uero per fracti ossis cauernas idem effunditur sanguis, eiusdem qualitatē & multitudinem animaduertere oportet, atque ita uel sicciorem, uel humidiorem uictum instituere. Sed hæc omnia in libris in quibus De curandi ratione tractatur, plenius sunt explicata.

De punctura nerui & chordæ.

XCII. Nerui uero & tendonis punctura propter sensus uehementiam, & quoniam hęc pars principio continuatur, prompta est ad neruorum conuulsionem excitandam, ac tum pręsertim cum nihil extrorsum expirat obcæcato cutis uulnere. Aperiendum est igitur, atq; exiccandum substantia tenui, quæ usque ad ima nerui offensi possit penetrare. De his uero exacte diximus in libris De arte medendi cōscriptis. In simplicibus quidem huius generis affectibus salubrium causarum forma talis existit. In compositis uero complicatur ulceribus, Prima quidem cauitas, quam nō alterū affectum, sed ulceris differentiam esse arbitrātur. Est autem non differentia huiuscemodi res. Sed alterum ali- C quod totius ægritudinis genus in quo ipsius substantiæ iactura facta est. Et quidem curatio in duplici morbo, duplicem exigit intentionem. Nam continuitatis solutio, unitate, substantiæ autem iactura, generatiōe indiget. Paulo uero suprà generationis intentiones expositæ sunt. Quod autem primum quidem hunc affectum oporteat sanare, demum unitatem restituere tentare, ipsa rerum natura cōmonstrat. Cum itaq; repletum quidem fuerit cauum, ulcus uero ad æqualitatē perductum, alteram intentionem aboleri contingit: nam media existente inter labia ulceris ea carne quæ nuper est genita, partes quidem distantes uniri est impossibile, unde fit ut alia sit intentio perquirenda. Intentionem autem consequemur ex eo quod D est secundum naturam ipsi parti comparādo: erat autem eidem cute obduci naturale. Quare hoc ipsum à nobis procurandum, aut si hæc intentio effectum sortiri non potest, simile aliquid cuti, carnem scilicet quę cutis naturæ uicina sit, instaurandum. Est autem huiuscemodi quæ & sicca & calli similitudinem pręse fert. Ad cicatricē igitur obducendam necessaria erunt exiccantia, ac sine mordacitate adstringentia medicamina. Ita & si sordities aliqua fuerit adnata, intentio quidem erit abstergendi. Et erit medicamen salubre abstersiuū, eorūdem uero materiā in libris: in quibus de medicaminibus agitur, scripsimus. Et quidem si aliqua inflammatio, uel attritio, aut tumor pręduras, uel

uel mollis, & laxus cum ulcere fuerint, prius eorum curationi intendere oportet, eas sequendo uias ac rationes quas prius exposuimus. Sic & si aliquid ulceri illabitur, ad illabentium curationem intendendum. Eodem pariter modo si aliqua intemperies ulceratum locum obsederit, ad eiusdem intemperiei remedia antea ueniendum. Sed de his quidem satis.

De speciebus morborū secundū formationē.

Nunc uero transeūdum est ad formationis genus, quod in plures secatur differentias. At ab eo quod euidentissimum existit, exordium est sermonis faciendum, quod ex figuræ permutatione contingit. In his igitur qui adhuc crescūt, possibile est plurium partium figuram emendare: in his autem B qui iam aucti sunt, minime. Intentio tamē quoad fieri potest, curationem adhibere, ad contrarium euersionis adducēdo. Si uero fractione aliqua nō recte conformata alicuius membri figura fuerit uitiata, cui substantia callosa innasci præuenerit, Si quidem hæc adhuc recens extiterit perfringere oportet, ac rursus recte afformare. Deinde callum superinducere. XCIII.

De obstructione.

Est uero & obstructio ex eodem genere ęgritudinum, quæ quidem ex lētis & crassis humoribus fit, unam & ipsa habens intentionem morbo contrariam: dico autē apertionē. Causæ uero salubres sunt, abstergentia atq; incidētia medicamina. Quę uero fit à stercore duro, quod intersepit intestinū, primum quidem habebit duritiei remedium ex humidis pinguibusq; clysteribus, demum ex acribus euacuationem exposcet. Quę autem à lapide fit in uesica, in præsenti quidem transpositionē requirit, integre uero sanitatis causa, incisionem & extractionem. Humiditas autem quę pręter naturam continetur, sanatio in omnimoda euacuatione cōsistit, quemadmodum etiā in suppuratis. Immodica autē repletio immodica euacuatione curatur, ut cum sanguis intra uenas redundat. Sic et quibuscūq;, uel in uentriculo, uel in intestinis, uel arteria aspera, uel pulmone, pus aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria. Superflui autem cibi aut potus adhuc recētis assumptio ab euacuatione corrigitur. Quæcunq; igitur in pulmone uel pectore cōtinentur, cū tussi educuntur, aut à medicaminibus extenuantibus. Quæcunq; uero in hepate, uel uenis, uel arterijs, uel renibus, aut per urinam, aut per uentriculum. Sed per urinam quidem ab ijs quę uehementer extenuāt: per uentrem uero ab ijs quę attrahendi aut aperiendi ora uim habent. Quæcūq; uero in superiori uētre cōprehendūtur, per uomitū: quę autem in inferiori, per subductionē. Sed quæcūq; sub cute, per sectionem, uel ignem, aut per medicamina adurentia: Sic uero aliquādo quęcunq; in aliqua naturali cauitate, ut in thorace. Et ut summatim dicam, quicquid pręter naturā in aliquibus partibus continetur, sanationis intentio est ablatio, quę si fieri non possit, transpositio. Quæ uero non sunt ex XCIIII.

genere

genere præter naturam, at quātitate damnātur, in A his intētio est abuacuatio. At inuētio eorū quę ad ipsorum sanationē perducūt, partim quidē ex affectu, plurimū uero ex ipsis affectis particulis sumitur.

De asperitate & leuitate.

XCV. Quæcunq; partes uero ob id quod exasperatæ naturalem amiserint habitum, his leuitas naturalis est restituenda, ossa quidem leuigādo, arteriam autem uel linguam leniendo humidis, quæ nihil mordeant, & lentorem habeant. Sed quibuscunque leuitas inest non naturalis, asperitas est reuocanda medicaminibus, quæ sufficienter abstergant, & parum adstringant. Quęcūq; uero uel obstructiones, uel angustiæ meatuū, alias sequantur ægritudines, ab illarum curatione prius est incipiendum. Ostensum siquidē est in libro De differētijs morborū, quod & inflāmationibus & duris laxisq; tumoribus, & siccitatibus aliquādo immodicis, ac pręterea uitiosis partiū continentiū figuris, ea quę nuper diximus, sępius adueniunt: sicuti & quibusdā tumoribus eorū, quæ sunt in ambitu B corporū. Quòd si nōnulla ex proxime dictis inuicem complicētur, uarias habebunt indicationes. Sufficiet autē in uno exemplo habuisse sermonē, quoniā de omnibus in libris De arte curandi plenius sumus executi. Supponatur cuipiā particulę multitudinē sanguinis influi, adeo ut intendantur in ea uenæ, non maiores tantū, sed etiam paruæ, quæ prius sensum effugiebant. Nūc uero iam plenæ uisu comprehenduntur, sicuti plerunq; in oculis ob tunicæ albedinem manifestissime patet. Par C siquidem est, quod & alia uasa quę latent sensum, iam plena distendantur, nondum & ipsa ob paruitatem uisui manifesta. Et iam periculum imminet, ne quod ex uasis exudat ad spacia uacua quæ in medio sunt, effundatur: aut ne iam paruum aliquod sit effusum. Huius quidē affectus sanatio intentionē habebit euacuationē, aut ut manifestiori uocabulo utamur, abuacuationē. siquidē morbus erat immoderata partis repletio. Necessariū igitur est, ut aut superfluitas retrocedens euacuetur, aut per ipsam patientē particulā. Retrocedet aūt, uel impulsa, uel attracta, uel transmissa, uel horū uno aliquo modorū, uel omībus. Per locū uero patientem euacuabitur, partim quidē manifeste & sensibiliter, partim uero in uapores resoluta. Si igitur D uniuersum corpus plus æquo plenū fuerit, per patientem locum minime euacuandum. Nam si scarificationibus aut sectionibus sensibiliter euacuabimus, plus ratione excitati doloris attrahemus. Si uero calefacientibus dispergere tentabimus, plus erit id quod ui caloris ad partem attrahetur, quàm dispersum. Quòd si in eo elaborabimus, ut quod influxit retrocedat, corpus plenum non admittet. Ad hæc igitur ambo totum corpus euacuare oportet, aut omnino ad contraria loca retrahere, quod patienti particulæ influit, quo perfecto opere, prius à parte repellēdum, mox dispergendum. Quanto enim per maiora fit, †tāto expeditior est euacuatio. A patiente uero loco adstringendo ac refrigerando repellemus, sed & exinanita loca attrahunt ad seipsa quæcunque repercutiuntur. Hoc siquidem ostensum est in eo uolumine in quo De potentijs naturalibus agitur. Et uasa præterea uigore ex medicaminibus adstringentibus addito, à se ad alia remittēt. Si igitur hac uia superfluum omne retrocesserit, bene se res habet: At si aliquid fuerit in parte retentum, coniectandum erit id lentum ac crassum existere, atque ea ratione iam coactum atque adstrictum ut cum difficultate solui possit. Fieri autem potest, etiamsi nō eius naturæ sit, ut ad spatia quę in medio sit effusum, in quo casu tunc ad id ueniendum esse tempus suadet, ut hoc ad ipsum quod reliquū est patientem locum euacuemus, imponendo supra iacentibus partibus ea quæ influentem humorem repellendi uim habent. Maxime uero euacuabis, si in spatijs intermedijs aliquid contineri coniectura assequeris, & scarificationum auxilio, & medicaminum quę uim habeant dispergēdi. Sed quoniam hæc omnia uires calidas habent: eiusdem uero temperaturæ opus est mordere, quando modum excesserit, cauenda ex eis sunt uehementissime calida, ac tum præsertim cum patiens locus inter summa fuerit. Neque enim paruus excitabitur dolor, si præter proprium affectum insuper mordeatur, omnisq; pręterea dolor fluctiones commouet. Quod igitur mediocrem caliditatem obtinet, in his sensum doloris non inuehit, atque eo amplius omni dolore uacat, si humidum extiterit. Et quidem quicquid per summa hęret, potens est id medicamen dispergere, quod etiam ualidas non habuerit ad dispergendū uires. Quòd si summæ quidem partes omni noxa caruerint, id uero quod euacuari oporteat, in penitioribus partibus fuerit, intendendus atque augendus dispergentis medicaminis calor, cum dubitandum sit, ne prius quàm profundas attigerit partes, interim uires amittat. Neque tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentient, cum omni uacēt affectu. Quare nunc hæc duo simul inuitāt ad calidorum pariter atq; acrium medicaminum usum, & summæ partes quę tolerant, & profundæ quæ egent. Hæc igitur ex patiente particula indicatio assumebatur. Deinceps uero si quid ad sanitatem deficiat, consideremus: neque enim paruum aliquid deesse uidetur. Affectæ partes, in quibus fluctionis superfluitas retinetur: nonnullæ quidem raræ & laxæ, & molles natura existunt: nonnullę autem densæ, & pressæ ac durę. Priores igitur facile euacuantur, reliquæ autem acrioribus euacuantibus, ac præterea tenuiores partes habētibus egent, atque eo etiam magis, quanto profundiorem situm habuerint. Hæc igitur tibi rursus sit indicatio altera, à particulę patientis substantia: alia uero à formatiōe simul ac situ. Supponatur enim si ita contigerit, in hepate esse proxime dictum affectum in angustis uasorum finibus, impactis humoribus, qui uel lenti ac tenaces, uel crassi existant, uel superabundent. Nonne in promptu est

†Hic locus uario modo scribitur in exemplarib. Græcis. Primus modus est ὅσῳ δὲ μειζόνων, i. quāto per maiora: Sed hæc scriptura taxatur à Leoniceno, cū à Monacho eā sequēte approbetur. Alia scripturā uidetur melior si diceretur: ὅσῳ δὲ μειόνων, quā tamē licet nullibi in exēplaribus Græcis reperire. Tertia scriptura, quæ omnibus alijs melior iudicatur, & in qbusdā exemplaribus Græcis inuenitur, hæc est: ὅσῳ δὲ μειζόνων, id est quæcūq; p maiora. Sensus autem est, quod resolutio debet sequi repulsionē, & tunc adhiberi quando perueniendū est ad maiora auxilia, sicuti in præsenti loco facit Galenus, q in sequentibus ponit medicamina resolutiua inter maiora auxilia, ita scribēs: Maxime uero euacuabis, si in spacijs intermedijs aliqd contineri cōiectura assequeris, & scarificationū auxilio & medicaminū, quæ uim habeant dispergendi.

est primũ quidem crassitiem unà cum lentore & tenacitate, cibis ac potibus extenuãtibus, ad subtiliorum partium substantiam transferri oportere: Secundo autem loco non per angustos atq; inuisibiles, sed latiores meatus quicquid infestum existit esse euacuandũ: Sunt enim in hepate uenæ, nõ minus amplitudine q; numero excedẽtes. Terminãtur autem hę quidem in gibbis ad uenam cauam, hę uero in cauis ad portã: unde haud difficile tibi futurũ, ubicunq; pressi ac stipati humores fuerint, eosdem expedite euacuare, trahendo quidem ad uentrẽ, cum his quæ attrahẽdi uim habẽt medicaminibus, quicunq; ex ipsis in uenis ad caua hepatis pertinẽtibus aceruati. Ad urinæ uero meatus promouendo per cauam uenã, quicunq; in uenis ad eam pertinentibus sunt. Sed præter supradictas alia est indicatio ab hepate ipso, ueluti à uenarum principio. Nam cum non tantũ seipsum regere natura aptum sit, ut plereq; animalis partes, sed uenis pręterea uirtutem largiatur, periculum imminet, ne si eius uigor madefacientibus ac relaxantibus cataplasmatibus fuerit resolutus, & ipsum primũ ad sui opus, atq; omnes subinde uenæ eius ratione imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex adstringentibus medicaminibus miscere oportet. Sed quoniã in profundo admodum loco situm est, dubitandum erit ne adstringentis medicaminis uis debilitetur, nisi ab aliqua altera subtilium partium substantia, qualis aromatum est traducatur. Melius uero fuerit, si & ipsum adstringẽs medicamen unum protinus ex aromatum genere fuerit: nam si duas habuerit natura insitas qualitates ac potestates, ualentius operabitur: & quidem euacuetur quod pręter naturam in membrum confluxit. Seruet autem humorum modum naturæ conuenientem. Quare & illa animaduersio à nobis est in hoc adhibenda, ne quid ab humoris confluentis qualitate eiusdem membri temperies sit alterata, si pituitę naturam tenuerit ad frigiditatem: si uero bilis, ad caliditatem, ut hanc ipsam curantes intemperiem sanitati restituamus. Curabimus autem contrariam ex aduerso afferentes qualitatem, quemadmodum in intemperaturarum curationibus diximus, quantum unumquodque calidius aut frigidius factum est, tantum refrigerantes aut calefacientes. Quare ut hic rursus agnoscenda est ipsius secundum naturam temperies. Nam quo pacto sciemus, quantum in frigiditate ac caliditate à naturæ modo recesserit: aut quando à frigefaciendo supersedebimus, si nos latuerit ea quæ est secundum naturam caliditas? Ita uero & si frigidius effectum calefaciemus, ignorantes frigiditatis naturalis modũ, neq; opportune calefacere, neq; in tempore à calefaciendo desistere poterimus.

De morbo secundum numerum.

XCVI. Sed quoniam de his satis diximus, transire iam tempus ad ea in quibus numerus non est secundum naturam. Cum uero duplex sit eorum differentia, quibus quidem aliqua particula deficit, his intentio est alteram efficere subministrando naturæ, eo quo diximus paulo antè modo. At quibus superabundat, hanc resecare oportet, aut scalpello, aut igne, aut medicamine quod urendi uim habet. Hęc igitur omnia sanare possibile est, at non æque omnia generari possunt, ut in libro De semine diximus. Quædam uero sunt, quę etsi generari non possunt, licet tamen pro ipsis alterum efficere, quemadmodum in osse ex toto sublato alteram substantiam in eius sede reponere à carne atque osse differentem. Est enim quæ in eius gignitur loco quędã ueluti caro callosa, uel callus carnosus, & processu tẽporis magis ac magis ad calli duritiem transfertur, cum ab initio carnis potius imitetur naturam. Quacunq; uero parte sublata, cum neq; eandem secundum speciem substãtiam, neq; similem efficere possumus, tertia nobis intentio, quendam decorem inuenire, quemadmodũm in mutilationibus.

De morbo secundum magnitudinem.

XCVII. Cõmunicat autẽ hoc genus totũ cum eo quod ad magnitudinẽ pertinet. Nam quodcunq; ex eo est secũdum naturã, illi propinquum existit. Id uero tantum seiunctum est ac separatum, quod inter ea quę sunt è genere non naturali connumeratur. In quo quidem prima intentio est ablatio. Si uero hęc impossibilis existat, secũda est trãspositio, quẽadmodum in suffusionibus. Quæcunq; uero non integris partibus, sed partium tantummodo particulis deficiunt, aut excedunt naturæ modum, refectio quidem uel generatio in his quæ deficiunt: ablatio uero & abolitio in his, quę superabũdant. Quare neque in ipsis altera intentio, neq; medicaminum forma genere diuersa.

De morbo secundum situm.

XCVIII. Sed iam ueniẽdum est ad reliquum salubrium causarum genus, quod ea corpora emendat quæ in situ sunt uitiata, ueluti luxationes & intestinũ in scroto. Fit autem hoc ex uiolenta tẽtione, atq; impulsu: hoc uero ex dilatato ac rupto cõtinente. Quare & duplex sanãdi modus: Alter quidem ad oppositã partem ei à qua facta est permutatio intendẽdo atq; impellendo: Alter uero id quod continet, firmius solidiusq; reddendo. Quibus uero uijs ac rationib. singula inueniri possint, in libris De arte curandi explanauimus.

De causis præseruatiuis.

XCIX. Consequens est ut ea omnia exequamur, quæcunq; in superiori sermone dicere distulimus. Vocant autem eadem Pręseruatiua. Est autem horum triplex secundum genus differentia. Prima quidem hominis qui integra fruitur sanitate. Secunda uero eius qui nõ integre ualet. Tertia eius qui ęgrotat. Primũ igitur genus ad salubrẽ attinet artem, atq; in duas, ut antea diximus, diuiditur partes. Secundũ uero ad præseruatiuã spectat: tertiũ ad curatiuã. Hoc autem uniuersum genus circa humores præcipue negociatur, quos neq; lentos esse oportet, neq; crassos, neq; aquosos, neq; plurimos, neq; uehementer calidos ac frigidos, neq; mordaces

mordaces, neq; putredini obnoxios, neq; ueneni naturę affines. Nã ubi aucti fuerint, generant morbos. Augent̃ uero nõnunq; eadẽ ex causa quę ab initio generauit. Illud autẽ plerunq; accidit, ut sua alteratione inficiat eos qui sunt in corpore humores. Intẽtio uero & horũ sanationis duplex existit, alteratio & euacuatio. Alterãtur igitur uel ab ipso corpore cõcocti, aut ab aliquibus alijs facultatibus quę uim medicamẽtosam habent. E quorum numero etiã sunt ea quæ exitialiũ ferarum uenenis aduersantur, ac pręterea pharmaca quę uenena appellantur, transmutant. Euacuãtur aũt satis calidis medicaminibus, & purgationibus, & clysteribus, & sudoribus, & uomitibus. Hę igit̃ sunt communes euacuationes. Proprię aũt ex locis in quibus coaceruãtur, assumũtur, ut in libris De salubribus ostẽdimus, tertio pręsertim ac quarto, in quibus de lassitudinibus egimus, ac reliquis dispositionib. quæ lassitudini natura proximę sunt. Promptius enim euacuantur per uentrem, quæcunque in primis uenis continentur superfluitates. Quę autem in his quę in hepate sunt, per urinę meatus. At quę in toto corpore, per sudorem: sicuti quę in capite, uel per palatum, uel per nares, uel per utrunque. Quę uero sunt in spacijs pectoris laxioribus, per guttur simul cum tussi: quę in renibus sunt uel uesica, per urinam.
Reuulsio ad longinqua: deriuatio ad propinqua.
At attrahendi ex omni loco ad oppositas partes cõmunis indicatio, est ad quãmaxime distantia, deriuatio uero ad uicina. Quęcũq; uero huiuscemodi curãt dispositionẽ, causas salubres appellamus, sicuti insalubres eas quę adaugent: & neutras, quę neq; obsunt neq; iuuant. Posset uero quispiã neq; omnino causas appellare, quemadmodũ maior pars sophistarum qui rerũ quidem differentiã inuenire contemnunt. Plurimũ uero temporis in nominib. cõterunt, contra quos in alijs uberius disseruimus. At pars quidem artis pręseruatiua talis est.

De parte artis quę conualescentes reficit, & senibus congruit.

C. Quę autem reficit atque instaurat, in conualescentibus ac senibus locum habet. Quę uero sit horum dispositio, & à quibus pręcipue causis ad naturalem reducitur habitum, in libris in quibus De medendi arte tractauimus, abunde explicauimus. Sed nunc per capita dicetur. Dispositio igitur talis est. Optimus quidem sed exiguus est sanguis, atq; una cum ipso spiritus animalis atq; uitalis. Ipsæ uero particulę solidæ sicciores, & idcirco eorum uires sunt imbecilliores, atq; earundem ratione corpus uniuersum frigidius. Causę uero salubres quæ hanc emendant dispositionem, ut uno comprehendam capite, sunt quæcunque pręsentaneum atque securum exhibent alimentum: secundum partem autem in motibus moderatis & cibis, potibusq; ac somnis consistunt. Sunt uero motus materiæ, uehicula, ambulationes, frictiones, & balneæ: & ubi non parum se ex his profecisse senserint, paulatim se ad consueta opera trãsferant. Cibos autem assumant in principio qui-

A dem humidos & concoqui faciles, neque frigidos: ac cum progressi fuerint, eos etiam qui plurimum præstant alimentum. Potus uero opportunus est uinum ætatem quidem habens mediocrem, in substantia autem purum atque perlucidum, quod scilicet uel subflauum uel album existat, atque suauiter olens, gustui uero neque aqueum omnino, neque cum aliqua insigni qualitate, aut dulcedine, aut acritudine, aut amaritudine sentiatur. Vt autem proximè diximus, de hisce omnibus in libris De arte curandi conscriptis plenius disseruimus. Nunc enim neque omnia particulatim recensere est nostri propositi institutum. Sed solum capitum mentionem facere intendimus, eorum quę in alijs uoluminibus latius ex-
B plicauimus. Quorum omnium si prius & numerum & qualitatem exposuero, finem libro imponam. Diximus itaque prius, quòd alter est liber in quo De constitutione artis medicinę disseruimus. Antecedunt autem eum alij duo De constitutione artium: sed hi quidã unà cum hoc cui nũc extremam manũ adiecimus, seorsum sunt ab alijs libris in quibus plenior doctrina explicatur. Illi uero talem inter se ordinem habent. De elementis quidem secundum Hippocratem liber unus. Post hunc autem tres de temperaturis, ex quibus quidem duo sunt De temperaturis animalium. Tertius uero de ijs quæ simplicium medicaminum sunt. Quam ob rem & tractatum illum in quo De simplicium medicaminum potestatibus agitur,
C nemo rectè intelligentia assequi potest, nisi prius tertij libri De temperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Est & alius liber paruus, qui ordine sequitur duos priores alios de temperaturis. Inscribitur autem De inæquali temperatura. Similiter autem & hunc alij duo parui, alter quidem De optima corporis constitutione, alter De bono habitu. Alius uero tractatus est, qui tres complectitur libros De potentijs naturalibus, quem si quis legere uelit post librum De temperaturis, siue post librum De elementis, utrũque erit consentaneum. Post hunc in pluribus alijs libris De operationibus animalibus disseruimus. Sed quoniam ad earum demonstrationes non parum conferunt quæ per sectiones ostenduntur, in
D illis exercitari oportet. Est autem maxime inter alios utilis ille tractatus qui De sectionũ aggressibus inscribitur. Alij autem sunt post eum plures, duo quidem De discordia sectiõis, unus uero De sectione mortuorum: post quos sequuntur hi in quibus agitur de sectione uiuorum. In alijs uero quibusdam particulatim ob eos scripsimus qui introducuntur De ossibus. Sectio quoque musculorum & neruorum & arteriarũ & uenarũ, & quędam alia huiuscemodi ex eodem numero existũt, & liber etiam in quo quæritur, Nunquid in arterijs contineatur sanguis naturaliter. Qui uero earundem partium operationes demonstrant, duo quidẽ sunt, De motu musculorũ: tres autem De pectoris & pulmonis motu. Post quos sequitur liber

liber De causis respirationis. Post hunc liber De uoce. De principatu autem animę, & de omnibus alijs quę de naturalibus, uel animalibus operationibus in quęstionē trahuntur, in lōgo scripsimus libro, qui De dogmatib. Socratis & Platonis inscribitur. Ad eiusdem generis contemplationem pertinet liber De semine seorsum conscriptus, & amplius de sectione secundum Hippocratem. Quos omnes ordine sequitur tractatio, De utilitate partium. Ad dignoscendas autem ægritudines utilis est liber ille in quo De membrorum passionibus agitur. Itidem ille in quo De pulsibus scribitur, in quo & præcognitiones edocemus. Librum uero De pulsibus præcedūt alij duo, alter qui De usu respirationis, & qui De usu pulsuum. Is uero B De pulsibus in quatuor diuiditur partes: primā, quæ eorum differentias: secundam, quę dignotiones: tertiam, quæ eorum causas: quartam, quæ illam quę per eosdem fit continet pręcognitionem. Ex eodem genere est ille qui ijs qui introducuntur De pulsibus scriptus est. At uero in animo est alium scribere librū, ueluti quoddam omniū istorum compendium, quem inscribam uel Artem de pulsibus uel Compendium. Ad hanc quoque iuuant cōtemplationem quę à me exponuntur & simul iudicantur in libro Archigenis de pulsibus. Ad pręcognitionem autem plurimum confert liber De crisibus, id est decretis naturæ, quem præcedit alter De decretorijs diebus. Sed liber etiam qui De difficili anhelitu inscribitur, & ad digno- A scendum præsentem affectum, & ad præscienda bona uel mala quę ægrotanti sunt euentura conducit. Hi igitur omnes atque unà cum ipsis tractatus quidam uno tantum libro comprehensi cognitu utiles sunt, sicuti illis qui de præincipientibus causis inscribitur, & De medicinali experientia, & De extenuante uictu, & qui De uenarum sectione ad Erasistratum, & qui De tumoribus præter naturam, & qui De multitudine, atque alij pręterea similes. Prę cęteris autem ad curandi scientiam maxime necessarius existit, qui De morborum differentijs agit, & De accidētibus, & tertius pręter illos in quo morborum causas explicauimus. Post quos sunt tres alij qui accidentiū causas explanant. Sunt etiam De medicamentorum simplicium uiribus libri, de quibus suprà meminimus. Et qui De medicamentorum compositione, quos sequuntur libri De arte curandi his qui De salubribus inscribuntur, seorsim à nobis conscriptis. Quòd uero ante hosce omnes prius exercitari oporteat in libris De demōstratione, si quis hanc artem sit cum ratione tractaturus, monstratum est à nobis in libro qui De optima inscribitur hæresi. De alijs autem libris & commentationibus à nobis scriptis transigere nunc minime necessarium, cum de hisce omnibus alibi simus tractaturi in uno fortassis aut duobus libris, qui ita inscribentur: Galenus de uoluminibus ab eo conscriptis.

F I N I S.

SERIES CHARTARVM

a b c d e f g h i k l. Omnes sunt terniones præter l quaternionem

Joubert

BASILEÆ, PER HIERONYMVM FROBENIVM
ET NICOLAVM EPISCOPIVM,
ANNO M. D. XLII.




FRO
BEN